Universidad de Chile
Biblioteca

TOSTATI
OPERA OMNIA

IN REGVM
1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1
Estante 8
Plúteo 4

32,5

Universidad de Deusto
Biblioteca

ALPHONSI TOSTATI

HISPANI,

EPISCOPI ABVLENSIS,

PHILOSOPHI, THEOLOGI,
Ac Pontificij Iuris, Cæsareique consultissimi, necnon
linguæ Græcæ, & Hebraicæ peritissimi,

Commentaria in Secundam Partem I. REGVM:

Mendis nunc sanè quàm plurimis diligenter expurgata.

CVM INDICE COPIOSISSIMO.

Ad PHILIPPVM II. Catholicum & Inuictissimum
Hispaniarum, & Indiarum Regem.



VENETIIS, M D XCVI.

Apud Io. Baptistam, & Io. Bernardum Sessam, fratres.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ALPHONSI TOSTATI

Episcopi Abulensis.

COMMENTARIORVM IN PRIMVM LIBRVM REGVM

Pars Secunda.

CAPITVLVM XV.

1. Reg. 15. cap. Dominus misit me, & vnxit te. Et hic. 2. cap. Et nunc ecce. Et hic. 3. cap. Et nunc ecce. Et hic. 4. cap. Et nunc ecce. Et hic. 5. cap. Et nunc ecce. Et hic. 6. cap. Et nunc ecce. Et hic. 7. cap. Et nunc ecce. Et hic. 8. cap. Et nunc ecce. Et hic. 9. cap. Et nunc ecce. Et hic. 10. cap. Et nunc ecce. Et hic. 11. cap. Et nunc ecce. Et hic. 12. cap. Et nunc ecce. Et hic. 13. cap. Et nunc ecce. Et hic. 14. cap. Et nunc ecce. Et hic. 15. cap. Et nunc ecce. Et hic. 16. cap. Et nunc ecce. Et hic. 17. cap. Et nunc ecce. Et hic. 18. cap. Et nunc ecce. Et hic. 19. cap. Et nunc ecce. Et hic. 20. cap. Et nunc ecce. Et hic. 21. cap. Et nunc ecce. Et hic. 22. cap. Et nunc ecce. Et hic. 23. cap. Et nunc ecce. Et hic. 24. cap. Et nunc ecce. Et hic. 25. cap. Et nunc ecce. Et hic. 26. cap. Et nunc ecce. Et hic. 27. cap. Et nunc ecce. Et hic. 28. cap. Et nunc ecce. Et hic. 29. cap. Et nunc ecce. Et hic. 30. cap. Et nunc ecce. Et hic. 31. cap. Et nunc ecce. Et hic. 32. cap. Et nunc ecce. Et hic. 33. cap. Et nunc ecce. Et hic. 34. cap. Et nunc ecce. Et hic. 35. cap. Et nunc ecce. Et hic. 36. cap. Et nunc ecce. Et hic. 37. cap. Et nunc ecce. Et hic. 38. cap. Et nunc ecce. Et hic. 39. cap. Et nunc ecce. Et hic. 40. cap. Et nunc ecce. Et hic. 41. cap. Et nunc ecce. Et hic. 42. cap. Et nunc ecce. Et hic. 43. cap. Et nunc ecce. Et hic. 44. cap. Et nunc ecce. Et hic. 45. cap. Et nunc ecce. Et hic. 46. cap. Et nunc ecce. Et hic. 47. cap. Et nunc ecce. Et hic. 48. cap. Et nunc ecce. Et hic. 49. cap. Et nunc ecce. Et hic. 50. cap. Et nunc ecce. Et hic. 51. cap. Et nunc ecce. Et hic. 52. cap. Et nunc ecce. Et hic. 53. cap. Et nunc ecce. Et hic. 54. cap. Et nunc ecce. Et hic. 55. cap. Et nunc ecce. Et hic. 56. cap. Et nunc ecce. Et hic. 57. cap. Et nunc ecce. Et hic. 58. cap. Et nunc ecce. Et hic. 59. cap. Et nunc ecce. Et hic. 60. cap. Et nunc ecce. Et hic. 61. cap. Et nunc ecce. Et hic. 62. cap. Et nunc ecce. Et hic. 63. cap. Et nunc ecce. Et hic. 64. cap. Et nunc ecce. Et hic. 65. cap. Et nunc ecce. Et hic. 66. cap. Et nunc ecce. Et hic. 67. cap. Et nunc ecce. Et hic. 68. cap. Et nunc ecce. Et hic. 69. cap. Et nunc ecce. Et hic. 70. cap. Et nunc ecce. Et hic. 71. cap. Et nunc ecce. Et hic. 72. cap. Et nunc ecce. Et hic. 73. cap. Et nunc ecce. Et hic. 74. cap. Et nunc ecce. Et hic. 75. cap. Et nunc ecce. Et hic. 76. cap. Et nunc ecce. Et hic. 77. cap. Et nunc ecce. Et hic. 78. cap. Et nunc ecce. Et hic. 79. cap. Et nunc ecce. Et hic. 80. cap. Et nunc ecce. Et hic. 81. cap. Et nunc ecce. Et hic. 82. cap. Et nunc ecce. Et hic. 83. cap. Et nunc ecce. Et hic. 84. cap. Et nunc ecce. Et hic. 85. cap. Et nunc ecce. Et hic. 86. cap. Et nunc ecce. Et hic. 87. cap. Et nunc ecce. Et hic. 88. cap. Et nunc ecce. Et hic. 89. cap. Et nunc ecce. Et hic. 90. cap. Et nunc ecce. Et hic. 91. cap. Et nunc ecce. Et hic. 92. cap. Et nunc ecce. Et hic. 93. cap. Et nunc ecce. Et hic. 94. cap. Et nunc ecce. Et hic. 95. cap. Et nunc ecce. Et hic. 96. cap. Et nunc ecce. Et hic. 97. cap. Et nunc ecce. Et hic. 98. cap. Et nunc ecce. Et hic. 99. cap. Et nunc ecce. Et hic. 100. cap. Et nunc ecce. Et hic.

ET dixit Samuel ad Saul. A Me misit Dominus, vt vngerem te in Regem super populum eius Israel: nunc ergo audi vocem Domini. Hæc dicit Dominus exercituum: Recensui quæcunque fecit Amalec Israeli, quomodo restitit ei in via, cùm ascenderet de Ægypto. Nunc ergo vade, & percute Amalec, & demolire vniuersa eius: non parcas ei, & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid: sed interfice a viro vsq; ad mulierē, & paruulū, atq; lactentē; bouem, & ouē; camelum, & asinum.

Dicto in præcedentibus de bello Saulis contra Philistijm, hic agitur de trāsgressione eius in bello contra Amalec. Fuit autem ista trasgressio partim ex iactantia, vt quidam volunt, scilicet, quia reseruauit Regem Amalec viuentem ad triumphum suum, vt sciretur, q̄ ipse habebat quēdam Regē vinctum in potestate sua. Vel trangressus est ex misericordia quadam circa eum. Ex cupiditate quoq; prę uaricatus est inquantum reseruauit optima quęque terrę Amalec. Et diuidit in duo, quia primò ponitur mādati diuini denunciatio: secundò eiusdem transgressio ibi. *Et apprehendit Agag.* Prima in duas, quia primò ponitur iussio: secundò aliqualis executio ibi. *Præcepit itaque.*

An quæ habentur hic habeant ordinem ad præcedentia.

Quæstio I.

CIRCA primum quæret aliquis, an ea, quæ dicuntur hic, habeant consequentem ordinem ad præcedentia, vel sit aliqua transmutatio.

Respondendum est, q̄ ea, quæ dicuntur hic de bello contra Amalec, non possunt habere ordinem posterioritatis, vel prioritatis ad ea, quæ ponuntur supra immediatè. Nam in c. præcedenti ab illo loco: At Saul confirmato Regno: non describitur aliqua specialis historia Saulis, sed quædam collectio breuis omnium gestorū Saulis, & cognationis eius, & omnium quæ ad eum pertinent: ideo nihil de gestis Saulis potest continuari illi, tanquam habens ordinem præcessionis, vel posterioritatis, quia nihil ante illud est, nec post illum; cū ibi contineantur omnia gesta Saulis in summa: fit tamen cōtinuatio ad id, quod habetur in toto c. præcedenti ante locum illum, in quo descriptum est bellum quoddam, qđ habuit Saul contra Philistijm. Et dicendum q̄ istud quod habetur hic de bello Amalec fuit post illud: nam post confirmationem Regni Saulis nō habuit aliqđ bellū ante illud. Nā immediatè vt confirmatus est in Regem, supra c. 11. & 12. incepit colligere exercitum, & accepit tria millia virorum, supra cap. 13. Posuitq; mille viros cū Ionatha in Gabaa: ipse autem retinuit sibi duo millia in Bethel, Ionathas verò pugnauit contra stationem Philisthinorum, quę erat in Gabaa, supra c. 23. Ex quo Philistini congregati sunt contra Israel, & factum est bellum, qđ habetur præcedenti. c. Non ergo fuit aliquod bellum Saulis ante illud post confirmationem Regni: istud verò quod fuit contra Amalec, necesse est, q̄ post illud fuerit: deinde autem dubitabatur, an istud bellum fuerit immediatè post illud bellum contra Philisthinos, vel intercidit magnum tempus. Dicēdum est, q̄ non potest patere: satis tamen credendū est, q̄ non interciderit magnum tempus: quia Deus reseruabat istud pro Saule: nam prænunciatum fuerat Nu. c. 24. de Saule, quomodo pugnaturus eēt cō-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tra regem Agag, cùm dicitur: Tolletur propter Agag rex eius, & auferetur regnum illius: ideo verisimile est, quòd in principio regni sui hoc ei comiserit, cùm adhuc grat⁹ erat ei. *Et dixit Samuel ad Saul. Me misit dominus, vt vngerem te in regem super populum eius Israel.* Samuel volens hic persuadere Sauli, ꝙ iret cõtra Amalecitas obediens præcepto Domini, denunciauit ei beneficium, quod Deus egerat illi s. ꝙ constituerat eum in regem, vt per hoc flecteret ipsum ad executionem diuini mandati: sic enim Deus consueuerat flectere Iudæos ad obseruationem legum suarum: nam cùm essent in monte Sinai, & vellet eis dare legem, dixit: Vos ipsi vidistis, quæ fecerim Aegyptijs, & quomodo portauerim vos super alas aquilarum, & assumpserim mihi: si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis. vt patet Exo. 19. c. Item ista commemoratio regni collati persuadebat alio modo. s. Deus vnxerat Saulem in regem ad hoc, ꝙ erueret Israelitas de manu hostium, sicut constat supra cap. 10. s. Ecce vnxit te Deus super hæreditatem suam in principem, & liberabis populũ eius de manu inimicorum eius, qui in circuitu eius sunt: incumbebat ergo Sauli ex necessitate susceptæ regni pugnare contra hostes Israel: Sed Amalecitę erãt hostes Israel decreto Dei, ergo debebat pugnare contra illos. *Nũc ergo audi vocem Domini*, i. ꝙa Deus fecit te regem, audi præceptũ eius, & exequere. Alij dicunt: Nunc audi vocem Domini, i. quamquam ante hoc non audiuisti vocem Domini; tamen saltem nunc audi, s. fuerat præceptum Sauli, quòd nõ immolaret quousque descenderet Samuel in Galgalam post septem dies: immolauit tamẽ ante hoc: vnde Deus iratus est propter transgressionem præcepti: dicit ergo hic Samuel: Nũc audi vocem Domini, idest, saltem nunc audi. *Hæc dicit Dominus exercituum.* Samuel erat missus a Deo, ideo refert hic qd Deus ei dixerit. Vocatur autem hic Dominus exercituũ, quod attinet ad præsens, quia Samuel loquebatur hic Sauli de exercitu, & quia forte putaret durum esse pugnare contra omnes Amalecitas timeret. Dixit ergo Samuel, ꝙ Deus erat Dominus exercitum, idest potens in exercitibus, scilicet, quòd posset ei dare victoriam de Amalec. *Recensui quæcunque fecit Amalec Israeli.* Ista sunt verba Dei, idest, ego recordatus sum, & recogitaui apud me omnia mala, quæ fecit Amalec Israeli: ideo volo, ꝙ percutias illũ, vsquequo deleatur. *Quomodo restitit ei in via, cùm ascenderet de Aegypto.* s. Amalecitæ pugnauerunt contra Israelitas in via, scilicet in deserto, cùm ascenderent de Aegypto nihil facientibus Israelitis. Sciẽdum autem, quòd Amalecitæ pugnauerunt cõtra Israel in deserto: primò parum post transitum maris rubri in mansione, quæ vocatur Raphidim. Nã ex insidijs venit, & percussit illos, qui erant in extremitate exercitus, qui fatigati resederant, volebatq; irruere super reliquum castrorum: Moyses verò misit Iosue cum viris belli contra Amalec, & percussus est, atque fugatus a facie Israel: Exod. capit. 17. iterum autem pugnauit Amalec ꝙ tra Israel. Fuerat enim primum bellum in primo anno ab exitu de Aegypto circa finem mensis secundi. Secundò autem pugnauit in Cadesbarne anno secundo ab exitu de Aegypto, & ibi simul Amalecites, & Chananęus pugnauerunt contra Israel, ut patet Numeri 14. c. propter hoc autẽ, quia iniustè nimis Amalecitæ læserunt Israelitas, Deus iussit, ꝙ haberet cum eis inimicitias perpetuas promittens, ꝙ ipse deleret eos, Exo. cap. 17. scilicet: Dixit Dominus ad Moysen: scribe hoc ob monimentum in libro, & trade in auribus Iosue: delebo enim memoriam Amalec de sub cœlo. Moyses quoque paulo ante, quàm moreretur, valde commendauit Israelitis, ꝙ pugnarent contra Amalecita Deutero. cap. 26. scilicet: Memẽto quid fecerit tibi Amalec in via quãdo egrediebaris ex Aegypto, quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis tui, qui lassi residebant ęciderit, quando tu eras fame, & labore confectus, & non timuerit Deum: cùm ergo Deus dederit tibi requiem in terram, quam pollicitus est, delebis nomen eius sub cœlo: caue ne obliuiscaris.

Samuel suadere vult Sauli, vt pugnet cõtra Amalecitas

Amalec quoties, & qũ pugnauit cõtra Israelitas.

Quare Deus non iussit Chananæum deleri sicut Amalecitas, ipse enim etiam pugnauit contra Israel. Quæstio II.

QVAERET aliquis, cũ Deus iusserit hic deleri Amalecitas, quia restiterant Israeli, quare non iussit deleri Chananęũ regẽ Arad, quia ẽt ille pugnauit contra Israel: simul. n. Amalecitæ, & Chananæi percusserũt Israelitas in Cadesbarne, vt patet Num. capit. 14. Aliquis respondebit, quòd Deus iussit hic de Amalecitis, & non de Chananæis, quia magis peccauerunt Amalecitę, eo quòd ipsi primò pugnauerũt contra Israel, quàm omnes aliæ gentes, & in hoc dederunt occasionem ęteris gentibus pugnãdi contra Israel: vnde Deus nimis comminatur eis, quia ipsi primò pugnarunt, vt patet Nu. cap. 24. scilicet: Principiũ gẽtium Amalec, cuius extrema perdentur, i prima de gentibus, q̃ pugnauit ꝙ tra Israel fuit Amalec, ideo extrema eius perdentur. i. ad vltimum ipse peribit. Sed ista ratio non stat, nã q̃q̃ aliquid mereretur Amalec super alias gentes, quia primo pugnauit, non tamen tantũ, vt ipse penitus periret, & aliæ gentes non. Alij respondent aliter, s. ꝙ Amalec iussus est deleri totaliter, quia magis peccauit. s. eo ꝙ Amalecitę pugnauerũt bis cõtra Israelem, Chananæi autem pugnauerũt semel. Sed hoc non stat: quia sicut Amalecitæ bis pugnauerunt, ita & Chananæi regis Arad: primò. n. isti Chananęi pugnauerunt contra Israel in Cadesbarne, quando ipsi, & Amalecitę simul pugnauerunt: Nu. c. 14. Secũdò pugnauerũt Chananęi contra Israel anno 40. ab exitu de Aegypto apud terram Edom, & vicerunt eos, atque ęceperunt prædam de Israel: ergo vtrique ęqualiter pugnauerũt cõtra Israel, & merebãtur ęqualiter deleri. Sed dicendum, ꝙ ista qõ fundatur super ignorantiam veri, præsupponit. n. ꝙ Amalecitę deleti fuerint, & non Chananęi. Sed falsum est, quia primò deleti sunt Chananęi: licèt Deus non iusserit illos deleri: nam cùm anno 40. ab exitu de Aegypto pugnauerit Chananęus rex Arad contra Israel, & ęceperit prædã, Israel voto se obligãs Deo, ait: si tradideris populum istum in manu mea, delebo vrbes eius: exaudiuitq; Dominus prẽces Israel, & tradidit Chananęum, quem ille interfecit subuersis vrbibus eius, & sic Chananęi regis Arad finẽ acceperũt anno 40. ab exitu de Aegypto. Nũc ergo solũ iussit Deus deleri Amalecitas. De hoc Nu. c. 21.

Quare Deus iussit tantam pœnam infligi Amalecitis, cùm parum peccassent contra Israel. Quæst. III.

QVAERETVR vlterius, quare Deus iussit tam pœnam infligi Amalecitis, cùm parũ peccasset: nã aliæ gentes pugnauerũt sæpius ꝙ Israel, sicut Philisthini, Mohabitę, Ammonitę, Idumęi: nullã tñ harũ gentiũ iussit Dei pœnitus deleri. Aliqs rndebit, ꝙ hoc erat, ꝙa Moabitę, Ammonitę, Idumęi erant

erant cognati Israelita rũ. s. oẽs de stirpe Abrahę, & Loth ꝙ sobrini sui: vñ pp hoc in introitu terrę Chanaã cũ Israelitę transiturі essent apud terrã Edom, Ammon, & Moab iussit Dei, ꝙ nequaq̃ pugnarẽt ꝙtra illos: eo ꝙ nõ daret quicq̃ eis de terra illorũ pp Abrahã, & Loth, vt patet Deu. c. 2. Amalecitę aũt nõ pertinebant ad hãc stirpẽ, iõ iussit eos deleri. Dicendum ꝙ nõ stat, quia tñ pertinebãt Amalecitæ ad stirpẽ Abrahę sicut Idumęi, qa Idumęi erãt filij Esau, qui vocatur Edom, & habitauit in terra illa, quæ nunc vocatur Idumęa, vt patet Gen. 36. Amalecitæ aũt descenderũt a quodam nepote Esau: nã genuit Esau Eliphaz, Eliphaz aũt genuit Amalec, ita Gen. 36. cap. & sic Amalecitæ, & Idumęi eadẽ gens sunt, sed Amalecitæ sunt proprie tanquam quædam pars Idumęorum, quod etiam satis apparet, quia terra Amalecitarum erat apud terrã Idumęorum, & nulla videbatur esse media inter eas: ambæ autem erant ex parte meridiana Israel. De terra Edom patet Num. cap. 34. De terra Amalec patet infra in litera, & infra 30. c. vbi dicitur, quòd Amalecitæ irruerunt super ciuitatem Sicelec, quæ erat in terra Chanaã ex parte Australi, ergo nõ stat ista ratio. Itẽ dato, quòd non essent Amalecitę cognati Abraæ sicut Idumæi, Ammonitæ, & Moabitę: tamen etiam ratio nõ stat, quia Philistini pugnauerunt sępius contra terram Israel, quàm aliæ gentes: tamen Deus non iubebat Philistinos deleri. Respõdendum est de Chananęis, & Philistheis anteq̃ qcq̃ boni, vel mali facerent Israelitis Deus iusserat, ꝙ occiderent eos: nõ relinquentes ex eis virũ, aut fœminam, paruulum, aut senem Deuter. c. 20. imò comminatus est, quòd si Israelitæ non occiderent omnes istos, euenirent eis multa mala, sicut apparet Num. c. 33. & Iosue. 23. scilicet, Sin autem nolueritis interficere habitatores terræ, qui remanserint, erunt vobis quasi claui in oculis, & lanceę in lateribus: & aduersabuntur vobis in terra habitationis vestræ, & quicquid illis facere cogitauerã, vobis faciam: Israelitæ tamen multos Chananęorum reliquerunt viuentes cupiditate tributorum. Nam fecerunt eos sibi tributarios: Iosue 16 & Iud. c. 1. Ideo propter istud demeritum Israelitarũ Deus permisit, quòd manerent illi Chananæi ad aduersandum eis, vt Iudi. 3. c. Et sic non iubebat eos deleri, quia erat instrumenta diuinę iustitię cõtra Israel. Sed tũc dicet, qd de Moabitis, Ammonitis, & Idumæis, quos Deus nõ iusserat occidi a principio, nec post quamq̃ sæpe pugnassent contra Israel? Respõdebit aliquis, quòd hoc fiebat, quia isti morabantur in circuitu Israel, & Deus volebat illos reseruare, vt essent flagella contra Israel, quando peccaret, sicut reseruauit alias gentes. Iudi. c. 2. & 3. Sed hoc non stat, quia eodem modo Amalecitæ erant coniuncti terræ Israel in latere Meridiano eius, & aliquando faciebant impetũ in terra Israel, sicut quãdo irruerunt in vrbem Sicileg, & duxerunt inde captiuas vxores Dauid, infra cap. 29. & 30. Respondendum est ergo, quòd nos non possumus assignare causam, quare Deus magis iusserit puniri sic Amalecitas, quàm alias gentes: constat enim quòd omnes aliæ gentes, quæ erant in circuitu Israel, merebantur ita puniri, sicut Amalecitæ quantum ad mala, quæ fecerant Israelitis: Deus tamen aliquando quosdam peccatores punit, alios autem æqualiter, aut magnos peccatores impunitos reseruat, sicut quotidie apparet, quia ad aliud tempus eorum pœnæ sequestratæ sunt: fortè autem potest dici, ꝙ Amalecitæ ex aliqua alia causa meruerant valde puniri, ideo quamquam propter mala, quæ fecerunt Israelitis non mererẽtur ita cito deleri, tamẽ deleti sunt propter alia peccata. *Nunc vade, & percute Amalec.* s. occide omnes Amalecitas nulli parcendo. *Et demolire vniuersa eius*, idest destrue omnia, quæ pertinent ad Amalec, scilicet non solùm homines, sed etiam pecora, & vrbes, & quæcunque supellectilia, ita vt non maneret aliqua memoria: nã si delerent viri, & manerẽt vrbes, vel aliqd de Amalec: iam saltem in illo conseruaret memoria Amalec.

An Saul occiderit omnes Amalecitas præter Regem. Quæstio IIII.

QVAERET aliquis, an Saul istud fecerit. Nec aliquis putet, ꝙ quæramus an Saul compleuerit totum præceptum Domini, quia manifestũ est, ꝙ non compleuit, vt apparet ex litera, cùm Deus iusserit omnia consumi, quæ pertinebant ad Amalec; Saul tamen reseruauit pecora, & vestes, & omnia bona, quæ reperit in terra Amalec, infra in litera, sed quęrimus an occiderit omnes viros Amalec, præter regem. Aliquis dicet, quòd sic, quia dicitur infra in litera, & apprehendit Agag regẽ Amalec viuum: omne autem vulgus interfecit in ore gladij. In contrarium videtur, quòd manserint aliqui Amalecitæ; quia quando mortuus fuit Saul in bello, venit quidam vir ad Dauid, qui dixit se occidisse Saulem, & ait: Amalecites sum, infra 2. lib. cap. 1. Respondendum est, quòd Saul deleuit omnes viros Amalec, scilicet, ꝙ ipse egit quãtum potuit, vt omnes deleret, nec quemquam sponte reseruauit præter Agag regem Amalec: multi tamen effugerunt stragem illas in terram aliam, & postea redierunt ad terram Amalec habitantes vbi primò. Vnde in brevi factus est magnus populus ita, vt videretur nullam vnquam cladem fuisse inflictam Amalecitis: nam & tempore Saulis pauloante mortem eius Amalecitæ erant iam magnus populus, & irruentes faciebãt prædas in terra Chanaan: sic enim fuit cùm pugnauit Saul contra Philistinos, & mortuus est: ipso enim tempore irruerũt Amalecitæ in Siceleg, quæ erat ciuitas terræ Chanaan, & succenderunt eam ducentes magnam prędam, infra cap. 29. & 30. vnde ex litera colligitur ibi, quòd magnus exercitus erat Amalecitarum: sic etiam fuit de Madianitis: nam iussit Deus Moysi, quòd deleret terrã Madian: ipse autem misit illuc exercitum: & dicitur quòd occiderunt omnes viros terræ Madian. Num. cap. 31. Et tamen postea in breui Madian factus est magnus populus, eo quòd ibi erant multi, qui fugerunt de bello, & postea redierunt in terrã illam: vnde postea Madianitæ dominati sunt 7. annis Israelitarum: Iudi. cap. 6. & veniebat quolibet anno exercitus magn⁹ de terra Madian super Israelitas: Iudi. 6. & 7. Cùm autem dicitur, quòd interfecit Saul omne vulgus in ore gladij, intelligẽdum est de omni vulgo, quod non effugit: multi namque de bello fugerunt, sicut ait Iosephus, & quia nemi nem eorum sponte Saul seruauit, sicut seruauerat regem Agag, dicitur occidisse omnes Amalecitas.

An Israelitæ tenebantur iterum conari destruere nomen Amalecitarum. Quæst. V.

QVAERETVR vlterius, cũ hac vice non fuerit deletũ nomen Amalec de sub cęlo, an debuerint Israelitę iterum dare operam, vt delerent illud. Videtur autem quòd sic, quia præceptum Dei exactissimè implendum est: sed ipse iusserat per Moysen, quòd deleretur nomen Amalec sub cœlo Deut. c. 25. Deus quoq; ante illud pnũciauerat Exo.

An Israelitę tenebãtur iterum conari destruere no

Universidad de Deusto
Biblioteca

men Amalecitarum

c.17. ideo cum nunc non fuerit cõpletum, vĩ q̃ debuit postea q̃quam fieri ad complendũ. In cõtrarium vĩ, quia postea nunquam Deus iussit hoc cõpleri: si tũ adhuc illud caderet sub præcepto, sicut a principio cadebat, Deus illud iussisset: ergo iam nõ manebat necessitas illud implendi. Respondendũ est, q̃ aut hic quæritur quantum ad deletionẽ eorũ, quæ ex prima vice nõ fuerunt deleta, scilicet ouiũ, & vestium, & reliquorum, quæ adducta sunt de terra Amalec: aut agitur de hoc q̃ Israelitæ iterum redirent contra Amalecitas, vt eos, quos prima vice bello fugientes capere non potuerunt, occiderent. Quantum ad primum dicendum, q̃ Israelitæ debebant complere mandatũ Domini, quod fuerat cõpletũ, s. q̃ omnes vestes, & omnia pecora, quæ duxerant de terra Amalec consumerent, quod patet ex eo, quod fecit Samuel: nam Saul reseruauerat regẽ Agag viuentem: fecit autem Samuel illum coram se adduci, & diuisit in frusta, vt infra in litera. Et hoc quia non fuerat impletum præceptum Domini in illo: ita ergo cùm in cęteris, quæ ducta fuerãt de terra Amalec, non fuisset impletum præceptum, debębat tunc impleri, s. vt omnia destruerẽtur per ignẽ, vel aliàs, & pecora cęderentur, ita vt nihil maneret ad hominum vtilitates. Si autem quæratur, an deberet impleri præceptum Domini quantum ad hoc, q̃ Israelitæ iterum redirent ad terram Amalec, & delerent eos, qui priori bello occisi non fuerũt. Respondendum q̃ non: nam post hoc vixit Saul, & Amalecitæ erãt iam in magna multitudine: non iussit tũ, q̃ rediret ad occidendum illos: sed adhuc de Saule, q̃ non redierit non est admirabile; quia iam ipse displicuerat Deo, & Deus eũ pęnitus abiecerat, ideo nihil ei iuberet. De Dauid tũ est mirabile, cùm esset ipse vir valde deicola, & accept⁹ illi, quare De⁹ non iussit, vt iret ad delendũ Amalecitas, si fortè ad huc mandatũ Dei obligaret. Etiam dato q̃ Deus nõ iuberet, si Dauid crederet, q̃ adhuc obligaret illud præceptum, ipse per se expleret: nunquã tũ pugnauit contra Amalecitas, nisi cũ diripuerunt vxores eius, & tunc non ex hac causa, sed pp prædam. Item apparet hoc, quia Israelitæ hac vice diligenter egerunt, vt occiderent omnes Amalecitas: nec quantum ad hoc quicquam peccauerunt, sed solùm in reseruanda præda, & in rege Agag, ideo quantum ad istud cũ iam satisfeciſſent voluntati Dei, non tenebantur redire iterum pugnaturi. Itẽ quia si Deus voluisset, q̃ omnes Amalecitæ perirent, cũ Israelitę diligenter fecerint, vt illos occiderent, tradidisset omnes in manus eorum. multi tamen fugerunt, q̃ sine Dei voluntate, & prouidentia fugere non potęrant: ergo cùm ipse voluerit illos seruare, non tenebantur Israelitæ redire ad occidendum eos. Itẽ patet hoc per simile: nam Deus iussit per Moysen delęri omne genus Madianitarum: & Israelitæ diligenter egerunt omnes occidendo: Nu. c. 31. Et tamen multi fugerant de bello, qui postea redeuntes fecerũt magnũ populum, sicut prius: Deus tũ nunquã postea mandauit, q̃ resídui de Madianitis occiderẽtur: nec ẽt Iosue, qui fuit vir bonus, aut Phinees filiⁿ Eleazari, qui pugnauerat primò contra eos curauerunt denuo pugnare contra Madianitas: si tamen intelligerent, q̃ adhuc maneret præceptum pugnauissent. Item patet hoc efficacius, quia si istud præceptum intelligeretur, scilicet q̃ Israelitę nullũ omnino de terra Amalec viuentẽ dimitterent, & quos in vno bello non cęperant in alio occiderẽt, sequeretur impossibile eis: nã sicut in primo bello, cũ diligenter pugnauissent Israelitæ, multi tamẽ de Amalecitis effugerunt, ita etiam in secundo fieret, & in tertio, & in omnibus: vnde daretur sic, q̃ nunquã quiescẽdũ erat Israelitis a bello, & hoc solùm propter Amalec. Sed istud est valde incõueniens, ergo nõ obligabat, & propter hoc nemo de Israelitis curauit postea bellum agere contra Amalec. Et quãq̃ aliqui de Amalecitis essent interdũ inter Israelitas, non occidebant eos, nisi alia causa supereſſet: sic patet de illo viro, qui iuit ad Dauid, & dixit: Amalecites ego sum: Dauid tamen non occidit illũ propter hoc, sed quia confessus est, q̃ occiderat Saulẽ, infra 2. lib. c. 1. *Non parcas ei* i. nõ parcas Amalecitis dimittendo aliquos eorum pp misericordiam. Hoc dictũ est Sauli, ne postea haberet occasionem excusandi se, si dimisisset aliquos de Amalecitis, dicens, q̃ omi serat propter misericordiam. *Nec concupiscas ex ipsis aliquid.* i. non moueat te cupiditas eorum, quæ videris in terra Amalec: sed omnia consume. Fuerunt autem hęc, quia Saul poterat moueri ad non implẽdum præceptum Domini propter duo, scilicet propter misericordiam, & propter cupiditatem: propter misericordiam quidẽ, quia misereretur tantæ multitudini Amalecitarum: & potissime infantib⁹ & mulieribus: & propter hoc reseruaret eos: & contra hoc dictum est, ne parcas i. nulli propter ætatẽ, vel sexum, aut quãcunque occasionem desistas occidere: secundò poterat propter cupiditatem peccare, scilicet, qa videret multa prætiosa in terra Amalec: & volens illa sibi reseruare peccaret: ideo dictũ est, ne concupiscas aliquid ex eis. *Sed interfice a viro vsque ad mulierem.* i. nulli parcas, sed tam viros, q̃ fęminas occide: hoc expressum est, quia non est de lege belli, q̃ fœminę occidantur, cùm ipsę arma non capiant; ideo posset Saul existimare solos viros occidendos. Dictum est ergo, q̃ fœminas etiam occideret, ne quisquam maneret de stirpe Amalec.

Quare Deus iussit occidi fęminas Amalecitarum, cùm esset contra legem bellorum. Quæst. VI.

QVAERET aliquis, quare Deus iussit hic occidi fœminas: hoc enim est contra omnem legem bellorũ, quam imposuerat Deus Hebræis: nam Deut. c. 20. dicitur q̃ quando Israelitę pugnarent contra aliquam gentem, quæ non esset de terra Chanaan, primò deberent offerre vrbibus illius pacem, & si reciperent debebant seruire Israelitis sub tributo: si autem non reciperent, sed bello caperetur ciuitas, debebant occidi omnes viri præter paruulos: ipsi autem paruuli cum fœminis, & iumentis reseruabantur. Si verò esset pugna contra aliquos habitantes in terra Chanaan, debebant oẽs occidere tam viros, q̃ fœminas: sed Amalecitæ nõ erant de terra Chanaan, ergo non debebant occidere Israelitæ fœminas eorum. Aliquis respondebit, q̃ Deus iussit occidi etiam fęminas, quia fortè per illas euenerat aliquid de peccato, propter quod occidebantur Amalecitæ: sicut factum est in bello contra Madian. Nam cùm iussisset Deus deleri Madianitas, Israelitæ occiderunt solos viros, putantes non esse de lege belli fœminas occidi: postea tamen Moyses increpuit eos, quòd reseruassent fœminas dicens, q̃ per illas euenerat malum: Num. c. 31. ita ergo poterat esse hic, scilicet q̃ per fœminas euenisset aliquid huius peccati, ideo debebant occidi. Rũdendũ est, q̃ hoc non stat: nã in bello cõtra Madian fuit spãlis rõ, q̃ fęminæ occiderẽtur: nã ipsas totum peccatum euenerat, s. quia ipse seduxerant Israelem allicientes viros ad sacrificia Deorũ suorũ propter blanditias meretricias, & Deus iratus est contra Israel, & occidit multos: Num. c. 25. Hoc autem expressit Moyses cum increpuit eos, qui reliquerant fœminas, dicẽs: Cur fœminas reseruastis? nonne iitę sunt, quæ deceperõt filios Israel ad suggestionem Balaam, & prævaricari vos fecerunt in Domino super peccato Phegor? Vnde percussus est populus: Nunc autem fœminę nihil peccauerant, quia peccatum Amalecitarum contra Israel fuit, q̃ pugnabant. Iussit tamen Deus, q̃ fœminę occiderentur, quia volebat, vt non maneret memoria Amalec: si tamen fœminę reseruarentur, adhuc ibi maneret memoria Amalec: ergo debebant occidi. Quod autẽ omnes Amalecitæ omnino perirent, vt supra fuit dictum, non fuit solùm causa ipsum, qđ fecerant Amalecitæ contra Israel, sed aliqua alia peccata, & hęc fortè ita erant communia viris sicut fœminis. Hoc autem aliqualiter apparet exemplo Chananæorum, quia Deus iussit, q̃ occiderẽtur omnes Chananæi tam masculi, quàm fęminę. Deutero. c. 20. hoc tamen non fuisset, nisi peccata eorum promeruissent istud. Quod patet, quia quando Deus pepigit fœdus cum Abraham, q̃ daret ei terrã Chanaan, quia aliquis diceret, quare non dabat immediate: dixit q̃ filij Abrahæ quarta generatione reuerterentur illuc: & subdidit causam, scilicet nondum enim completa sunt peccata Amorrhæorum vsq; ad præsens tempus, ita Gen. c. 15 postea tamen, quãdo consummatæ sunt omnes iniquitates eorũ, Deꝰ expulit eos de terra iubens Israelitis, quòd occiderent omnes tam viros, quàm fœminas: & hæc fuerunt peccata multarum turpitudinum, quibus tam masculi, quàm fœminę se immiscuerant. De hoc Leu. c. 28. s. omnes enim execrationes istas fecerunt accolæ terrę, q̃ fuerũt ante vos, & polluerunt eã: cauete ergo, ne & vos similiter euomat cùm paria feceritis, sicut euomuit gentẽ, quæ fuit ante vos. Sic autem de Amalecitis videtur dicendum. Quod autem fuerit similitudo eorum ad Chananæos apparet, quia sicut Deus decreuerat, & promiserat dare terram Chanaan Israelitis, & tamen non tradidit eam quasi vsque post quingentos annos, ita & iusserat, quòd Amalecitæ delerentur de sub cœlo, & promiserat, q̃ eos deleret, Exod. c. 17. tamen noluit quòd delerentur immediatè: sed expectauit, quasi per annos quadringentos, & viginti, aut triginta. Quod patet, quia præceptum istud fuit datum primo anno ab exitu de Aegypto mẽse secũdo in mãsione Raphidim Exod. c. 17. ab exitu autẽ de Aegypto vsquequo incepit Salomon ædificare templũ Domini, fluxerunt anni 480. infra 3. lib. c. 6. a quibus debent demi anni, qui fuerunt ab hac deletione Amalec vsque ad ædificationem templi. isti autem sunt quatuor anni, quibus regnauerat Salomon cũ incepit construere templum, ut patet præalle. cap. demitur etiam totum tempus, quo regnauit Dauid scilicet 40. anni, infra 2. lib. cap. 5. & infra 3. lib. ca. 2. debent etiam demi anni quibus regnauit Saul post hoc bellum: & isti sunt incerti. Sed dato, q̃ dicamus illud factũ in tertio, vel in quarto anno regni Saulis, cùm ipse regnauerit. 20. annis manebũt. 16. anni, qui omnes scilicet 16. & 44. sunt 60. quibus demptis de 480. manent. 420. qui fluxerunt a tempore, quo fuit posita sup Amalecitas anũciatio mortis, Deus tamen noluit, quòd compleretur toto illo tempore: ergo videtur, quòd nondum completa fuerant peccata Amalecitarum propter quæ Deus iubebat illos occidi. Cum autem consummata sunt, iussit Sauli, quòd illos occideret: si tamen propter solam pugnam contra Israel Amalecitæ fuissent damnati

ad omnimodam deletionem, immediatè vt peccauerunt Deus fecisset, quòd delerentur: sic patet de Madianitis: nam immediatè, ut peccauerunt cõtra Israel, Deus iussit, quòd punirentur, & mox Israelitæ deleuerunt eos: Nu. c. 31. Ita ergo potuissent delere immediatè Amalecitas: Deus tñ noluit vsque post annos. 470. a data sententia, & a pugna contra Israel: ergo non solũ deleti sunt propter illud peccatũ: sed propter multa alia, quæ quia nondum erãt completa noluit Deus, q̃ immediatè disperderentur, sed expectauit ãnis 420. sicut expectauerat Chananęos a tempore facti fœderis cum Abraham annis ferè quingentis, sed ista peccata erãt peccata magnarum turpitudinũ, sicut ponuntur Leui. 18. & 20. c. ergo crimina erant masculis, & fœminis: & sic nõ solùm viri, sed etiam fœminę perire debuerunt. *Parvulum atque lactentem.* i. nõ solùm viros, & fœminas, qui sunt in magna ętate, sed ẽt paruulos, s. quatuor, vel quinq; annorum, vel toto illo tẽpore, qui vocãtur pueri. Ẽtiã lactentes i. infantes, qui adhuc sunt in lacte, s. qui nondũ ablactati sunt debebant occidi.

Quare Deus iussit ẽt occidi paruulos Amalecitarũ. Quæ. VII.

QVAERET aliquis, quare Deus iubebat hic occidi paruulos: nam cùm erat bellum Israelitarum contra aliquam gentem, quæ non esset de terra Chanaan, siue illa gens susciperet Israelitas in pace, siue pugnaret contra eos, nunq̃ erant paruuli occidendi, quia si gẽs illa susciperet Israelitas in pace, seruituri erant sub tributo, & Israelitæ nihil nocebant eis. Si verò pugnarent mori debebant omnes viri paruuli aũt, & fœminę seruabantur, Deu. c. 20. Sed Amalecitæ nõ erant de terra Chanaan: ergo non debebãt paruuli corũ occidi. Rñdebit aliquis, q̃ paruuli perierunt iussu Dei non propter peccata sua, quia nulla egerant, sed propter peccata parentum: sic. n. Deus dicit, q̃ punit peccata patrũ in filios vsq; in tertiã, & quartã gñationẽ: Exo. 34. c. & Nu. c. 14. Etiã fiebat hoc ad pęnã ipsorũ parentũ: nã si occiderentur soli parẽtes filijs reseruatis, nulla mala passuris: & hoc parentes scirẽt, minus molestè ferrẽt. Cùm tũ coram se filios trucidari videbãt dolebant in immẽsum, vt igitur dolerent Deus fecit ẽt paruulos occidi. Sed aliter dicendum, & melius, q̃ iussit illos occidi, qa Deꝰ volebat, q̃ memoria Amalec deleretur de sub cęlo: Exo. c. 17. & Deut. c. 25. si tamen paruuli manerent, in illis conseruaretur popũlus Amalecitarum, ergo debuerunt occidi. Cũ aũt arguebatur hic, & supra de mulieribus, q̃ non deberent occidi, quia non erant de terra Chanaan. Respondendũ est, q̃ illa lex erat, qñ Israelitæ pugnarẽt contra aliquã gentem, & Deus illis nihil dicebat: nã tunc obseruabant illã, quia tũ volũtas Dei erat lex, si aliquãdo ipse daret aliũ modũ agendi dębant obseruare illũ, qa ipse ꝺdiderat leges, & poterat mutare illas, vel addere, & declarare, & ponere casus speciales. Sic aũt fuit in Amalecitis, & Madianitis, quia neutri eorũ erãt de terra Chanaan, tũ viri, & fęminę occisi sunt in illis. De Madianitis tũ, & Amalecitis non fuit pœnitus eadẽ snĩa, quia solũ inter Madianitas perierunt viri cũ paruulis, & fęminæ, quæ nouerãt viros: puellæ aũt virgines reseruatæ sunt: Nu. 31. c. Inter Amaleciras aũt oẽs perierũt tã viri quã fœminæ. *Bouem, & ouem; camelũ, & asinum.* s. oĩa gña aĩaliũ. Exprimũtur tũ ista hic gratia exempli. Intelligendum ẽt, q̃ nõ solũ res animatę perire debebãt, sed etiã res inanimatæ, s. oĩa supellectilia; nã supra dixit Deus: Percute Amalec, & demolire vniuersa eius, idest quæcunque in terra illius reperies.

Respõsio Auctõ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quare Deus iussit etiam animalia bruta Amalecitarum occidi, & non accipi in prædam. Quæst. VIII.

QVAERET aliquis, quare iussit Deus occidi animalia bruta, & consumi res inanimatas, nã in nullo bello sic fiebat: nõ solùm enim in bello cõtra gentes extraneas, in quo non occidebantur paruuli, & fœminæ; sed etiã nec in bello contra Chananæos iubebat Deus talia fieri, nam ibi solũ debebant occidi viri, & fœminæ, ita vt nullus maneret: p̃dã tũ accipere debebãt, ꝓ se, sicut iussit Deꝰ Iosue qñ pugnauit Israel contra vrbem Hai, quæ erat in terra Chanaã, vt patet Iosue. c. 8. hic aũt vnius vniuersa iubẽtur deleri. Rñdet Ra. Sa. ꝙ iussit Deus occidi camelos, & boues, cẽteraq; aĩalia, vt sic occiderent oẽs Amalecitę. Erant. n. Amalecitę malefici, & poterãt se conuertere in effigies boũ, camelorum cẽterarumq; rerũ, vt ergo nullũ maleficiũ eis ꝑdesser, iussit pecora occidi, vt sic occiderent Amalecitę ẽt si essent conuersi in effigies pecorum. Sed istud ridiculum est, dato tamen ꝙ Amalecitę interdum ista facerent, tũ non erat hoc sufficiens remediũ: nã tunc possent se conuertere in figuras rerum inanimatarũ, vt lapidũ, vel arborũ: & sic euaderẽt, vel facerẽt se inuisibiles sicut erat opus maleficorũ: non ergo daret hoc Deus in remedium contra maleficia Amalec. Itẽ si ꝑpea boues, & oues occidebantur, quare iussit Deus ꝙ oĩa alia, quæ essent in terra illa, ſ. aurum, & argentũ, & supellectilia cõsumerẽtur? Alij aũt dicunt ꝙ fiebat hic ad dolorem Amalecitarũ, ſ. ꝙ dũ viderent res suas consumi ab hostib⁹ ęgrè ferrent. Sed falsum est, nã cũ Israelitę pugnarent contra Amalec, & vincerent, acciperẽt omnes res Amalecitarũ in potestate sua: post hoc aũt, siue illas cõsumerent, siue sibi reseruarẽt nihil ꝓtinebat ad Amalecitas, quia solùm erat graue, ꝙ res suę auferrentur eis, & transirent in potestatem hostiũ: postea aũt quid de eis fieret, ad hostes, qui erant Domini eorum pertinebat, & non ad Amalecitas: imò si attendatur grauius erat Amalecitis, ꝙ non consumerẽtur res eorum, & transirent in potestatem hostium, q̃ ꝙ consumerentur: nam interdum sic hostes faciunt: cùm enim vident ꝙ non possunt conseruare res suas ab hostibus, sed solùm seipsos: consumunt res igne, ne hostibus proficiant: non ergo fiebat hoc ad dolorem Amalecitarum. Alij dicũt, ꝙ fiebat ad detestationem criminis. Interdũ enim res, quæ peccare non possunt, pariter iubentur occidi propter peccata personarũ, ad quas aliquo modo pertinent: sic enim siquis coiret cũ pecore, iubebat lex lapidari virũ, & ipsum pecus: Leui. c. 20. q̃q̃ non peccasset pecus, sed propter horrorẽ criminis. Aliquãdo autem iubentur perire res pp̃ detestationem criminis personarum, a quibus possidentur: sic enim quãdo Dathan, & Abiron cum socijs suis perierunt ẽt omnes res illorum absorpte sunt: nam iussit Deus, ꝙ nemo contigeret substantias eorum: Num. c. 16. Et hoc non erat, nisi crimen eorum esset detestabilius Israelitis, cùm viderẽt eos cum rebus suis simul perire. Aliter dici potest, ꝙ hoc factum est ad tollendum memoriam Amalec, quia Deus iusserat, vt periret memoria Amalec de sub cęlo: si tamen manerent res possessæ ab eis, adhuc aliqualis memoria esset Amalecitarum, ideo voluit omnia consumi. Aliter tamen dicendum est, & melius ꝙ Deus posuerat terram Amalecitarum tanq̃ anathema. In anathemate autem omnia pereunt, siue homines, siue iumenta, siue supellectilia, sicut patet de anathemate, quod Deus posuit super ciuitates Israelitarum, quæ colerẽt Deos alienos, Deut. c. 13. ſ. quòd nullus inde quicquam acciperet.

Opinio Ra. Salomonis ridicula.

2. Opinio

3. Opinio

Opinio Authoris.

An Deus iusserit occidi canes, feras, & mures Amalecitarum. Quæst. IX.

QVAERET aliquis, cũ Deus iussit hic occidi boues, & oues, & omnia pecora, an ẽt iuberet occidi oĩa aĩalia in terra Amalec, vt canes, & muri legos, & feras. Rñdendũ est, ꝙ Deus ponebat terrã Amalec tanquã anathema: & hoc ꝓp Amalecitas: ideo solũ ꝓtinebat istud anathema ad res illas, quæ aliquo modo erant Amalecitarum: feræ autem & oẽs bestiæ agri non ꝓtinebant ad Amalecitas, quia non erãt in ptãte eorum, iõ non obligabantur Israelitæ occidere feras: nã ẽt si vellent eas occidere, fieret eis impossibile, quia eas cursu consequi nõ valerent, nec earũ possent ꝓcunctari latibula: manet autem dubiũ de aĩalibus domesticis, q̃ non erant pecora, sicut de auibus, canibus, & similibus. De q̃bus dicendum, ꝙ anathema pertinebat ad res, quæ possidebantur ab Amalecitis: quædã aĩalia sunt, quæ licet vrbana sint, tñ ꝓp sui vilitatẽ a nemine possidentur, & hæc non cadunt sub anathemate: quæ aũt alicuius valoris erãt cuiuscunq; modi aĩalia essent, occidi debebant: nec ipsi Israelitæ applicare poterant eas sibi, & sic fiebat in quolibet alio anathemate.

Quæret aliquis an Saul deleuerit pœnitus vrbes Amalecitarum, scilicet non solùm occidendo viros, sed etiam cremando vrbes, & delendo eas pœnitus, ita vt non maneret locus habitaculi. Quæst. X.

RESPONDENDVM est ꝙ hoc nõ põt patere ex diuino mãdato manifesto, cũ solũ exprimatur de viris, & fœminis, & pecoribus, & supellectilibus: infra quoq; qñ dicitur quid egerit Saul cõtra Amalecitas, solũ ponit, ꝙ occiderit oẽs viros, & feminas, sed nõ dr̃, ꝙ deleuerit vrbes. Iosephus quoq; 6. Antiquitatũ idẽ ponit, ſ. quomodo acceperit oẽs vrbes terræ Amalec, occideritq; habitatores earũ: tñ non dr̃, an deleuerit ipsas vrbes. Videtur tamen dicendum ꝙ Saul combusserit saltẽ ipsa loca Amalecitarum: nã ꝙ ipse maneret delendo illa erat magnę occupationis: ſ. diruere oẽs vrbes, & habitacula vrbiũ vsq; ad solũ: flãma tamen illas cito consume re poterat, qđ credendũ est fuisse: nã in oĩbus alijs, anathematibus sic fiebat. Patet de vrbe Iericho, quæ posita est sub anathemate, & cremata est cũ oĩbus, quæ ibi erãt, Iosue. c. 7. sic ẽt vrbs Hai posita est sub anathemate, & pẽnitus cremata est, Iosue c. 8. sic ẽt Deus iubebat poni sub anathemate vrbes illas, quæ in terra Israel colerent idola, & iubebat, quòd cremarentur, ita vt nihil de eis maneret, Deu. ca. 13. sed adhuc patet hoc efficaci⁹, ꝙ Chananęi regis Arad, qui pugnauerunt ꝓtra Israelitas, deleti sunt ab Israel, & isti pugnauerãt bis cõtra Israelitas, sicut Amalecitæ, ut supra declaratũ est: ergo talẽ pœnã debebant pati Amalecitæ, sicut isti, sed isti fuerunt positi sub anathemate, vt patet Nu. 21. ca. ſ. Exaudiuit Dominus p̃ces Israel, & tradidit Chananęũ, quem illę interfecit subuertis vrbibus eius, & vocauit nomen loci illius horma. i. anathema. Parem ergo pœnam tolerare debebant Amalecitæ. ſ. vt subuerterentur vrbes eorũ: & sic credẽdũ ẽ, ꝙ fuerint subuersę: alioquin. n. non prohiberetur ꝙ Israelitę acciperent res Amalecitarum pro se, quia in oĩ bello licebat Israelitis accipere prædam, nisi poneretur anathema. Sic patet Deu. c. 13. ſ. Et nõ adhęrebit de illo anathemate quicq̃ in manu tua. Et Deu. c. 7. dicitur. Nec inferes quippiã ex idolo in domũ tuã, ne fiat anathema, sicut illud est: ergo si non esset anathema illud, liceret tolli ex illo: ex quo colligitur, ꝙ oĩa, de quibus nihil tolli debebat, posita erant sub anathemate: sic ergo fuerũt vrbes Amalecitarũ, & ꝙsequẽter exustę sũt.

Quare

Quare non iussit Deus, vt nullus habitaret in æternum in vrbibus Amalecitarum, cum in omnibus anathematizatis sic factum sit. Quæst. XI.

QVAERET aliquis, quare non iussum est, ꝙ nullus habitaret in ęternũ in vrbibus Amalecitarum, quia de omnibus vrbibus, quæ ponebantur sub anathemate sic fiebat, scilicet ꝙ essent tumuli ęterni, & non habitarentur. Sit patet Deut. c. 13. ſ. & sit tumulus sempiternus, & non ędificabitur amplius. Et ibi agitur de ciuitatibus ponendis sub anathemate. Patet etiã hoc specialiter de vrbe Iericho: nam illa posita est sub anathemate, vt patet Iosue. c. 6. & tamẽ dictum est, ꝙ non habitaretur in æternum: vnde dixit Iosue: maledictus homo corã domino, qui suscitauerit, & reędificauerit vrbẽ Iericho. In primogenito suo fundamẽta illius iaciat, & in nouissimo liberorum ponat portas eius. Quod postea sic factum est in eo, qui reędificauit illam vrbem: nam oẽs filij eius mortui sunt, vt patet infra. 3. lib. c. 16. Sic ẽt factum est in vrbe Hai, quæ posita est sub interdicto: & combusta fuit, atque posita in tumulum sempiternum, Iosue. 8. c sic ergo de Amalecitis dici debebat, ꝙ non habitaretur terra eorum in sempiternum. Respondẽdum est, ꝙ terra Amalecitarum subiecta fuit interdicto secundũ legẽ cõmunem interdictorũ, ideo consequens erat, etiã si non exprimeretur, ꝙ non deberet habitari illa terra in sempiternũ: hic tamen non fuit expressum, quia lex interdictorũ ponebatur Israelitis, scilicet ꝙ ipsi non habitarẽt vrbem illam, quæ subijceretur interdicto. In terra tamen Amalec ipsi non erant habituri, ẽt si nõ supponeretur interdicto, cùm esset extra terram Chanaan. Deus tamen iusserat Israelitis, ꝙ non habitarent extra terram illam, ideo prefixit eis terminos habitationis suæ: Nu. 34. hos autem non licebat transgredi, ideo nullatenus habitarent ipsi in terra Amalec: & sic non fuit opportunũ dicere, ꝙ non habitaretur in sempiternum.

Quæret aliquis an Amalecitæ peccauerunt redeundo ad habitandum in terra illa post bellum. Quæst. XII.

An Amalecitæ peccauerint redeundo ad habitandum in terra illa post bellum.

ALIQVIS dicet ꝙ sic, quia quando aliqua ciuitas subiecta erat interdicto, nemini licebat amplius habitare in ea, nec quicquam ibi ꝑstruere, vt patet Deu. 13. c. scilicet, erit tumulus sempiternꝰ, & non habitabitur amplius: & non solùm erat peccatum siquis postea habitaret in illis vrbibus, sed ẽt Deus inferebat pœnam habitantibus, vel ędificantibus, sicut patet de vrbe Iericho. Nam ille, qui eam constrvxit post anathema, perdidit filios suos, quia in primogenito suo posuit fundamẽta, & in nouissimo liberorum posuit portas, vt patet infra. 3. lib. c. 16. ergo Amalecitæ deberent pati has pœnas, & peccarent grauiter cũ redirent ad habitandum in terrã suam, quæ iam suppositа fuerat interdicto. Respondendum est, ꝙ Amalecitæ non peccauerũt redeundo ad habitandum in terram suã, quamquam esset subiecta interdicto, quia interdictum, vel anathema erat inter Hebræos quædam lex cęremonialis, ideo solùm obligabat eos secundum quòd aliæ leges cęremoniales, vel iudiciales solũ obligabant Iudæos, ideo etiam lex de interdicto, vel anathemate eos solùm obligaret, quia lex solùm obligat illos, quibus ponitur, ut patet ad Rom. cap. 3. scilicet: Scimus autem, quoniam quæcunque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur: sed lex Mosayca solum fuerat A data Hebræis, vt patet Psal. 147. scilicet. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. & Deut. cap. 4. vbi Moyses innuit, ꝙ nulla gens erat, quæ tales leges haberet sicut Hebræi, ideo non fuit data ista lex Amalecitis, vel alijs gẽtibus: solùm ergo obligauit Hebræos: aliæ autem gentes, quamquam non obseruarent istam legem, non peccabãt, sicut si non obseruarent Circunciſionẽ: ergo quãquam redierunt Amalecitæ ad habitandum in terra sua, quæ iam anathemati subiecta erat, non peccauerunt, quia istud solùm tenebat respectu Hebræorum.

Quare Deus noluit aurum, & argentum Amalecitarum seruari in thesauris Domini, sicut factum est in vrbe Iericho. Quæstio XIII.

QVAERETVR vlterius, quare nõ solùm iussum est hic, ꝙ omne aurum, & argentum, & ęs quod esset in terra Amalecitarum reconderetur in thesauris Domini, sicut factum est in anathemate Iericho: nam ibi positum est anathema super ipsam vrbem, scilicet, ꝙ omnes, qui erant in vrbe, perirent tam homines quã iumenta, & ipsa vrbs flãma vrerẽtur, nec caperet aliquis quicquã de vrbe, sed oĩa cõburerentur præter aurum, argentũ, ęs, & ferrũ, quę reseruarentur in thesauris Dñi: ibi tamen erat anathema, vt patet Iosue. cap. 6. ergo similiter debuisset hic fieri. Respondendũ est, ꝙ anathema non ponebatur semper eodem modo in oĩbus, in quibus ponebatur, sed aliquãdo grauius, & aliquando leuius. Accidebat aũt hoc tripliciter. Primo modo ponebatur anathema, ꝙ omnes, qui erant in vrbe occiderẽtur tam homines, quàm iumenta, & ꝙ de ipsis rebus, quæ erant in vrbe. ſ. de auro, & argento cętęris; supellectilib⁹ nullus sibi quicq̃ acciperet, sed omnia cremarẽtur: nec ẽt Deo aliquid proueniret: & ꝙ ipsa vrbs cẽt in ęternũ sine habitatore. Iste modus hr̃ Deut 13. c. vbi agitur, quomodo subijciebantur anathemati ciuitates, quæ colebant idola. Secũdus modus anathematis erat, qñ omnes, qui erãt in vrbe, occidebantur tam homines, quàm iumenta, & omnia supellectilia vrbis cremabantur, ita ꝙ nullus pro se quicquã acciperet, sed solum aurum, & argentum, ęs, & ferrũ reseruaretur in thesauris Domini, & iste fuit modus in anathemate vrbis Iericho; quia nullus de Israelitis quicquã accepit pro se de præda, sed omnia concremata sunt præter aurum, & argentum, quod positum est in thesauris Domini: & quia Achan furatus est quandam partem supellectiliũ de vrbe Iericho, lapidatus fuit, Iosue. c. 7. Tertius modus anathematis erat qñ omnes viri, & fœminæ magni, & parui, qui erant in vrbe interdicto supponebantur, & occidebantur: ipsa quoq; ciuitas exurebatur, & fiebat tumulus sempiternus: iumenta tñ, & omnia supellectilia, q̃ in vrbe erãt reseruabantur, & cedebant in partẽ pugnatorũ, nec dabatur de eis quicquã in thesauris Dñi. Et iste modus fuit obseruatus in anathemate vrbis Hai, vbi tota p̃da fuit diuisa pugnatoribus: sola aũt ciuitas fuit supposita anathemati in ęternũ, Iosue. c. 8. De terra aũt Amalecitarum, dicendũ est ꝙ fuit subiecta interdicto primo mõ. ſ. ꝙ oẽs viri, & fœminæ terræ illius occisi sũt, & ipsa terra exusta est. ſ. oẽs vrbes eius: pecora autẽ & iumenta, oĩaq; supellectilia partim gladio, & partim flamma consumi debębant, ita vt ninihil Israelitis, & nihil Deo proueniret. Sed tũc stat dubitatio, quæ prius, scilicet quare terra Amalec suppositа fuit interdicto primo modo, & non secundo, vel tertio modo.

Anathema triplici ter ponebatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Respõsio ad principale quæsitũ, quare diuersimodè ponebatur anathema.

Respondendum est, ꝙ quandocunq; terra subijciebatur anathemati, aut erat specialiter ꝓpter culpam habitatorũ ipsius terræ, aut erat ex alia cã. s. ex voluntate solũ illorum, qui subijciebant terram illam anathemati. Si primo modo subijciebatur terra anathemati primo dicto, scilicet ꝙ nihil pertineret ad Deum, nec ad Israelitas, sed omnia consumerentur. Et causa huius est propter horrorem criminis: nam horribilius erat, quòd omnia cremarentur, & nihil Deo, aut hominibus applicaretur, quã quòd aliqua Deo proueniret, vel hominibus: nam cùm omnia cremabantur, censebatur peccatũ illud ita graue, ꝙ non solùm homines, qui peccauerant, sed etiam res eorũ infectę essent crimine, ita vt nec Deus, nec homines acceptarent aliquid illorũ. Cũ autem aliquid proueniebat in partem Dei, vel in partem hominum de vrbibus interdicto subiectis, iam non reputabatur peccatum ita graue, cũ Deus aliquid illorum pro se acceptaret vel homines pro possessione sua. Ista autem fuit causa, quòd vrbes, quæ pro idolatria anathemati subiectę erant haberent anathema primo modo dictum, quia nullum peccatum grauius erat idolatria, ideo nulla pœna maior esse debebat, nec detestabilior, quàm in peccato idolatriæ: sed anathema primo modo dictum grauius erat alijs, ideo illud positum est pro idolatria: nam si aliquid de vrbibus idolatrarum reseruaretur in thesauris domini, non videretur Deus peromnem modum exosum habere idolatrię crimen. Vnde Israelitę minus illud cauerent. Vt ergo totaliter Israelitæ abhorrerent istud vitium, voluit Deus maximam pœnam esse, & pessimum anathema in peccato idolatriæ. Anathema autem positum secundo, & tertio modo non erat ita propriè anathema, sed fuit ex causis specialibus, & non propter culpam ipsorum qui subijciebantur anathemati. Sic patet in vrbe Iericho, quæ fuit anathematizata secundo modo. Nam non fuit propter aliquod peccatũ speciale Ierichontinorum: non enim peccauerant ipsi plusquam alij Chananęi; sed quia illa erat prima vrbs, quam accipiebant Israelitæ in terra Chanaam, volebant eam totaliter dedicare Deo nihil ꝓ se accipientes. Occiderunt ergo omnes viros, & fœminas: non quidem ad specialem cultum Dei, sed quia istud erat de lege cõmuni respectu terræ Chananęorũ, in qua nullus omnino permittendus erat viuere: Deut. 20. cap Aurum vero, & argentũ, ęs, & ferrum, quæ proficere poterant ad cultũ Dei in tabernaculo eius reseruata sunt in thesauris domini. Pecora quoque, & iumenta, & omnia supellectilia vrbis illius applicita fuissent ad cultum Dei, & reseruata si aliquid prodessent: non erant tamen talia quæ applicari possent, sicut declaratum fuit Iosuę 6 c. ideo cùm directè non possent applicari Deo, applicita fuerunt indirecte, s. vt omnia cremarentur ad honorem Dei: exhibebatur enim quidam honor Deo in hoc, ꝙ propter eum illa cremarentur, sicut in sacrificijs pecora cremabantur ad honorem Dei. In anathemate autem tertio modo dicto erat leuius, quàm in omnibus, quia ibi solùm fiebat ipsa ciuitas inhabitabilis, tamẽ non cremabatur aliquid de supellectilibus, nec occidebantur pecora, & iumenta, sed tota præda exercitui diuidebatur. Istud autem anathema ad quendam cultum Dei erat inquantum homines propter Deum incendebant vrbes hostium, & abdicabant a se vrbes illas in ęternum propter Deum. Quicquid tamen propter cultum Dei fiat, bonum erat, potissimè cùm homines sequestrent a se illa, quibus indigent: & sic erat de Israelitis quando incendebant vrbes, & abdicabant a se eas in ęternum, cùm adhuc deficerent eis vrbes ad habitandum. De Amalecitis verò dicendum est, quòd anathema eorum fuit positum propter ipsorum peccatum, scilicet quia pugnauerant contra Israel, vt dicitur hic: Recensui quæcunque fecit Amalec Israel, & quomodo restitit ei in via, nunc ergo percute Amalec. Debuit ergo anathema amalechitarum pertinere ad primũ modũ, quia fiebat in detestationem criminis: & sic non debuit aurum, vel argentum, aut aliquid aliud reseruari in thesauris Domini.

Præceptio Saul ad bellum contra Amalec.

Præcepit itaque Saul populo. Hic ponitur secundum huius primæ particulæ, scilicet aliqualis præcepti diuini executio, s. quomodo pręparauit se Saul ad bellum, & ponitur primo computatio virorum euntium ab bellum: & dicitur, ꝙ præcepit Saul populo, ideſt præcepit, ꝙ congregaretur ad eundem ad prędium: & hoc quia misit nuncios per totam terram, vel fecit clãgi buccina, sicut supra c. 13. Quando cõuocauit populum ad pugnandũ contra Philistinos. *Et recensuit eos quasi agnos.* i. postquam congregati sunt Israelitę computauit eos, quia in bello oportet esse pugnatores ordinatos sub ducibus suis, & nõ potest esse iste ordo determinatus, nisi sciatur numerus pugnatorum. Dicitur autem, ꝙ recensuit eos quasi agnos, i. sicut computantur agni. Pastor enim quando computat agnos, vel oues, facit eos singulariter trãsire coram se exeundo ꝑ portã ouilis, & sic ꝑputat. Iste modus ꝑputandi erat inter Israelitas ad reddendum decimas pecorum, vt patet Leui. c. 27. scilicet. Omnium decimarum bouis, & ouis, & capræ, quæ sub pastoris virga transeunt quidquid decimũ venerit sanctificabitur Domino. In Hebręo dicitur hic bethelain: & sunt duæ dictiones, s. Be est præpositio, & significat, in: Thelain est nomen & communiter accipitur apud Hebræos tanquam nomẽ proprium loci, s. ꝙ computauit Saul Israelitas in loco, qui dicitur Thelain: sicut dicitur, supra c. 11. ꝙ computauit Saul Israelitas in Bezeth. Aliquando autẽ accipitur Thelain tanquam nomen commune, & significat agnos, & tunc est sensus ꝙ recẽsuit eos in agnis: sed quia iste sensus erat sine sensu secundum morem Hebraicum dixit litera nostra, quasi agnos. Hebræi autem qui accipiunt hic pro agnis exponunt dupliciter. Vno modo ꝙ Israelitæ computati sunt in agnis. i. non computati fuerunt ipsi per se, sed quilibet asserebat vnum agnum, & computatis agnis scitus est numerus Israelitarũ. Et qui isto modo exponunt, dicunt, ꝙ supra c. 11. cõputauit Saul Israelitas in Bezeth. i. ī testulis. s. ꝙ quilibet de Israelitis dabat vnam testulam, & per numerum testularum agnitus est numerus eorum. Sed ista expositio non stat: nimis enim est irrationabile, ꝙ ad hoc ꝙ Israelitæ computarẽtur, quilibet adduceret vnũ agnum, & non proficerent illi agni ad aliquid aliud, nisi ad computandum exercitum: potissimè, qa nõ est verisimile, ꝙ Israelitæ possent habere in vno loco simul tot agnos, quot viri erant hic. s. 210. millia virorum. Item quia quando istæ numerationes fiũt ad hoc, ꝙ leuius computetur exercitus: sicut cùm quidam Rex Persarum haberet exercitum magnũ, quem computare non posset faciliter, iussit ꝙ quilibet iaceret vnam sagittam ad signum, & sic per numerum sagittarum deprehensus est numerus virorum: hic autẽ è contrario accidit, quia facilius erat computari istos viros per se, quàm ꝙ quilibet adduceret vnum agnum, ideo non fuerunt sic cõputati. Aliter exponunt quidam, scilicet ꝙ Israelitæ computati sunt in agnis i. ꝙ quilibet eorum dedit vnum agnum ad hoc, ꝙ computaretur: hoc autem erat, quia

Israelitæ numerati sunt, quasi agni, quo modo intelligitur.

Primatus Iudæ, posteà in Dauid, & in Christo. Gen. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius donec veniat qui mittendus est. Et ipse erit expectatio gentium. Aliqui legunt, Siloh, pro qui mittendus est. Alij, pro eo quod est, donec veniat pacificus. Alij, donec veniat cui reconditum est. Alij, donec veniat filius eius. Alij, donec veniat filius ipsius. Alij, donec veniat filius eius, qui mittendus est. Alij, donec veniat filius eius, pacificus. Alij, donec veniat filius eius, cui reconditum est. Alij, donec veniat filius ipsius, qui mittendus est. Alij, donec veniat filius ipsius, pacificus. Alij, donec veniat filius ipsius, cui reconditum est. Alij, donec veniat filius eius, qui mittendus est. Alij, donec veniat filius eius, pacificus. Alij, donec veniat filius eius, cui reconditum est. Alij, donec veniat filius ipsius, qui mittendus est. Alij, donec veniat filius ipsius, pacificus. Alij, donec veniat filius ipsius, cui reconditum est.

quia Deus iusserat, ꝙ Israelitæ quandocunque computarentur soluerẽt quoddam precium, ne esset in eis plaga dispersens, alioquin sequeretur plaga: erat autem istud precium dimidij sicli, vt patet Exo. c. 30. sic autem dicunt isti hic, ꝙ fuit computatus hic populus per agnos, scilicet ꝙ quilibet Israelitarum dedit vnum agnum pro computatione. Sed etiã hoc nõ stat, quia solùm tenebatur dare quilibet computatus dimidium siclum, siue esset pauper, siue diues, vt Exo. c. 30. Agnus tamen magis valebat, quàm dimidium sicli: nam vnus aries valebat duos siclos, Leuit. c. 5. Ergo vnus agnus valeret plusquam dimidium sicli. Item patet hoc, quia dato ꝙ dimidium sicli valeret vnũ agnũ, tñ Israelitę computati non darent agnos, sed dimidiũ sicli, quia isti sicli ponendi erãt in sanctuario in recordatione filiorũ Israel ita Exo. c. 30. Ergo exponendum est sicut litera nostra dixit, scilicet in agnis. i. recẽsuit eos quasi agnos.

Ducenta millia peditum & 10. millia virorũ Iuda. i. iste exercitus totus Saulis fuit ducentorum. 10. millium virorũ: & erant. 200. millia virorũ de 11. tribubus, decem millia autem erant de tribu Iuda. Iosephus autem ponit alium numerum, scilicet de tribu Iuda. 30. millia, & de 11. tribubus. 40. millia, vt patet 6. Antiquitatum, scilicet cùm ait: Cõgregãs cunctũ exercitum, eũq; dinumerans in Galgalis, inuenit Israelitarum absque tribu Iuda circa 40. millia virorum. Illa namq; tribus sola 30. millia habebat armatos. In hoc tamẽ credendum est magis literæ quàm Iosepho, cùm scriptura ponat hic præcisum numerũ pugnatorũ. Erãt ista 200. millia de 11. tribubus & 10. millia de tribu Iuda, quod visum est Iosepho esse pter rationem. Nam semper tribus Iuda consueuerat habere plures pugnatores, quã quęlibet alia tribus, immo tot quot erant in quinque, vel sex tribubus, vt patet infra 2. lib. c. vltimo: vbi cùm computentur omnes viri pugnatores Israel, inuẽti sunt in tribu Iuda quingenta millia virorum, in alijs autem 11. tribubus inuenta sunt nongenta millia: ideo Iosephus ponit 30. millia in tribu Iuda. Hoc autem verum est, scilicet ꝙ plures pugnatores essent in tribu Iuda, quàm in qualibet: nõ accepit tamen hic Saul omnes pugnatores, qui erãt in tribu illa, sed solùm 10. millia: computantur autem per se hic pugnatores tribus Iuda ad vnam partem, & pugnatores aliarum. 11. tribuum ad aliam partem, quasi esset tribus Iuda per se vnus populus: & alię. 11. tribus essent alius populus: sed hoc factum est propter honorem huius tribus. Quare autem tribus Iuda per se computetur, & quomodo ipsa erat maior omnibus alijs tribubus, & quomodo dignior, & quomodo Reges denominabantur specialiter ab ea, declaratum est supra. c. 11. Erat autem consuetum, ꝙ ista tribus per se computaretur: sic quando cõputauit Saul Israelitas in bello contra Amon, per se fuerunt computati viri Iuda, vt patet supra c. 11. s. Fueruntq; filiorum Israel. 400. millia: virorum autem Iuda. 30. millia: sic etiam infra 2. lib c. vltimo per se computantur quingenta millia virorũ iuda, & per se nongenta millia de alijs tribubus.

Primatus Iudæ, posteà in Dauid, & in Christo. Gen. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius donec veniat qui mittendus est. Et ipse erit expectatio gentium. Aliqui legunt, Siloh, pro qui mittendus est. Alij, pro eo quod est, donec veniat pacificus. Alij, donec veniat cui reconditum est. Alij, donec veniat filius eius. Alij, donec veniat filius ipsius. Alij, donec veniat filius eius, qui mittendus est. Alij, donec veniat filius eius, pacificus. Alij, donec veniat filius eius, cui reconditum est. Alij, donec veniat filius ipsius, qui mittendus est. Alij, donec veniat filius ipsius, pacificus. Alij, donec veniat filius ipsius, cui reconditum est. Alij, donec veniat filius eius, qui mittendus est. Alij, donec veniat filius eius, pacificus. Alij, donec veniat filius eius, cui reconditum est. Alij, donec veniat filius ipsius, qui mittendus est. Alij, donec veniat filius ipsius, pacificus. Alij, donec veniat filius ipsius, cui reconditum est.

Ciuitatem Amalec. Hic agitur de pugna, scilicet quomodo prævaluit Saul contra Amalecitas: & dicitur ꝙ venit ad vrbem eorum. Non est intelligendum, ꝙ esset vnica vrbs in terra Amalec, & ista nominetur vrbs singulariter: nam multæ vrbes erant in terra Amalec, cùm esset terra spatiosa: sed dicitur ad vrbem Amalec. i. ad maximam vrbiũ Amalec, vel ad primam vrbium: nam ibi immediatè tetẽdit insidias in torrente, & pugnauit contra Amalec. Iosephus. 6. antiquitatũ dicit, ꝙ Saul dupliciter pugnauit contra Amalec. Primò bello campali, & præuaIuit: deinde cùm Amalecitæ includerent se intra vrbes suas obsidebat singulas, & capiebat: vnde ait: Tunc verò Saul Amalecitarum regionẽ ingressus insidias occultas circa torrentem fecit, vt non solũ ab apertè pugnans eos affligeret, sed etiam inopinate super eos per incertas vias irrueret, & circundatos deuastaret. Igitur cõgressus in pugnam, fugauit hostes, multosq; peremit, & reliquos persecutus est fugientes. Cumq; illud opus propitia diuinitate cõplesset, Amalecitarum vrbes obsedit, & alias quidẽ molitionibus, alias verò suffosionibus cloacarũ, & muris extrinsecus è diuerso ędificatis, alias autẽ fame, & siti, alias verò modis alijs obsidens, & fortiter capiens ad necem cunctorum infantium, & mulierum simul inuectus nihil crudele, nec vltra naturã se facere credẽs. *Tendit insidias in torrente.* Poterat Saul pugnare contra Amalecitas aperta pugna, sed voluit eos primò aggredi per insidias, vt facilius caperet, posuit autem eas in torrente, quia ibi erat locus decliuis, & occultus, vt non viderentur ab Amalecitis. *Dixitq; Saul Cineo.* Hic ponitur saluatio cuiusdã populi. Habitabat enim quidam populus in medio Amalecitarum, qui non erat de genere eorum, sed de genere Iethro soceri Moysi, qui vocabatur Cineus; ideo noluit percutere Saul Cineos, sed iussit, vt recederent de medio Amalec.

Quomodo Cinæi habitabant intra Amalecitas, cùm essent de terra Madian. *Quæst. XIIII.*

QVAERET aliquis, quomodo Cinęi, qui erãt de stirpe Iethro poterant habitare in terra Amalec, nam Iethro, erat de terra Madian, vt patet. Exo. c. 3. Respondendum est, ꝙ Moyses quando fugit de Aegypto a facie Pharaonis iuit in terram Madian, & ibi habitans cum Iethro Sacerdote Madian accepit vnam de filiabus eius in vxorẽ, genuitque ex ea duos liberos, scilicet Gersõ, & Eliezer, vt patet Exo. ca. 2. 3. & 4. cùm autem redire vellet mandato Dei Moyses ad reliquos Israelitas, qui manebant in Aegypto, ducebat secum vxorem suam, & duos filios, sed cùm impediretur portando eos in itinere, remisit vxorem ad patrem suum Iethro: Exod. c. 4. Deinde eodem anno cùm egrederẽtur Israelitę de Aegypto, & venirent in montem Sinai, Iethro audiens, ꝙ esset ibi Moyses, iuit in montem Sinai ducens illuc vxorem Moysi, & duos filios eius: ita Exo. c. 18. Mansit autem aliquanto tempore Iethro cum Moyse, & ordinauit populum quantum ad iudices, vt patet ꝑalle. c. Deinde cùm vellent recedere Israelitæ de monte Sinai, hortabatur Moyses Iethro, vt iret cum eis in terra Chanaan, dicens: proficiscimur ad locum, quẽ dominus Deus noster daturus est nobis, veni nobiscum, vt benefaciamus tibi, quia dominus bona promisit Israeli: cui Iethro: non vadam tecum, sed reuertar in terram meã, in qua natus sum: & ille: noli, inquit, nos relinquere, tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, & eris ductor noster, cunque nobiscum veneris, quicquid optimum fuerit ex opibus, quas nobis traditurus est Dominus, dabimus tibi, vt patet Nu. c. 10. Hic tamen non dicitur an Iethro redierit in terram suam, vel iuerit cum Moyse: sed Exo. capit. 18. dicitur ꝙ dimisit Moyses Iethro cognatum suum, qui reuersus abijt in terram suam. De ipso igitur satis apparet, ꝙ non venerit cum filijs Israel in terram Chanaan, filij autẽ sui venerunt: sed hoc stat dupliciter, scilicet ꝙ filij Iethro immediate vt redijt Iethro in terram suam secuti fuerint Israelitas

tas per desertum, & ambulauerint cũ eis 40. annis vsq; in introitum in terram Chanaan, vel ꝙ manserint filij Iethro in terra sua, vsquequo Israelitę introierunt in terram Chanaan, & obtinuerunt eam deletis habitatoribus eius, tũc audita fama huius victorię filij Iethro venirent de terra Madiã, quæ erat terra sua, vt habitarent cum Israelitis credentes, ꝙ reciperẽtur ab eis propter patrem suum, & propter cognationem, quam habebant ad Israelitas per sororem suam, quæ erat coniuncta Moysi in vxorem. Primum tamẽ magis apparet, quia filij Iethro erãt cum Israelitis, quando steterunt Israelitę in vrbe Iericho: sed ista est prima ciuitas, in qua steterũt in introitu terrę Chanaan. De hoc Iudi. c. 1. scilicet: filij autem Cinęi cognati Moysi ascenderunt de ciuitate palmarum cũ filijs Iuda in desertum sortis eius, quod est ad meridiem Arad, & habitauerunt cũ eo: hic autem vocatur ciuitas palmarum Iericho: quia apud illam in quadam valle crescunt palmę multę versus terram Sodomorum. Hoc patet Deu. ca. vlti. scilicet: Ad austral em partem, & latitudinem cãpi Iericho ciuitatis palmarũ, idest quę est ciuitas palmarum. Apparet igitur quomodo filij Iethro, qui vocantur Cinęi, venerunt in terram Chanaan, et habitauerunt cum filijs Iuda. Quomodo autem habitauerint in terra Amalec in medio eius, cum hic dicat, ꝙ recessit Cinęus de medio Amalec dubiũ est.

Dicendum est ꝙ filij Iethro iuerunt cum filijs Iuda ad habitandum in sorte eorum, & habitauerunt ad meridianam partem sortis ipsorum, & illa terra est coniuncta terræ Amalech, & circundatur ab ea, ita vt videatur esse in medio illius quamquam non sit aliqua pars eius: hoc autem apparet Iudi. c. 1. cum dicitur, ꝙ filij Cinęi ascenderũt de ciuitate palmarum cũ filijs Iuda in desertum sortis eius, quod est ad meridiem Arad: terra tamẽ Arad, & Amalec sunt coniuncte. Quod patet, quia cùm essent Israeli tę in deserto: isti duo populi habitabant simul, & pugnabant contra Israel. Sic patet Num. c. 13. scilicet: Quoniam Amalecites, & Chananæus habitant in vallibus cras mouete castra: & iterum ibidem dicit. Descẽditq; Amalecites, & Chananæus, qui habitãt in montibus. Cùm ergo filij Ietro habitarent ad meridiẽ Chananęorum Arad: habitantibus apud terrã Amalec scilicet ita ꝙ ambirentẽ ab ea: & sic dicerentẽ esse in medio Amalec, & exisse de medio Amalec.

Quæretur vlterius, an Saul peccauerit non percutiendo Cineos, qui habitabant in terra Amalechitarum. Quæst. XV.

An Saul peccauit nõ pcutiẽdo Cineos q̃ habitabãt i terra Amalecitarum.

ALIQVIS dicet ꝙ sic, quia Deus dixit: nunc ergo vade, & pcute Amalec, & demollire vniuersa eius: sed Cinęi erant aliquid de terra Amalec cùm habitarent in medio eius, vt patet in littera: ergo peccauit non occidendo. In contrariũ videtur, ꝙ non peccauerit, quia Samuel redarguit hic Saulẽ, eo ꝙ dereliquit viuentem regem Amalec & pecora. De Cinæis tamen nihil dixit: quod fecisset, si Saul peccasset dimittendo illos: ergo non peccauit.

Respondendum est, ꝙ non peccauit Saul parcendo Cinęis, quia Deus iusserat occidi Amalecitas. Cinęi autem non erant de stirpe Amalec, sed de stirpe Madianitarũ: nunc autem consanguinitate cõiuncti erant Israelitis propter filios sororis suæ, quos peperit ex Moyse, & habitabant in terra Israel, scilicet in sorte Iudæ, vt patet Iud. c. 1. scilicet Filij Cinęi cognati Moysi ascenderunt cum filijs Iuda de ciuitate palmarũ in deserto sortis eius, & habitauerũt cũ eo. Erat tamen occasio huius dubij, quia Cinæi cùm habitarent in extremitate sortium terræ Israel, erant coniuncti terræ Amalec, ideo Saul iussit, vt discederent inde, ne inuoluerentur cum illis. Item patet hoc non solùm ex cognatione, sed etiam ex habitatione, quia Cinęi non habitabant in aliquibus locis terræ Amalecitarũ, sed in terra Israel; ideo quamq̃ deberent deleri omnia, quæ erant in terra Amalec, non erant ledendi Cinęi. Item patet hoc, quia istud anathema, quod Deus posuit sup. Amalecitas fuit, quia ipsi persecuti sunt Israelitas in deserto, vt patet Deu. c. 23. scilicet. Memento quod fecerit tibi Amalec in via, quando egrediebaris ex Aegypto, quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis tui, qui lassi residebant, ceciderit, quando tu eras fame, & labore confectus. Delebis ergo nomen eius sub cęlo, caue ne obliuiscaris. Filij tamen Ietro non fuerunt participes in isto malo, quod fecerunt Amalecitę cõtra Israel, ergo non debebant deleri. Item inhumanum est auxiliatorem expellere vel delere, iuxta Arist. 8. Ethico. sed filij Iethro, & pater eorum fuerunt auxiliatores Israelitarum: ergo inhumanũ erat, ꝙ Israelitę eos nihil mali meritos percuterent. Hoc apparet hic: nam istam causam expressit Saul quare miserebatur Cinæis, scilicet. Tu enim fecisti misericordiã cũ omnibus filijs Israel cũ ascenderẽt ex Aegypto.

Ad rationem in contrarium dicendum, quòd quamquam Deus iusserit deleri vniuersa Amalec: tamen non includebatur hoc præcepto deletio Cinæorum, cùm non pertinerent ad Amalecitas cognatione, vel habitatione. De istis Cineis dicit Iosephus. 6. Antiquitatum: Cumq; vicisset Saul vniuersos a Pelusio Aegypti, vsq; ad mare rubrum, residentes hostes, Sichimitarum gentem solummodo dereliquit: isti namq; in regione Madian in medio habitabant, quibus ante pugnam denũciauit, vt abscederent: ne forte Amalecitarum calamitati communicarent. Nam dum essent cognati Raguel soceri Moysi, credidit esse saluandos. Vocauit autem Iosephus Sichimitas, non ꝙ ipsi essent Sichimitę; quia Sichimitę dicuntur habitatores Sichem, quę est ciuitas in sorte Ephraim, vt patet Iosue c. 20. sed ꝙ Cineis Sichimitas dixit, cum vellet transferre de Hebræo in formam latinã. *Abite.* Ista sunt verba Saulis ad Cinęos monentis, vt abeant idest separentur ab Amalec. *Recedite* idest separamini. *Atq; discedite ab Amalec* idest longe ite ab illo. Ista tria verba ad idem pertinent, sed ponuntur simul ad exaggerandum, quia est modus eorum, qui nimis persuadere volũt, multiplicare synonyma, vt idem per plura verba significatum efficacius proponatur. *Ne forte inuoluam te cum eo*, idest si manseris coniunctus Amalecitis forte inuoluam te cum Amalec, scilicet, quia volẽs percutere Amalec, & non potens discernere inter Amalecitas, & Cinæos propter locorum propinquitatem, inuoluam te cum eis, quamquam aliàs te saluare vellem. Alij intelligunt litterã hebraicam hic scilicet. Ne fortè inuoluaris cum eo. Quod potest dupliciter intelligi, scilicet quantum ad pœnã; vel quantum ad culpam. Ad pœnam quidem, scilicet ne inuoluaris cùm eo, scilicet ne occidaris cum illo: & istum sensum secuta est littera nostra, dicẽs: ne forte inuoluam te cum eo: quantum ad culpam intelligitur, ne inuoluaris cum eo, idest ne efficiaris particeps eius in repugnãdo nobis: & istum sensum sequuntur multi hebræi, & Iosephus. 6. Antiquitatum, dicens: Saul denunciauit Sichimitis ante pugnam, vt recederent, ne fortè Amalecitarum malignitati communicarent. Littera tamẽ nostra rationabilius transtulit, quoniam sequẽs littera declarat, ꝙ Saul dixerit hoc, vt non perirent Sichimitę sive Cinæi; cùm dicitur: Tu enim fecisti misericordiam cum omnibus filijs Israel. Hoc autem nihil attineret ad precedentia, si intelligeretur, ꝙ recederent Cinęi de medio Amalec ne communicarent malitię eorũ. Nimis tñ attinet, si intelligat de pœna. s. ꝙ recederent ab eis, ne inuoluerẽtur cum eis. Et hoc quia fecerant misericordiã cũ filijs Israel. *Tu.n. fecisti misericordiam cum omnibus filijs Israel.* Hoc refertur ad populum Cinęorum, qui dicitur semper esse idem populus per continuatam successionem: nam illi, qui fecerant misericordiam cum filijs Israel, non viuebant tunc, cùm ista misericordia fuerit facta, quãdo Israelitę exierunt de Aegypto, vt patet hic: tamẽ ab illo tempore vsq; nunc fluxerant anni ad minus. 420. vt sup. declaratum est in hoc c. Sed dicuntur isti nunc fecisse misericordiam: quia proaui eorum fecerunt: & semper populus idem est per continuationem. Ob hoc autem inhumanum erat, ꝙ Israelitæ persequerentur Cinęos, cũ ab eis beneficia suscepissent: potissimè quia beneficia Cinęorũ ad Israelitas non fuerunt spãliter ad aliquã personam, vel ad paucas, sed ad totum Israel: quia dicitur hic, tu fecisti misericordiam cũ omnibus filijs Israel, totus ergo populus Israel tenebatur benefacere Cinęis: nec quidem vni soli, aut paucis, sed toti populo.

Quam misericordiam fecerunt Cinæi Israelitis. Quæst. XVI.

QVAERET aliquis, q̃ misericordia fuit ista, quã fecerunt Cinæi cũ filijs Israel. Aliqui respondent, ꝙ ista fuit in bello contra Sisaram Principem militiæ Regis Iabin: nam iste oppresserat Hebræos per 20. annos, vt patet Iudi. c. 4. Cùm autẽ pugnaret Sisara contra Israel ad omnimodã deletionem, fugiens a Deo perteritus declinauit in domũ Aber Cinęi: cuius vxor Iabel percussit Sisarã infixo clauo in capite eius, & fecit pacẽ in Israel, ita Iud. c. 4. & 5. Istud autem fuit beneficium ad totũ Israel, quia omnes Israelitæ liberati sunt a bello, & subiectione Chananæorum per mortẽ Sisaræ. Sed hoc non stat, quia hic dicitur, ꝙ fecit misericordia cũ Israel, quando ascendebat de Aegypto: mors tamẽ Sisaræ fuit in terra Chanaan multo tempore postq̃ Israelitæ venerunt in terram illam, ergo nõ intelligitur de eo. Itẽ quia ista Iahel, „quæ occidit Sisaram, erat vxor cuiusdam Cinæi, qui iam non habitabat cũ cęteris Cinęis, sed recesserat ab eis, & erat in sorte Nephtalim, vt patet Iudi. c. 4. s. Aber autem Cinęus recesserat quõdam a cęteris fratribus suis Cinæis filijs Obab cognati Moysi: ergo propter illum, cuius vxor benefecerat Israelitis non debebat dici, ꝙ Cinæi, qui habitabant in medio Amalec benefeciss̃et Israeli, cùm iste Aber Cinæus iam recessisset a cęteris fratribus suis, & non esset de populo eorum: secus autem si adhuc maneret inter illos: quia tunc propter eum, qui solus benefaciebat Israeli, dignũ erat omnes Cinęos misericordiã recipere ab Israel. Sed dicendum est, ꝙ istud beneficium fuit in hoc, ꝙ Iethro veniens in desertum ad Israelitas ordinauit eorum politiam quãtum ad iudices, statuẽs tribunos, Centuriones, quinquagenarios, & decanos: hoc autem fuit magnum beneficium, quia ante istam ordinationem iudicum Moyses grauabatur labore nimio audiẽdo a mane vsque ad vesperum causas populi: ipse quoque populus lædebatur nimis, quia cũ esset valde magnus, & inter eos multæ orirentur causæ, & Moyses solus esset, manebãt cãæ indiscussæ: quod erat ad velocem totius populi interitum, cum politia nimis inordinata in reddendo iura manere non posset: sic si non habeat victualia: nam ad cõseruationem politiæ magis necessarius est iudex, siue distributiuum iustitiæ q̃ panis, vt ait Arist. 3. Politico. De hoc beneficio patet. Exo. c. 18. cũ dixit Iethro ad Moysen: Non bonã inquit rem facis, stulto labore consumeris tu, & populus, qui tecum est: vltra vires tuas est negocium: solus illud non poteris sustinere: sed audi verba mea, atque consilia, & erit Dominus tecum &c. Erat autem istud beneficium non solùm ad Moysen, sed ad oẽs filios Israel, vt hic dicitur: quia causæ totius populi peribant, pter vnitatẽ iudicis, & grauabantur nimis expectãdo cum. Sic dixit Iethro: stulto labore consumeris tu, & populus iste, qui tecum est: Exo. c. 18. Etiã istud beneficium fuit, quando ascendebant Israelitæ de Aegypto ĩ fine primi anni ab exitu de Aegypto, vel in principio secundi venit Iethro ad mõtẽ Sinai, & ordinauit politiam Hebræorum, vt declaratum est Exo. c. 18. & Nu. c. 10. Vel potest intelligi istud beneficium de directione Israelitarum per desertũ: nã Moyses petiuit a Iethro, vt iret cum Israel in terrã Chanaan ad demonstrãdum loca castrametationis per desertum, ut patet Nu. c. 10. s. Noli nos relinquere: tu enim nosti, in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, & eris ductor noster: Iethro tñ non iuit cum Israelitis, vt e. c. declaratũ est; sed filij sui: & isti etiam sciebant loca, in quibus castrametari poterant Israelitæ per desertum: & sic dirigerent eos: hoc autẽ magnum beneficium erat, cùm pro eo Moyses promitteret Iethro quicquid optimum esset in opibus, quas Deus daret Israeli, vt patet Num. c. 10. Ergo cùm hoc fecissent filij Iethro, magnum beneficium præstabant Israeli, & retributione digni erant. Fuit autem beneficium istud toti populo collatum, quia totus populus per desertum dirigebatur. Fuit etiam istud beneficium, quando ascendebant Israelitæ de Aegypto, per quod trãsibant dirigendo eos ibi quantum ad loca castramentationis. Intelligenda est ergo misericordia quantũ ad aliquid horum duorum, vel quãtum ad vtrunq; simul. *Cum ascenderẽt de Aegypto*, s. istud beneficiũ fuit præstitum Israelitis, quando ascendebant de Aegypto. s. in ipso deserto, per quod ascendebant: nam quocunque horum duorum modorum intelligatur, vel vtroque simul: necesse est, ꝙ fuerit beneficium in deserto collatũ. *Et recessit Cinæus de medio Amalec.* i. de terra illa, in qua habitabant, quæ erat in medio Amalec: non quidem intra terram Amalec. Nã nullam partem eius tenebant Cinæi, sed in medio Amalec. s. quia ambiebatur & quasi claudebatur terra Cinæorũ intra terram Amalec: nam terra Cinæorum erat quædam pars terræ Israel. s. in sorte Iudæ: & quia sors ibi habebat a parte australi terrã Amalec, erãt terra Cinęorum coniuncta Amalecitis, & ga parua erat, videbatur clausa inter cornua terræ Amalec. Recesserunt autem Cinæi de medio Amalec ad præceptum Saulis, quia viderunt, ꝙ recte monebat. Etiam quia ipsi non erant coniuncti aliquo fœdere Amalecitis, sed Israelitis, sub quorũ protectione, & auxilio sperantes venerant de terra sua Madian, vt habitarent cum Israelitis in terra Chanaan: nunc aũt recesserũt de loco, in quo prius habitabant, s. introeuntes ad habitandum ad sortes interiores Israelitarũ, sicut Aber Cinęus ante hoc recesserat ab alijs Cinęis, & habitabat in terra Nephtalim iuxta vrbẽ Cedes. Iudi. cap. 4. *Percussitq; Saul Amalec.* i. occidit, & destruxit Amalecitas, s. primò pugnans cum eis bello campali: deinde inclusos in vrbibus obsedit, & quasdam vrbes molitionibus, alias verò suffosionibus cloacarum, & muris extrinsecus è diuerso ędificatis, alias autem fame, & siti: alias

Alius sensus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

alias vero modis alijs cæpit, vt ait Ioſephus 6. Antiquitatum. *Ab Heuila donec venit Aſſur.* Iſti ſunt duo termini, inter quos iacebãt omnes Amalecitæ. Heuila autem eſt aliqua terra, quæ eſt in principio terræ Amalec ex parte Iſraelitarũ: & eſt in latere aquilonari terræ Amalec, & ibi incepit pugnare Saul, q̃ veniebat de terra Iſrael ad terram Amalec. eſt autẽ aquilonaris terra Iſraelitarum ad terram Amalec, ideo dicitur q̃ percuſſit Saul ab Heuila. Aſſur eſt nomen alterius terræ, quæ eſt in fine terræ Amalec ad partem meridianam eius; ideo dicitur hic q̃ eſt a regione AEgypti. i. Aſſur eſt apud AEgyptum. Eſt aũt AEgyptus terra meridiana reſpectu Amalecitarũ. Non eſt autem intelligẽdũ, q̃ Aſſur ſit hic terra Aſſyriorum, ſicut aliàs accipitur, quia terra Aſſyriorũ multum diſtat a terra Amalecitarum, & a terra Iſrael verſus Aquilonem. ſed eſt nomen cuiuſdam deſerti in terra Arabię, quod eſt apud mare Rubrum, & per iſtud deſertum tranſierunt Iſraelitæ, vt patet Exo. c. 15. ſcilicet, Tulit Moyſes Iſrael de mari Rubro, & egreſſi ſunt in deſertum Sur. Iſti autem duo termini claudunt terram, quæ eſt inter terram Chanaan, & AEgyptum, ſ. Arabiam, & ponũtur aliquãdo in ſcriptura, vt patet Gen. 25. c. vbi dicitur de Iſmahele, q̃ habitauit ab Heuila vſq; Sur, quę reſpicit AEgyptum, & illa terra vocabatur Arabia, ideo filij Iſmahelis vocantur Arabes, & omnes alij populi habitãtes inter Chananęos, & AEgyptios. Ioſephus dicit hic q̃ Saul percuſſit vniuerſos hoſtes reſidentes a Peluſio AEgypti, vſq; ad mare rubrum: & iſti duo termini videntur eſſe illi, qui vocantur hic Heuila, & Aſſur. De Aſſur ſatis apparet, quia dicit Ioſephus, q̃ percuſſit Saul Amalecitas, vſq; ad mare Rubrum. ſ. q̃ mare Rubrum claudit a parte meridiana deſertum Aſſur: ſic patet Exo. c. 16. ſ. tulit Moyſes Iſrael de mari Rubro: & egreſſi ſunt in deſertum Sur. De Heuila, & Peluſio AEgypti an ſint idem non tãtum patet, quia Heuila videtur poni hic tamquam terminus aquilonaris terræ Amalec: ſed ibi non eſt aliqua ciuitas AEgypti. Niſi fortè dicatur q̃ Heuila eſt hic terminus occidentalis terræ Amalec: & ibi poteſt eſſe aliqua ciuitas AEgypti. Aſſur autem ſit ĩ confinio lateris meridiani, & orientalis terræ Amalec: quod etiam ſatis ſtat. *Et apprehendit Agag.* Hic ponitur ſecundum principale. ſ. mandati tranſgreſſio: quia non egit omnia quæ Deus iuſſit ipſe Saul, nec populus, ſed reſeruauerunt regem & pecora. dicitur autem q̃ apprehẽdit Agag regem Amalec viuum. ſ. nolens eum occidere in bello: nec tamẽ peccabat Saul accipiendo Agag viuum, ſed peccauit, quia nõ occidit eum, ſed duxit in terram Iſrael volens eum conſeruare.

Quare Saul non occidit Regem Agag. *Quæſt. XVII.*

QVAERET aliquis, quare Saul accepit viuum Regem Agag, & non occidit eũ. Aliqui reſpõdent q̃ hoc fecit Saul propter ſuperbiam ad iactandum triumphum, quem habuerat de hoſtibus: nam cùm eum viuũ duceret, gloriabatur q̃ haberet ſub ſe vnum regem. Alij autem dicunt q̃ fecit hoc propter triumphum. ſ. vt conſeruaretur Agag ad honorem triumphi. Alij autem volunt q̃ ſeruauerit eum ex cupiditate. ſ. vt magna munera daret ei pro ſe Rex Agag. Vel q̃ accepit eum, vt reuelaret ei aliquos theſauros occultos ĩ terra Amalec: hoc enim fieri ſolet tempore bellorum. ſ. vt ipſi, qui obſidẽt timore hoſtium theſauros in terrę viſceribus condant: & hoc tenet Nicolaus. Rñ. auct. Sed dicendum eſt, q̃ Saul reſeruauit Regem Agag non occidendo eum, & hoc pietate: miſertus fuit enim illius regis q̃ erat ſpecioſus, & potens: & in tantam venerat calamitatem, vt hoſtium ſuorum manibus teneretur perdito populo, & deſolata terra, cunctiſque deleris, quæ ad eum pertinebant: ſic enim interdum hoſtes etiã ferociſſimi hoſtium ſuorum cũ calamitoſi fuerint, miſerentur. Sic ait Boetius de cõſol. 2. proſa prima, ſ. Legimus Paulum Perſæ regis a ſe capti calamitatibus pias impendiſſe lachrymas. Hoc autem ſignificatur in litera, cùm dicitur: Et pepercit Saul, & populus Agag: parcere autem ex miſericordia eſt: ſi tamen Saul ſeruaſſet regem Amalec ad poſtea occidendum eum, non diceretur ei parcere. Item patet quia etiam poſtquam venit Saul in terram ſuam, & redargutus fuit a Samuele, nõ occidit regem Amalec: ſed Samuel petiuit eum ſibi exhiberi, & occidit. Alij autem modi non ſunt ita veriſimiles. Cũ enim dicebatur, q̃ Saul acceperat viuum regem Amalec, vt manifeſtaret ei theſauros occultos, non eſt veriſimile, quia tunc non ſolùm conſeruaſſet regẽ, ſed etiam de ſingulis vrbibus aliquos ſeruaſſet, qui manifeſtare poſſent ei theſauros abſconditos ĩ omnibus locis: rex autem nõ poterat cognoſcere omnia hæc; ſed ſolùm quãtum ad theſauros ſuos, ideo non fuit pro hoc ſeruatus. Item ſi propter hoc ſeruaſſet eum Saul, non duceret viuũ in terram Iſrael, ſed primò cogeret illum manifeſtare theſauros terræ Amalec prius quam inde recederet, quibus inuẽtis occideret eum. Duxit tamen eum viuum in terram Iſrael, ergo non ſeruauit propter hoc. Item nõ ſtat q̃ ſeruauerit eum ad recipiendum magna munera ab ipſo: namiam deleta erat tota terra Amalec; & Saul & populus acceperant quæque optima terrę Amalec, vt patet inf ergo non ſeruabatur, vt aliquid pro ſe daret: niſi forte dicas hoc eſſe quantum ad theſauros abſconditos, quos non acceperãt Iſraelitę: ſed hoc non ſtat, quia iam improbatũ eſt. Item non ſtat alius modus. ſ. q̃ ſeruatus eſt Agag ad triumphum: nam mos erat, q̃ inter eos, qui ſeruabantur ad triumphum cùm exhiberetur a populo triumphus victori, occideretur principes hoſtiũ captorum: ſic enim ait Ioſephus circa finem librorum de bello iudaico, dicens, q̃ cùm datus eſt triũphus Imperatoribus Veſpeſiano, & Tito: Simon Dux Iudæorum, qui erant Ieroſolymis, occiſus eſt apud Capitolium in vrbe Roma, & ſic cõſumatus eſt triumphus. Saul tamen non ſeruabat hic Agag ad occidendum eum, quia dicitur q̃ pepercit ei: ergo non ſeruabat illum ad triumphum: potiſſimè quia inter Hebręos non fiebat triumphus ad honorem victoris, quamquam fierent alia gaudia. Hoc enim ſpeciale inter Romanos fuit. An vero ſeruauerit Saul Agag ad oſtentationẽ, & gloriam victoriæ ſuæ non apparet: magis tamen apparet, q̃ ſeruauerit eum ex miſericordia condolens eius calamitatibus. Hoc autem tenet Ioſephus. 6. Antiquitatũ, dicẽs: Cępit Saul regem hoſtium Agag viuũ, cuius *Ioſephus & Aug.* corporis pulchritudinem magnitudinem q; mirat⁹ *ca.* decreuit eſſe ſaluandum: nõ hoc faciens diuina voluntate, ſed iudicium proprium ſequẽs, & ſine cauſa ei cedẽs vitam quaſi miſericorditer: vnde illi poteſtas ſine periculo ſuo miſerendi non eſſet: Deus namq; ſic odiuit Amalecitarũ genus, vt nec infantibus parceret, quibus potius miſereri naturale eſt, Saul itaq; regem Agag, & malorum, quæ contra hebræos geſta videbantur auctorem a morte ſeruauit, & hoſtis pulchritudinem præceptis Dei præpoſuit. *Omne autem vulgus interfecit in ore gladij.* ſ. omnes viros, & fęminas, paruulos, & ſenes, neminem a morte ſeruantes: in quo videbatur Saul, & populus peccare

Quare Saul non occidit Agag.

Saul non occidit Agag quia miſertus eſt eius.

Saul non occidit Agag quia ſperauit ex eo aliquod lucrum.

Saul non occidit Agag quia ſperauit triumphum.

Saul non occidit Agag quia ſperauit gloriam.

Saul non occidit Agag quia ſperauit ſcientiam.

Saul non occidit Agag quia ſperauit ſeruitutem.

Saul non occidit Agag quia ſperauit ſeruitutem.

uertere naturalem miſericordiam. Nam quamquã ſecundum Dei iudiciũ nulli miſereri debebant, nec poterant: ſi tamen alicui miſereri voluiſſent, potius debebant miſereri paruulis, quibus eſt natura miſereri quàm regi: ſed fortè hoc fecit, quia ſi miſerẽdũ eſſet paruulis omnibus miſerendum erat, ſed omnibus paruulis Amalec miſereri videbatur nimis contra præceptum Dei, quia cùm eſſet magna multitudo paruulorum, breuiter efficeretur magnus populus Amalec: rex autem vnicus erat, ideo quamquã illi miſererentur non videbat magna præcepti violatio. Item, & melius, quia Saul cùm rex eſſet vidẽs regem Amalec, qui etiam in eadẽ dignitate erat, in qua Saul, ad tantam veniſſe calamitatẽ, compaſſus eſt illi cernens mobilitatem regiæ fælicitatis, & cõpaſſus eſt illi, & eripuit eum a morte. In paruulis aũt nulla fuerat proſperitatis amplitudo, ſecundũ quã nunc inciderent in calamitatem, ideo nõ miſertus eſt illis. *Et pepercit Saul, & populus Agag.* i. tam Saul q̃ populus condoluerunt regi Agag, & nõ occiderũt eum: dicuntur autem pepercíſſe, quia non ſeruabãt eum ad poſtea occidendum, ſed vt vita illi ſemper relicta foret. Peccauit autem in hoc Saul, & demeruit priuari regno, ſicut patet hic: & non ſolùm regno caruit, ſed etiam propter hoc Deus tradidit eũ poſtea in manu hoſtium, & occiſus eſt a Philiſthiim, vt patet infra c. 28. cùm dixit Samuel ad Saulẽ: q̃d interrogas me, cùm Dominus receſſerit a te, & trãſierit ad æmulum tuum? faciet enim tibi Dominus ſicut locutus eſt in manu mea, & ſcindet regnum de manu tua, quia non obediſti voci Domini, nec feciſti iram furoris eius ĩ Amalec, idcirco quod pateris fecit tibi hodie Dominus: cras autem tu, & filij tui mecum eritis. Sic etiam patet 1. Parali. ca. 10. Peccauit etiam Saul excuſando peccatum iſtud: nam cũ ipſe pepercíſſet regi Agag, & gregibus ouium ſimul cum populo, ſolùm dixit de populo transferens crimen ad illum, vt patet infra. ſ. pepercit enim populus melioribus ouibus, & armentis. *Et optimis gregibus ouium.* i. Saul, & populus pepercerunt gregibus, & armentis. ſ. reſeruando illa pro ſe: nõ accipitur hic parcere, ſicut ſupra, quia regi Agag pepercit populus. ſ. vt nequaquam occideretur: gregibus autem non pepercit ſic, ſed vt nõ occiderentur immediate. Nam Deus iuſſerat, q̃ omnia delerẽtur, & ſic tenebantur Iſraelitæ greges, & armẽta delere in ipſa terra Amalec, & nihil ſecũ ducere, & quia non occiderunt immediatè greges, dicuntur pepercíſſe. i. ſeruauiſſe greges. ſ. ad poſtea occidendum. *Et armentorum.* Vocãtur armenta congregationes magnorum animalium, ſicut boum, equorum, camelorum. Omnia autem iſti ſeruauerunt Iſraelitæ, & vocantur ſupra greges ouium animalium paruorum. ſ. tam ouium quàm caprarum, & ſimilium: quia omnia hæc ſeruauerũt Iſraelitæ nihil volẽtes delere, niſi quod inutile erat, vt patet infra.

Quare Iſraelitę non occiderunt greges optimos, & armenta Amalecitarum iuxta mandatum Domini.

Quæſtio XVIII.

QVAERET aliquis, quare Iſraelitæ ſeruauerunt greges optimos, & armenta, & non occiderunt iuxta mandatum Dei. Aliquis reſpondebit, q̃ hoc fecerunt, vt ſacrificarẽt Domino de illis, & patet hoc, quia cùm veniſſet Samuel in Galgala, offerebat Saul ibi holocauſta de prda Amalecitarum, vt patet infra. Item patet q̃ propter hoc ſeruata fuerint pecora, quia cũ dixiſſet Samuel ad Saulem: quæ eſt vox gregum, quæ reſonat ĩ auribus meis? ait Saul: de Amalec adduxerunt ea: pepercit enim populus melioribus ouibus, & armentis, vt immolarentur Domino Deo tuo, reliqua verò occidimus: & iterum infra in litera cùm excuſaret ſe Saul de tranſgreſſione præcepti ait: Tulit populus de prda oues, & boues, & primitias eorũ, quæ cæſa ſunt vt immolaret Domino Deo ſuo in Galgalis. Item patet hoc, quia Iſraelitæ accipiẽtes pecora de Amalec elegerunt ea, quæ pulchra, & optima erant: reliqua verò occiderunt, vt patet infra, hoc autem pertinebat ad ſacrificium, quia non debẽt domino immolari animalia, quæ immunda ſunt, & maculata, & contemptibilia. Deute. c. 15. & Leui. 25. Nã Deus conqueritur de ſacerdotibus per Malachiam dicẽs, q̃ offerebant ei animalia clauda, cæca, & languida, qualia nullus de principibus humanis acceptaret, ſi offerrentur ei: ideo in hoc ſe deſpectũ dicebat Malach. c. 1. ſi tamen Iſraelitæ accepiſſent animalia iſta ad cibos ſuos, omnia accepiſſent, ſiue maculata, ſiue immaculata. Quia quamquam iam nõ liceret offerri domino animalia immaculata, licebat tamen ea ſumi in cibum a Iudæis, Deut. c. 12. & 15. Et dato q̃ nollent Hebræi ſumere illa in cibum, ſaltem proficerent eis ad alias vtilitates. ſ. quia poſſent vendere illa alijs gentibus: ſicut erat de animalibus, quæ non licebat Iudæis comedere. Nam illa poterant vendere gentilibus, non tamen adduxerunt Iſraelitæ de præda Amalec aĩalia, quæ vilia, & reprobata erant, ideo non ſeruauerunt ea ad vtilitatem ſuam, ſed ad ſacrificia. Sed hoc non ſtat, quia ſi ſolùm voluiſſent immolare domino, duxiſſent ſola animalia de terra Amalec; duxerunt tamen veſtes, & omnia alia ſuppellectilia quæcunque prætioſa inuenerunt in terra Amalec: iſta tamen non pertinebant ad immolationem, ergo ſolùm fecerunt hoc propter vtilitatẽ ſuam. ſ. quia concupiuerunt ſpolia terræ Amalec, q̃ multa, & prætioſa erant: videbaturq; eis fore grauiſſimum, ſi omnia illa delerent nullo ſibi relicto, quia nihil ſic ex præda illa lucrarentur, ſed ſuis ſumptibus eam agerent. Nec ſtant rationes in contrariũ. Cũ enim dicebatur primò q̃ Saul obtulit holocauſta de præda in Galgala: dicendum q̃ ipſe non offerebat ea intentione, vt omnia animalia, quæ duxerat de Amalec offerret, ſed ſolùm offerebat aliqua ĩ gratiarum actiones pro collata victoria: ſic enim facturus erat in quocunque alio bello viciſſet, etiam ſi inde nulla pecora acciperet. Apparet autem hoc, quia non dicitur in textu allegato, q̃ Saul offerebat in holocauſtum prædam Amalec: ſed dicitur q̃ offerebat holocauſtum domino de initijs prædarum, quę attulerat ex Amalec: initia autem dicuntur primitiæ, ergo Saul non offerebat domino totam prædam, ſed initia eius. Ad ſecundum quando dicebat Saul, q̃ populus pepercit melioribus ouibus, & armentis, vt immolarentur domino: dicendũ q̃ Saul mentitus eſt, faciens hoc ad excuſandum ſe: accepe rat tamen prædam ad vtilitatẽ ſuam. Sic etiam patet in alio: nam Saul cum populo pepercerat optimis gregibus ouium, vt patet hic, infra tamen dixit Samueli, q̃ populus pepercerat melioribus ouibus transferens in hoc peccatum ad populum, ſubticẽdo de ſeipſo. Ad tertium cùm dicebatur, q̃ populus accepit ea, quæ optima erant, & deleuit reliqua. Dicendum q̃ non fiebat hoc ad ſacrificium, quia requiruntur animalia mũda in ſacrificijs: Iſraelitæ autem non reſpiciebant hic an eſſent munda, vel immunda, ſed ſolùm an eſſent alicuius valoris: id autẽ quod nullius valoris erat, ſed vile, & reprobũ deſtruxerunt: non quidem quaſi non pertineret ad ſacrificium, ſed quia nulla vtilitas erat in poſſeſſione talium.

Tertia rõ.

Quarta rõ

Impugna.

Ad rationes primę opi.

Ad primã.

Ad ſecundam.

Ad tertiã

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad quartã lium. Cum autem dicitur, ꝙ si duxissent Israelitæ pecora ad vtilitatem suam, non solùm optima, sed etiam quæcunq; duxissent, eo ꝙ illa proficerent eis. Dicendum ꝙ aliqua erant ita vilia tã in pecoribus q̃ in supellectilibus, quòd labor portãdi ea de terra Amalecin terram Israel, esset grauior, q̃ possessio eorũ esset vtilis: ideo tamq̃ simpliciter inutilia respuerunt illa portare, & deleuerunt. Etiam fecerũt hoc, ne penitus viderentur transgressuri præceptum dei iubentis omnia consumi, sed saltem in his vilibus, & reprobis illud obseruarent. *Et vestibus & arietibus pepercit.* i. pepercit populus, & Saul vestibus. s. seruando ꝙ se omnes vestes, quas repererũt in terra Amalec. Etiam arietibus pepercerunt, ideſt seruauerunt eos, sicut reliquos greges, & armenta. Hoc autem ponitur hic ex superabundanti, nam expresso supra de gregibus ouium intelligebantur etiam arietes, sed interdum scriptura nõ curat ista seruare aliquid exprimens ex superabundantia, vt plenius intelligatur. *Et vniuersis quæ pulchra erant* ideſt etiam pepercerunt omnibus rebus pulchris, & desiderabilibus ad possidendum scilicet auro, & argento cęterisque metallis, & omni supellectili pręciosæ. *Nec voluerunt dispergere ea* ideſt quamquam Deus iussisset ꝙ omnia delerent, & nihil concupiscerent, concupiuerunt, & non deleuerunt ea. *Quicquid vero vile, & reprobum fuit, hoc demoliti sunt* ideſt solùm destruxerũt ea, quæ vilia erant ideſt nullius valoris: & reproba ideſt reprobabilia, scilicet quòd a nullo appreciarentur, sed in hoc nullum deo cultum exhibebant: melius enim foret, ꝙ non deleuissent quicquam, quamquam exequerentur præceptum in pessimis: sed nec ipsi in istis executi fuissent nisi graue esset portare illa de terra Amalec, cùm paruę vtilitatis forent. *Factum est autem.* Supra descripta est Saulis trangressio, hic autem describitur eius diffinitiua reprobatio: & diuiditur in tres partes. Primò ponitur ista reprobatio: *Secundo Saulis obstinatio*: Tertiò pœnitentię eiusdem simulatio. Secunda ibi. *Et ait Saul.* Tertia ibi. *Dixitque Saul.* Prima in duas, quia primò ista reprobatio Samueli reuelatur: secundo Sauli denunciatur ibi. *Dixitq; Samuel.* s. postquam Saul peccauit, Deus reuelauit istud peccatũ Samueli, eo ꝙ Samuel habebat specialem curam de Saule, quia constituerat eum regem, & videbatur pertinere ad eum aliquid de bono, vel malo illius.

An Deus reuelauerit Samueli immediatè istam transgressionem, & quomodo. Quæst. XIX.

QVAERET aliquis, an Deus reuelauerit Samueli istam pręuaricationem Saulis immediatè, vt facta est, vel aliquanto tempore post. Respondendum est, ꝙ non reuelauit immediatè. Quod patet quia Deus locutus fuit ista Samueli per noctẽ, & in ipsa nocte cępit ire ad Saulem, vt patet inf. s. consolatus est Samuel, & clamauit ad Dominum tota nocte: cumq; de nocte surrexisset Samuel, vt iret ad Saul: mane nunciatum est ei, ꝙ venisset Saul, & in ipso die locutus est ei Samuel, vt patet infra. s. sine me, & indicabo tibi quid locutus est Dominus ad me nocte, ideſt præcedenti nocte: iam tamen redierat Saul de terra Amalec, & venerat in Carmelum, feceratq; ibi fornicem triumphalem, & inde venerat in Galgalam: offerebatq; sacrificia, vbi eum Samuel inuenit. Transierat ergo aliquantum tempus, ex quo Saul peccauerat, vsquequo ista reuelatio facta est.

Quomodo factum est verbum Domini ad Samuelẽ de trãgressione Saulis. Multi modi reuelandi aliquid Prophetis. Q. XX.

QVAERETVR vlterius, quomodo factum est verbum Dñi ad Samuelẽ. Rñdendũ est ꝙ poterat fieri multipliciter, sicut fiebat alijs ꝓphetis. Interdũ. n. fiebat ꝓ somnia, vt patet Nu. c. 12. Aliquando autem fiebat in vigilia. s. ꝙ formaretur aliqua vox in aere, & non videret formator illius: sicut factum est in datione legis, Deuter. cap. 4. Aliquando autem fiebat in voce formata ab aliquo apparente in figura humana, & erat Angelus: sicut patet de Iosue, quãdo vidit Angelum in agro Iericho Iosue ca. 5. Sic etiam fuit de Gedeone, Iudic. cap. 6. Sic etiam de patre, & matre Sansonis, Iudic. ca. 13. Aliquãdo autem fiebat reuelatio per solam immutationem intellectus, de quibus magis dictũ est supra ca. 8. Quolibet autem istorum modorum fieri poterat reuelatio Samueli. Sed dicendum potius, ꝙ fuerit facta secundo modo. s. in aliqua voce formata, cuius formator non videretur, quod patet, quia ista reuelatio facta est per noctem, vt patet infra. s. sine me, & indicabo tibi qd locutus est Dominus ad me nocte: sed per noctem consueuerat Deus loqui Samueli in voce, vt patet sup. c. 3. quando vocauit eũ ter iacentem in sanctuario: si tamen velimus dicere ꝙ fuerit ista reuelatio facta per somnium, sicut multotiens fiebat in prophetis satis quenit, quia dicitur facta est per noctem, & ibi Deus solet per somnium reuelare prophetis secreta: sicut patet Iob c. 33. s. per somnium visione nocturna quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo: tunc aperit aures virorum, & erudiens eos, instruit disciplina. Primum tamen melius est. *Pœnitet me quòd constituerim Saul regem.* Istud dixit Deus, quasi dolens de eo, quod fecerat: nam a principio erat Saul vir bonus & electus, & nõ erat ĩ toto Israel vir melior illo, vt patet sup. ca. 9. & ob hoc Deus constituerat eum in regem quasi seruaturus esset mandata illius: nũc autem quia non seruabat, pœnitebat Deum constituisse Saulem regem. Sic enim dicitur Gen. cap. 6. ꝙ dicitur pœnituit Deum, ꝙ hominem fecisset, & tactus dolore cordis intrinsecus, ait: delebo hominem, quẽ creaui. Pœnitẽtia tamen vel dolor in Deo nulla est, sed habet se ad modum pœnitentis: ille enim, qui aliquid fecit, & pœnitet quod fecerit, delet illud: sic etiam cùm Deus Saulem constituit regem, quem nunc abijcere decreuerat a principatu, pœnitere debebatur: ipse tamen nec pœnitet, nec gaudet: non. n. dolet Deus, aut tristatur de malis operationibus nostris, quæ sunt contra cultum eius: nec gaudet, de bonis operibus nostris, quibus eum colimus: nec magis Deus tristatur cùm pessima scelera in eum agimus, quàm cùm illi maximum obsequium impendimus: nec etiam gaudet magis cùm illum diligenter colimus, q̃ cũ in ipso grauiter peccamus. Hæc. n. Deo valde aliena sunt: & hoc ꝙ a naturæ diuinę nihil aduenire potest. Est n. Deus purus actus, nihilque cipere potens, qđ aũt aliquid recipit, partim est in actu, & partim in potentia, & ex hoc ipso habet compositionem ex actu & potentia, & esset imperfectus: non ergo potest ei accidere gaudium de operibus bonis nostris, nec tristitia de malo opere: ergo non gaudebit de bonis nostris, nec tristabitur de malis. Sed fortè dices, ꝙ ista illi ab ęterno insunt: sed non stat, quia cùm ille, qui tristatur, miser est ab æterno, Deus miser esset. Item pręter hoc Deus nõ potest gaudere de bonis nostris, vel tristari de malis, quia aliquis lętatur de bono, quod ad eum aliquo modo pertinet: quod aũt nullo modo ad aliquem

quem pertinet, nec etiam secũdum existimationẽ suam impossibile est, ꝙ illum lętificet: sed bonũ nostrum nullo modo est bonum Dei. s. ꝙ nihil realiter accrescit Deo de bono nostro: nec ipse existimat sibi aliquid accrescere, ergo impossibile est ꝙ gaudeat. De malo autem nostro facilius argumentum est: nam nihil de illo ei euenit, cùm in Deo nullum malum aut proprium, vel alienum esse possit: nihil ergo horum in Deo est, sed scriptura loquitur sic ad exprimendum passiones humanas. Proficit autem valde iste modus loquendi, quia si sic non loqueretur de Deo, scilicet, ꝙ lętabatur de bonis nostris, vel tristabatur de malis, significaretur quòd ipse non curat de operationibus humanis, siue bonę siue malæ sint: & hoc esset retrahere omnem hominem a cultu Dei: quia si Deus nihil magis de bono opere, quàm de malo curat, nec pro bono præmia cõfert, nec pro malo quemquam punit, quo recepto, frustra esset Deum colere. Tolleremus quoq; prouidẽtiam Dei iuxta positionem illorum, qui dixerunt: Quid enim nouit Deus? quasi per caliginem iudicat, nubes latibulum eius, nec nostra considerat, & circa cardines celi perambulat. Iob c. 22. Pręter hoc ergo, ꝙ iste modus loquendi proficit ad hoc, ꝙ scriptura condescendat intellectui rudi humano, qui non valet de Deo intelligere res, sicut sunt: adhuc proficit magis ad hoc ꝙ significetur cura Dei, & prouidentia humanarum operationum. *Quia dereliquit me* ideſt dereliquit cultum meum. s. nolens obedire mihi. *Et verba mea opere non impleuit*, s. quia non deleuit omnia pertinentia ad Amalec. Deus autem dixerat, percute Amalec, & demolire vniuersa eius, vt patet supra. *Contristatusq; est Samuel.* scilicet cùm audiuit, ꝙ Deus dolebat de constitutione Saulis in regem, & ꝙ vellet eum abijcere a regno. Hoc autẽ erat, quia Samuel valde diligebat Saulem: nam etiã postquam Deus totaliter reprobauerat Saulem, & Samuel recesserat ab eo, adhuc diligebat eũ valde, & lugebat pro eo qa Deus vellet auferre ei regnũ, vt patet inf. in littera scilicet. Et non vidit Samuel vltra Saulem vsq; ad diem mortis suæ: veruntamẽ lugebat Samuel Saulem, quoniam Dominum pœnitebat, ꝙ constituisset Saul regem: erat autem iste amor Samuelis ad Saulem, quia Samuel constituerat Saulem in regem, & erat totaliter Saul opus Samuelis; cùm de statu paruo populari erexisset eum ad honorem regalem. Diligunt autem naturaliter benefactores valde beneficiatos potius quã e contrario: & quanto fuerint maiora beneficia tanto magis in eis gaudent: nam ipsi beneficiati sunt operatio benefactorum: diligit autem quilibet naturaliter opum suum: sicut poetæ diligunt poemata qua si filios. De quo Aristo. 9. Ethi. Cùm autem Saul priuaretur regno quãtum ad posteros suos, destruebatur opus Samuelis; ideo necesse est, ꝙ de hoc tristaretur. *Et clamauit ad Dominum tota nocte*, ideſt Samuel clamauit orando ad Deum pro Saule, ne priuaretur regno propter hoc, & dicitur quòd clamauit tota nocte, quia ista reuelatio fuit ei facta per noctẽ, & mox incepit orare: mansitq; in hac oratione per totam noctem, vsquequo iuit ad Saulem. Nam in illa eadem nocte surgens ire cœpit ad eum, vt patet immediate.

Quare Samuel orauit pro Saule, ne careret regno, cum sciret eum omnino carituram. Quæst. XXI.

QVAERET aliquis, quare Samuel orabat hic ad Dominum pro Saule, ne careret regno: nã ipse sciebat, quod necessariò caritus esset illo: ipse enim Samuel prædixerat Sauli sup. ca. 13. stultè egisti, nec custodisti mandata Dei tui: quod si non fecisses, iam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum, sed nequaquam vltra regnum tuum consurget. Respondendum est ꝙ quamquam ista dicta essent per Samuelem, tamen adhuc nesciebat an ista esset sententia Dei, vel solũ esset comminatio, quia Deus hoc non reuelauerat illi: orabat igitur indesinenter adhuc putans esse locum remedij. Inducebatur autem ad hoc, quia sciebat, quòd Deus interdum multa prædicebat per ꝓphetas indeterminatè, quæ tamen intelligebantur secundùm comminationem, & si illi, contra quos illa proferebantur, cõuerterẽtur ab iniquitate sua, non infligebatur pœna: & quia nondum Deus auferebat regnũ Sauli, quamquam prædixisset auferẽdum, putabat Samuel, ꝙ adhuc superesset remissionis locus. Nec solùm hoc: sed etiam postquam pro isto peccato Samuel dixisset Sauli, ꝙ Deus sciderat hodie regnũ de manu eius, & tradiderat proximo suo, nec flecteretur ab ira sua, adhuc orabat semper pro illo, & lugebat, ne Deus auferret illi regnum. Hoc autem fuit vsquequo Deus Samuelem lugentem increpuit, dicens. Vsquequo tu luges Saulem: cùm ego proiecerim eum, ne regnet super Israel, ita infra sequenti ca. Et tunc iussit ei Deus, vt vngeret Dauid in Regem: ex eo autem tempore cessauit Samuel orare, & lugere pro Saule, quia iã sciebat nullum superesse remissionis locum, eo quòd alius cõstitutus esset in Regem.

An Samuel peccauit orando pro Saule, cùm sciret eum a Deo reprobatum. Quæstio XXII.

QVAERETVR vlterius, an Samuel peccauerit orando pro Saule, cùm Deus reprobasset eum. Et videtur ꝙ sic, quia agebat contra voluntatem Dei, quæ vltimatè reprobauerat Saulem, ergo peccabat. Item si non peccasset Samuel orando ꝓ Saule, Deus non increpuisset eum, quia pro bono opere non debetur increpatio: fuit tamen increpitus, vt patet sequenti c. vsquequo tu luges Saulem, cum ego abiecerim eum? Respondendum est quòd Samuel non peccauit orando pro Saule, sed magis merebatur: nam cũ Deus alicui irascitur, siue homini, siue populo: & aliquis vir interponit se orãdo, ne Deus illud faciat, valde meretur: etiam si Deus dicat ꝙ semper illud facere vult, & Deo gratum est, vt aliquis se opponat orando contra mala, quæ Deus cõminatur se facturum. Sic patet Ezech. c. 22. s. Et quęsiui de eis virum, qui interponeret sepẽ, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inueni: & effudi super eos indignationẽ meam. Sic etiam erat hic, quia Deus prænũciabat mala cõtra Saulem, & Samuel indesinenter orabat, ne ista fierent: opus autem secundùm se bonum erat, cùm sit vnum de septem operibus pietatis orare. Nec poterat intercidere hic aliquod malum, nisi inquantũ aliquis contra voluntatem Dei interdum orare potest, sed in hoc si quis oret contra ea, quæ Deus diffiniuit, si ignoret illa diffinita esse, nõ peccat. Cùm autem cognouerit, ꝙ diffinita sunt, orare peccatũ est: sic enim de illo, qui orat peo eo, quem scit æternaliter esse damnatum; grauiter enim peccat: nam sicut iniuriam facit martyri, qui orat pro martyre. extra de celeb. missa. c. cum marthe. eo ꝙ orando pro illo significat eum indigere oratione, & per hoc nõ fuisse perfectè adeptũ felicitatem suam. in quo status martyris diminuit: ita iniuriã facit Deo, qui orat ꝓ eo, qui æternaliter scit esse dãnatũ, vel pro quocũq; alio,

Bonũ est orare Dominũ, ne puniat de inquętes viatores, nisi ꝓ Dominũ pro hibeatur.

alio, quod est contra Dei diffinitionem ei notam: in quo signat, ꝙ adhuc per orationē voluntas Dei mutari potest ad volendū contrarium, sed hoc iniuria est Deo, cùm Deus sit simpliciter immobilis. Repugnat ergo diuinę perfectioni ille, qui credit, ꝙ Deꝰ mouebitur ab eo, qđ diffinierit: ideo qui petit, vel orat pro damnato ęternaliter, vel pro aliquo quod scit esse ꝓtra Dei determinationem, peccat. Samuel autem non fecit sic, quia a principio, qñ orauit pro Saule, q̄q̄ Deus comminatus fuisset illi per eum, ꝙ regnum eius vltra nō consurgeret, credidit Samuel hoc dictum esse secundū cōminationē, & nō scđm diffinitionem Dei, ideo licuit sibi orare: deinde aūt post peccatum quod fecit pugnando contra Amalecitas, quamquam Deus per Samuelem nunciasset Sauli, ꝙ regnū eius scinderetur ab eo, & quòd non flecteretur ab illa sententia, tamē quia non fuit assumptus immediate alius in regem, putauit Samuel adhuc locum esse veniæ: ideo orabat, & lugebat p Saule quousque Deus dixit ei: Quousque tu luges pro Saule, cùm ego proiecerim eum? & tunc desijt orare Samuel pro Saule. Si autem post hoc orasset pro illo, iam peccaret: qa præceptū Dei cōtēnebat. Sic etiam fuit de Moyse, quia Deus sententiauerat, ꝙ ipse non introiret in terram Chanaā propter ea, quæ fecit in Cadesbarne, Nume. cap. 20. & 27. postea autem orauit sępius Moyses, vt Deus permitteret eum transire in terram Chanaan, sed Deus dixit: sufficit tibi, nequaquā loquaris ad me vltra de hac re, Deut. c. 3. & tunc cessauit Moyses orare Dñm. Si. n. post hoc orasset, iam peccaret, quia sciebat sententiam Dei cōfirmatā esse, & transgrederetur præceptū illius: nō orauit tamen, & sic nō peccauit Moyses nec Samuel, quia qñ ipsi orabant ꝓtra Dei determinationē nesciebant, an Deus sic determinasset. *Cumque de nocte surrexisset Samuel*, s. ad eundum ad Saulem. In illa enim nocte, in qua Deus sibi apparuit, & reuelauit hæc, clamauit ad ipsum, & surrexit, vt iret ad Saulem non sustinens morari vlterius. *Vt iret ad Saul mane*. i. vt in aurora aggrederetur iter ad Saulē: erat aūt hoc, quia quāquā peccasset Saul, adhuc putabat Samuel superesse locū remissionis: iō iuit cum festinatione, vt increparet Saulem, vt si forte Deus auerteretur ab ira sua, dolente Saule de peccato: Saul magis negauit se peccasse, vt patet infra, iō etiam hoc aliquo mō dedit causam perditioni suæ. *Nunciatum est Samueli, quòd venisset Saul in Carmelum*. s. cū aggrederetur iter, quæsiuit vbi esset Saul: & nunciatum est ei, ꝙ venisset in Carmelum: & iam nunc esset in Galgalis. Hoc autē erat immediatè, vt ingressus est in terrā Israel, destructo Amalec: nam adhuc nesciebat Samuel, an esset in terra Israel, quia moratus fuit aliquanto tempore, delendo omne genus, & omnem ciuitatem Amalecitarum: venit autem in Carmelum, qui est quidam mons apud mare in sorte filiorum Aser: & est alius mons Carmelus in sorte Iuda apud ciuitatem Maon. De hoc patet Iosue. 15. & 19. Videtur autem ꝙ iste mons Carmelus fuerit ille, qui erat in sorte Iudę: quia per illum erat iter Sauli venienti de Amalec in Galgala, cùm sors Iuda sit Meridiana, & coniuncta terrę Amalec, Carmelus autem qui est in sorte Aser est ad partem occidentalem apud mare, sic Iosue 19. c. per quem nullo modo erat via Sauli ad eundum in Galgalam. *Et erexit sibi fornicem triumphalem*. i. fecit quoddam arcum in signum triumphi. Fornix enim testudinem, vel arcum significat. s. parietem eleuatum in modū arcus. Vocabatur autem ille fornix triumphalis, quia ibi triumphus sculptus est, s. ꝙ fecit ibi Saul aliquas imagines in testimonium rerum gestarum, & triū-

Duo mōtes Carmeli.

Fornix quid.

phi habiti de Amalec. In Hebrę habetur. *Parat sibi manum*. i. nunciatum est Samueli, ꝙ Saul parasset manum. Hoc autem exponunt aliqui, ꝙ parauit ibi manum, i. locum ad diuidendum spolia, quæ duxerat de terra Amalec: & istam expositionem tenet Ionathas Chaldæus. Alij exponunt, quòd parauit manum. i. fecit aram ad immolādum ibi Domino, & mansit ibi illa ara per multa tempora vsq; ad tēpus Eliæ prophetę, & tunc iam destructa erat: Elias autem quando cōuenerunt ibi cum eo prophetæ Baal, restaurauit eā, vt patet infra 3. lib. c. 18. s. & accedente ad se populo curauit altare Domini, qđ destructum fuerat. Sed istę expositiones non stant. Deprima patet, quia ad diuidendum spolia nihil parari, vel ędificari oportebat, hic tamē ꝓstat, ꝙ aliquid construxit, vel parauit Saul. Secunda expositio nō stat, quia Saul veniebat, vt offerret sacrificium Domino in Galgalis, & ad hoc solùm venerat in Galgalam: quomodo ergo offerret sacrificium in Carmelo? Et patet hoc, quia quando descendit Samuel ad Saulem, inuenit eum offerentem holocaustum in Galgalis, vt patet infra. Item non offerret Saul sacrificium alibi, qa specialiter adduxerat pecora de terra Amalec, vt in Galgalis offerrentur, vt patet. inf. scilicet tulit populus de præda oues, & boues primitias eorum, quæ cęsa sunt, vt immolaret Domino Deo suo in Galgalis: ergo non in Carmelo. Et sic dicendum ꝙ expositio literæ nostrę est vera. s. ꝙ erexerit Saul fornicē triumphalē: & hoc voluit magis facere in Carmelo, q̄ alibi, qa ille locꝰ erat famosus.

An Saul peccauerit erigendo arcum triumphalem?
Quæstio XXIII.

QVAERET aliquis, an Saul peccauerit erigēdo fornicē triumphalem. Nicolaus respondit, ꝙ peccauit: vnde dicit in principio. c. huius, ꝙ in hoc. cap describit transgressio tertia Saulis, quæ processit ex cupiditate, & superbia, quia arcum triumphalem erexit ad suam iactantiam. Sed dicendum est, ꝙ an peccauerit Saul hoc faciendo patere non potest, cùm intentio eius manifesta nō sit. In moralibus autem ex intentione suscipiunt actus malitiam, vel bonitatem: poterit ergo aliqua intēdens peccare, & aliqua intendens non peccare: actamen ꝼm seipsum non pertinet ad peccatum, poterat namq; Saul facere fornicem triumphalem ad memoriam victoriæ a Deo datæ, vt per illam fornicem Deus laudaretur, qui tantam victoriam cōtulerat Israeli. Hoc autem non solùm non erat illicitum, sed erat valde licitum. Sic. n. fecit Moyses: nam quando Iosue pugnans in deserto prævaluit contra Amalec, cōstruxit altare, quod uocauit Dominus exaltatio mea, ita Exo. c. 17. Sic igit licebat Sauli ad memoriam victorię a Deo collatæ ꝛstruere aliquod ædificium. Itē poterat fieri ista fornix ad incitationem posterorū. s. vt reges sequentes recolentes magnifica gesta Saulis per arcum illū mouerentur ad faciendum similiter: vt ipsi quoq; magnam gloriam sibi propagarent, & hæc erat vtilitas publica: sic enim inter Romanos factum est, vt quādo aliquis vir esset in aliquo valde excellens, siue arcubus belli, siue pacis, statua ærea ei a populo fieret, & poneretur in foro, vel in theatro, aut in alio loco famoso, vbi ab omnibus videretur, & sic cęteri quorum animus generosus erat, & naturaliter magnus, cupidine gloriæ, & vt similes statuas habere mererentur, multa magnifica opera aggressi sunt. Et hoc modo multi Romanorum exterarum q; gētium, q inter Romanos vixerunt, statuas æreas assecuti

cuti sunt. Quòd ergo Saul ad hanc intentionem faceret fornicem, vt posteri mouerētur ad opera magnifica, non erat peccatum, sed magis aliquid laudabile. Item, dato quòd Saul fecisset hoc ex solo desiderio laudis suæ, nō sequitur quòd peccabat, quia non omne desiderium laudis peccatum est, vel saltem mortale: sed solùm cùm quis desiderat excellentem laudem, vel indebitam, aut fruitur ipsa laude: non ergo peccaret mortaliter Saul moderatè laudem cupiens. Item alij viri sancti fecerunt similia, & ipsi non increpantur, quòd hæc fecerint, ideo nec Saul ex hoc solo peccare cōuincitur. Patet hoc quando Dauid similiter fecit sibi quoddam memoriale victoriarum suarum, vt patet inf. a 2. lib. capit. 8. scilicet, Dauid fecit sibi nomen cum reuerteretur à Syria in valle salinarum. Facere autem sibi nomen est construere aliquid, quod pertineret ad nomen, ideſt ad famam suam, & sic non peccauit Saul. Sed aliquis arguet adhuc, quod etiam de Dauid manifestum non est an in hoc peccauerit, ideo non sufficienter ex hoc arguitur. Respondendum est, quòd non peccauit in hoc Dauid: quia nunquam peccauit Dauid mortaliter tota vita sua, nisi cum iussit occidi Vriam Hethæum, & accepit vxorem illius, vt patet infra. 3. lib. capitu. 15 scilicet. Eo quòd fecisset Dauid rectum in oculis Domini, & nō declinasset ab omnibus, quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ suæ, excepto sermone Vriæ Hethæi. Item Machabæi erāt viri sancti, & nimis laudati in sacra scriptura: ipsi tamen fecerunt memorialia gestorum suorum in lapidibus ad memoriam æternam, & fuit ædificium illud valde magnificum, mansitque multis temporibus. Hoc patet. 1. Macha. cap. 13. scilicet, Et ædificauit Simon super sepulchrum patris sui, & fratrum suorum ædificium altum visu lapide polito retro, & ante, & statuit septem pyramidas vnam contra vnam patri, & matri, & quatuor fratribus: & his circumposuit columnas magnas, & super columnas arma ad memoriam æternam: & iuxta arma naues sculptas, quæ viderentur ab homini bus nauigantibus mare: Non ergo erat illicitū Sauli hoc facere, nisi fortè dicas, quòd, quia Saul in vno peccauit, in omnibus peccauit, quod absurdum est. *Et reuersus transisset, descendisset q; in Galgalam*, ideſt nunciatum est Samueli, quòd Saul de Carmelo iuerit in Galgalam, illuc enim ipse Samuel iuit. Dicitur autem quòd descendit, quia Galgala est non longe à Iericho in valle, in qua est Iordanis, vbi primo cā strametati sunt filij Israel, quando transierunt Iordanem: Iosue c. 4. & 5.

Cur Saul iuit in Galgalam ad sacrificandum.
Quæstio XXIIII.

QVAERET aliquis, quare Saul iuit in Galgalam. Respondendum est, quòd ipse proposuerat offerre sacrificium, & ob hoc elegerat locum illū, ideo ibat illuc, vt offerret: sic patet inf. in littera, scilicet. Tulit populus de præda oues, & boues, vt immolaret Domino Deo suo in Galgalis. Et sic factū est: quia ibi reperit Samuel Saulem offerētē holocaustum. Sed tunc dicetur, quare magis Saul iuit in Galgalam ad offerendum, quàm in alia loca? nā ibi non erat tunc sanctuarium, sed in vrbe Nobe, vt patet inf. c 21. poterat ergo in quolibet alio loco ista offerre, sicut in Galgalis. Respondendum est, ꝙ Saul habebat spiritualem deuotionem offerendi in loco illo, & faciendi ea, quæ ad cultum Dei pertinent. Et hoc quia ipse ibi confirmatus fuit in regē, & celebratæ sunt victimæ solemnes, & gaudia magna sup. cap. 11. Item adhuc spiritualius hoc faciebat, quia, quando Samuel vnxit à principio Saulem in regem: iussit ei, quòd si quando ei occurreret aliquid graue, descenderet in Galgalam, & ibi Samuel offerret pro eo, vt patet sup. c. 10 & ob hoc quando philistini occurrerunt contra Israelem, descendit Saul in Galgalam, & ibi obtulit sacrificium sup. ca. 13. c. voluit ergo nunc spiritualius ibi offerre, quàm in alijs locis. *Venit ergo Samuel ad Saul*, ideſt venit ī Galgalam vbi erat Saul tunc offerens. *Et Saul offerebat holocaustum Domino*. Non quidem quòd ipse offerret p se, qa non erat ipse sacerdos, nec vsurparet sibi hoc ministerium; sed, eo iubente, sacerdotes offerebant, & sic dicebatur ipse offerre. Vel dicitur ꝙ offerebat, ideſt dabat animalia ad immolandum: offerre. n. propriè conuenit popularibus, sed immolare solis sacerdotibus: quia offerre est dare sacerdoti animalia immolanda Domino: immolare autem est iugulare illa, & facere cæremonias reliquas sacrificijs. *De initijs prædarum, quę attulerat ex Amalec*. Non est sensus, quòd offerret de omnibus prædis, sed solùm de pecoribus: nam de rebus inanimatis non fit sacrificium, dicitur autem de initijs prædarum, quia non offerebat Saul totam prędam: sed initia, ideſt primitias: possunt autem vocari primitiæ de præda, quia primo offerebant. s. quia priusquam diuideret prędā, ꝙ cōuerteretur ad vsus humanos, oblata est quędam pars Domino. Vel vocant primitię: quia erant priores. i. meliores. s. ꝙ animalia, quæ erant meliora in tota præda offerrentur Domino, ea autem, quæ meliora sūt, vocant priora. Sic. n. interdum dicūtur primitiæ de auro, & argento, & purpura, & byſſo. s. ꝙ meliores partes istorum darentur, & ille vocant primitiæ Exo. cap. 25. *Et dum venisset Samuel ad Saul, dixit ei Saul*. s. locutus est verba sequentia cum magno gaudio congratulans ei propter victoriam habitā. Iosephus autem 6. Antiqui. dicit quòd Saul occurrit Samueli, & osculatus est eum, quòd satis verisimile est, quia iterum cum esset Saul expectans Samuelem in Galgalam, audiens quòd veniret, egressus est ei obuiam, vt salutaret eum supra capit. 13. *Benedictus tu Domino*. Ista sunt verba congratulatoria, scilicet, Samuel prædixerat Sauli, quòd habiturus esset victoriam de Amalecitis. Et quia sic euenit, congaudebat ei Saul, & benedicebat illum. *Impleui verbum Domini*, ideſt iam impleui id, quod mihi dixisti ex parte Dei. Hoc potest intelligi dupliciter, vno modo, quòd impleuisset Saul verbum Domini, ideſt nihil omisisset de his, quæ Deus dixerat: & hoc falsum est, quia non impleuerat. Censebat se tamen impleuisse, etiam si reseruasset prædam, vt patet inf. scilicet. Et ait Saul ad Samuelem: imò audiui vocem Domini, & ambulaui in via, per quam misit me, & adduxi Agag regem Amalec, & Amalec interfeci. Aliter potest intelligi, impleui verbum Domini, ideſt euenit mihi, id quod dixi, scilicet, ꝙ possem occidere Amalecitas. *Dixitq; Samuel*. Hic consequēter sententia Domini reuelatur Sauli per Samuelem. *Et quæ est vox gregum, quę resonat in auribus meis?* Ista est increpatio, scilicet si compleuisti mandatum Domini sicut dicis, quæ est hæc vox gregum q. d. nullos greges habere debebas, si compleuisses verbum Dei, quia Deus iussit, quòd omnia, quæ pertinebant ad Amalec, destruerentur, scilicet percute Amalec, & demolire vniuersa eius. *Et armentorum, quam audio*, ideſt quæ est vox armentorum, quam audio? quasi dicat, armenta sunt hic de Amalec, quę occidi debuerant; & ponitur de gregibus, & armentis, quia tam greges pecorū paruorū, q̄ armē-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta animalium magnorũ duxerũt Israelitæ de Amalec, & quicquid aliud pulchrum erat, & ad possidẽdum desiderabile: sola autem quæ vilia, & reproba erant, demolita sunt, vt patet sup. *Et ait Saul, de Amalec, adduxerunt ea.* Hic grauatur magis iniquitas Saulis, quia debuerat immediatè confiteri humiliter peccatum suum, vt, si forte Deus misereretur ei: excusauit se primo transferens peccatum suum in populum: deinde negauit se peccasse, dato q̃ ista fecerit, vt patet infra, & dixit de Amalec, adduxerunt ea: & non dixit, adduxi, quasi populus adduxisset, & non ipse: sed falsum est, quia etiam ipse voluit, q̃ seruaretur præda, vt patet supra. s. pepercit Saul, & populus optimis gregibus ouium, & armentorum: & sic patet immediate. s. *Pepercit enim populus meliori-bus ouibus, & armentis.* Hic excusat Saul factum suũ, transferendo in populum dicens, quòd populus pepercit ouib⁹, idest reliquit oues, & armenta non occidens illa. Colorat etiam factum suum dupliciter: primò, quia dixit melioribus ouibus, & armentis. q.d. non pepercit populus omnibus gregibus, & armentis, vt sic dissolueretur mandatum Dei, sed solũ melioribus, & ista meliora ex causa seruata sunt. Secundò coloratur factum, quia dicitur, q̃ seruata sunt, vt immolarentur Domino. Immolatio autẽ licita erat, imò meritoria, ideo non videbantur peccare hoc agentes: sed non sufficienter excusatur factum per hoc: primo, quia Saul falsam excusationẽ allegauit, quia non seruauerat populus omnia pecora, & armenta ad immolandum Domino, sed vt cederent eis in prædam, alioquin nihil duxissent Israelitæ de Amalec, nisi animalia, quæ poterant immolari: duxerũt tamen vestes, & quicquid pulchrũ erat in terra Amalec, vt patet sup. Item, dato q̃ ista excusatio esset vera, erat tamen impertinens, quia non debuisset Saul seruare pecora, & armenta ad ferendum Domino, etiam si omnia seruasset pro illo, quia Deus iusserat, q̃ nullũ seruaretur, sed omnia perirent. Obedientia autem melior est, quã quęcumq; victima, vt patet in[illegible]riam non licèt alicui pro causa quantũcũq; iusta, v[illegible]e, quantũcũq; bono, quicquam agere, si contrariu mandatũ à Deo habeat, quia firmius scimus, quod bonũ fit in operationibus nostris per mandatũ Dei, quàm per iudicium nostrum. *Vt immolarentur Domino Deo tuo.* Ad hoc seruati sunt greges, & armenta, vt immolarentur. Sed ẽt hoc falsum erat: quia non seruati sunt ad hũc finem, vt dictum est. Et dicitur Domino Deo tuo. i. q̃ ad te spiritualiter pertinet, quia cũ Samuel esset propheta, magis erat Deo familiaris, quàm cęteri: & in hoc erat Deus ei⁹ spiritualiter magis q̃ aliorũ, vel dr̃ Domino Deo tuo. i. qui præcepit tibi hoc facere, & mihi nunciare. *Reliqua vero occidimus.* s. omnia alia pecora, & greges. Ista autem erãt, quæ vilia fuerint, & reproba, & magis putauerint Israelitę eẽ onerosũ, quàm vtile ducere ea de Amalec. *Ait autem Samuel ad Saul.* Vidit. n. Samuel, q̃ excusationes Saulis erant impertinentes, ideo voluit ei denunciare sententiã Domini contra eũ. *Sine me, & indicabo tibi.* i. permitte me loqui, & indicabo tibi sententiam Domini de te. Et dicitur: sine me: quia loquebatur tunc Saul, & non habebat Samuel locũ proponẽdi: petiuit ergo q̃ audiret. Vel secundũ quosdam dicitur: sine me. i. permitte. s. non lædas me, si quicquam dixero. Est. n. iste modus eorũ, qui referũt regibus, & magnis viris aliqua, quæ sunt eis tristia, &, vt propter hoc nihil patiant, petũt primo securitatẽ. Sed ista sẽtẽtia non stat, q̃a Samuel nõ timebat Saulem, ẽt si nũciaret ei mala multa: sed e ̃rio magis timebaꝫ ipse à Saule: vnde sup. c. 13. dixit Sauli, q̃ stultè egerat, tamen ad hoc non petijt securitatẽ. Itẽ, dato q̃ Saul rex valde ferox, & Samuel timeret eum, non peteret talem securitatem, quia nullus vnq̃ propheta, nec aliquis verus professor fidei petijt talem securitatẽ. Nã istud pertinet ad illos, quibus si non detur securitas, nihil proponet, prophetę tñ, etiam si reges minarent eis, ne quicq̃ proponerẽt sub interminatione mortis, proponerent. Nã mortẽ spernebant, vt Deũ colerent, & obedirent ei: ideo intelligenda est littera primo modo. *Quæ locutus est Dominus ad me nocte*, idest quæ locutus est ista nocte. In ipsa enim nocte apparuit ei & locutus est, & mox Samuel venit ad Saul. *Dixit ei: loquere.* Concessit audientiam, quia ex parte Dei loqui volebat. *Et ait Samuel: nonne cum paruulus esses in oculis tuis.* Ista est increpatio Saulis, & ad hoc exprobrat hoc Deus beneficia, quæ contulit Saul, scilicet, quia fecit eum regem, cum prius esset minimus in toto populo, & tamen nũc fuit ingratus non obediendo præceptis eius. Dicitur autẽ cum esses paruulus in oculis tuis, scilicet, quando tu iudicabas te paruum, & eras humilis, tunc ego elegi te: nunc autem quia superbiens contempsisti mandata mea, ego te abieci. Vel aliter intelligitur, quòd hic significetur magnitudo beneficij, quę erat in hoc, quòd de minimo statu transiret Saul ad maximum: erat autem maximus status regalis. Minimus vero erat, quem ante habebat Saul, & non solùm erat minimus secundùm rem, sed etiam ipse se existimabat minimum: & sic erat minimus in oculis suis, idest secundùm existimationem suam. Hoc patet supra capitu. 9. cum ipse dixit ad Samuelem: nunquid non filius gemini ego sum de minima tribu Israel, & cognatio mea nouissima inter filios Beniamin? Et sic existimatione Saulis probat Deus beneficium ei collatum. *Caput in tribubus Israel factus es*, idest fecit te Deus regem: & hoc erat esse caput omnium tribuum Israel. Nam Saul nõ dominatus fuit specialiter super aliquam tribum, sicut fuit postea, diuiso regno in posteris, Dauid, sed dominatus est super omnes. 12. tribus. *Vnxitque Dominus regem super Israel.* Eadem sententia est repetita. Et dicitur quod Deus vnxit eum, qui iussit vngi, vt patet sup. ca. 10. *Et misit te Dominus in via*, scilicet vt ires contra Amalec. *Et ait: vade, & interfice peccatores Amalec.* Nominauit peccatores, quia propter peccatum suum ipsi merebantur hanc deletionem. Quomodo autem hoc sit, sup. declaratum est. *Et pugnabis contra eos vsque ad internitionem eorum*, idest pugnabis vsquequo totaliter deleas illos, & non solùm eos, sed etiam res eorum sicut. sup. dictum est. Hic tamen scriptura non repetit omnia ad plenum. *Quia ergo non audiuisti vocem Domini.* q.d. valde iniquus es, cum tantum exaltatus fueris à Deo, & tam ingratus ei apparueris. *Sed conuersus es ad prædam*, idest non obediuisti Deo, sed conuertisti te ad prædandũ, transgrediens, præ cupiditate, sermonẽ Domini, cũ ipse iusserit omnia deleri. *Et fecisti malum in conspectu Domini.* s. conuertẽdo te ad prædã. Hoc aũt erat malũ in conspectu Dũi, q̃a Deo iudicabat illud esse malũ, vel erat factũ ipso vetãte. *Et ait Saul ad Samuelem.* Hic describit̃ ꝙsequenter Saulis obstinatio. Est aũt in hoc obstinatio eius, q̃a cũ à principio peccatum eius cognitũ esset à Samuele, & Deus locut⁹ fuisset ꝙtra eũ, debuerat ipse humiliter confiteri, sed excusauit se, transferens peccatũ in populum. Sed adhuc, cum postea Samuel iterum increparet eũ, debuerat, cessante illa excusatione, cognoscere iniquitatem: nunc tamen grauius peccauit, quia cępit defendere dicens, quòd bonum fecerat. *Imò audiui vocem Domini*, idest non est sic, q̃ ego non audierim vocẽ Domini, q̃a audiui. i. obediui ad

plenum, existimabat enim Saul q̃ quamquam seruasset viuum regem Agag, & pecora, tamen implebat mandatum Domini: eo quòd occidèrat quædam de pecoribus, & totum vulgus Amalecitarum. *Et ambulaui in via, per quam misit me Dominus.* Non intelligitur hoc de via pedum, sed de executione mandatorum: scilicet feci omnia, quæ Deus iussit. Est enim mãdatũ vel lex, quasi quædam via, quia sicut via ambulantẽ instruit, qua transeundum sit, ita & lex instruit operantẽ quid, & qualiter agendũ sit. *Et adduxi Agag regem Amalec.* s. adduxit eũ viuum. Existimabat enim Saul q̃ non peccauerat seruando illi vitã, præcipue, quia ipse fingebat, q̃ adduxerat regẽ Amalec, non vt simpliciter ei vitam seruaret, sed vt quid de illo agẽdum foret cum Samuele cogitaret, vt ait Iosephus. 7. antiqui. peccauit tamen, quia non adduxit eum ad hoc sed magis ad gloriam suam, vt quidam volunt, vel quia condoluit calamitatibus eius, Deus tamen iussit ne misereretur cuiusquam de Amalecitis, vt patet supra. s. Non parcas ei, nec concupiscas ex ipsis aliquid: sed interfice a viro vsq; ad mulierem, & paruulum atque lactentem. Etiam dato q̃ Saul duxisset Agag ad cogitandum cum Samuele quid de illo fieri deberet, illicitum erat: quia super his, quæ à Deo determinata erant, nulla hominum deliberatio haberi debebat. Deus tamen simpliciter diffinierat de omnibus Amalecitis, q̃ occiderẽtur: iõ non debebat deliberare Saul. *Et Amalec interfeci.* s. totũ populũ Amalecitarũ. De his. n. verũ est, q̃ nullum reliquit, nec masculum, nec fœminã. *Tulit autem populus de præda oues, & boues.* Contẽdit etiã Saul q̃ non peccauerat relinquendo oues, & boues, excusat se sicut supra diximus. s. transferendo peccatum in populum cùm dicit: Tulit populus de præda oues. Et excusat aliqualiter populum, quia fecerunt hoc ad cultum Dei: nihil autem expressit hic Saul de vestibus, & omnibus supellectibus Amalecitarũ, quia de illis saltẽ nullam apparentẽ excusationẽ habere potest: & in hoc apparet, q̃ ipse habebat animum pertinaciter defendendi factum suũ, & nõ cognoscendi veritatẽ. *Et primitias eorum, quæ cæsa sunt.* Tulit populus primitias animalium cęsorum in terra Amalec. Eadem sententia est cum superiori, quia primitiæ nihil aliud erãt, nisi greges, & armenta quæ attulerant Israelitæ de terra Amalec. vocãtur aũt primitiæ eorũ, quæ cæsa sunt. i. primitiæ aĩaliũ occisorũ. Vocant. n. primitiæ in qualibet re partes meliores illius rei, sicut dicebaꝫ supra, & quia de omnibus gregibus, & armentis terræ Amalec ea sola, q̃ reseruata sunt erant bona, & electa, quæ verò reproba, & vilia sunt occisa sunt, vt patet supra, iõ pecora adducta de Amalec erant primitiæ cęsorum aĩaliũ. *Vt immolaret Domino Deo suo.* s. ad hoc duxerunt, quia visum est eis pulchrum ne tot armẽta, & greges inutiliter perirẽt, sed magis offerrenꝫ Deo: in quo Saul falsum dixit, quia non duxerant ea, vt offerrent Domino, sed vt acciperent sibi. Etiã non erat bonũ aliquid offerre Deo contra ꝓhibitionem suam. *In Galgalis.* i. vt offerretur in Galgalis, quia proposuerat populus in loco illo immolare, hoc autem dicebat Saul, quia deuotio sua magis erat in loco illo ex rationibus supra assignatis, & ob hoc in eodem loco immolauerunt Saul, & populus: nam ibi reperit eos Samuel offerẽtes. *Et ait Samuel.* Hic excludit responsionem Saulis, per quam probabat factum suũ esse iustum, & quamquam posset dupliciter destruere responsionem istam Samuel, tamen solùm vno modo destruxit: peccabat enim ista ꝓbatio dupliciter: primò quia falsa erat, scilicet, quia non adducta fuerant pecora ad offerendum Domino, sed ad conuer-

tendum in proprios vsus: secundò peccabat quia erat impertinens. s. quia, etiam si esset vera, non sufficienter excusabat. Samuel autem voluit tenere primũ modũ s. dicendo, q̃ nõ adducta fuerant ad immolandũ, eo q̃ ista erat valde grauis. s. quia diceret sic Sauli, q̃ mentiebatur, quod erat graue. Et quia dato, q̃ vellet, non poterat hoc probare: non enim poterant dari testes de eo quod occultissimum est: sic autem est intẽtio hominis: sed tenuit secũdum, scilicet probare, quòd hoc erat impertinens, & iste erat efficacior modus, quia grauius probabatur sic peccasse. *Nunquid vult Deus Holocausta, aut victimas, & non potius vt obediatur voci Domini.* q. d. Deus magis vult, q̃ obediaꝫ ei, & nũquã fiant sacrificia, q̃ q̃ semper fiant sacrificia, & nunq̃ obediaꝫ ei: non sunt. n. Deo placita sacrificia hominum impiorum, quales sunt, qui ei nequaq̃ obediunt: qui autem Deo obediunt, etiã si nihil offerant Deo placent. Dicit enim Iosephus. 6. antiquitatũ, quòd Samuel dixit Sauli, Deum non super sacrificia delectari, sed super bonos, & iustos. Huiusmodi autem esse illos, qui eius consilium mandataque sequuntur, & nihil aliud bene se iudicant agere, nisi quod pro Dei fecerint voluntate. Is. n. contemnitur non quando ei non sacrificatur, sed quãdo inobedientiæ spiritus adhibetur. ab his. n. qui subditi ei non sunt nec eum vera religione colũt, nec dũ multas hostias, & magnas obtulerint, nec dum ornamenta ex auro argentoque facta dicauerint, suscipit hoc libenter: sed potius aduersatur, & magis hoc studium nequitiæ iudicat nõ pietatẽ. Ad illos autẽ, qui solũmõ quod pręcipit diuini tas faciunt, & mori potius eligunt quàm præuaricari aliquid, quod iubetur: sẽper conuertitur, & nec sacrificium ab eis exquirit; sed & dũ sacrificauerint, siue simplex aliquid siue viliſſimũ gratius eorũ parua munera, q̃ ditissimorum maximam suscipit opulentiam. Tu siquidem scito tibi Deum iratum: spreuisti namque, & neglexisti ea, quæ tibi mandauit: quo ergo arbitraris eum sacrificia respicere ex his rebus, quas decreuit ipse perire? nisi forte similia iudicas esse peccata, & quęuis offerre Deo sacrificia. *Melior est enim obedientia, quàm victima.* Probat quod dixit, scilicet, q̃ Deus magis vult, quòd obediatur voci eius, quàm, quòd fiant sacrificia, quia Deus ea, quæ meliora sunt, magis vult: sed melior est obedientia, q̃ victima, ergo magis vult obedientiam quàm sacrificia. Ponitur hic victima generaliter pro omni specie sacrificij, scilicet tam pro holocaustis, quàm hostijs pacificis, & pro peccato. In litera autem præcedenti ponebantur victimæ, & holocausta, ideo holocaustum accipitur hic pro vna specie sacrificij, victima autem pro duabus, scilicet pro hostia pro peccato, & pro hostia pacifica. Dicitur autem quòd melior est obedientia quàm victima, quia obedientia est per se bona: victimæ autem non sunt per se habentes aliquam bonitatem, sed solùm in quantum a lege imponuntur, & a Deo acceptantur: & tamẽ secundum se occidere animalia, & cremare nihil maioris bonitatis habet q̃ per agros lapides spargere. Obedientia autem est de per se bonis naturaliter, quia etiam si nulla lex dicat Deo obediendum esse, nec ipse nobis iubeat, naturaliter est laudabile Deo obedire, & ideo hoc dicat faciendum, & laudat illud cùm factum fuerit. hoc autem modo omnis virtus, quæcunque illa sit, quæ habeat actum naturaliter bonum, melior est quàm victima, quia illa secundum se habet quandam bonitatem. Item non solùm hoc, sed etiã obedientia est melior omnibus virtutibus, & actus suus laudabilior actibus oĩũ virtutũ, quia iuxta Arist. 5. Ethicorũ, præclarissima

Deus maluit obedientiã q̃ sacrificiũ.

Obedientia melior oĩbus virtutibus

inter oēs virtutes est iustitia legalis,& fulget ĩter eas F sicut lucifer, vel hesperus inter astra. Ista aũt iustitia legalis in subditis nihil aliud est, nisi obedientia totius legis,ideo virtutum clarissima est obedientia:& sic ipsa erit melior,quàm offerre victimas. Ista autẽ operatio tenet, quando offerre victimas bonũ est, & obedire bonum: quia tunc melius est obedire p̃cepto Dei,etiã si nõ offeramus, q̃ siquis sponte Deo offerat quodcunque sacrificium q̃q̃ in offerẽdo merear,si tamen ipsum offerre illicitum sit,comparatio nulla est, quia nullum mediũ est,in quo comparentur: velut siquis comparat coruũ & columbam in albedine.Sic aũt erat hoc,qa obedire mãdato Dei erat valde laudabile,& meritoriũ: offerre aũt sacrificia,q̃ obtulit Saul non solũ non erat ęqualiter bo- G nũ,vt obedire,sed ẽt nullo mõ erat bonũ cũ esset ꝓtra præceptũ Dei. *Et auscultare magis, quàm offerre adipẽ arietum.* Eadem sñia est,s.ꝙ melius est auscultare verba Dei,& exequi illa, q̃ offerre adipem arietũ. Dicitur aũt de oblatione adipis, qa in oblatione totius aãlis nihil Deo gratius erat,q̃ oblatio,vel crematio adipis. Ideo in Leui. sępe dicitur, ꝙ adeps cremabat in odorẽ suauissimũ Dño:& ob hoc in oĩbus sacrificijs semper Deus accepit ꝓ se adipes. De carnib⁹ aũt non erat sic, quia interdũ accipiebat illas oēs, sicut in holocausto,Leui.c.1.Interdum aũt partẽ accipiebat, sicut in quibusdam sacrificijs pacificis cremabãtur lumbi, & in quibusdam sacrificijs pro delicto, vt patet Leui.cap.3.& 6. generaliter autẽ in alijs sa- H crificijs pacificis, & pro peccato Deus nihil accipiebat de carnibus, vt patet prælleg.c. adipẽ tñ in omnibus sacrificijs accipiebat: & ob hoc nulli homini licebat comedere adipem sub interminatione mortis, Leu.c.3. & 7. Gratiõr ergo erat Deo adeps, quã reliquum sacrificium: sed obedire Deo melius est, quàm offerre adipem arietum: ergo melius est,quã facere quodcunque sacrificium. *Quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare.* Hic probat Samuel quod dixit alio modo s. ex oppositis:supra.n.directè ex natura actus,vel habitus probat,ꝙ melius sit obedire, q̃ immolare. Nunc aũt probat ex oppositio.s.ex hoc quod est non obedire, s. quia nõ obedire habet se sicut idolatria,quæ est peior omnibus vitijs. Iste autẽ I modus arguendi est valde scientificus:nã iuxta Aristo.8.Ethico. Optimus actus virtutis opponitur maximo vitio,& minimus habitus virtutis opponitur minimo vitio.s.ꝙ quanto aliqua virtus excellit omnes alias virtutes in bonitate, tanto vitium sibi oppositum excellit oĩa alia vitia in malitia: si igit obedientia est magna virtus, inobedientia est magnum vitium,sed sic est, ꝙ inobedientia est maximũ vitiũ, ergo obedientia est maxima virtus. Hoc autẽ probatur hic,scilicet quia repugnare,i. nõ obedire Deo est sicut peccatum ariolandi. Istud aũt peccatũ est maximũ: ariolari.n.est quædam species idolatriæ, scilicet quia est in aris veritatem inquirere:actus.n. ariolorum est, vt immolent animalia idolis super K aras, & postea in visceribus eorum per significationem venarum inquirant futura. Hoc autem dupliciter malum est,primò quia est actus idolatriæ inq̃tum offeruntur animalia idolis super aras: secundò quia est actus superstitionis, s. inquantum creditur, ꝙ per colorem, & figuram venarũ possint occulta cognosci. Istos aũt ariolos Deus valde vetuit, & occidi iussit Leuit.19.& 20.c.& Deut. c. 18. *Et quasi scelus idolatriæ nolle acquiescere.* i.nõ assentire his, quæ Deꝰ iubet, est sicut scelus idolatrie: eadem sententia est, quia ariolari, & idolatrare idem sunt, quamquam ariolari aliquid superaddat.

Inobediẽtia magnũ vitium.

Ariolari quid.

Inobedientia ad Deum, an sit maius peccatum idolatria, vel æquale. Quæstio XXV.

QVAERET aliquis, an inobedientia ad Deũ sit maius peccatũ, q̃ idolatria aut ęquale ei. Aliquis dicet, ꝙ sit maius, vel saltem æquale: qa ex hoc arguit Samuel magnitudinẽ inobediẽtię. Respondendum est, ꝙ idolatria secũdum se est maximum vitiorum: & hoc propter duo. Primo quia ipsa idolatria est directè in Deum: nam alia peccata sunt, quæ sunt contra Deum, vt tanq̃ legislatorem solum: directè tamen sunt contra proximum, quia damnum ex illis actibus proximo infligitur:sicut furari,occidere,adulterari,& gñaliter oẽ peccatũ, qđ est ꝓtra præcepta secundæ tabulæ: idolatria aũt nõ est sic,quia non solũ est ꝓtra Deũ tanq̃ legislatorẽ,s. qa ipse vetuit idolatriã, sed ẽt est ꝓtra Deũ directè: quia damnum, vel iniuria ex idolatria soli Deo directè prouenit, eo quòd honor eius soliꝰ sic aufertur. Et quantum ad hoc idolatria excedit omnia peccata, q̃ sunt ꝓtra p̃cepta secundę tabulæ: nõ tñ excellit pcãta, q̃ sunt ꝓtra p̃cepta primæ tabulæ, sicut assumere nomen dñi in vanũ: vel non observare sabbathũ:qa ẽt in his iniuria,vel offensa soli Deo ꝓuenit,& nihil ꝓximo nisi per accidens. Secundo idolatria est maior oĩbus iniquitatibus,inquantum Deũ magis offendit: peccatũ.n iõ pctm̃ est,quia per illud Deus offenditur: cũ ergo Deus magis offenditur peccatum maius est. Nullum tamen peccatum maiorem offensionem Deo facit, q̃ idolatria,eo q̃ maiorem imperfectionem in eo ponit. Nã qui idola colit incidit in vnũ de duobus. s. ꝙ istũ verũ Deũ quem nos colimus dicit non esse Deum, sed aliquẽ alium quem ipse colit. Vel saltẽ dicit istũ non esse solùm Deũ,sed alios præter eum esse Deos, & quantum ad hoc esse ei æquales, vel maiores: nulla autẽ maior offensio potest esse Deo,quàm quod dicatur, ꝙ ipse non est Deus. Post hanc aũt nulla maior esse potest, quàm ꝙ dicatur alios esse Deos, & habere hunc excellentissimum honorem: cùm secundum veritatem ipse solus sit Deꝰ: sic patet in regibus:nõ enim potest maior offensa fieri regi alicuius prouinciæ,quàm ꝙ dicatur ipsum non esse regem,nec impẽdantur ei aliqua obsequia sicut regi. Proxima autem iniuria huic est, quòd dicatur ei, quòd quãquã ipse sit rex, alius tamen etiam est rex & ęqualis eius illo regno. Quantum ad hoc autem idolatria non solùm superat oĩa vitia,quæ sunt contra secundam tabulam,sed etiam omnia,quæ sunt contra præcepta primæ tabulæ: nam in alijs præceptis primæ tabulæ si infringantur,parua iniuria Deo irrogatur in comparatione ad idolatriã:nam per secundum præceptũ.s.de non assumendo nomen dñi in vanum, irrogatur Deo quędam offensio,scilicet quia nomen eius nõ habetur in debita reuerẽtia, tamẽ nemo sic negat eum esse Deum,vel astruit aliquem alium sibi æqualem in præcepto quoq; de custodia sabbathi, si non seruetur, aliqualiter honor Dei diminuitur, scilicet quia non seruatur quod ipse iussit:minus tñ quàm in duobus præcedentibus: nam per hoc non negatur eũ esse Deũ, nec astruitur ei quisquã equalis:nec nomen eius minoratur. Idolatria ergo cæteris maior ẽ:inobedientia aũt nõ põt sic directè esse contra Deũ: ideo non est tm̃ vitiũ ꝑm se. Hoc aũt significatur in litera, cùm dr̃ ꝙ quasi scelus idolatriæ est nolle acquiescere.s.non est tm̃ nolle acquiescere sicut scelus idolatriæ: sed est quasi tm̃. Pro quo sciendum ꝙ obediẽtia põt dupliciter accipi s. ꝑ ut est qdã virtus vniuersalis, vel vt est virtus spãlis, sic & inobedientia. Primò modo est peior, q̃ idolatria: sed ꝺ modo non est ei æqualis. Ad cuius intelligentiam A sciendum, ꝙ obedientia se habet sicut iustitia. Est autẽ iustitia duplex.s.particularis,& legalis:iustitia particularis est sm̃ quã quis reddit cuilibet id qđ suum est:& ista est cõmutatiua,& distributiua. Cõmutatiua quidem quantum ad oēs contractus humanos. Distributiua aũt in distributione honoris,vel pœnæ: lucri,vel dãni: sicut pertinet ad iudices respectu partium: ista autem vocatur iustitia particularis, quia non est circa omne obiectum, sed circa quoddam determinatum obiectum,sicut quelibet alia virtus: iustitia autem legalis non habet se circa aliquod determinatum obiectum, sed habet se ad totam legẽ, & ideo vocatur legalis. Ad eam autẽ pertinet actus B cuiuscunque virtutis, eo quòd lex præcipit actum omnis virtutis, & prohibet omnia vitia, scilicet lex prohibet non męchari, non conuiciari, non dimittere arma in bello,iuxta Ari:5. Ethi.ista autem iustitia legalis est omnis virtus,secundum Arist ibidem, & hæc in subditis vocatur obedientia totius legis: nam vocantur iusti legaliter inquantum toti legi obediunt,& quæ iubet exequuntur:& quantum ad hoc non distinguitur iustitia legalis ab aliqua virtute,sicut pars alicuius totius nihil addit supra suum totum cùm sit intra illud:ita cùm iustitia legalis vel obedientia sit omnis virtus,nulla virtus particularis addit ei aliquid, sed est intra illam, ideo hoc modo non potest comparari obedientia,vel iustitia legalis C alicui virtuti particulari, sicut comparantur inter se duo distincta:& sicut est de iustitia legali,vel obedientia respectu virtutum,ita est de opposito suo respectu vitiorum, quia sicut iustitia legalis, vel obediẽtia legis est omnis virtus:ita iniustitia legalis, vel inobedientia legis est omne vitium: ideo nullum vitium poterit ei comparari in quantitate malitiæ: cùm nihil superaddat ad inobedientiam legis: si tamen aliquis vellet comparare aliquod vitium particulare ad inobedientiam legis, erit sicut cõparatio partis ad totũ,quod semper maius est parte:in obedientia autem particularis est circa aliqua specialia præcepta:vt qui non consuecuit obedire prælato vocatur inobediens: non tamen est iste inobediens legaliter, quia nõ agit contra totam legem: vel siquis D Deo iubenti aliquid speciale nõ obediat,inobediẽs est particulariter: & hoc modo contra quodcunq; præceptũ legis aliquis male se habeat, vocatur inobediens. Patet ergo ex dictis, ꝙ inobedientia,si sit legalis est maior omni vitio, eo ꝙ ipsa cõtinet omne vitium, & peccata particularia nihil superaddunt ad inobedientiam legalem, & hoc modo idolatria est minor q̃ inobedientia, quia idolatria est quoddã vitium speciale: inobedientia autem legis est generale.s. non obedire alicui de mandatis in lege:sed in lege iubetur non solùm non coli Deos alienos, sed etiam quodlibet alterum vitium vetatur, ergo qui inobediens legaliter est, non solùm idolatra est, sed etiam quodlibet alterum vitium habet,vel saltẽ E plurima. Si aũt accipiatur inobedientia particulariter,vocabimur inobedientes in cõtemptu,vel præuaricatione cuiuscunque præcepti etiam minimi: sed tunc distinguendum: quia aut vocatur quis inobediẽs legaliter ꝓ quacũq; transgressione legis scripte, vel ꝓ inobĩa, vel præuaricatione eius, qđ Deus nobis spãliter iubet.s. per seipsum,vel per angelum, vel per prophetam: & dirigit ad nos particulariter. Si primo modò accipiatur inobedientia,nõ est quasi idolatria,nec habet ꝓpinquitatem aliquam, quia potest esse sic de minimis vitijs: imò in minimo vitio erit inobedientia. Si autem secundo modo, est inobedientia magnum vitium,quia magnus cõtemptus Dei est, quando ei per angelum suum, vel per prophetam nobis aliquid specialiter mandanti non obedimus. Et valde quidem maior q̃ si nõ obediremus legi scriptæ: ideo isto modo inobedientia est quasi idolatria.s.aliquid proximum ei: tamẽ nõdum est ęquale,quia per idolatriam negatur Deum esse verum Deum:vel asseritur alios prẽter eum esse Deos: & quantum ad hoc esse ei æquales. Per inobedientiam aũt nunc dictam non est aliquid tale,quia licèt nimis sic Deus contemnatur, non tñ negatur eum esse Deum,nec asseritur alios Deos esse, aut sibi æquales esse: ideo est ista inobedientia quasi idolatria,sed non est æqualis: & in isto casu intelligitur litera,quia Deus mãdauerat Sauli specialiter per Samuelem, ꝙ iret contra Amalecitas, & demoliretur vniuersa, ipse aũt non obediuit:ideo fuit quasi scelꝰ idolatriæ,vt patet hic. *Pro eo,quòd abiecisti sermonẽ Domini.* i.neglexisti facere vindictam, quam ipse fieri iusserat super Amalec. *Abiecit te Dominus, ne sis rex.* i. Deus solũm honorat,eos,qui honorant eum, alios autem spernit,vt patet supra, c.2.s. Absit hoc a me, sed quicunque glorificauerit me, glorificabo eum: qui autem cõtemnunt me,erunt ignobiles:sed Saul a principio honorificauit Deum,quia erat vir bonꝰ, & electus, & in toto Israel non erat vir aliquis melior illo,sicut dicitur supra c.9.ideo Deus tunc cõstituit eum regẽ. Postea autem cõtempsit dominum, ideo Deus abiecit eum,ne regnaret: ista autem fuit diffinitiua reprobatio, quia licèt supra.c.17 diceret, ꝙ regnum Saulis non consurgeret eo ꝙ stultè egerat, tamen non fuit ibi ꝑnitus reprobatus: & si postea non peccasset, nunquam fuisset abiectus de regno: nunc autem hic abiecit eum Deus: & ista sentẽtia est firma, quia infra dicitur, ꝙ triumphator in Israel non parcet,& ꝑnitudine non flectetur.

Quomodo dicatur, quòd Deus abiecerit Saulem è regno propter istud peccatum, cùm tamen tota vita sua regnauerit. Quæstio XXVI.

QVAERET aliquis, quõ Deꝰ abiecit Saulẽ, ne regnaret ꝓp istud peccatũ: nam post istud ipse fuit rex tota vita sua,& non solùm ipse, sed vnus de filijs suis regnauit post eum,vt patet infra,2.lib.ca.2. Respondendum est, ꝙ quomodocunque alicui tollatur ius regnandi dicitur abijci de regno: fuit autẽ ꝓpter istud peccatum ablatum Sauli magnum ius regnandi,ideo rectè dicitur, ꝙ abiectus est, ne regnaret. Pro quo sciendum, ꝙ pro isto peccato Saul priuatus est regno,tam in filijs suis,quàm in se. De filijs suis patet,quia Deus quãdo instituit Saulem regem, non solùm instituebat,vt ipse solus regnaret, sed ẽt vt tota posteritas eius post eum, vt patet supra, cap. 13.cùm dixit Samuel ad Saulem: stultè egisti,nec custodisti mandata domini, quod si non fecisses, iam nunc præparasset dominus regnum tuum super Israel in sempiternum. Ecce qualiter regnum Saulis futurum erat æternum, idest magni temporis, nisi eius iniquitas obstitisset. Sed hoc non poterat esse, nisi per successionem filiorum: fuit tamen priuatus hoc iure regnandi in filijs cùm immediatè subiunctum fuit: Sed nequaquam vltra regnum tuũ consurget. Sic aũt factũ est,quia nemo de posteris Saulis regnauit,nisi Isbosseth. Et iste q̃dẽ pauco tpe, & infeliciter,& ad extremũ à seruis suis occisus ẽ,ita infra, 2.lib.c. 2.3.& 4. Sed filij Saulis nõ fuerũt priuati regno, nisi ꝓp peccatũ patris, iõ ipse in eis priuabatur hoc iure. Fuit quoq; priuatus Saul regno in scipso: nam q̃q̃ toto tempore,quo vixit fuit rex, tamen minorauit Deus tempora regni eius propter peccatũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

istud, ſ. quia pluribus diebꝰ vixiſſet in regno, niſi obſtitiſſet iſta iniquitas. Propter hāc autem fecit Deꝰ, vt velociter careret ſimul regno, & vita occiſus in bello a Philiſthinis, vt patet infra 28. cùm dixit ei Samuel: faciet tibi Dominus, ſicut locutus eſt in manu mea, & dabit illud proximo tuo Dauid: quia non obediſti voci Domini: nec feciſti iram furoris eius in Amalec: idcirco, quod pateris fecit tibi Dominus hodie, & dabit Dominus etiam Iſrael tecū in manus Philiſthijm. Quod etiam velociter mortuus fuerit Saul propter peccatum iſtud patet. 1. Paralip. c. 10. ſ. mortuus eſt ergo Saul propter iniquitates ſuas eo, quòd prævaricatus ſit mādatum Domini, quod præceperat, & nō cuſtodierit illud: inſuper & phytoniſſam conſuluerit, nec ſperauit in Domino: propter quod interfecit eum, & tranſtulit regnum eius ad Dauid. Priuatus ergo fuit regno quātum ad ſe propter pctm̄. Etiam fuit priuatus gloria regnandi, quia antequā peccaret, erat ſpiritus Domini ſemper in Saule, ſ. ſpiritus roboris, & fortitudinis, ita vt nullos hoſtes formidaret, ſed cōtra oēs auderet, & omnes bello ſuperaret, vt patet p̄ceden ti. c. ſ. at Saul confirmato regno ſuper Iſrael pugnabat per circuitum aduerſum omnes inimicos eius, contra Moab, & filios Ammon, & Edom, & reges Soba, & Philiſthęos: & quocunque ſe verteret ſuperabat. Poſtquam autem peccauit contra Amalecitas redditus eſt corde infirmus, & iam timebat hoſtes nimis: in quo erat magnum dedecus eius, & diminutio gloriæ, vt patet in bello, quod habetur infra ca. 17. Nam cū veniſſet Goliath ad caſtra Iſrael, quotidie exprobrabat Iſraelitas per 40. dies continuos loquens contra exercitum Iſrael, & nec Saul, nec aliquis de populo audebat pugnare contra virum illum. In alijs quoque bellis timebat Saul: ſicut factum eſt in bello, in quo mortuus eſt: nam dicitur q̄ vidit Saul caſtra Philiſthijm, & timuit, & expauit cor eius nimis, infra c. 28. Hoc autem fuit, quia ſpiritus Domini receſſerat a Saule a die, qua vnctus eſt in regē Dauid: & erat cum Dauid, vt patet ſequenti capit. & infra 28. Priuatus eſt quoque Saul honore regio, quia poſt iſtam iniquitatem fuit ſemper cum magno dedecore: nam ſpiritus Domini neq̄ arripiebat eum, & cogebat eum facere, q̄ faciunt arrepticij, ita vt ſerui eius compellerentur quærere virum bene canentem, & pſallentem, vt quādo Saul arriperetur a Dęmone, illo pſallēte leuius ei fieret, vt patet ſequenti. c. magnum autem dedecus erat, vt rex in tantam calamitatem incideret, q̄ cogeretur pati deformitatem geſtus, & habitus, quam arreptiçij patiuntur. Honorabilius ergo fuiſſet Sauli, vt ea die, qua peccauit in bello contra Amalec vitam finiuiſſet illæſa celſitudine honoris regalis, q̄ q̄ poſtea infelicem, & calamitoſam vitam cum tāta deiectione regalis honoris ageret, ita vt ſecundū veritatem illa die, qua Saul peccauit regno priuatus eſt, quia ſi ſaperet prę̄elegiſſet ea die ſimul regno, & vita priuari, q̄ tam infeliciter regale tolerare nomen.

Quare Saul immediatè poſt peccatum nō fuit priuatus regno: ita vt ſuccederet illico alius loco eius. Quæſt. XXVII.

QVAERETVR vlterius, quare Saul nō fuit priuatus regno immediatè, ita vt loco eius alius ad regendum acciperetur. Reſpondēdum eſt, q̄ quantum ad ius Saul fuit priuatus immediatè regno: de facto tamen non priuatus eſt. Quod patet, quia poſt iſtam iniquitatem iuſſit Deus Samueli, q̄ vngeret Dauid in regem, & vnxit, vt patet ſequenti cap. per vnctionem autem tradebatur titulus regni: ſed non poſſunt duo inſolidum determinatè habere ius eiuſdē rei: ſed in Dauid per vnctionem fuit translatum totū ius regni: ergo Saul iam carebat iure regni, cùm ſimul non poſſet eſſe in utroque: non fuit tn̄ de facto ſpoliatus, vel priuatus regno, q̄a ſemp ipſe poſſedit regnū, dum vixit: hoc aūt non fuit ſine, puidentia Dei, & p̄miſſione, vt melius res gererētur. Deꝰ. n. diſſinierat, q̄ Dauid regnaret poſt Saulē: ſi autē immediatè, vt peccauit Saul, priuatus fuiſſet regno de facto, & conſtitutus fuiſſet Dauid in regem, orta fuiſſent ſcandala multa: nam Saul poſſidebat: & ſiquis conaretur eum ſpoliare regno, vel pro rege ſe gereret, Saul perſequeretur cū nimis, q̄a ipſe adhuc poſſidebat totū regnū: ex quo grauis ſeditio, & bella acerrima orirentur in Iſrael: quod patet quia Saul ex eo ſolùm, q̄ ſuſpicatus eſt, q̄ Dauid eſſet poſt eum regnaturus, vel q̄ populus vellet ei dare regnū, p̄ſecutus eſt eū nimis in deſertis, & montibꝰ, & cauernis: quouſq; p̄pelleret eū fugere de terra Iſrael ī terrā Philiſthijm, vt patet infra cap. 20. vſq; ad 27. quantomagis igitur p̄ſecutus fuiſſet eū, ſi Dauid nominaſſet ſe regem, vel pro rege ſe geſſiſſet? non decuit ergo q̄ Saul viuens ſpoliaretur regno. Itē factum eſt hoc, ne daretur populo exemplum repugnandi regibus: nam ſi Deus abſtuliſſet Sauli viuenti regnū p̄p p̄tm̄, populus qñ non libenter acciperet regē ſuū, haberet exemplum ad hoc, q̄ interdū conaretur regē ſuum deponere p̄ veris delictis, interdū aūt pro fictis: ſed quomodocunque eſt cauſa ſeditionis magnæ ſi populo detur audacia ad deponendū reges, quia melius eſt regem iniquū tolerare, ſi non ſit per oīa iniquus, ita vt ſit intolerabilis, q̄ nouum cōſtituere, quia in p̄ſtōne noui regis plura forte erūt ſcandala, q̄ damna forent in tolerātione prioris. Potiſſime quia dabitur populo occaſio modicū obediendi regibus, cū ſciant ſe faciliter poſſe deponere reges: & ſic aſſueſcerent ad nō viuendum ſub aliqua ptāte, quod oīum peſſimū eſt. Eſt. n. melius ſub quacūque viuere ptāte, ēt ſi peſſima ſit, quàm ſub nulla, quia ineſtimabilia dāna ſunt, quæ ſequūtur nullo dato principatu. Simile. n. dicit Ariſto. 2. Politię de legibus, q̄ non eſt vtile politię mutare legem quandocunque inueniatur alia melior: ſed melius eſt tolerare legē iniquā, q̄ īducere nouā, ēt ſi bona ſit: niſi prior p̄nitus iniqua fuerit: q̄a magis nocebit q̄d mutatum eſt, q̄ p̄derit q̄d introductū eſt: q̄a per frequentem mutationē legū aſſuefit populus ad non obediendū alicui legi. Hoc autem ius eſt, q̄ peſſimas pati leges: vtilior. n. eſt politiæ lex peſſima, q̄ nulla. De hoc. 2. Politiæ. cap. de politia Hippodamij Erifontis. Ad tollendum ergo hęc ſcādala, Deus noluit, q̄ Saul viuens ſpoliaretur regno. Item hoc factum eſt ad magnam Dauid vtilitatem: nam ipſe regnaturus erat ſuper toto Iſrael poſt Saulem, ſed non erat ipſe aptus ad regnādū eo tp̄e, quo Saul peccauit: nā erat adhuc puer, & paſcebat greges, vt patet ſequenti. cap. non habebat ergo doctrinam principādi, nec aptabantur mores paſtorū regio ſtatui. Potiſſime, quia puer & inexpertus erat, quod non conuenit in illo, qui accipitur in regem non per ſucceſſionem, ſed propter probitatē. Viuente autem Saule, Dauid vocatus eſt ad palatiū regis, & ibi conuerſatus in familiaritate regis inſtructus eſt ad regios mores. Factus quoq; eſt princeps exercitus Saulis, in quo accepit doctrinam pugnandi atque principandi, ita vt in anno, quo mortuus eſt Saul, ipſe iam eſſet conueniētis ætatis, & maturæ ad regnandum, & haberet omnem doctrinam, quæ ad probitatem regiam expediebat: erat namque tunc annorum triginta, vt patet infra ſecundo

dolibro. cap. 5. Item fuit valde conueniens, q̄ prius moreretur Saul, quàm regnaret Dauid, & non fieret rex immediatè, vt Saul peccauerat: quia difficilimum eſt ſola violentia, & tyrannide regnum acquiri: ſed adhuc difficilius eſt ſic gubernari: Dauid autem ſi immediatè, vt Saul peccauit, aſſumptus fuiſſet in regem, erat cunctis incognitus, & conſequenter a nullo dilectus: nam nulla adhuc eius probitas apparuerat, propter quam diligi deberet. Multi autem, imo ferè totus populus diligebat Saulem: difficile ergo fuiſſet, q̄ acceptaretur in regem viuente Saule. Per amorem autem, & obſequia regnum facilius obtinetur, & facillime conſeruatur: ſic enim fuit in Dauid dum viueret Saul: nam ipſe erat conſtitutus Dux belli, & a principio deiecerat Goliath Gethæum: infra c. 17. Et poſtea faciebat omnia bella cōtra Philiſthinos pro Iſrael, infra cap. 18 & 19. & tunc intantum conciliauit ſibi populi amorem, vt mortuo Saule, & filio eius Isboleth eo non petente regnum, omnes viri Iſrael venirent ad Dauid petentes eum in regem, & dicentes: ecce nos os tuū, & caro tua ſumus, ſed & heri, & nudiuſtertius cū eſſet Saul rex ſuper nos, tu eras educens, & reducens Iſrael &c. Et ſic vnxerunt eū in regem propter beneuolentiam, quod nequaquā accidiſſet Dauid, ſi conſtitui debuiſſet in regem immediatè vt peccauit, ſed maneret vſque ad mortem in illo. Factum eſt tamen in Dauid, & Saule, ſicut in pupillo, & tutoribus, & curatoribus. Manet enim pupillus ſub tutoribus, & curatoribus vſque ad tempus præfinitum a lege; quando iam ipſe ſciat diſponere bona ſua, tunc deſinit eſſe officium tutorum, & curatorum: ſic autem fuit in Dauid: nā tpe, quo peccauit Saul ipſe erat paruulus, & inexpertus, & ad regnum ineptus: cùm autem procedente tempore ipſe factus eſt ætatis maturæ, ſcilicet anno tum 30. & diſciplinæ conuenientis ad principatū, occidit Deus Saulem transferens regnū in Dauid: nam multis diebus adhuc potuiſſet regnare Saul, ni ſi Deus tradidiſſet eum in manus hoſtium, quia quādo mortuus eſt erat vir fortis, & in bello ferox.

Dixitq; Saul ad Samuelem. Hic ponitur pœnitentiæ ſimulatio. Et diuiditur in duo: quia primò ponitur Saulis ficta humiliatio, ſecundò Samuelis aliqualis condeſcenſio ibi. *Reuerſus ergo.* Circa primum dicitur, q̄ Saul aliqualiter cognouit peccatum ſuū. Et dicunt doctores, q̄ iſta pœnitentia fuit ficta, quia non fecit hoc Saul, quaſi contereretur de malo q̄d egerat, ſed propter aliam cauſam.

An Saul pœnituerit verè, vel fictè, quando dixit peccaui. Quæſt. XXVIII.

QVAERETVR autem circa hoc, an iſta pœnitētia fuerit ficta, nam ex verbis videtur eſſe vera, quia dixit hic Saul: peccaui, quia prævaricatus ſum ſermonem Domini, & verba tua. Reſpondendum eſt, q̄ iſta pœnitentia fuit ficta: nam ſi Saul vere doluiſſet, q̄ peccauerat, cùm ante hoc ipſe conſcius eſſet ſibi delicti ſui, doluiſſet: ſemper tamē excuſauit, & ad vltimum defendit, dicens, ſe non feciſſe illicitū: nunc autem cùm cōfeſſus fuerit, videtur q̄ fecerit propter aliquam vtilitatem quam ex hac confeſſione conſequi intendebat. Item patet quia dixit hic, q̄ fecerat hoc timens populum, & obediēs voci illus. Sed hoc manifeſtè falſum eſt: nam ipſe nō timebat populum cùm non eſſet ſubiectus, ſed potius timebat eum populus, quia erat ſubiectus illi: nam non ſolùm nunc, quando Saul dominabatur confirmato regno populus timebat eum, ſed etiam a principio antequam confirmatum eſſet regnum eius timuit eum populus, vt patet ſupra capit. 11. Nec valet, ſi dicas, quòd populus cupiditate prædę non obediuit Sauli, & ſi repugnaret Saul illis ſemp contraria iubens opprimerent eum: nam ſi Saul vero corde voluiſſet mandatum Domini exequi, nullus de populo auderet ei reſiſtere quamquam nimis concupiſceret prædam, quia Deus incuteret timorem illis, vt non reſiſterent Sauli: ſic enim factum eſt in principio regni Saulis, quando populus nondum plenè obediebat ei: nam cùm vellet pugnare contra Ammonitas, audito clamore virorum Iabes, inſilijt in eum ſpiritus Domini, & diuiſit vtrūque bouem in truſta, miſitq; per omnes terminos Iſrael, vt omnes conuenirent ad bellum: tunc autē dicitur q̄ inualit timor Domini populum, & egreſſi ſunt quaſi vir vnus, vt patet ſupra cap. 11. Sic ergo nunc ſi Saul motus fuiſſet recto corde ad cuſtodiā legis Dei, totus populus tremuiſſet coram eo, quia ſuaderet eos terror incuſſus a Domino, nec auderēt reſiſtere imperanti: non tamē deſiderauit Saul obſeruare mandatum Domini: ideo nec populus ſeruauit. Sic patet ſupra vbi ponitur principaliter Saul actor huius delicti cùm dicitur: Et pepercit Saul, & populus Agag, & optimis gregibus ouium, & armē torum. Allegauit tamen hic, q̄ hoc permiſerat timore populi, ergo pœnitētia iſta erat ficta propter aliquam vtilitatem, quā inde conſequi expectabat.

Tribus rationibus confeſſus eſt Saul ſe peccaſſe. Quæſtio XXIX.

QVAERETVR vlterius, q̄ vtilitas erat iſta, propter quā Saul p̄feſſus eſt ſe peccaſſe, quia alias confeſſurus non erat. Reſpondēdum eſt quòd hoc fecit propter tria. Primò, vt honoraretur coram populo: erat enim Saul in ſtatu regali: ideo deſiderabat honorem cōuenientem illi ſtatui: & quia ipſe veniebat tunc de bello, ad hoc q̄ daretur ei fauor debebat cum eo propheta ire ad adorandū Dominum: & quia ſi perſiſteret in contumacia ſua, Samuel non reuerteretur cum eo, confeſſus eſt ſe peccaſſe; quod patet ex litera. ſ. peccaui, quia prævaricatus ſum ſermonem Domini, ſed nunc quæſo porta peccatum, & reuertere mecum, vt adorem Dominū. Iterū inf. dicitur: peccaui; ſed nunc honora me coram ſenioribus populi mei, & coram Iſrael, & reuertere mecum, vt adorem Dominum Deum tuum. Samuel autem nolebat ire cum Saule, quāq̄ confeſſus fuit peccatum; quantomagis ſi non confeſſus fuiſſet peccatū? ad vltimū tamen p̄deſcendit venire cum eo, quia p̄feſſus fuerat peccatū. Secunda vtilitas erat, vt Saul non vituperaretur, vel increparetur a Samuele coram populo: nam præter peccatū, quod primò fecerat in bello contra Amalec, adhuc addebat iſtam iniquitatē, q̄ in pertinacia ſua perſiſtebat, & pro hac increpaturus erat Samuel nimis Saulem, niſi deſtitiſſet: nā iam inceperat, ſupra eum arguere. Videns ergo Saul, q̄ Samuel non ceſſaret ab increpatione niſi ipſe p̄fiteretur peccatum, credidit ſibi p̄ueniens eſſe p̄fiteri illud, ſic patet in litera. ſ. peccaui, quia p̄uaricatus ſum ſermonē Dñi, ſed nūc quæſo porta pctm̄, i. rogo te, vt toleres peccatum meū non increpando me coram multitudine. Sic etiam dicitur infra, peccaui, ſed nunc honora me coram ſenioribus, i. non dehonores, vel non increpes me coram ſenioribus. Tertia, & maxima vtilitas erat, quia Saul viderat, quod Samuel dicebat q̄ Deus abiecerat eum ne regnaret: timuit ergo, q̄ ſi perſiſteret in pertinacia ſua, Samuel vellet conſtituere alium in regem, & quia totus popu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lus fauebat Samueli, si ille iuberet alium eligi in re- F
gē populus eligeret, & sic priuarē ipse regno, ideo
ne careret illo, voluit confiteri peccatum suum ali
qualiter in voce.

An si Saul pœnituisset verè, fuisset reuocata sententia de priuatione regni lata à Deo contra ipsum. Quæst. XXX.

QVAERETVR vlterius, si Saul pœnituisset verè: an pœnitentia illa profuisset sibi, & fuisset sententia reuocata, scilicet quòd maneret in regno ipse, & posteri sui. Respondendum est, quòd id qđ Deus fieri debere iudicat irreuocabile est, quia voluntas Dei immutabilis est, & quia Deus diffinierat, quòd Saul priuaretur regno pro se, & posterita G te sua, non erat mutabile, vt regnum reciperet: sic dicitur infra. Porro triumphator in Israel non parcet, & pœnitudine non flectetur. Sed tunc aliquis dicet, quòd verè pœnitere nihil magis proficit, quàm nullo modo pœnitere, quod falsum est, & absurdum valde. Respondendum est, ꝙ vera pœnitentia semper, & in quocunque statu ſęculi, & pro quibuscunque delictis profuit: quia quacunque hora iniustus pœnituerit, Deus non recodatur peccatorum illius, vt patet Ezech. cap. 18. ideo si pœnituisset verè Saul, profuisset sibi pœnitentia quantū ad culpam, sed non quantum ad pœnam, scilicet quòd culpa, quam induxerat in peccato belli Amalec, non imputaretur sibi, & iam non moreretur in H peccato mortali, quod futurum erat, si nunquam verè pœniteret, pœna tamen non reuerteretur, ſ. qa posteri sui semper caituri erant ſucceſſione regni.

Vera pœnitentia licet nō, ꝓficiat quo ad pœnā, ꝓficiat quo ad culpā.

Nec est inconueniens ꝙ aliquis vere pœniteat, & nō obtineat remissionē quantum ad pœnā: sic enim de multis accidit: sic patet de Esau, qui vendidit primogenita sua, postea autem doluit, & cum lachrymis petiuit restitutionem illorum, sed non habuit locum pœnitentia: sic patet ad Heb. cap. 11. scilicet nequis sit fornicator, aut prophanus, vt Esau: qui propter vnam escam vendidit primogenita, scitote enim, ꝙ postea cupiens hereditare benedictionē reprobatus est: nō enim inuenit pœnitētię locum, quamquam cum lachrymis inquisiuisset eum. Sic I ēt patet de Moyse, qui ꝓpter ea, quæ fecit ad aquā contradictionis, diffinitum est, ne intraret in terrā Chanaan: postea autem orauit Dominum, vt permitteretur illuc intrare, sed non obtinuit, quin potius dixit ei Deus: nequaquam loquaris vltra ad me de hac re, Deu. cap. 3. Sic etiam fuit de Antiocho, pphano, qui incidit in grauem morbū propter mala, quæ fecerat in Ierusalem, & dolens de illis pollicebatur se multa bona facturum eidem vrbi, & omnibus Iudæis, sed non potuit obtinere, vt patet. 2. Macha. c. 9. ſ. Orabat scelestus Dominum, a quo nō esset misericordiam consecuturus. Nec valet si quis dicat, quòd isti non verè pœnitebant, ideo non merebantur exauditionē, quia licèt hoc posset aliquali K ter intelligi de Antiocho, qui timore pœnę instātis hoc faciebat. Sed de Moyse nemo poterit dicere, quin verè pœnituerit: ipse tamen non obtinuit veniam de pœna, quia Deus diffinierat contra ipsum: sic ergo quamquam Saul verè pœniteret, tamen non obtineret veniam, quantum ad pœnam, sed obtineret quantum ad culpam. Nunc autem per istā fictam pœnitentiam, nec obtinuit quantum ad pœnam, nec quantum ad culpam. *Peccaui quia prœuaricatus sum sermonem Domini*, scilicet quia iussit Deus, vt destruerem omnia, quæ pertinebant ad Amalec, & non destruxi. *Et verba tua.* i. etiam prœuaricatus sum verba tua. Ad idem pertinet, quia verbū Domini, & verbum Samuelis idem erat: dicitur tamē ꝙ Saul prœuaricatus est verba Samuelis, quia verba Domini proposita fuerunt Sauli per Samuelem: & sic idem verbum erat Domini, & Samuelis. *Timens populum, & obediens voci eorum.* i. non feci hoc spōte, sed timore populi, qui erat magna multitudo populi. ſ. 210. milliū, & omnes erant inclinati ad prædā, ego aūt non poteram compescere eos, & ob hoc obedi ui voci eorum. Sed hoc falsum erat, quia non fecit timore populi, sed cupiditate: ipse enim ita cupiebat spolia, sicut populus: vnde dicitur sup ꝙ Saul, & populus pepercit Agag, & optimis gregibus ouiū, & armentorū: nam si desiderasset Saul seruare mandatum Domini, Deus incussisset timorem Israelitis, ne quis audēret resistere verbo eus. *Sed nunc quæso porta peccatum*, ideſt verum est, quod ego peccaui, sed rogo te ꝙ portes peccatum: quod dupliciter intelligitur. Vno modo porta peccatum, ideſt porta super te. ſ. accipiendo curam orandi Dominum pro illo, vt remittatur: & in hoc volebat Saul, quòd oraretur pro peccato suo: sic autem dicitur, quòd sacerdotes portant peccata populi. i. accipiunt super se curam orandi ad Dominum pro remissione illorum, sic patet Exo ca. 28. ſ. Portabitque Aaron iniquitates eorum, quæ obtulerunt & sanctificauerunt filij Israel. ſ. Aaron, qui erat sacerdos magnus ſuscipiebat curam orandi pro omnibus peccatis, pro quib⁹ aliquid sibi offerebatur. Aliter potest intelligi porta peccatum, ideſt tolera illud. ſ. verum est, quòd ego peccaui, & pro hoc peccato merebar magnas increpationes, sed nunc rogo te ꝙ portes .i. toleres peccatum meum. ſ. non increpando me pro illo, & iste est melior sensus: nā in ſ. dicitur, peccaui, sed nunc honora me coram senioribus. i. ego peccaui, & merebar pro peccato dehonorari, tamē ego rogo te ꝙ honores me coram senioribus. *Et reuertere mecum, vt adorem Dominum.* Hoc petebat Saul ad significandum fauorem suum. ſ. propheta locutus fuerat regi semoto a populo. ſ. quia nemo videbat nunc verba increpationis huius: & antequam rex recederet de Galgalis adoratur⁹ erat Dominū: si autem propheta, qui cum eo erat ibi, non iret cū ipso ad adorandum Dominum, sed quasi furibundus inde recederet, satis appareret peccauisse Saulē, & ob hoc fuisse contemptum a propheta: orauit ergo vt rediret cum eo ne penitus videretur contemptus coram senioribus populi: & hoc est quod inf. orauit. ſ. peccaui, sed nunc honora me coram senioribus. ſ. redeundo mecum. *Et ait Samuel ad Saul.* Erat enim Samuel indignatus nimis Sauli, quia peccauerat contra Dominum, & postea defendebat peccatum, ideo nolebat honorare eum, sed zelo Dei cōtum, ideo nolebat honorare eum, sed zelo Dei cōtum, motus abijciebat tanquam magnum peccatorem, nec dignabatur eum, vt regem honorare. *Non reuertar tecum.* ſ. Samuel, & Saul recesserant aliquantulū a reliqua turba, vt non audirent increpationes, quas faciebat Samuel ad Saulē: & finitis his recedere volebat Samuel nimis iratus propter peccatum, et pertinaciam Samuelis, vnde relinquebat Saul solus. Hoc autem erat dedecus Sauli, ideo orauit Samuelem, vt iret cum eo vsque ad locum, in quo erat reliqua turba, & ad locum altaris, quia ibi adoraturus erat Dominum. Samuel autem dixit: Non reuertar tecum, eo quòd tunc erat nimis iratus.

Samuel an peccauerit eundo cum Saule mentiendo, quia dixit se non iturum. Quæst. XXXI.

QVAERET aliquis, an Samuel mentitus fuerit hic, siue peccauerit, quia dixit ꝙ non reuerterē, & postea reuersus est, vt patet inf. ſ. Reuersus ergo Samuel secutus est Saulem. Respondendū est ꝙ Samuel non peccauit: nam si ipse intellexisset, ꝙ peccabat eundo, postquam dixit, ꝙ non iret non iuisset, quia nemo cogebat eum, cùm Saul non iuberet ei quicquam, sed potius oraret, & quamquā dixit hic, ꝙ non iret non peccauit postea eundo, qa hoc non dixit significando id, quod ipse facere intē debat, sed significans quid mereretur Saul sibi fieri ſ. ꝙ propter peccatum eius merebatur, ꝙ non honoraretur tamquam Rex. Et hoc intendit litera sequens. ſ. non reuertar tecum, quia proiecisti sermonem Domini, & proiecit te Deus, ne sis Rex super Israel: intendebat tamen Samuel venire propter aliquod bonum, quod inde secuturū erat. ſ. ꝙ imple B ret iustitiam Domini: & sic factum est, quia quādo rediit, petiuit exhiberi sibi regem Amalec, & trucidauit eū, vt patet inf. ideo non mentiebat, nec peccabat, quia non agebat contra id, quod mente gerebat. Sic enim fuit de Christo, quando apparuit duobus discipulis euntibus in castellum Emmaus: nam dicitur ꝙ finxit se longius ire: Luc. 24 c. Christus tamen nihil finxit, sed visus est discipulis fingere, ꝙ iret longius. Sic ait Greg. super locū illū. ſ. nihil simplex veritas per duplicitatem egit: sed talis in oculis eorum apparuit, qualis in mentibus eorum erat. Aliter potest dici, ꝙ Samuel locut⁹ fuit ista animo nondum deliberato, & quia non erat istud, quod facere intendebat, non peccabat, nec mentiebat cōtrariū faciendo. Aliter potest intelligi ꝙ Samuel dixit, ꝙ non iret cū eo. ſ. immediatè, vel in illa hora, sed non negauit, quin postea ascendere vellet: sic. n. factū est de Christo Io. c. 7. nam cognati sui dixerūt ei, ꝙ ascenderet ad diem festū: ipse autem dixit, vos ascendite ad diem festum hūc, ego aūt non ascendā ad diem istū. Sequit tamen postea, ꝙ ipse ascendent cū dicitur: vt autem ascenderūt fratres eius, tūc ipse ascendit ad diem festum. Sed intelligitur ꝙ iste non ascensurus erat. ſ. immediatè, & quando ipsi dixerunt, non negauit tamen, quin postea ascendere vellet. Quod patet ex verbis suis ibi. ſ. Vos ascendite ad diem festum, quia tempus meum nondū impletum est. ſ. tempus, quo ego ascendere debeo, & quia postea completū est tempus eius, ascendit. Vel intelligitur, ꝙ non ascenderet ad diem festū, eo modo, quo illi volebant, quia illi volebant, ꝙ ascenderet publicè, & faceret miracula magna ad ostensionem famæ suæ, vt patet præal. c. ſ. dixerunt ad eum fratres eius: transi hinc, & vade in Iudæam, vt & discipuli tui videant opera tua, quæ facis: nemo quippe in occulto aliquid facit, & quærit ipse in palam esse: si hęc facis, manifesta te mundo. Ad hanc aūt intentionem Christus ascendere nolebat, sed valde in occulto: ideo dixit ꝙ nō ascenderet. ſ. eo modo, quo illi volebant. Et hoc patet ibi in littera, ſ. vt aūt ascenderunt fratres eius, tūc & ipse ascendit ad diē festū nō manifestè, sed quasi in occulto: ita ergo de E Samuele fuit. ſ. dixit ꝙ nō iret cū Saule ideſt immediatè non iret, sed non negauit quin postea iret: & sic factum est, quia cùm super hoc aliquantulum diceptasset ad vltimum flexus Samuel iuit cum Saule. *Quia proiecisti sermonem Domini, & proiecit te Deus, ne sis rex Israel.* i. non ibo tecum, quia proiecisti sermonem Domini. q.d. ego non ibo tecū, quia tu pertis, vt eam tecum, & honorem te sicut regem: ego autem non faciam, quia Deus abiecit te, ne sis rex super Israel, ideſt ego etiam abijcio te. ſ. ꝙ nolo te honorare, sicut regem. Quia aūt Deus abiecerit eū, satis apparet sup. & ista fuit abiectio diffinitiua: sicut inf. significat Samuel. *Et conuersus est Samuel, vt*

abiret. ſ. nolebat reuerti cū Saule ad honorandū eū, A
sed voluit ire in terram suam, & relinquere Saulē solum. *Ille autem apprehendit summitatem pallij eius.* ſ. Samuel recedebat, & vt Saul teneret eū apprehendit summitatē pallij Samuelis. *Quæ scissa est.* Quia Saul tenuit violenter palliū Samuelis, Samuel quoque impetu facto recedebat: scissa est quædam pars pallij Samuelis. In littera hebraica est hic ambiguū qs sciderit vestimenta alterius. Aliqui hebræi dicunt, Mos scindendi vestimenta. ꝙ Samuel scidit vestimenta sui ipsiusmet: & hoc in signū doloris. ſ. quia dolebat nimis de peccato Saulis, & ꝙ Deus abiecerat eum. Apud antiquos autē mos erat alicui sustinenti magnum dolorē propter iniuriam, quæ sibi fiebat, vel alteri, vel Deo, scindere vestimenta: sic summus sacereos Caiphas, quando Christus respondit, ꝙ viderent filiū hominis sedentem a dextris Dei, quasi blasphemasset, scidit vestimenta sua. Sic patet Mat. c. 26. iste sensus non stat, quia si Samuel scindere voluisset pallium suū i signū doloris magni, scidisset a principio ſ. quando venit ad Saulem, vel postea quando Saul erat in magna pertinacia, quia tunc erat peccatum suum maximū: nunc aūt aliqualiter leniri videbat, eo ꝙ Saul confessus fuerat illud: ideo non habebat occasionē scindendi nunc palliū suū. Item si scidisset Samuel vestimenta sua, hoc fuisset a summo vsq; deorsum, quia iste erat modus scindendi antiquorum: scidit tamen solùm extremitatem pallij, ideo non fiebat scissio ad hęc. Alij dicunt ꝙ Samuel scidit vestimēta Saulis, & per hoc dabat ei signum, quia ille vir, q vestimenta eius aliquādo scinderet regnaturus erat post eū. Hoc enim fecit Dauid: nam cùm introisset Saul in quandam speluncam, in qua latebat Dauid, scidit Dauid oram chlamidis Saulis, & post hoc dixit Saul: & nūc scio certissime, ꝙ regnatur⁹ sis, & habiturus in manu tua regnū Israel. ſ. per hoc ꝙ scidisti oram chlamydis meę: sed adhuc iste sensus non propriè significatur a littera hebraica: ideo hebręi magis sequntur alium sensum, quem littera nostra facit ſ. ꝙ Saul scidisset pallium Samuelis, & hoc vt retineret eum: sic ait Iosephus 6. Antiqui. ſ. Saul aūt volens retinere Samuelem apprehendit eius palliū violenterq; tractū, eo ꝙ Samuel impetu facto disce D deret vestem eius diripuit. *Et ait Samuel ad eum.* ſ. locutus est ad Saulem post scissionem pallij. ſ. ꝙ Saul regno cariturus esset. *Scidit Dominus regnum Israel a te hodie.* i. sicut tu scidisti pallium meū, ita Deus scidit regnum tuum. Non est sensus ꝙ scidit. i. diuisit. ſ. in duas partes, vt maneret vna Sauli, & alia trāsiret ad aliū regem, sicut factū est tempore Roboam, quando diuisum est regnum Israel in duo regna: sed dī: scidit. i. abstulit, quia totaliter ablatum est regnum de manu illius, sicut sup. declaratum est. Sciendum autem ꝙ Samuel non dixit ista ex ira. ſ. quia scierat Saul pallium eius, ꝙ ipse diceret ꝙ Deus scinderat regnum illius, sed dixit hoc a Deo motus. Aliquādo enim Deus volebat ꝙ prophetę in solis verbis prophetarent. Aliquando autem volebat quòd permitterentur quædam signa ex operibus eorum, & quòd significaretur id qđ dicturi erant. Sic fuit de Isaia, cui iussit Dns, vt nudus, & discalceatus ambularet per vrbem Ierusalem ad significandum captiuitatem Aethiopū, & Aegyptiorū per tres annos sub Nabuchodonosor: in quo tēpore illi essent nudi, & discalciati, Isa. ca. 20. Sic etiam Iere. prophetauit. Nam fecit Deus ꝙ Ieremias faceret sibi vincula linea, & mitteret ad regem Amon, & Tyri, & Sidonis, & Edom, & Moab & Sedechiam, ad significandum per hoc ꝙ captiuandi essent a Nabuchodonosor, Iere. ca. 27. Simile est Iere. cap. 1. & 18. & in multis

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis locis Ezechielis. Sic autem ad significandum, q̃ regnum abscindendum erat a Saule præcessit pallij scissio.

An conuenienter per scissione pallij Samuelis significata fuerit ablatio regni a Saule. Quæst. XXXII.

Ablationes regnorum, captiuationes, & mutationes cõmuniter designantur per aliqua signa.

QVAERET aliquis, an conuenienter per scissionem pallij significata fuerit ablatio regni de manu Saulis. Respondendum est primò vniuersaliter, q̃ ablationes regnorum, & captiuationes, & mutationes, vt communiter in scriptura designantur per aliqua signa: & non solùm in voce prophetica scilicet quia in prænunciatione aliarum rerum aliquando prophetæ solùm enunciant illas res, & præmittunt aliqua signa in operibus suis, per quæ cõiecturari possit qd dicturi sunt. In captiuationib⁹ aũt, & mutationib⁹ regnorũ, vt communiter, licèt fiat prænunciatio in verbo, tñ ẽt premittitur signũ aliquod: sic enim fuit in captiuitate Aegyptiorum, & Aethiopũ, quam Isaias nuditate sua designauit: sic etiam in captiuitate regnorũ Moab, & Ammõ, Edom, Tyri, Sidonis, & Iudæ per vincula linea Ieremiæ, vt patet Iere. ca. 27 sic etiam a principio captiuitas iudæorum a Babylonis designata est p̃ virgam vigilantem: nam dixit Deus Iere. quid tu vides Ieremia, & ille dixit virgam vigilantem ego video: & dixit dominus: bene vidisti, quia vigilabo ego super verbum meum, vt faciam illud: & iterum dixit, qd tu vides: & ille dixit: ollam succensam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis. Et dixit Dominus: ab Aquilone pandetur omne malum super omnes habitatores terræ. Et declaratur hoc ibi immediatè de captiuitate Babylonica, Iere. c. 1. Fuit quoque designata ista captiuitas, & mutatio regni per lumbare, quod possedit Iere. & posuit illud in foramine petræ apud Euphratem, reperitq; putridũ, Ier. 13. Sic ergo hic, cùm ageretur de translatione regni conueniẽs fuit designari per aliquod signum, & postea verbis prænunciari. Nunc autem dicendum, quòd nõ solùm conuenit prænunciari istam ablationem regni in aliquo signo, sed etiam q̃ significaretur in scissione pallij. Nam sic Deus consueuerat repræsentare mutationem regni, siue quãtum ad eum, à quo regnum transibat, siue quantum ad illum, in quem transibat: sic enim factum est, qñ Deus voluit diuidere regnum Israel in duas partes: nam Abias Silonites propheta Domini reperit in agro Ieroboam, & coram eo scidit pallium suũ in 12. partes: deditq; 10. ipsi Ieroboã, designãs in hoc, q̃ de 12. tribubus Israel 10. trãsituræ erant ad Ieroboã, & duæ mansuræ cum filijs Salomonis, infra 3. lib. c. 11. Hic autem signabatur translatio regni, ideo conuenienter designata est per scissionem pallij: Scidit autẽ ipse Saul pallium ad signandum, q̃ ipse præstabat causam abscissionis regni, scilicet, quia propter peccatum suũ fiebat. *A te hodie*, ideſt regnum hodie scinditur a te, scilicet hodie est diffinitiua sententia de scissione regni contra te. Sed aliquis dicet, q̃ non fuit nunc scissum regnum à Saule, sed quando non expectauit, 7. diebus Samuelem in Galgalis, vt patet supra ca. 13. cùm dixit Samuel ad Saulem: stultè egisti, nec custodisti mandata Domini, quod si non fecisses iam nunc præparasset Dominus regnum tuũ super Israel in sempiternum, sed nequaquam vltra regnum tuũ consurget. Respondendum est, q̃ ibi abscissum est regnũ Saulis, scilicet, quia ipse merebatur, q̃ auferretur. Vnde si postea nõ peccasset Saul non fuisset ablatum regnum, vt ibi satis declaratum est: nũc autẽ diffinitiuè auferebatur regnũ Saulis, ideo etiã si postea nunquam peccaret, regnum auferendum erat: imò dato, q̃ verè pœnituisset, non profecisset ad hoc, q̃ relinqueretur ei regnum, vt supra declarãtũ est: ideo hodie scindebatur regnum, scilicet diffinitiuè. *Et tradidit illud proximo tuo.* ſ. tradidit Dauid, vt iam regnaret, & Saul esset reprobatus cum posteritate sua. Vocatur autem Dauid proximus Saulis, quia quilibet de populo erat proximus Saulis.

Scissio pallij Samuelis fuit signum ablationis regni a Saule.

Quare Samuel non expressit, quòd regnum esset traditum Dauid. Quæst. XXXIII.

QVAERET aliquis, quare Samuel non dixit hic, tradidit illud proximo tuo Dauid. Aliquis respondebit, q̃ non expressit nomen Dauid, quia nesciebat illud, sed solùm, q̃ Deus tradebat alteri reprobando Saulem. Sed contra hoc aliquis dicet, q̃ Samuel sciebat, quia iterum expressit hoc, vt patet infra, ca. 28. scilicet. Faciet tibi dominus, sicut locutus est in manu mea, & scindet regnum de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauid. Respondendum est, q̃ Samuel non expressit hic nomẽ Dauid propter duo. Primò, quia ignorabat illud: nam prophetæ quantum ad res supernaturales, quæ eis reuelãtur nihil plus sciunt, quàm reuelatur. Samueli aut reuelatum erat, q̃ Deus transferebat regnum a Saule in alterum, sed non reuelauerat in quem, iõ nesciebat Samuel exprimere nomen. Sic fuit supra c. 13. cùm dixit, sed nequaquam vltra regnum tuũ consurget, quęsiuit enim Deus sibi virum iuxta cor suum, & præcepit ei, vt esset dux super populũ suũ: non expressit autẽ nomen. Quòd aũt nesciret illud patet, quia quando Deus misit Samuelem ad vngẽdum in regem vnum de filijs Isai, nesciebat Samuel quis erat, ideo fecit corã se duci oẽs filios eius, & de quolibet q̃rebat a Deo an ille esset, quẽ vngere debebat, vt patet sequen. c. si autẽ sciuerat determinatè vnxisset Dauid. Cùm autẽ arguitur, q̃ Samuel hoc sciebat, quia nominauit illum infra. ca. 28. Respondẽdum est q̃ hoc fuit multo tempore post vnctionem Dauid: per vnctionem autẽ cognouit Samuel, ad quem transibat regnum. Secunda causa fuit, vt non susciraretur persecutio, vel mors Dauid: nam dato, q̃ cognouisset Samuel quis iste erat non expressisset, quia si sciuisset Saul, q̃ ad Dauid debebat transire regnum, immediatè fecisset eũ iugulari: nam si pro sola suspitione tam acrem suscitauit in eũ persecutionẽ, quid acturus foret si certissimè cognouisset? non decuit ergo exprimi Dauid.

An hodie tradiderit Deus regnum Dauid. Q. XXXIIII.

QVAERETVR vlterius, qũo dr̃ hic, q̃ Deus tradidit hodie regnũ proximo Saulis, scilicet, Dauid: nã tradere erat, vel de facto, vel de iure, siue quantum ad titulum, siue ad possessionem: neutrũ tamen traditum fuit nunc Dauid. Non quidem possessio, quia Saul possedit tota vita sua: nec etiam fuit traditum regnum quantum ad ius, quia ius, vel proprietas tradebatur per vnctionem. Non fuit tamen Dauid illa die vnctus, sed aliquanto tempore post, ideo neutro modo traditum est sibi regnum. Respondendum est, q̃ non accipitur hic p̃priè tradere: sed dicitur, q̃ tradidit, ideſt disposuit tradere, & qa ista dispositio erat diffinitiua, & p̃ hoc erat immobilis, tantum erat, ac si tradidisset, supra autẽ ca. 14. quia non erat diffinitum contra Saulem, nõ dicitur, q̃ Deus tradiderat regnum alicui: sed q̃ quæsiuerat virum iuxta cor suum. *Meliorite.* ideſt proximus tuus iste, cui traditur regnum melior te est ideo

ideo non est iniustum, quòd tradatur ei regnum. Sed aliquis arguet, quòd Saul esset melior, quàm Dauid, quia dicitur sup. c. 9. quòd Saul erat electus, & bonus, & non erat vir de filijs Israel melior illo. Respondendum est, quòd a principio cum assumptus est in regem, non erat aliquis melios illo: nunc tamen multi erant meliores, imò iã Saul non erat bonus, quia reprobatus erat tanquam iniquus. De bonitate autem Dauid, & Saulis, quomodo se habe rent sup. c. 9. satis declaratum est. *Porro triumphator in Israel non parcet.* i. Deus qui est triũphator in Israel, ideſt vincit omnia bella pro Israel non parcet. ſ. iniquitatib⁹ tuis. In hoc tollit Samuel Sauli occasionẽ orandi, vt pro peccato suo oretur: nam Saul ista videns forte peteret, q̃ Samuel oraret pro eo ne auferretur regnum. Respondet autem Samuel hoc esse superfluum, quia quamquam oret, Deus nõ parcet. Nam triumphator in Israel non parcet. *Et pœnitudine non flectetur.* i. non inclinabitur per pœnitentiam. Pœnitere enim pertinet ad eum, qui iudicat se iniuste egisse, & recedit ab opere. Deus autem nõ flectitur pœnitudine, quia nihil male agit. Sciendum autẽ q̃ duo sunt modi, quibus aliquis flectitur, vel recedit ab eo quod fecerat, vel cogitauerat. Primus est, si quod fecit iustum est, est tamen aliqualiter durum. Secundus modus est, si opus iniustũ est. Primo modo flectitur aliquis per misericordiam, mansuetudinem, vel clementiam. ſ. quando iustè poterat punire, & remittit totaliter, vel quantũ ad aliquid. Secũdo modo flectitur aliquis pœnitudine, siue pœnitentia, quia sciuit opus suum malũ esse, & pœnitet, q̃ illud agere aggressus fuit. Vtrũq; autem modum excludit hic Samuel a Deo. Primũ cùm dicit: triũphator in Israel. ſ. per misericordiam. Secundum cùm dicitur: & pœnitudine non flectetur. ſ. non cessabit per pœnitentiam, tamq̃ de malo: ideo nullo modo mutabit sententia. Dat immediatè rationem hui⁹. ſ. *Nec est homo vt agat pœnitentiam.* i. Deus, non est sicut, homines, quos interdum pœnitet eorũ quę egerũt, scilicet quia iniuste egerunt, vel disposuerũt. Deus autem non est sicut homo, qui peccare possit, ideo non potest pœnitere de opere malo, & per hoc sententia eius est immutabilis.

Quomodo dicitur hic, quòd Deus non flectitur, nec parcit. Quæst. XXXV.

QVAERET aliquis, quomodo dicitur hic, q̃ Deus non flectitur, nec parcit, quia interdũ legitur, q̃ Deus flectatur: sic patet de Ezechia rege. Nam cùm premeretur ęgritudine, misit Dominus Isaiam ad eum, qui dixit: Dispone domui tuæ: morieris, & non viues. Postea tamen cùm Ezechias conuersus ad parietem fleuisset, Deus iussit Isaiæ, vt diceret ei, q̃ nõ moreretur, sed superuiueret. 15. annis inf. 4. lib. c. 20. & Isaiæ. c. 38. Ista quoq; erat sentẽtia prophetarum. ſ. q̃ aliquando Deus flectatur ab eo, quod dixerit. Sic dixit Ioel. c. 2. quis scit, si cõuertatur, & ignoscat Deus, & relinquat post se benedictionem? Ista quoq; erat sententia populorũ: nam Niniuitę cũ prędicante Iona audiuissent Niuiuem post dies 40. subuertendam, dixerũt: Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus, & reuertatur a furore iræ suæ: & non peribimus. Ionę. c. 3. Respondendũ est, q̃ sententia Dei, secundùm q̃ nobis per prophetas prænunciatur, dupliciter se habet: aliquando. n. est secundũ diffinitionem Dei ideſt sicut Deus apud se diffiniuit. Aliquando autem non est secundũ ea, quæ Deus disposuit apud se, sed secũdum q̃ opera nostra iusta, vel iniqua promerentur. Prima sententia vocatur secũdum Dei præscientiam, vel prouidentiam certam. Secunda vocatur secundũ comminationem vel promissionem. De prima sententia dicendum est, q̃ est immutabilis: ideo etiam si oretur ad Deum, vt contrariũ faciat, impossibile est mutari: & ob hoc in talibus superuacua est oratio: imò si notum sit alicui, q̃ Deus aliquid secũdum diffinitionem suam prænunciauit, peccat grauiter si orat, vt Deus cõtrariũ efficiat, vt satis sup. declaratũ est: & de hoc intelligit̃ id, quod habeẽ hic. ſ. q̃ triumphator in Israel non parcet, & pœnitudine non flectetur. ſ. quia hoc apud se dissinierat: ita etiam fuit in Balaam, Deus iusserat ei, q̃ nõ malediceret Israelitis: Num. 22. c. & q̃q̃ sępe conareẽ maledicere, Deo non permittebat, eo q̃ secũdum diffinitionem suã dixerat, ne malediceret Israeli: frusta ergo erat conatus. Hoc quippe signauit Balaam: Nu. c. 23. ſ. audi fili Sephor: non est Deus quasi homo, vt mẽtiatur, nec vt filius hominis, vt mutẽt: dixit ergo & non faciet? locutus est & non implebit? ad benedicendũ adductus sum: benedictionem prohibere non valeo. Sic etiam fuit de Moyse. Deus. n. dixerat q̃ non intraret in terram Chanaã, ipse autem sępe orabat, q̃ sineret intrare: quia tamen secundum Dei diffinitionem dictũ fuerat, non flexus est Deus, sed dixit: sufficit tibi, nequaquã loquaris vltra de hac re ad me: Deut. c. 3. Cũ aũt sententia Dei non est secũdum diffinitionẽ eius, sed secundũ comminationẽ, vel promissionem, mutatur si status rerũ mutẽt. ſ. si Deus alicui populo, vel personę prænunciauit q̃ bene faceret, quando populus, vel persona bene agebat. Si aũt ad iniquitatem declinauerit Dei quoque promissio commutabitur. Rursus autem si Deus alicui populo, vel personę prænunciauit q̃ mala infligeret, quia iniquus erat status eius, quamquam absolutè hoc proferaẽ, si p̃sona vel populus in bonum commutatur, comminatio Dei vertitur ī bonum. De vtroq; locutus est Deus Iere. c. 18. De primo dicitur: subito loquar de gente & regno, vt ędificem, & plantem illud: si fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam, pœnitentiam agã super bono, quod locutus sum, vt facerem ei. De secũdo dicitur ibidem: Repente loquar aduersus gentem, vt eradicem, & destruam, & disperdam illud, si pœnitentiam egerit gens illa a malo suo, ego quoq; pœnitentiam agam super malo, quod cogitaui, vt facerem ei. Et quia incertũ est nobis, quando Deus loquatur aliquid secũdum diffinitionem, & quando secundum comminationem, recurrendũ est semp ad mutationem status. ſ. q̃ si malũ aliquod prænunciet nobis a Deo, existimemus illud secundũ comminationem dici, & mutemus statum, si fortè Deus auertatur ab ira sua, & tunc patebit an secũdum diffinitionem, vel comminationem dictũ sit. Sic enim fecerunt Niniuitę: nam audito q̃ ciuitas subuertenda foret prædicauerunt ieiunium, & afflictionẽ, dicentes: Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus, & reuertatur a furore iręque suę, & non peribimus: & sic factũ est: Ionę. ca. 3. si tamen Niniuitæ existimassent q̃ sententia Dei erat simpliciter immutabilis non prædicassent Ieiuniũ, & afflictionem: sic etiam fuit de Ezechia, quia audita contra se sententia Domini fleuit pro peccatis suis, & Deus auersus est a furore suo, inf 4. lib. c. 20. Sciendũ autem q̃ non solùm populi contra quos prænunciaẽ aliquid a Deo, nesciũt an illud dicaẽ secũdum comminationem, vel diffinitionem Dei, sed etiam prophetę per quos ista prænunciantẽ: sic fuit de Iohele, q̃ prænũciauit Israelitis, q̃ ventura erant mala super fructus terrę: nesciuit tamen, quomodo hoc intelligereẽ: ideo per mo-

tiè: prima ẽ imutabilis secunda non.

Incertum est nobis qñ Deus loquit̃ sm diffinitionẽ vel cõminationẽ, nec ẽt prophetę hoc sciũt

modū consilij dixit: Quis scit si cōuertatur, et ignoscat Deus, & relinquat post se benedictionem? idest faciat bonum, quamquam comminatus est malū. Et ob hoc subdidit: sacrificium, & libamē Domino Deo nostro, idest demus sacrificium, & libamina Deo. s. quia forte istud dictū est comminatoriè propter peccata nostra, & si conuersi fuerimus, conuertetur Deus: & sic factum est, quia cùm afflixisset se Israel admonente Ioele, non misit Deus mala, quę comminatus fuerat Ioelis. c. 2. Hęc autem omnia fuerunt in prophetia comminatoria. Idem etiam euenit in prophetia secūdum diffinitionem Dei: nā quamquam Deus reuelet illam prophetis, nesciunt an sit secūdum diffinitionem; sic fuit de Balaā, cui Deus dixit, ꝙ non malediceret Israeli; quia benedictus erat. Putauit autem Balaam, ꝙ Deus flecteret ab hoc, ideo sæpe conatus est maledicere: putans ꝙ Deus permitteret sed non permisit: nec tamen conari desinebat, vt malediceret Israeli quousq; Deus reuelauit ei, ꝙ nollet ꝙ malediceretur Israel, & ista esset diffinitio sua: tunc autem cessauit Balaam a conatu maledicendi, vt patet Nume. c. 24. s. cumq; vidisset Balaam ꝙ placeret Domino, vt benediceret Israeli, nequaquam abijt, vt ante perrexerat, vt augurium quæreret. Sic etiam fuit de Moyse: nam ꝙꝙ Deus ei reuelasset, ꝙ nō esset introiturus in terrā Chanaā, nesciuit an esset ista diffinitio Dei, ideo sēp orabat, vt Deus permitteret eū illuc transire, quousq; Deus reuelauit, ꝙ hoc erat dictum secundum diffinitionem suam, ideo interdixit ei orare super hoc Deut. c. 3. s. sufficit tibi: nequaquam loquaris vltra ad me de hac re. In Samuele quoq; idem fuit, quia quamquam secūdum diffinitionem Dei ista dicta fuissent, tamen putauit esse secūdum comminationem: ideo lugebat, & orabat pro Saule quousq; Deꝰ ei reuelauit iubens ne vltra oraret pro Saule, quia ipse abiecerat eum, seq. capit.

Quare Samuel fleuit, & orauit pro Saule, cum sciret diffinitiuè abscissum esse regnum ab eo. Quæst. XXXVI.

QVAERETVR vlterius, cùm hic prænūciasset Samuel regnum Saulis transferendū esse, & ꝙ hoc intelligebatur secundū diffinitionem Dei, & ꝙ non parceret, nec flecteretur super hoc: quare postea orabat & flebat pro Saule, vt patet inf. cū dr. Verumtamen lugebat Saulem. Ad hoc aliquis respondebit, ꝙ postquam Samuel ista dixit nūquam orauit pro Saule, eo ꝙ intelligebat diffinitionē Dei cōtra eū: & cū dr inf. ꝙ lugebat Samuel Saulem, dicet ꝙ non intelligitur, ꝙ lugebat pro eo orando, ne auferret regnū illius, sed lugebat ex compassione. s. quia primò dilexerat eum. Et hoc tenet Nicolaus, quod satis rationabiliter dici potest. Sed magis vr dicendum, ꝙ Samuel lugebat Saulem. s. orādo pro eo, ne perderet regnū: nam si lugeret solùm ex cōpassione nihil orans, Deus non iussisset, ꝙ cessaret, nec increpuisset eū. Increpuit tamen, vt patet seq. ca. s. Vsquequo tu luges Saul, cùm ego proiecerim eū, ne regnet super Israel? Ergo orabat, vt non auferretur regnum; alioquin impertinenter diceret: cùm ego proiecerim eū. Hoc tamen dictū est tamq̄ causa cessandi a fletu. Item si Samuel luxisset Saulē ex compassione nihil orando, non cessauisset post vnctionem Dauid: cessauit tamen, ideo lugebat orādo, ne auferretur regnum Sauli: quod faciebat, quia cùm nondum conferretur alteri, putabat Samuel locum esse venię, ideo instanter orabat: cùm verò alius vnctus est in regem, iam credidit Samuel impossibilem esse mutationem, ideo desijt lugere. Sed tunc stat argumentum. s. quòd sciebat dictum esse secūdum diuinam diffinitionem, & tamen orabat. Respondēdum est, ꝙ quamquam Samuel dixisset: porro triumphator in Israel non parcet, & pœnitudine non flectetur. Quod significabat ista dicta fuisse secūdum Dei diffinitionem, tamen adhuc dubitabat an intelligeretur secūdum diffinitionem, vel secūdum comminationem, quia sicut verba significantia pœnam infligendā aliquando non habent effectum, eo ꝙ dicuntur secundum comminationē, ita verba significātia diffinitionē Dei intelliguntur aliquando a prophetis dicta esse secūdum comminationem: & quia sicut Deus interdum per prophetam aliquid denunciat, & non declarat ei an secundum comminationem, vel secūdum diffinitionem dicatur, ita aliquando reuelat verba signantia diffinitionem Dei, & non indicat an secundum diffinitionem dicantur. Indicauit autem postea Deus hoc Samueli, quando dixit: Vsquequo tu luges Saul, cū ego proiecerim eū? scilicet diffinitiuè abiecerim; & tunc non orauit pro eo. Simile autem fuit in Balaam, cui iussit Deus, ne malediceret Israelitis: ipse aūt conatus est maledicere, postea verò Deus prohibuit eum, & ipsemet dixit, ꝙ Deus nullo modo permissurus erat eum, ꝙ malediceret Israelitis, vt patet Nume. c. 23. s. non est Deus, quasi homo, vt mentiatur: nec vt filius hominis, vt mutetur: ad benedicendum autem adductus sum, benedictionem prohibere non valeo. Ista verba manifestè significant diffinitionem Dei super isto facto: & tamen Balaam ista proferens non intelligebat an secundum Dei diffinitionem dicerentur, ideo post hoc conatus est maledicere sicut prius. Quòd autem conatus fuerit post hoc, patet Nume. cap. 23. ex ordine litteræ. Quòd aūt quando ista dicebat nō intelligebat, an secundum diffinitionem Dei dicerentur hęc, patet, quia postea ītellexit. c. 24. cū dr: cūq; vidisset Balaā, ꝙ placeret Domino, vt benediceret Israeli, nequaq̄ abijt, vt ante perrexerat, vt augurium quæreret: ergo non intelligebat ante hoc quamquam locutus fuisset verba illa: & sic fuit de Samuele qui protulit verba ista significātia diffinitionem Dei, tamen nō intellexit, an secundū diffinitionem dicerent, quousq; postea ei reuelatum est seq. ca. *At ille ait: peccaui, sed nunc honora me coram senioribus populi mei.* Quia vidit Saul ꝙ Samuel semper loquebatur durius, post abscissionem pallij timens, ne desereret eum: iterum confessus est peccatū suum, dicens: peccaui idest q̄q̄ nūc peccaui, tamen honora me coram senioribus, scilicet propter peccatum non eram dignus honore, sed honora me tolerando peccatum meum. *Et coram Israel*, idest coram toto populo vulgari. Distinguunt enim hic seniores, & Israel, quia seniores erāt viri honorabiles: Israel aūt significat homines vulgares: & omnes hi fuerūt ibi, coram quibus volebat honorari Saul. *Et reuertere mecum, vt adorem Dominum Deum tuum.* Hoc petebat Saul, scilicet ꝙ Samuel nō increparet eū coram populo, & ꝙ reuerteretur cū ipso ad adorandum Deum, quia Samuel volebat deserere Saulem solū: & in hoc erat dedecus Saulis, vt supra declaratū est. *Reuersus ergo Samuel secutus est Saulem.* Hic ponitur aliqualis condescensio Samuelis ad præces Saulis s. quia iuit cū eo ad adorandū Dominum: & dicitur quòd reuersus est. s. iam sperabat recedere a Saule, nunc autem non recessit, ideo dr, reuersus, quasi iam aliquantulum recessisset. Et secutus est Saulem. s. quia Saul præcedebat tamquam rex, Samuel autem comitabatur cū ad honorandū, ideo sequebatur illum. *Et adorauit Saul Dominum.* I. acceſſerunt apud altare, in quo fiebant sacrificia in Gal-

Galgalis, & ibi Saul adorauit Dominum. s. inclinās se coram altari orauit. *Dixitq; ei Samuel.* s. postquam orauit Saul petiuit Samuel ab eo regem Amalec. *Adducite ad me Agag regem Amalec.* Ipse enim erat ibi in exercitu, quia nondū exercitus Israelitarū dispersus fuerat per loca sua, cū tunc nouiter venirent de Amalec, habebant autem ibi regem Agag, quē petiuit Samuel ad occidendū eū. *Et oblatus est ei Agag pinguissimus, & tremens.* s. rex Amalec erat valde pinguis: & hoc præ delitijs, quas reges habere possunt facilius, quàm cęteri homines: erat autem tremens. s. timore mortis: nam videbat ꝙ ipse ad mortem pertebatur, & confestim occidendus erat. *Et dixit Agag: sic me separat amara mors.* i. nunquid tam amaram mortem ego pati debebam, quæ me sic separaret a vita? q.d. valde amara mors est ista, & statui regali īdigna, quia ego sperabam in delitiarum fruitione vitā cōcludere. *Et ait Samuel. sicut fecit absq; liberis mulieres gladius tuus.* Respōdet Samuel, ꝙ nō erat ista mors iniusta, quamquā esset amara sicut conquerebaꝰ Agag, quia sicut ipse plurimos occiderat, ipse occidendus erat: & sicut ipse fecerat plures mulieres filijs orbatas; ita mater sua filio orbanda erat. Dicitur autem ꝙ gladius istius fecit mulieres sine liberis, quod intelligendum est de gladio suorum: nam ipse per se paucos occiderat, vel forte nullos, sed ꝙcquid Amalecite faciebant, dicebatur facere rex eorum, quia ipso auctore, & iubente fiebant. Dicitur autem de mulieribus. s. hebræis, quia Deus non infligebat hic pœnam, vel saltem hebręi non prosequebanꝰ vindictam in Agag propter mala, quæ fecerat alijs gentibus, sed propter mala, quæ fecerat solis hebręis, de quibus multas mulieres orbatas filijs fecerat. *Sic absq; liberis erit inter mulieres mater tua.* i. sicut alię mulieres passæ sunt orbitatem filiorum per te, ita mater tua patietur te moriente.

Quomodo mater Agag erit absq; liberis per eius mortem cum non supersit. Quæst. XXXVII.

QVAERET aliquis, quomodo dicitur hic ꝙ mater Agag erit absq; liberis mortuo Agag cū vnicus filius occideretur: & quomodo dicit, ꝙ erit absque liberis, cū illa videatur iam non superesse. Respondendum ad primùm, ꝙ aut mater Agag habebat alios filios, aut non: si nullum habebat occiso eo mater sua erat absq; liberis. Si autem plures haberet, omnes illi iam occisi erant præter Agag, qui nunc occidebatur: ergo illo occiso mater sua erat sine liberis: patet hoc, quia omnes Amalecitę occisi fuerant præter Agag, vt patet. sup. ergo si alios frater haberet, illi mortui essent, & sic quocumq; modo acciperetur, mortuo Agag erat mater sua sine libris. Ad secundùm cùm dicebatur quomodo mater Agag esset nunc absq; liberis, quia videtur ꝙ illa iam occisa fuerat cum omnibus Amalecitis? Dicendum ꝙ mater Agag mortua erat. s. quia ipsa defuncta fuerat ante istam cladem Amalecitarū vel in ea perijt: tamen dicebatur nunc esse absq; liberis, qa si supereſſet Agag, ista diceretur habere liberos, quia sup. erat aliquis de filijs eius. Si autem ille more retur iam nullus maneret de liberis, & sic ipsa esset absq; liberis, idest non resideret aliquis filius eius.

Samuel volendo occidere Agag tetigit magis dolorem matris quam vxoris. Quæst. XXXVIII.

QVAERETVR vlterius, quare non dicit hic: sicut fecit absq; liberis mulieres gladius tuus, ita absq; viro erit iter mulieres vxor tua: nā vtrūq; verum erat, scilicet quia ipse fecerat occidi multos Israelitas coniugatos, quorum vxores viduæ factæ sunt: & etiam ipse Agag vxorem habuit, quæ absq; viro esset ipso moriente. Respondendum est, ꝙ Samuel voluit iustificare opus suū, scilicet ꝙ iustè occideret Agag. Et ob hoc tetigit radicē maximi doloris: est. n. maximus dolor, vbi est maximus amor: mater aūt magis diligit filiū q̄ vxor virum, ideo tetigit de dolore quem matres patiuntur pro morte filiorū, qui necessariò maior est, quàm dolor, quem patitur vxor pro viro. Quod patet, quia conditio amantis est semper de amato timere. s. suspicando, ꝙ aliquod malum ei veniat: sic patet per Ouid. lib. Heroidum in epistola prima, quæ est Penelopes ad Vlissem. s. Res est soliciti plena timoris amor, idest amor semper habet solicitudinem, & timorē. Quicūq; ergo magis timet pro altero, signū est, ꝙ magis amet illum: sed matres magis timent pro filijs, quā vxores pro viris: ergo magis amant. Patet hoc, quia matres suspicantur mala, euenisse filijs quando absentes sunt, vxores aūt suspicantur eis bona euenisse. s. ꝙ sunt in delitijs cum alijs fęminis. Quod patet in matre, & vxore Sisarę principis militiæ regis Iabin; nam mater per fenestram prospiciēs vlulabat, & de cęnaculo loquebatur: cur morantur regredi currus eius: quare tardauerunt pedes quadrigarum illius: vxor aūt eius dixit hæc verba: Forsitan nunc diuidit spolia, & pulcherrima fœminarū eligitur ei, vestes diuersorum colorum Sisarę traduntur in prædam, & supellex varia ad ornanda colla congeritur. Iudi. ca. 5. Magis ergo mater diligit quā vxor: & ob hoc tetigit Samuel de matribus, & nō de vxoribus. *Et in frusta concidit Samuel Agag*, idest diuisit eū in partes, & sic erat ista mors nimis amara, sicut dixerat Agag, scilicet, sic me separat amara mors.

Quo amor matrū erga filios differat ab amore vxorū erga maritos.

Magis diligit mr q̄ vxor.

Quare Samuel occidit regem Agag. Quæst. XXXIX.

QVAERET aliquis, quare Samuel occidit Agag. Aliquis respondebit ꝙ hoc fecit ad implēdū id, quod deerat præcepto Domini: iusserat enim Deus, quòd perirent omnes Amalecitę: Saul tamē non occiderat regem, qui solus superfuit, ideo voluit eum Samuel occidere. Sed aliquis dicet, ꝙ hoc non proderat: quia si feciſſet hoc Samuel ad cōplēdum præceptū Domini nō solùm occidisset Agag, sed etiam omnia pecora adducta de Amalec occidisset, & combussisset omnia supellectilia, sed hoc non factū est, ideo frustra erat pro hac causa occidi Agag. Respondendum est ꝙ occisus est Agag ad impletionem mandati Dei de occisione Amalecitarum: pecora autem occisa non sunt, nec supellectilia exusta, nec decuit fieri. Ratio diuersitatis est, quia pecora, & supellectilia non erant consumenda quasi aliquid nūquam egissent, sed ad implendū formā diuini præcepti. s. quia iussit destrui omnia, q̄ pertinebant ad Amalec. Agag autē non solùm erat occidendus propter formam diuini mandati, sed ēt si Deus non iussisset occidi illum, ipse merebaꝰ mortem, qa occiderat multos de Israelitis. Et hoc obiecit ei Samuel, dicens: sicut fecit absq; liberis mulieres gladius tuus, sic absq; liberis erit inter mulieres mater tua. Quamquam ergo non fuerit occisus a principio, debebat nunc occidi. De supellectilibus verò nō erat sic, qa solùm debebant consumi propter formam mandati Dei, & quia semel facta erat iam transgressio mandati diuini, nō suberat aliqua causa quare consumerentur: melius tamen dici poterat, ꝙ omnia debebant cōsumi tam Agag, quam supellectilia, vt mandatū Dei, qđ non fuerat expletum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum ab Israelitis expleretur a Samuele: non expleuit, tamen illud quia non putauit se prævaliturũ: nam Agag regẽ faciliter occidere poterat Samuel, eo quòd nullus de plebe sibi resisteret, quia vita illi⁹ eis parum profutura erat. De suppellectilibus autẽ erat secus, quia multa absconderentur, quæ nequaquam ad Samuelem possent peruenire. Et dato ꝙ omnia in manifesto essent, populus non permitteret illa cõsumi, quia præda diuidenda erat inter totum populũ: Samuel autem sciens totũ populum non permissurum, non aggressus fuit hoc facere. Quòd tamen præda Amalec ꝙsumi debuisset a Samuele, si auderet, apparet: quia simile factum est in anathemate Iericho. s. Deus iusserat omnia cremari, & nihil inde accipi ad cuiusquam vtilitatẽ: transgressus fuit autem hoc Achã, & tamen postea ipse, & id quod furatus fuerat de anathemate perierunt, vt patet Iosue c. 7. ergo quamquam hic facta fuisset prẽuaricatio, debebat conari Samuel ad explẽdum mandatum Dei si existimasset se prævaliturum. Iosue autem expleuit illud, quia ille qui peccauerat vnicus erat, & ꝙtra eũ faciliter poterat exerceri vindicta. Hic autem totus populus peccauerat, contra quem nihil poterat facere Samuel, sed Deus per se sumpturus erat vindictam si vellet.

An peccauerit Samuel occidendo crudeliter Agag. Quæ. XL.

QVAERETVR vlterius, an Samuel peccaue rit, ꝙ valde crudeliter occidit regem Agag. Crudelitas apparet, quia dicitur quòd concidit eũ in frusta. Etiam paret ex verbis Agag, qui cùm vidisset vultum Samuelis turbidum, & sẽquientem ad mortem eius, ait: sic me separat amara mors. s. quia vidit duram pœnam sibi paratam: cũ tamen aliquis pœnam infligit, etiam si illa iusta sit, si ipse ferociter agit & animo vindictæ, vel desiderio infligendi pœnas, peccat, quia quod iustũ est iniustè prosequitur: sic de Samuele alicui videbitur, quia durè puniuit Agag. Respondendum est ꝙ non peccauit in hoc Samuel, imò meruit, nec quantamcumq; crudelitatem exercuisset in Agag nihil imputabile ei erat, qa non desiderio infligendi pœnas, sed putans se obsequium præstare Deo, & verè prẽstabat cùm Deus hoc iussisset: nec si aduertatur ad alia, quæ Deus fieri iussit reputabitur crudelitas, quam exercuit Samuel in Agag: nam nullis magis misereri naturale est, quam paruulis lactentibus: his tamen Deus non iussit misereri, sed ꝙ oẽs sine pietate occiderent, vt patet sup. in littera: ergo non erat crudelitas, ꝙ qua litercũq; occideret Agag. Samuel autem visus est agere hoc crudeliter, quia agebat ex magno zelo. Erat autẽ iste zelus propter duo. Primò ad explendum mandatum Dei, quod impletũ erat. Secundò propter malitiam populi, qui Deum offenderat. Zelus autem ad iram pertinet, qui verò irati sunt, q̃q̃ aliquid iustè agant videntur crudeliter agere: & sic apparuit de Samuele: præstabat tamen obsequium Deo, quia diligenter, & ex zelo exequebatur, quod Deus iusserat. Sic enim fuit de Elia qui nimis zelabat pro Deo Israel, vt ipse dixit inf. 3. lib. c. 19. tamen ipse occidit per se quadringentos prophetas Baal. inf. 3. lib. c. 18. Hoc tamen ad maiorem crudelitatẽ videbatur pertinere, quàm occidere vnum virum qualitercumq; Non fuit tamen crudelitas, sed magnus cultus Dei. *Coram Domino in Galgalis.* i. occidit Samuel Agag coram altari Dei, quod erat in Galgalis: erat enim ibi locus sacrificiorum, & apud illum trucidauit Samuel Agag, quasi videretur eũ immolare Domino. Dicitur autem in Galgalis. Ad istum locũ venerat Saul cum toto populo, vt ibi immolaret Domino, vt patet sup. *Abijt autem Samuel in Ramatha.* s. recessit a Saule, & iuit in vrbem Ramatha: in hac enim erat domus Samuelis, vt patet supra cap. 7. ibi quoque habitauerat pater, & mater eius, supra cap. 1. & 2. Recessit autem a Saule, eo ꝙ videbat se iam nihil proficere apud eum, cùm ipse non obediret mandatis Dei, & Deus abiecisset eum. *Saul vero ascendit in domum suam in Gabaath.* Ista est vrbs Gabaa, de qua erat Saul, & apud quã posuerat castra sub malogranato, quando ꝙuenerunt aduersus eum Philisthijm prece. c. ibi autẽ manere voluit, quia ibi erat domus eius, & volebat a bellis quiescere. *Et non vidit Samuel vltra Saulem.* s. Samuel recessit a Saule animo nunquam redeundi ad ipsum, & sic factum est, quia postea nunquam vidit ipsum.

Licèt Samuel videret crudeliter agere in occisione Agag, nõ peccauit qa ex maximo Dei zelo fecit.

Quare Samuel recessit a Saule mortuo Agag, & non vidit eum amplius. Quæstio XLI.

QVAERET aliquis, quomodo stat, ꝙ Samuel nunq̃ vidit Saulem vsque ad diem mortis suæ. Aliqui respondent, ꝙ Samuel nunq̃ vidit post hoc Saulem dum viueret: vidit tamen vltimo die vitæ suæ quando mortuus est: & hoc est quod dicitur: Vsque ad diem mortis suę. Ad hoc dant modũ dicẽtes, ꝙ vniuersus Israel congregatus est ad Samuelẽ, quando mortuus est in Ramatha, infra c. 25. & verisimile est, ꝙ cùm totus populus venerit ad Samuel, ẽt venerit Saul cum eis, & tunc vidit eum Samuel. Sed ad hoc obijciunt, quia infra c. 19. dicitur ꝙ Saul iuit ad locum, vbi erat Samuel, vt comprehenderet Dauid, & prophetauit die, & nocte coram Samuel. Ad hoc respondent, ꝙ hoc intelligitur, ꝙ non vidit Samuel Saulẽ. s. regio habitũ indutũ: vidit tamẽ in alio habitu. s. quia expoliauit se coram eo, vt patet præalle. c. Alij aũt dicunt ꝙ Samuel non vidit Saulem vsque ad diem mortis suæ. s. vsque ad mortem Saulis, quia tunc vidit eũ Samuel cũ suscitatus fuerit, & denunciauerit mortem ei in crastinũ futurã, infra cap. 28. Sed respondendũ est, ꝙ ista litera vult significare, ꝙ nũquam viderit Samuel Saulem post hoc, & quando dicitur vsque ad diem mortis suæ: non ponitur hoc ad signandum ꝙ in die mortis suę viderit, sed ad excludendum totum tempus præteritum. Quod enim non fit vsq; ad diem mortis, nũquam fit: & talis modus est loquendi scripturæ: Iocap. 13. s. Non lauabis mihi pedes in æternum. i. nunquam fit. Et sic dicit ibi Aug. quod in æternũ non fit, nunquam fit. Quòd autẽ inducebatur ꝙ Samuel in die mortis suæ vidit Saulem, quia congregatus est totus populus ad eum, non stat, quia non fuit cõgregatus ad videndum eum antequam moreretur, sed ad lugendum eum postq̃ mortuus est: sic colligitur infra cap 25. s. Mortuus est autem Samuel, & cõgregatus est vniuersus Israel, & plãxerunt eum nimis, & sepelierunt eum in domo sua in Ramatha: ergo prius mortuus est, q̃ congregaretur populus. Item cùm dicitur, ꝙ vidit Samuel Saulem in die mortis suę, i. Saulis. s. qñ suscitatus est Samuel, non stat. Primò quia nõ constat, an ille, qui suscitatus est fuerit verè Samuel, vel aliquis dæmon. De quo magis dicetur inf. 28. ca. Secundò quia dato, ꝙ esset Samuel non poterat videre tunc Saulem, quia anima se sola non potest aliquid videre, quia visio fit per potẽtiam organicam, & organa: anima tamen separata nec habet organa, nec potẽtiam organicã: Samuel tamen si ibi suscitaretur, sola anima eius præsens esset. Sed aliquis fortè dicet, ꝙ quamquã non esset ibi corpus Samuelis, tamen anima illa assumeret aliq̃ corpus

Aũ fine videre, nõ põt.

corpus de aere, per quod possim videre: quod apparet, quia anima illa locuta est, vt patet infra cap. 28. Locutio tamen non fit sine corpore. Respondendum est, ꝙ per illud corpus assumptum non poterat anima Samuelis videre Saulem, quia ad visionẽ requiritur perfecta fabricatio organi. In corporib⁹ tamen assumptis nõ est talis fabricatio, quia animę, vel Angeli assumentes illa corpora exterius solùm faciunt lineamenta corporis ad hoc, ꝙ videatur corpus hominis, vel equi. Interius autem nulla distinctio membrorum, aut qualitatis est, sed rudis aer cõdensatus, vt declaratum est Exo. 7. c. & sic tenet Sanctus Tho. super secundum sententiarum. Ad verã tamen visionem, requiritur formatio organi in parte interiori: vnde præal. c. declaratum fuit, ꝙ Angeli, vel animæ in assumptis corporibus nihil vident, & nihil audiunt, licet oculos, & aures habere videantur. Sed adhuc aliquis dicet, ꝙ in corporibus assumptis sit perfecta formatio organi, quia ibi est vera locutio: non tamen fit locutio sine organis: ergo sunt ibi organa. Respondendum est, ꝙ q̃q̃ in corporib⁹ assumptis non sunt organa communiter: non tamẽ repugnat, ꝙ ibi sint organa: quia sicut Angeli formãt lineamenta organorum in parte exteriori, ita formare possunt in parte interiori, quia non repugnat hoc ex parte materiæ, quæ formatur, quia illa mollis est tam intus, q̃ extra, & cedit formatori: nõ repugnat ẽt ex parte potentiæ, vel scientiæ Angelorum, quia qui scit, & potest fabricare figuras organicas in pte exteriori, sciet, & poterit fabricare in parte interiori: cùm non sint istę difficiliores, quàm ilę. sic. n. est in voce, ad quam producendã requiruntur organa. Sed dicendum, ꝙ q̃q̃ in corporibus assumptis essent organa perfecta, non poterat fieri visio, quia non potest deriuari virtus organica in illa organa, cum hoc debeat fieri in corporibus, quæ sũt vnita animæ, tãquam formæ. Angeli tamen, & animæ sumentes corpora, non vniunt sibi illa formaliter, quia nõ efficitur ex illa vnione aliquod animal, sed solùm est ibi vnio motoris ad mobile, ideo nõ poterunt Angeli videre, vel audire per corpora assumpta. Nam istæ sunt veræ passiones, & sensationes, quæ nullo modo conueniunt, nisi animalibus: ergo necesse est esse animal, id quod videt, vel audit: non sunt tamen animalia Angeli, vel animæ cũ corporibus assumptis De formatione autem verborũ secus est, quia non oportet: ꝙ ille, qui loquitur, vel format verba, sit homo, vel animal, sed potest fieri per aliquid aliud. Ratio diuersitatis est, quia videre, & audire sunt veręsensationes, & aliquid, quod patitur animal: ideo non potest pati, nisi per formam determinatam. Formare autem vocem non est aliquid pati, sed agere: & hoc q̃q̃ habeat aliquam formam, tanquam principium, tamen magis respicit determinationem instrumentorum, quàm potentiæ: quod patet: quia quædam instrã sunt, quæ vocare videntur. i. formare voces articulatas, vt ait Aristo. 2. de Anima. Cum ergo data fuerint aliqua organa talia, sicut guttur humanũ, & cętera instrumenta, poterit ibi formari vox, dum tamen sit, qui colligat ibi aerem: potest tñ dari faciliter, ꝙ aliquis formet talia instrumenta de aere, & ibi vox humana audiatur; vnde Angeli possunt nõ faciendo aliq̃ effigiem humanam in organis, quæ sint similia organis vocatiuis humanis, formare vocem: & sic creditur, ꝙ fuerit in datione legis, vel alias, quando audiebatur vox, & nõ videtur aliqua effigies. Ad hoc igitur, ꝙ fiat locutio perfectè articulata, non requiritur, ꝙ Angelus, vel anima vniat corpori formaliter, sed tanq̃ motor mobili, quia vox non est per passionẽ sensitiuam, quæ pertinet ad formam determinatã, sed est per motũ: q̃q̃ ergo anima Samuelis vnita corpori posset loqui, tamen non poterat videre, vel audire. Item, dato, ꝙ posset videre, vel audire, nõ diceretur ob hoc Samuel videre, vel audire, quia anima non videt, nec audit, sed compositũ iuxta Aristo. 1. de Anima, scilicet, qui dicit animam tristari dicit eam texere, & ędificare. q. d. Anima nõ tristatur, nec gaudet, sed compositum; & sic est de omnibus actionibus: sed, si aliquod compositum fieret, ex anima Samuelis, & ex corpore assumpto, illud non esset Samuel, sed aliquis alius vir: ergo nõ poterat Samuel videre, vel audire propter animam suam, quæ eẽt in illo corpore assumpto. Nõ vidit ergo Samuel Saulem: & sic nullo mõ stat, ꝙ Samuel viderit Saulem in die mortis suæ. Sed dicitur, ꝙ non vidit eum vsque ad diem mortis suæ. i. nunquam vidit. Quòd autem obijcitur, ꝙ viderit eum infra cap. 19. Respõdendum est, ꝙ hoc solùm fuit semel, & in tanto tẽpore vnum semel pro nihilo computatur, tanquã nunquam fuisset. Aliter potest dici, ꝙ nunquam vidit Samuel Saulẽ. s. in habitu regali vsque ad diem mortis: vidit tamen in habitu communi, quia ipse exuit se veste sua, & prophetauit nudatus coram Samuele infra cap. 18. Aliter potest dici, ꝙ Samuel nũ quam vidit postea Saulem, quia qñ vidit eum, iam non erat Saul, sed alius vir, eo ꝙ immutatus erat ꝙ prophetiam. Prophetia autem facit virum esse alterũ, sic patet supra c. 10. s. Insiliet in te spiritus Domini, prophetabisq; cum eis, & mutaberis in virum alterum: & quia prius ipse erat Saul, quando vidit eum Samuel, erat quasi si non esset Saul. *Veruntamen lugebat Samuel Saulem.* i. q̃q̃ Samuel recessit à Saule, & postea nunquam vidit eum, tamen non desinebat plorare pro illo, & orare ad Dominum pro eo. Nicolaus autem dicit, ꝙ Samuel non orabat ad Deũ pro Saule, quia sciebat iam penitus eum reprobatum, sed condolebat ei, & ex hoc lugebat.

An peccauerit Samuel flendo pro Saule, & orando pro eo. Quæst. XLI.

QVAERETVR, an peccauerit hic Samuel lugendo pro Saule, & dicendum, ꝙ hic non quæritur, an ipse peccauerit, quia supra declaratum est, ꝙ nõ peccauit Samuel, eo ꝙ ipse ignorauit Saulem esse reprobatum. Sed dubium est nunc, an iste luct⁹ pro Saule secundũ se, nihil exprimẽdo, esset licitus, vel illicitus. Respondendũ, ꝙ secundum Nico. erat licitus, quia Samuel nõ lugebat pro Saule orans, vt Deus remitteret pœnam, & restitueret eum in gradum pristinum, sed solùm lugebat ex quadam compassione, hoc autem illicitum non est. Sic patet de pœnis damnatorum ęternaliter: quia nulli licet orare pro eo, quem damnatum esse cognoscit. Si tamen quis cognoscat de patre, vel amico suo, ꝙ damnatus est licitum est ei dolere pro illo, nihil orando. Sic etiã est de pœnis quę dantur ꝑ diffinitionẽ Dei. Nam Moyses condemnatus fuerat, ne introiret in terram Chanaan: & cùm sæpe orasset, vt permitteret illuc introire, dictum est ei. sufficit tibi nequaq̃ loquaris ad me de hac re: Deut. c. 3. Post hoc vero illicitum erat Moysi orare pro hac re. Nec orauit: tamen doluit de sententia Dei contra se, vt colligitur ex verbis suis Deut. c. 4. s. ecce morior in hac humo: non transibo Iordanẽ, vos transibitis, & possidebitis terram egregiã. Ergo licèt cuilibet sic dolere, & Samueli liceret pro Saule lugere. Sed vr ꝙ fuisset illicitus iste planctus, nisi Samuel ignorasset reprobationem Saulis, quia si licitus esset Deus non phibuisset

Universidad de Deusto
Biblioteca

buisset eum: prohibuit tamen, quia dixit: cur tu luges Saulem, cum ego proiecerim eum? ergo secundum se illicitus erat planctus. Ignorauit tamen hoc Samuel; ideo credidit esse licitum quousque Deus prohibuit lugere, vt patet seq. c. *Quoniam Dominum pœnitebat quòd constituisset Saul regem super Israel. i.* pro hoc lugebat Samuel: quia cum pœniteret Deum pro cõstitutione eius diffiniebat eum abijcere: noluisset tamen Samuel, ꝙ abijceretur Saul. Accipitur autem, ꝙ pœnituerit Deum de hac constitutione, sicut expositum est supra: nam secundum veritatem nõ pœnitebat, quia nequaq̃ eũ pœnitere põt alicuius rei, sicut nec gauderę potest de aliquo, quod adueniat.

CAPITVLVM XVI.

De pœni. dist. j. c. p̃ dixerat.

DIXITQVE Dominus ad Samuelm. Vsquequo tu luges Saul, cũ ego proiecerim eum, ne regnet super Israel; Imple cornu tuum oleo, & veni, vt mittam te ad Isai Bethlehemitem: prouidi enim in filijs eius mihi regem.

IN superioribus actũ est de regno labili sub Saule: hic consequenter agitur de regno stabili sub Dauid. In quo considerandum, ꝙ vt præcc. c. declaratum est, Dauid fuit electus, & vnctus ī regem, nõ vt immediatè possideret regnum, sed post mortẽ Saulis: ideo quamquam hic incipiat regnum Dauid, tamen in sequentibus per totum istum librum nihil agitur de regno Dauid, sed de persecutionibus, quas passus est, regnãte Saule: & diuiditur in quatuor partes. Primò describitur ipsius Dauid vnctio. Secundò Saulis emulatio sequenti cap. Tertiò Dauid persecutio infra cap. 19. Quartò Saul mors, & Dauid exaltatio infra 28. c. Prima in tres. Primò Samuel à Deo mittitur. Secundò Dauid inter fratres suos vngitur. Tertiò Saul tanquam à Deo derelictus à maligno spiritu affligitur. Secunda ibi. *Cumque egressi essent.* Tertia ibi. *Spiritus autem Domini.*

Ordo sequentium ad præcedentia est rectus. Quæst. I.

CIRCA primum dubitatur hic de ordine huius literæ ad præcedentem. s. an fuerit ordo rectus, vel aliqua mutatio: & dato, quòd sit rectus ordo, an fuerit istud, quod habetur hic immediatè post id, quod habetur supra. Ad primum respondẽdum, quòd ordo rectus est: quia supra dicebatur, quomodo Saul abiectus fuit, ne regnaret. hic autem agitur, quomodo fuit Dauid vnctus in regem: vnctio autem vnius regis sequitur ad abiectionem alterius. Ad secundum, scilicet an immediatè, vt reprobatus esset Saul fuit vnctus Dauid. Dicendum, quòd non, quia supra dicitur, quòd recessit Samuel à Saule, tamẽ lugebat eum vsquequo Deus dixit ei, vsquequo tu luges Saulem? ergo aliquanto tempore eum luxerat, postquam abiectus est. An verò istud tempus fuit paruum, vel magnum, non constat: satis enim patet, ꝙ fuit minus, quàm viginti annorũ, quia totũ tempus regni Saulis fuit solũ, viginti annorum, vt declaratum est supra cap. 8. Est tamen dicendum, ꝙ ista vnctio fuit facta vltra mediũ tempus regni Saulis, scilicet ꝙ iam regnauerat plusquã 10. annis, quando facta est. Quod patet, quia quãdo cępit regnum Saulis erat Dauid 10. annorum: hoc apparet, quia Dauid vnctus est in regem super Iuda eo anno, quo mortuus est Saul inf. 2. li. ca. 2. & tunc erat annorum 30. s. 2. li. c. 2. sed regnũ Saulis fuerat 20. annorũ: ergo quãdo cępit regnare Saul erat Dauid annorũ 10. præcise. Quod aũt ad minus trãsirẽt 10. anni de regno Saulis, quando facta est ista vnctio patet, quia mox vt vnctus fuit Dauid in regem, recessit spiritus Domini a Saule in Dauid, & exagitabatur Saul à dęmonibus, vt dicitur inf. in littera. Sed tamen Saulis quærentes aliquem iuuenem sciẽtem psallere, vt leuius toleraret, dixerunt: vidi filiũ Isai Bethlehemitẽ scientẽ psallere, & fortissimũ robore, & virum bellicosum, & prudentem in verbis; sed quando Dauid erat fortis robore, & vir bellicosus, oportet ꝙ esset pluriũ q̃. 20. annorũ: sed in anno. 20. Dauid complebatur annus 10. regni Saulis, cum cęperit regnare, quando erat Dauid annorum. 10. vt dictũ est: ergo quando Dauid portatus est, vt psalleret corã Saule, transierat plusquam decẽnium de regno Saulis, sed immediate post vnctionẽ Dauid, ductus est ipse ad Saulem, qui confestim à dęmonibus exagitatus est: ergo erat Dauid, quando vnctus est vltra. 20. annum, & de regno Saulis trãsierat, plusquam decennium. *Dixitq; Dominus ad Samuelem.* Voluit Deus loqui Samueli, vt lachrymis eius finẽ imponeret, quia supra dicitur, ꝙ Samuel recessit à Saule, & non vidit eum vltra: veruntamen lugebat Samuel Saulẽ. Hoc aũt faciebat, quia adhuc putabat superesse locum remedij, & quia quamdiu hoc crederet semper, in lamentis vitam duceret, Deus dixit ei, ne amplius lugeret. *Vsquequo luges Saul?* Modus increpationis est, eo ꝙ in isto luctu faciebat Samuel contra voluntatem Dei, quia diffinierat, ꝙ Saul nũquã recuperaret regnũ, qđ Deo ablatũ esse dicebat: Samuel tamen orabat, vt Deus misereretur, quod iam impossibile erat: sed quia non cognoscebat Samuel dispositionem Dei, non peccabat: ne tamen Deum præcibus, & lamentis fatigaret, Deus dixit ei non esse pro hoc lugendum: sic enim in Moyse factum est qui inquietabat Deum præcibus, vt sinere tur transire Iordanem, quousq; Deus dixit: sufficit tibi, nequaq̃ loquaris vltra ad me de hac re Deuter. c. 3. *Cum ergo proiecerim eum, ne regnet super Israel.* q. d. siad huc supereẽsset locus remedij ꝙ Saule, q̃q̃ ego cõminatus fuissem ei: lugendũ, & orandũ ꝙ illo erat, vt ego auerterẽ à furore meo: sed ego diffinitiuè eum pieci, ne regnet sup Israel: ideo frustra est ꝙ eo lugere, qa volũtas mea immutabilis est. *Imple cornu tuum oleo.* Istud erat ad vngendũ Dauid, qa reges per vnctionem fiebant. Et dr̃ cornu tuũ, quia habebat Samuel aliquod vas corneũ ad fundendũ oleũ: illud aũt impleuit ad vngendũ Dauid. Dicit Nicolaus, ꝙ de Saule dictũ est, ꝙ fudit Samuel super eũ lenticulam olei sup. c. 10. & hic dicitur de Dauid, ꝙ fusum est cornu sup eũ ad significãdũ differentiã regni, qa sicut lenticula est vas fragile, ita regnũ Saulis fuit debiliter firmatũ: cornu aũt est aliquid durum, ita regnum Dauid fuit aliquid perpetuũ, vel magno tpe durans. Sed in hoc nihil differt, quia aliquando ponitur in scriptura lenticula, & aliq̃n cornu, nec fit ī hoc magna differentia. De vnctione aũt regũ, & de cęremonijs, quæ fiũt in vnctione, à quibus vngant reges. s. an prophetis, vel sacerdotibus, vel populari bus, declaratum est sup. c. 10. in principio.

An Dauid, quando fuit vnctus in regem, fuerit vnctus oleo sancto, vel communi. Quæst. II.

QVERET nũc aliquis, an Dauid hic fuerit vnctus oleo sãcto, vel oleo cõi. Vocat aũt oleũ sanctũ illud, qđ nõ erat simplex de arboribus, sed cõfectum ex multis rebus in modum vnguenti, de cuius compositione Exo. cap. 30. Erat autem istud oleum ad vngendum sacerdotes, & tabernaculũ, cum rebus suis. Exo. cap. 31. Oleum autem simplex vocatur, quod de arboribus gignitur.

Respondendum, ꝙ reges poterant vngi indifferẽter Oleo communi, vel Oleo sancto. De Oleo communi, patet in Saule, patet in Iheu, & Azaele, de qb⁹ declaratum est, supra. cap. 10. Quòd autem aliqui vngerentur Oleo sancto, patet de Salomone, de quo infra. 3. lib. cap. 1. scilicet, Sumpsitque Sadoc Sacerdos cornu Olei de Tabernaculo, & vnxit Salomonem. De Dauid igitur dici poterat, quòd vnctus fuit Oleo communi, vel Oleo sancto. Hic tamen magis est dicendum, quòd fuerit vnctus Oleo communi. Quod patet: quia Oleum sanctum erat in Tabernaculo, & solum erat ad vnctionem Sacerdotum, & Regum, & rerum sanctuarij. Si ergo Samuel vnxisset Dauid Oleo sancto, oportebat, vt iret ad tabernaculum pro illo, quia sic dicitur in vnctione Salomonis, quod Sadoc Sacerdos tulit cornu Olei de Tabernaculo. Samueli tamen non erat nunc locus eundi pro Oleo ad sanctuarium: quia ipse etiã sine Oleo sancto non audebat ire ad vngendum Dauid, nisi primò peteret à Deo modum eundi, ne occideretur à Saule: & dictum est, ꝙ portaret vitulũ. Quanto minus igitur auderet ire ꝙ Oleo sancto ad Tabernaculum? quia tunc manifestum esset, quòd volebat vngere aliquem in Regem, cum illud Oleũ pro solis Regum, & Sacerdotum vnctionibus sumeretur; & tunc Saul occideret eũ: non ergo assumpsit Deillo, sed de Oleo communi. Sed aliquis obijciet, ꝙ dicitur Psal. 88. Inueni Dauid seruum meum, Oleo sancto meo vnxi eum: ergo non fuit Oleum commune. Dicendum, ꝙ illud potest referri ad tertiam vnctionem, vel secundam Dauid. Ad primam tamen, de qua hic agitur, non refertur. De quo declaratum est, supra. c. 10.

Quare iussit Deus Samueli, quòd ferret secum Oleum ad vngendum Dauid, cum vbique reperiretur. Quæstio. III.

QVAERET aliquis, Cum dicatur, quòd Dauid vncturus fuerit hac vice Oleo communi, Quare Deus iussit Samueli, vt portaret cornu Olei secum: nam Oleum inuenturus erat in Bethlehem, vbi vngendus erat Dauid. Aliquis forte respõdebit ꝓpter hoc, quòd istud Oleum erat sanctum: & quia hoc inuenturus erat tale Samuel in Bethlehem, iussit Dominus, quòd ferret secum Oleum. Sed tunc obstant. supr. dicta, scilicet: quia, si Oleum sanctum fuisset, oportebat, quòd iret pro illo ad Tabernaculum, quòd nequaquam faceret Samuel timore Saulis. Dicendum ergo, quòd istud Oleum erat commune. Deus tamen iussit Samueli portare illud, vt absconderetur, ꝙ facere volebat. Et hoc nõ solum quantum ad eos, qui inuenirent Samuelem in itine re, sed etiam quãtum ad viros Bethlehemitas, quia, si Samuel non ferret secum Oleum, oporteret, ꝙ peteret illud in Bethlehem, & tunc cognosceretur quid agere volebat Samuel. Decuit ergo, vt ipse portaret secum Oleum.

Quomodo portauit Samuel secum Oleum ne cognosceretur. Quæstio. IIII.

QVAERET aliquis, Quomodo Samuel portabat secum Oleum, quia istud erat contra intentionem suam. Ipse enim timebat Saulem, ne si cognosceret hoc, occideret eum: & ob hoc portabat secum vitulum. Cum tamen portaret Oleum in cornu, manifestum erat, ꝙ ibat ad vngendum aliquem in Regem, ideo faciliter sic dęprehẽderetur. Aliquis respondebit, quòd Samuel poterat se excusare inuento Oleo, quòd portabat illud pro libamẽtis: nam, cum omni sacrificio fiebant libamenta de farina, vino, oleo, thure, & sale: de quibus patet Leuit. cap. 2. & Num. 15. Sed ipse portabat vitulum ad immolandum, ideo poterat dicere rationabiliter, ꝙ portabat cornu Olei pro libamine. Sed dicendum, quòd non stat, quia ipse portabat vitulum ad immolandum; cum vitulo autem semper dabatur medietas mensurę hin de Oleo, vt patet Nu. 15. & 28. Sed ista est magna mensura, quæ nequaquam capi poterat in cornu, nec etiam medietas eius: ideo nõ erat excusatio de Oleo ab libamina: potissimè, quia dici poterat, ꝙ in Bethlehem, vbi immolaturus erat, reperiret Oleum, certusque erat de hoc, sicut de alijs libamentis, scilicet, de vino, simila, & thure, quæ non portabat secum. Cum ergo specialiter Oleum portaret, ad aliquid aliud esse videbatur. Dicendum est ergo, quòd Samuel, si reperiretur portãs Oleum, nullo modo posset se excusare, quasi ferret ad libamina. confisus tamen est, ꝙ non reperiretur oleum. Et hoc ꝓpter duo, primò, quia cornu illud, in quo ferebatur Oleum erat valde paruum, in quo capere tur Oleum, quod sufficeret ad fundendum super caput regis, parũ tamen de Oleo fundebatur, ideo cornu illud paruum foret, ita, vt vbicumque faciliter occultaretur. Secundò confidebat non esse deprehendendum Oleum, quia, cum ipse esset vir magnę auctoritatis, & honoratissimus in toto Israel, nemo eum tangeret inquisiturus quid secũ ferret. Ob hoc autem quamquam aliqualiter Samuel videbatur recusare ire in Bethlehẽ ad vngendũ Dauid: tamẽ nõ recusauit, cum dictum est ei, quòd portaret secum Oleum: recusassẽt tamẽ, si existimaret, ꝙ dęprehẽdi poterat Oleum, quod ferebat. *Et veni, vt mittam te ad Isai Bethlehemitẽ.* Iste Isai erat pater Dauid, & vocatur alio nomine Iesse. Sic patet Isa. c. 11. & Mat. 1. Missus est aũt Samuel ad eũ, quia de filijs eius vncturus erat regem. Vocaũ Isai Bethlehemites, quia erat de vrbe Bethlehem in tribu Iuda. *Prouidi enim mihi in filijs eius Regem.* i. ego inquisiui Regem vnum de filijs eius, & illum vnges.

An declarauerit Deus Samueli nomen Dauid, quem vncturus erat in regem, quando misit eum in Bethlehem. Quæstio. V.

QVAERET aliquis, An Deus declarauerit hic Samueli, quem vncturus erat in regem. Respondendum est, ꝙ solum dixit, ꝙ vnum de filijs eius vncturus erat in Regem, sed nomen illius non expressit Samueli. Quod patet, quia infra dicitur: Ego ostendam tibi quid facias, & vnges quẽcũque monstrauero tibi: ergo nunc nondum mõstrauerat, sed mõstraturus erat postea in Bethlehem. Itẽ patet, quia, quando adducti sunt filij Isai coram Samuele, videns primogenitum corpore excellẽtem, putauit, ꝙ eum elegerat Dominus, & dixit: num coram Domino est Christus eius? similiter aũt de secũdò, tertiò, & quartò, & vsque ad finẽ omniũ fecit: si tñ declarasset ei Deus quẽ vncturus erat, nõ inquisiuisset consulẽs Deũ per singulos. *Et ait Samuel. Quomodo uadam?* quasi dicat, difficile est mihi, quòd vadam, quia, qualitercumque vadam, periculum mortis est. *Audiet enim Saul, & interficiet me*, scilicet, audiet, quòd ego iui ad vngẽdum aliquem in Regem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& tunc interficiet me, quia in hoc apparebo hostis illius, nec erat aliquid, cur facilius Saul Samuel occideret, quàm ex hac causa.

An Samuel peccauerit qualitercumque, recusando Dei missionem. Quæstio. VI.

QVAERET aliquis, An Samuel peccauerit hic, ꝙ aliqualiter videtur recusasse Dei missionē. Aliquis dicet, ꝙ peccauit, quia qualitercumq; Deo repugnare, cum voluntas eius cognita est, peccatū est. Respondendum est, quòd Samuel non repugnauit hic Deo, dicens, quòd nolet ire in Bethlehē, vel aliqualiter ingratum ducens illuc ire: hoc enim proculdubio peccatum esset: nec etiam dubitauit quin Deus posset eum eruere ab illa morte, quam Saul ei inflicturus foret, si cognosceret. Si enim circa hoc esset incredulus, peccaret, etiā si aliqualiter dubitaret: sic.n. fuit de Gedeō, qui sępius quæsiuit signum à Domino in vellere, & area: sufficisset enim sibi, quòd daretur ei modus, quomodo pugnaturus erat contra Madiam, & non quæreret signum, an victoria ei crederet. De hoc enim confidere debebat: peccauit tamen, vt communiter dicitur, venialiter, quia non fuit penitus incredulus, sed aliqualiter dubius. De quo Iudi. cap 6. Samuel autem nullo modo dubitauit, sed quæsiuit modum: sciebat enim, quòd Deus posset ei dare modum, quo vadens in Bethlehem non occideretur: sciebat quo que, quòd, si inconsulte iret illuc, & Saul hoc cognosceret, occideret eum: ideo quæsiuit modum, quo iturus erat, non tanquam aliquid de potestate, & bonitate Dei circa liberationem suam dubitās, sed tamquam modum ignorans, quem à Deo inquisiturus erat. Hoc autem patet satis, quia Samuel dixit. Quomodo vadam, scilicet, quis modus est, quo decet me ire, ne occidar à Saule? quærere autem modum incredulitas nulla, nec peccatum est. Sic patet in Virgine, quæ dixit ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum, non cognosco? Luc. cap. 1. nemo tamen vnquam dixit, quòd Domina nostra in hoc peccauerit. In Samuele autem sic est. Fuisset autem peccatum, si Samuel credidisset, se nō posse mortem euadere faciendo hæc, vel si dubitasset, an posset: sic enim fuit in Zacharia patre Ioannis Baptistæ, cui, cum Angelus diceret, quòd gigneret filium, ait: Vnde hoc sciam? Ego enim sum senex, & vxor mea processit in diebus suis. Ex quo videtur, quòd non posset fieri, & sic non assensit verbis Angeli: vnde peccauit in hoc, & data est ei pœna, vt patet præalleg. cap. scilicet. Ex ecce eris tacēs, & non poteris loqui vsque in diem, quo hæc fiant, pro eo, quòd non credidisti verbis meis, quæ implebuntur tempore suo. Sed dicet aliquis, quòd Samuel fuit aliqualiter incredulus circa Dei bonitatem: nam, cum Deus dixisset ei, quòd iret in Bethlehem, credere debuisset, quòd eriperet eum ab omni malo, occasione vię huius, nec dubitasset vltra aliquid inquirere, sed Deo se totum tradere.

Respondendum, quòd si Samuel inquisiuisset aliquid à Deo, tamquam certificandus de liberatione sua, de qua aliqualiter dubitaret, peccasset, non tamen inquisiuit sic, sed quia sciebat, quòd aliquis modus ei dandus erat, vt non cognosceretur iter eius à Saule, quæsiuit à Domino de isto modo: quærere autem modum nihil dubietatis, vel incredulitatis facit plusquam, si homo nihil inquirens se Deo totum traderet, sicut enim fuit in Virgine inquirente modum, & in Samuele.

An peccauerit Samuel recusando implere mandatum Dei timore mortis. Quæst. VII.

QVAERET aliquis, An Samuel peccauit, ꝙ timore mortis videbatur aliqualiter recusare impletionem diuini mandati, dicens: Audiet enim Saul, & interficiet me.

Respondendum est, quòd Samuel non peccauit: nam verum est, quòd timore mortis non debebat recusare mandatum Dòmini Samuel: nam, etiam si sciret mortem certissimam sibi paratam esse, non licebat ei subterfugere mandatum Dei: si ergo nollet ire in Bethlehē, vel aliqualiter excusaret se, vt nō occideretur à Saule, peccaret, nihil tamen tale fecit, quia nō dixit, ꝙ volebat ire, vel quòd erat sibi difficile ire, sed dixit: Quomodo vadam? scilicet, si ego vado manifeste, Saul occidet me: & hoc Deus non acceptat, qui magis vult salutem meam: dandus ergo erat aliquis modus, per quem iter Samuelis occultaretur Sauli, & quia sciebat Samuel, quòd Deus volebat eum nunc liberare, quæsiuit modum liberationis: si tamen Deus iussisset, ꝙ Samuel iret illuc apertè, ita quòd occideretur à Saule, nec vellet dare aliquem modum occultationis, tenebatur Samuel sine aliqua recusatione, vel excusatione, aut consultatione Dei gratum habere mandatum, & sic fecisset, quia alij viri sancti sponte subibant vincula, & carceres, variaque mortis genera propter Dei præceptum, vt patet ad Heb. ca. 11. Sic facturus erat Samuel. *Et ait Dominus, vitulum de armento tolles in manu tua.* Hic ponitur modus occultationis itineris Samuelis, scilicet, quia fingeret se ad illud ire: & hoc fuit conueniens in sacrificio, scilicet, vt diceret se ire ad sacrificādum Domino in Bethlehem: & quia etiam hoc facere poterat, non ferendo secum animal, cum illud emere posset in Bethlehem, sed quia non ita manifestum esset, quòd ibat ad sacrificandum, si non portaret secum animal immolabile, voluit illud portare. Dicitur autem tollas in manu tua ideest, coram te: nam non poterat in manu sua portare vitulum, sed est modus loquendi veteris Testamenti, quo omnia, quæ portantur, dicuntur in manu portari.

Quomodo iter Samuelis potuit esse occultum, portando vitulum secum. Quæstio VIII:

QVAERET aliquis, Quomodo Samuel portando vitulum faciebat iter suum occultum, & à quibus volebat ipse occultare intentionē suā. Respondendum est, quòd, cum Samuel ante hoc habitaret in Ramatha, ad quam iuerat, quando recessit à Saule, vt patet prędce. cap. si inde nunc rediret, vt iret in aliquem locum, putarent omnes iuxta id ipsum ire ad aliquid magnum agendum, quia erat vir maximè auctoritatis in populo: sic cognosceretur via eius, vel cogeretur mentiri, si non haberet aliquem modum occultum. Quod autem omnes suspicarentur aliquid de eius itinere, apparet, quia immediatè, vt ingressus est Samuel in Bethlehē, admirati sunt seniores ciuitatis occurrentes ei, dixerūtq;. Pacificus ne est ingressus tu? ita ergo oēs alij, q viderēt eū recedentē de Ramatha, suspicarēt aliquid de itinere eius, vel cognoscerent illud: si autem cognoscerēt, esset magnum periculum Samueli, quia Saul audiens occideret eum: Dauid quoque imminebat periculū, ga Saul psequeret eū ad mortē, si sciret eū vnctū in Regē. Debuit ergo celari omnibus, non solum extraneis, sed etiā Bethlehemitis cōtribulibus suis, quia fortè aliquis, concepto liuore de magna excellentia Dauid, ꝓderet Sauli, quod factum

factum fuerat, vel vt acciperetur in gratiam Saul, tanquam dolens pro eo, nunciaret Dauid vnctum in regem. Fuit autem ad occultandum hoc conueniens modus, quòd portaret Samuel vitulum, quasi vellet immolare. *Et dices; ad immolandum Domino veni.* ideest, si aliquis quęsierit ad quid vadis, respondebis hoc: & sic celabitur itentio tua. Hoc patet de senioribus Bethlehem, qui immediate quæsierunt, qualis esset aduentus suus: respondit que ad immolandum Domino veni.

An peccauerit Samuel, cum dixit, se venisse ad immolandum, cum tamen venerit vngere Dauid. Q. IX.

QVAERET aliquis, An Samuel peccauerit in hoc, quia dixit, quòd veniebat ad immolandum, tamen iter suum erat ad vngendū Dauid in Regem. Respondendum, quòd non: quia si fuisset hic peccatum aliquod, saltem veniale, Deus non iussisset Samueli hoc facere, cum Deus nullum impellat ad peccandum, quia maximè odit iniquitatem: apparet autem hoc Psalmus 5. scilicet: Odisti omnes, qui operantur iniquitatem, perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Iussit tamen Deus Samueli hoc facere: ergo non erat peccatum. Causa huius est, quia, si hic fuisset aliquod peccatum, istud esset mendacium, s. quia dixit Samuel aliud, quàm intendebat. Sed dicendum, ꝙ non fuit hic mendacium, quia verè intendebat Samuel immolare Domino in Bethlehem, & immolauit: non tamen ibat principaliter ad immolandum, sed ad vngendum Dauid in regem. Immolatio autem fiebat solum ad occultandum vnctionem. Quòd autem Samuel occultaret id, quod principaliter intendebat, & exprimeret id, quod minus intendebat, peccatum nō erat: sicut non est illicitum alicui homini occultare alteri intentionem suam: exprimere tamen mendacium quocunque modo, peccatum est: ideo si dixisset Samuel, ꝙ non ibat ad vngendum aliquem in regem, peccabat, quia exprimebat falsum: dicendo tamē, ꝙ ibat ad immolandum, non peccabat: quia, quamquam subticeret principale, veruntamen nō exprimebat aliquod falsum. Posset autem peccare Samuel in hac responsione, vt si cogeretur iurare, ꝙ totaliter exprimeret id, ad quod ibat in Bethlehem, & diceret ad immolandum Domino veni, quia non erat illud totum, ad quod veniebat: quia tamen simpliciter fuit inquisitus de aduentu suo, & respondit, quòd venerat ad immolandum, non peccauit. Ex hoc apparet, quòd cuique licet occultare veritatem, vel intentionem suam alijs per verba, vel per signa exteriora, dum tamen nihil falsum exprimat: vtrumque enim fecit hic Samuel. Nam primo, per signa finxit aliud se intendere, quàm intendebat: nam, cum portaret vitulum coram se significabatur, ꝙ intenderet ire ad immolandum, aliud tamen principaliter intendebat. In verbis etiam fin xit, quia, cum quæreretur de aduentu suo, respondit ad immolandum Domino veni, quasi hoc solū, vel precipuum esset ad quod veniebat, sed non erat. Sciendum etiam, quòd non solum licet alicui occultare intentionem suam signis exterioribus, & coloribus verborum, sed etiam, quòd velit alios falsè intelligere per signa illa, & verba. Sic patet de Samuele: nam, cum ipse portaret vitulum, signabat in hoc, quòd ibat ad immolandum: non solum tamen in hoc volebat, quòd alij hoc intelligerent, sed quòd putarent eum venisse solum ad immolādum, vel ad hoc venisse principaliter: nam, si solum intelligerent aduentum eius esse ad immolandum, & nō putarent ad hoc solum esse, vel ad hoc esse principaliter nihil valeret fictio Samuelis; quoniā ad huc putarent supereſſe causam principalem aduentus sui, & de illa inquirerent, & tunc cogeretur Samuel dicere falsum, scilicet, quòd nō veniebat ad aliquid aliud, vel exprimere aliquid, ad quod non venisset: Vtrumque autem erat inconueniens, ideo necesse est, ꝙ, vellet, ꝙ intelligeret aduentū suū solū fuisse ad immolandum Domino: & hoc est velle, ꝙ alij falsè intelligant, sed hoc non est peccatum: quia ipse nihil falsum agit: secus autem si ipse ageret: nec aliquis debet vocare talem fictorem, secundum, ꝙ opponitur veridico, de quo Arist. 2. Eth. Nam fictor est, qui in habitu, vel in verbis aliud fingit, quàm sit. Et hoc vitium est, cum quis contra honestatem, vel in alterius damnum fingit. Sicut patet de hypocritis, qui veniunt in vestibus ouium: si tamen quis solum hoc agat, vt occultet intentionem suam alteri ex cuius manifestatione sequeretur ei damnum, nō peccat, nec fictor.

An Samuel peccauit immolando Domino in Bethlehem. Quæstio. X.

QVAERET aliquis, An Samuel peccauit immolando Domino in Bethlehem. Aliquis respondebit, ꝙ peccauit, quia Deus iusserat, ꝙ immolatio solum fieret in sanctuario ad ostium tabernaculi, & qui alibi immolaret, censeretur tanquam si occidisset hominem: Leui. 17. c. etiam Deut. ca. 12. dicitur nō esse holocausta offerenda in omni loco, sed solum in eo, quem Dominus elegit: sed in Bethlehem non erat sanctuarium, sed in vrbe Nobe, vt patet infra, c. 21. ergo non licebat Samueli immolare in Bethlehem. Respondendum est, ꝙ licuit, quia id quod Deus iubet, licitum est, immo necesarium. Deus tamen iussit Samueli immolare in Bethlehē, ergo ibi licebat immolare. Pro quo sciendum, ꝙ Deus iusserat, ꝙ omnes Israelitæ immolarēt in vno loco tantum. s. in Atrio tabernaculi ad tollendum suspitionem idolatriæ, quia, si quicunque immolaret vbi vellet posset immolare Dęmonibus, & face re cęremonias idolorum. Cum autem omnes in eo dem loco immolarent, & fieret per sacerdotem sacrificium, non erat occasio vlla idolatrandi. Si tamē Deus alicui iuberet alibi immolare, manifestū est, ꝙ teneretur, nec obstabat lex posita, quia cum Deus legem tulerit, potest illam abrogare, vel interpretari illam, aut dispensare in ea. Sic autem fuit hic de Samuele, ideo manifestum est, ꝙ licebat ei hoc. Sed adhuc dicendum, ꝙ quamquam Deus non iussisset hoc expresè, dicēdum erat, ꝙ licebat Samueli istud: quia in viris paruę auctoritatis, de quorum fide non erat firma securitas, quando viderentur extra locū sanctuarij immolare, putabatur, ꝙ agebant ad idolatriam. In viris autem magnæ auctoritatis, quantū ad Deum, sicut ī prophetis, & alijs viris sanctis, quāquam videretur agere aliqua contra legem, non iudicabatur, ꝙ iniquè agerent, sed credebatur, quòd Deus illos moueret: huiusmodi autem erat de Samuele, qui erat Propheta magnus: ideo quodcumque ageret, credebatur agere motus à Deo: sic enim cōstruxit altare in Ramatha, & immolabat ibi. sup. cap. 7. Immolauit etiam postea in Galgala, sed non patet de aliquo illorum locorum, ꝙ Deus iusserit eum ibi immolare: populus tamen credebat eum in hoc bene agere. Sic etiam fuit hic, quia mox, vt venit in Bethlehem, dixitque ad immolandum Domino veni. Acceptauerunt seniores responsum illius, quasi hoc ei liceret.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Modus iste occultandi iter Samuelis fuit conueniens, alias Deus non dedisset eum. Quæst. XI.

QVAERETVR vlterius, an modus iste datus hic Samueli ad occultationem itineris sui, esset conueniens. Respondendum, q̃ sic, quia Deus illum dedit: si tamen non esset conueniens, non dedisset. Apparet autem in hoc, quia volebat Samuel elidere præsumptionem, & quæstionem videntium eum: qui enim videret eum ire in Bethlehem, crederet non immerito hoc fieri, & ad aliquid magnũ ire. Cùm verò vitulum videret, quia iste erat apparatus volentis immolare, cessaret suspicari, credens quòd ad immolandum ibat: cessarẽt etiam per hoc inquisitiones de itinere eius, quia, si Samuel nihil secum portassent, omnes videntes eum inquietassent ipsum inquirentes de via illius. Et quamquam responderet, quòd ibat ad immolandum, non contentarentur inquirentes, non videntes aliquod signum huius, ideo inquietarent Samuelem frequẽti inquisitione quousque deduceretur ad indicandum intentionem suam, vel exprimẽdum aliquod falsum, vel penitus subticendum, quorum quodlibet erat inconueniens. De primò patet, quia sequeretur mors Samuelis, & Dauid, sicut hic dicitur: Audiet Saul, & interficiet me. De secundò patet, quia peccaret mentiendo, quod maximè fugiendũ est, in Propheta. Tertiùm quoque erat inconueniens, quia per omnimodam taciturnitatem redderetur suspectus, quòd vellet aliquod magnum, & secretum agere, & fortè impediretur, quia suspicantes niterentur scire quid faceret. Nunc autem, dato modo isto de ferendo vitulum, tollebant hæc. Erat etiam valde conueniens hoc ad occultandum rem Bethlehemitis, quia cùm in Bethlehem vellet immolare Samuel, poterat vocare ad victimã quẽ vellet scilicet, vt comederet cùm eo de victima. Et q̃q̃ aliquis ibi specialiter vocaretur ad victimã, cæteri nihil suspicarentur & ibi posset facere Samuel, quod intendebat. Sed dicet aliquis, quòd non erat cõueniens modus iste ad occultandum iter Samuelis, quia quamquam Samueli liceret immolare vbicunque vellet, tamen Bethlehem non erat locus, in quo consuetum esset immolari Domino, ideo videntes eum velle ibi immolare, putarent, quòd nõ venissent principaliter ad immolandum, sed ad aliquid aliud, & sic semper maneret suspitio.

Respondendum est, quòd iste erat modus conueniens, quia quamquam non esset locus consuetus Bethlehem ad immolandum Domino, tamen forte Deus vellet, quòd in loco illo immolaretur sibi, quia aliquando eligebat vnum locum, & aliquãdo alterum. Sic dicitur Deu. c. 12. q̃ immolatio fieri deberet in loco, quem Dominus elegisset. Samuel autem erat propheta, ideo, cùm iret ad immolandum in Bethlehem, crederent videntes, q̃ Dominus elegisset locum illum ad immolandũ sibi, siue pro tũc, siue pro semper; & sic non suspicaretur, q̃ venisset Samuel ad aliquid aliud. *Et vocabis Isai ad victimam.* i. quando portaueris in Bethlehem vitulum, immolabis illum, & vocabis Isai ad victimam, ideſt, vt comedat tecum de victima.

Quare victimam offerre debebat Samuel, vt vocare posset Isai ad comedendum. Quæst. XII.

QVAERET aliquis, quæ victima erat ista, ad quam vocare poterat Samuel Isai, vt comederet cum eo. Respondendum est, quòd ista erat victima pacifica: erat enim triplex genus sacrificiorum, scilicet, Holocaustum, hostia pacifica, & hostia pro peccato: si autem fuisset hic holocaustũ, non potuisset Samuel vocare Isai ad victimam, vt comederet de illa, quia de Holocausto nihil proueniebat offerentibus, nec sacerdotibus, sed oẽs carnes cremabantur coram Deo, vt patet Leuit. cap. 1. sola autẽ pellis cedebat sacerdoti facienti sacrificium, vt patet Leuit. cap. 6. ideo non erat ibi aliquod conjunctũ, ad quod aliquis posset vocari. Non potest quæque intelligi de hostia pro peccato, quia de illa nihil proueniebat offerentibus: nam hostia, quæ erat pro peccato, interdum vocatur pro peccato, & interdũ pro delicto. Cum enim pro delicto est, tota cedit sacerdotibus, præter lumbos, cum cauda, & adipibus. Leuit. cap 6. Si autem esset pro peccato, quando erat pro peccato totius populi, vel summi sacerdotis cremabatur totum animal, cum pelle, carnibus, & fimo Leu. c. 4. Si autem esset pro peccato alicuius personarum, totum animal proueniebat sacerdotibus, præter adipes, qui cremabantur Leuit. cap. 6. & sic nunquam de sacrificio pro peccato proueniebat quicquam offerenti, ita, vt ipse posset comedere, & alij, quos inuitaret. Manet autem sola hostia pacifica, de qua potest comedere offerens, & alij, quos ipse voluerit. Vnde de ista hostia Deo soli adipes cedunt. Leuit. cap. 3. sacerdotibus autem pectusculum, & armus dexter Leuit. cap. 7. reliquæ autem carnes proueniebant offerentibus, & has comedebant ipsi coram Domino, scilicet, in sanctuario, cum filijs vxore, Seruo, Ancilla, Aduena, Peregrino, & Ieuita, & generaliter, cùm omnibus, quos ipse offerens vellet vocare ad prandium. De hoc Deut. cap. 12. & 16. Cum igitur Samuel immolaret vitulum in hostiam pacificam, poterat inuitare ad cibos illius Isai, vel quoscumque vellet, dum tamẽ essent mundi; & ob hoc Samuel dixit ad Isai, & filios suos, quòd sanctificarentur, scilicet, quòd purificarentur, vt essent apti ad comedendum de ista hostia pacifica.

Conuenienter vocatus est Isai ad victimam, vt occultaretur intentio eius. Quæst. XIII.

QVAERETVR vlterius, Quare Deus iussit, q̃ Samuel vocaret Isai ad victimam.

Respondendum, quòd hoc fuit ad celandum intentionem Samuelis, quia licet Samuel immolasset in Bethlehem, si postea vocasset Isai ad aliquid, vel cùm eo specialiter loqueretur, suspicarentur aliquid alij Bethlehemitæ: & sic semper maneret infestatio Samuelis, ad sciendum, ad quid venisset. Cùm autem Samuel vocasset ad victimam Isai, & filios eius, sciebant Bethlehemitæ, quòd cùm eo comesturus esset: & sic quamquam aliquid loquerentur eis secretè, nihil ad hoc aspicerent Bethlemitæ: & sic haberet locùm Samuel ad faciendum, quæ intendebat sine suspitione: & sic factum est, quia ibi ante prandium vnctus est Dauid in regem, vt patet infra. Sed aliquis dicet, quòd Samuel vocauit ad victimam Isai, scilicet, non vt comederet de victima, sed vt astaret immolationi, & reliquis cæremonijs sacrificij: & tunc nihil refert, an esset holocaustum, vel hostia pacifica, vel pro peccato, quia quicunque poterat astare.

Sed dicendum, q̃ non stat: quia hoc modo non solum vocasset Samuel Isai, sed etiam cæteros Bethlehemitas, immo etiam non vocati aduenirent ipsi ad cærimonias sacrificij propter deuotionem, & reuerentiam prophetæ. Item patet, quòd intelligatur de vocatione ad cibos, quia dixi infra, Samuel ad Isai: Mitte, & adhuc eum: non enim discumbemus plusquam ipse huc veniat, ergo pariter illa die sumebant cibos Samuel, & Isai, quod referendum est ad cibos de hostia pacifica oblata. *Et ego ostendam tibi quid facias.* scilicet, quando ibi fueris, & iam immolaueris victimam, ego ostendam tibi, qd facias, ideſt, quem vngas in regem: non dicitur hic quid facias quantum ad actum, sed quantum ad personam: quia cognouerat Samuel, quid facturus esset, scilicet, quòd vncturus esset aliquem in regem, non tamen nouerat, quis esset ille. *Et vnges, quem monstrauero tibi.* ideſt, vnges in regem illum, de quo ego dixero: nam Deus loquebatur sibi specialiter præsente quocunque filio Isai, an ille esset, quem volebat vngi.

Quare dixit vnges, quem monstrauero, Quæst. XIIII.

QVAERET aliquis, quare Deus dixit vnges, quem monstrauero tibi: quia manifestum est, quòd, cum Samuel non accepisset determinate à Deo, quem vncturus erat, nullum vngeret, nisi eũ, quem Deus monstraret.

Respondendum est, quòd hoc dictum est ad tollendum dubium, & ne vngeret Samuel alium, quàm eum, quem Deus volebat: cum enim nihil dixisset Deus Samueli de viro vngendo, & Isai haberet multos filios putaret Samuel, quòd primogenitus vngendus erat, & hunc vngeret. Hoc autem patet, quia in veteri Testamẽto primogeniti tam de lege communi, quàm de lege speciali præcellebant cæteros. De lege communi patet: nam apud omnes Hebræos erat lex, quòd primogenitus cuiuslibet tãtum haberet de successione paterna, quantum duo filij de alijs, vt patet Deu. cap. 21. De lege quoque speciali erat hoc, quòd summis sacerdotibus, si haberet summus sacerdos multos filios, non succederent omnes in summo sacerdotio, sed solus primogenitus Leui cap. 21. alij autem erant sacerdotes minores. Inter gentes quoque sic erat, quòd primogenitus succederet semper in honore Patris, siue in regno, siue in alio principatu, sic autem existimaret Samuel debere fieri inter filios Isai. Iussit ergo Deus, quòd Samuel vngeret illum, quem sibi mõstraret, vt non vngeret primogenitum. Hoc autem patet: quia cum præsentatus est Eliab primogenitus Isai Samueli, voluit eum vngere, & dixit: Num coram Domino est Christus eius? Deus autem dixit: Ne respicias vultum eius, nec altitudinem staturæ eius; quoniam abieci eum, nec iuxta intuitum hominis iudico. Ex quo apparet, quòd Samuel, vt homo iudicabat illum esse vngendum: Deus tamen veruit: debuit ergo admoneri, ne aliquem eligeret, nisi quem Deus ei demonstraret: ideo quando omnes septem filij Isai adducti sunt coram Samuele, & nullus eorum inuentus est, quem Deus eligeret, quamquam videretur Isai nullum alium filium habere: tamen nullum illorum voluit vngere Samuel, sed quæsiuit, an aliquem alium haberet Isai filium.

Quare Deus noluit distinctè ostendere Samueli, quem vncturus esset, & an fratres hoc sciuerint. Quæst. XV.

QVAERETVR vlterius, quare Deus non determinauit nunc Samueli quem vncturus

esset in regem, sed locutus fuit in distinctè.

Respondendum est, quòd hoc factum est, ad tollendam suspitionem, & indicandum, quòd à Deo hoc fieret. Si enim Deus dixisset Samueli, quòd vngeret Dauid, & ipse, nullo præmisso, vngeret eum in regem, crederetur hoc factum fuisse affectione quadam humana, & non iussu Dei: & sic cognati Dauid non multum confiderent regno eius. Item, quia forte fratres Dauid putantes hoc factum affectione humana, & non, quia Deus elegisset specialiter Dauid, emularentur ei, & niterentur surripere, vel violenter auferre principatum, tanquam nõ iuste acquisitum: vt ergo tollerentur hæc, voluit, Deus declarare quomodo specialiter eligeret Dauid: & hoc fuit, cum super singulos consuluisset Samuel Dominum, an eligeret eos. Et responsum est, quòd non: deinde, cum venisset Dauid de Agro, dixit Deus Samueli: Surge, & vnge eum: ipse est enim. Apparebat ergo manifestè, quòd Deus eligeret Dauid: & sic fratres eius non niterentur tollere ei principatum: sic fuit de Israelitis contra Aaron: quia quamquam Deus elegisset eum in summum sacerdotem, quia tamen non apparuit aliquod signum electionis diuinæ, putauerunt Israelitæ, q̃ Moyses fecisset hoc affectione carnali, tribuens principatum cognatis suis, ideo insurrexerunt aliqui de populo contra Aaron, vt acciperent summum sacerdotium, vt patet Num. cap. 16. Et quamquam ibi Deus acriter puniret illos, dixit quòd non cessarent ab hac insidia, quousque Deus daret aliquod signum, per quod pateret, quòd elegerat Aaron in summum sacerdotem. Et ad hoc dedit signum de virgula florente. Vnde dicitur Num. ca. 17. Quem ex his elegero germinabit virga eius, & cohibebo à me querimonias filiorũ Israel, quib⁹ cõtra me murmurant, quasi dicat, quod per istud signum manifestatiuum voluntatis diuinæ iam cessarent Israelitæ ab impugnatione Aaron, nec quisquam auderet insurgere contra eum, quia sciret, quod Deus cum elegerat: ita erat de Dauid, quamtum ad vnctionem suam, quia, si fratres eius putauissent illam vnctionem factam humana affectione, insurgerẽt contra eum, vt surriperent Regnum, quasi ad eos pertineret, eo quod maiores erant: vt ergo hoc non fieret, debuit manifestari nimis, quòd Deus illum eligebat per modum præcedentem, scilicet, quòd Propheta nesciret, quẽ vncturus erat, & cum p oẽs discurreret, reperiretur solus Dauid electus a Deo.

An debuit ista vnctio etiam fratribus occultari, Quæstio. XVI.

QVAERETVR vlterius, cum Deus voluerit occultari nimis istam vnctionem Dauid, ne peruenire ad notitiam Saulis, vel aliquorum de populo, an occultata fuerit patri, & fratribus Dauid. Aliquis respondebit, quòd occultari debuit, Prima rõ. quia, cum hic Dauid ad magnam dignitatem extolleretur, & esset minimus fratrum suorum alij inuiderent ei: vt ergo non inuiderent, debuit occultari. Sic patet de Ioseph, qui referebat somnia fratribus suis, in quibus significabatur eum futurum Dominum fratrum suorum, qui ob hoc inuiderũt ei vsque ad mortem, nec poterant quicquam pacifice loqui, sed decreuerunt eum occidere: & ad vltimum vendiderunt eum: Gen. 37. cap. Si tamen tacuisset somnia non fuissent suscitata inuidia. Debuit ergo hic subticeri, vel occultari vnctio Dauid Secunda ratio. fratribus suis. Item patet hoc exemplo Saulis, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

quando vnctus est in regē, nulli voluit significari, & quamquam cognati sui inquisiuissent quid ei accidisset, subticuit de sermone regni supra, cap. 10. hoc autem fuit, ne concitaret inuidiam contribulium suorum, contra se, vt ait Iosephus 6. Antiqui, quia in magnis prosperitatibus nemo amicus, & vsquequaque fidus est.

Respondendum est, quòd vnctio Dauid notificata fuit fratribus eius scilicet, quia ipsi sciebant, q̄ Samuel veniebat ad vngēdum aliquem de eis in regem. Quod patet, quia per ordinem applicuit eos coram Domino: & dixit de primò. Num coram Domino est Christus eius? ergo bene videret ibi Eliab, quòd Samuel volebat vngere eum, sed Deus abijciebat illum. Sic etiam de omnibus alijs fratribus eius factum est: ergo quilibet illorum sciebat, quòd veniebat Samuel ad vngendū aliquem in regem. Item patet, quia omnes fratres Dauid viderunt eum vngi, vt patet infra scilicet, tulit Samuel cornu olei, & vnxit eum in medio fratrum eius, ergo videbant fratres sui. Quòd autem pater eius cognouisset hanc vnctionem, apparet, quia Samuel faciebat, quòd Isai applicaret per ordinem filios suos coram eo, & cum applicuisset Eliab dixit Samuel: non elegit hunc Dominus, & applicuit secundum: & sic fecit de omnibus filijs: ergo Isai videbat, quòd Samuel vellet vngere aliquem de filijs eius in regē. Patet etiam, quia cum nullus de septem filijs acceptaretur à Deo, iussit Samuel vocari Dauid, qui erat in pascuis, dicens ad Isai: mitte, & adduc eum: non enim discumbemus priusquam ille huc veniat: ergo sciebat Isai quid vellet Samuel. Post hoc autem vnctus est Dauid inter fratres suos. Ergo etiam pater cognouit hoc.

Ad rationem primæ opin.

Respondendum est, ad rationem in contrarium, quòd quamquam Dauid vngeretur scientibus fratribus, & patre, non concitaretur inuidia, cum scirent hanc electionem à Deo esse, nec valet exemplum de Ioseph: quia fratres sui non putabant illa somnia esse à Deo, sed per arrogantiam, & superbiā Ioseph alioquin non tentassent eum occidere, cùm contra Dominum scirent se non prævalituros. Itē & fortius, quia fratres Ioseph inuidebāt ei, eo quòd ante hoc nemo erat eorum Dominus: nunc autem minimus eorum Dominari volebat illis. In Dauid autem fuit secus. Primò, quia ista vnctio cognoscebatur à fratribus suis esse à Deo, & ob hoc non inuiderent. Secundo, quia magis ex hoc lætari debebāt, cum ante hoc dominabatur eorum aliquis extraneus: nunc autem transiturus erat principatus in eos. Nam non solùm Dauid futurus erat Dominus fratrum suorum, sed magis Dominus totius populi: quod gratum erat fratribus suis, quia ex hoc magnus honor eis accrescebat. In Ioseph autem solùm significabatur, quòd esset dominaturus fratrib⁹ suis, & patri: in quo iugum erat, & non honor: ideo inuiderunt ei. Item ex hoc, quòd Dauid vngebatur in regem magnus honor, & vtilitas accrescebat fratribus, quia non solùm ipse principaturus erat, sed etiā omnes de cognatione sua extollerentur, ad maiorē dignitatem. Sic enim cum Samuel denunciaret Sauli, q̄ futurus esset rex, ait: cuius erunt optima quæque in Israel? nonne tibi, & omni Domui patris tui? supra, cap. 6.

Item fratres Dauid habebant iam regem, & semper habituri erant aliquem, qui dominaretur eis: præeligerēt ergo illum habere de genere suo, quàm de extraneis, & sic non inuiderent. Sic autem factum est: nam non inuiderunt fratres Dauid ei, sed potius eum dilexerunt, & adiuuerunt. Vnde cùm Saul incipceret persequi Dauid, & ipse fugisset in speluncam Odollam, dicitur, quod cum audiuissent fratres eius, & omnis domus patris eius, descenderunt ad eum illuc, & conuenerunt ad eum omnes, qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno, & amaro animo, & factus est princeps eorum infra. ca. 22. Ad secundum autem dicebatur de Saule, quòd noluit reuelare sermonem regni, timēs inuidiam. Dicendum quòd aliqui volunt, quòd non egerit timore inuidiæ, sed ex humilitate. Sed adhuc dicendum, quòd quamquam egisset hoc ex inuidia, non sequitur, quòd subticendum erat, quia cognati ei⁹ nō inuiderēt ei, sed ipse timuit vltra modū, quia homines maximè circa ista efficiuntur timidi. Aliter potest dici, quòd non erat simile de Saule, & de Dauid, quia cum Saul vnct⁹ est in regem, nullus rex præcesserat: sed ibi fiebat nouiter: solent autem nouitates odia parere, & inuidentiam: tempore autē vnctionis Dauid iam erat rex in Israel, & semper aliquis futurus erat, ideo quòd vngeretur Dauid in regem non erat nouitas, nec pareret odium: & sic non fuit inconueniens vnctionem illam patri, & fratribus notam esse.

Fecit ergo Samuel, sicut locutus est ei Dominus, scilicet, impleuit cornu suum oleo ad vngendum Dauid. *Venitque in Bethlehem*. Quia illuc iusserat Dominus ire eum, cum ibi habitaret pater Dauid. Erat autem nunc Samuel in Ramatha, quia ad ipsum locum venit, quando recessit à Saule, & ad eum redijt postquam vnxit Dauid, vt patet præced. cap. & infra, in littera. *Et admirati sunt seniores ciuitatis occurrentes ei.* scilicet occurrerunt ei, ad honorandum ipsum. Scientes enim, quòd veniret exierunt ei, obuiam, eo, quòd esset vir honoratissimus Samuel in toto populo, & paulo ante hoc ipse fuerat Dominus in toto Israel supra, cap. 7. deinde autem, vncto Saule in regem, adhuc ipse dominari videbat, quia quicquid ipse iubebat faciebat Saul: fuerunt autem admirati seniores de aduentu eius, quia nesciebant causam.

Quare valde mirati sunt seniores Bethelehem de aduentu Samuelis. Quæst. XVII.

QVAERET aliquis, cur admirati sunt seniores de aduentu Samuelis.

Respondendum est, quòd admirati sunt, eo, quòd iste erat magnus vir, & non consueuerat venire in vrbem Bethehem: nunc autem veniebat: ideo aliquid noui subortum erat. Item mirabantur, quia cum ipse esset præcipuus omnium virorum Israel, non posset venire in Bethlehem, sine causa. Et ista causa non erat nota eis: ideo obstupuerūt quid hoc esset, quia necesse erat, quòd esset aliquid arduum. Itē admirati sunt, quia, cum Samuel ēēt honoratissimus in toto populo, debebat sociari à multis: nūc autem veniebat solitarius: non ergo erat signum alicuius boni. Sic enim fuit de Dauid, cum fugit à facie Saulis ad Achimelech: nam dicitur, quod obstupuit Achimelech, quòd venisset Dauid, & dixit ei: Quare tu solus, & nullus est tecum? infra. cap. 21. Non est bonum signum. Item admirati sunt, quia aduentus iste Samuelis fuit festinatus, & incognitus eis: Cum enim tantus vir ad aliquem locum veniret: debuisset tota vrbs prænoscere aduentum eius, vt possent ei exire obuiam, nullus tamen hoc cognouit, & hoc erat eis peius signum, scilicet, quòd recessisset Samuel quasi fugiens, & ob hoc quæsierunt: Pacificus ne est ingressus tuus? ideſt

ideſt nunquid venis cum pace? decuit tamen, vt sic faceret Samuel, quia ipse volebat aduentum illum esse occultum, ne Saul sciret hoc, & occideret eū, vt patet supra. *Dixeruntque. Pacificus ne est ingressus tuus?* ideſt, nunquid venis cum pace? quod dupliciter intelligitur. Vno modo, quòd Samuel veniret ad denunciandum aliquod malum vrbi: & tunc nō erat pacificus ingressus eius: hoc autem quæsierūt senes, scilicet, si apportaret aliquod malum vrbi. Aliter autem intelligitur. s. q̄ senes, eo quòd viderūt Samuelem velociter venisse, & sine socijs viæ: putauerunt, q̄ fugeret à facie Saulis, quasi Saul vellet eū occidere, eo q̄ denunciauerat ei mala, scilicet auferendum esse regnum: vel quia increpuerat eum nimis. Et ob hoc quæsierunt, an cum pace veniret, vel mortem fugeret. *Et ait: Pacificus.* i. dixit, quòd cum pace veniebat, scilicet, quòd non fugiebat à facie Saulis, nec timor alicuius eum illuc deduxerat, sed causa pacifica, quam immediatè expressit. *Ad immolandum Domino venit.* ideſt non venio fugiens, sed ad immolandum: hoc autem pacificum est: seniores vero crediderunt ei, eo quòd erat vir propheta, & quia viderunt apparatum sacrificij, scilicet, quòd portaret vitulum in manu sua, nec admirati sunt, quòd vellet immolare in Betelehem: quia, cùm esset propheta, licebat ei immolare, vbi vellet. *Sanctificamini, & venite mecum, vt immolemus Domino.* i. parate vos ad sacrificium, & immolabimus.

Quos vocauit Samuel ad sacrificium. Quæst. XVIII.

QVAERET aliquis, quibus dixit, quòd sanctificarentur ad sacrificium. Aliquis dicet, quòd toti populo, quia omnes seniores vrbis occurrerūt ei, cùm quæsiuissent de ingressu suo, & ipse respondisset: ad immolandum Domino veni: ait sanctificamini, & venite mecum: ergo ad omnes seniores, qui occurrerant ei, loquebatur hæc. In contrarium dicetur, quòd solùm dicta sunt ista ad Isai, & filios suos. Q̄d patet immediate. s. sanctificauit ergo Isai, & filios eius, & vocauit eos ad sacrificium: alij igitur non fuerunt vocati.

Respondēdum est, quòd hic fuit duplex vocatio ad sacrificium: aliqui enim vocabātur ad sacrificiū, scilicet, vt adessent, quando fieret: alij autem vocati sunt ad illud. s. vt comederent de eo. Primum enim erat ad deuotionem: quia sacrificium erat præcipua cerimonia veteris Testamēti, quæ expressius signabat Deum: ideo q̄n aliqs offerebat alij veniebant, vt adorarent ei, & laudarent Dominum. Hoc modo omnes seniores vrbis Bethelehem vocati sunt ad sacrificium, & de hoc intelligitur, quod hic dicitur. s. sanctificamini, & venite mecum. Alia erat vocatio ad sacrificium, scilicet, ad comedēdum de illo, quia cū istud esset sacrificium pacificum, plures, partes eius proueniebant offerenti, ad quas ipse poterat inuitare, quos vellet. Et sic fecit Samuel in Isai, & filijs eius: qui inuitauit eos ad cibū, vt ibi haberet opportunitatem faciendi, quod volebat. Non fuerunt autem hoc modo vocati aliqui de populo, præter Isai, & filios eius: quia ibi iungendus erat vnus de eis, sed hoc volebat Samuel esse occultum: ideo nemo debuit de alienis interesse, & de hoc intelligitur, quod habet infra. s. sanctificauit ergo Isai, & filios eius, & vocauit eos ad sacrificium, scilicet, eos solum: hoc autem patet: quia in prima, dicitur: venite mecum, vt immolemus Domino, & sic solum inuitauit eos ad immolandum, & nō ad comedendum de immolato. De Isai autem, & filijs eius secus erat, quia ad

vtrumque uocati sunt. *Sanctificauit ergo Isai, & filios eius.* i. iussit eis, quòd sanctificarentur: nam ipse non poterat eos sanctificare: sic etiam dicitur Exo. cap. 19. sanctifica eos in diem tertiū ideſt, iube eis, quòd sanctificentur.

Qua sanctificatione Samuel sanctificauit Isai, & filios eius. Quæstio. XIX.

QVAERET aliquis, quæ sanctificatio erat ista. Respondendum, q̄ cum Isai, & filij sui comesturi essent de cibis sanctificatis, oportebat, q̄ essent mundi, alioquin incurrerent magnam penam: quia qui immundi comederent de sanctificatis perituri erant coram Domino Leui. cap: 22. debebant ergo mundari ab omnibus immundicijs si quas incurrerant. Sunt enim quædam immundicię naturaliter euenientes, vt esse leprosum, & fluentem semine: & isti erant immundi toto tempore, quo manebāt in hac immundicia. Aliæ autem erant immundiciæ legales per contactum, ut siquis comederet carnes vetitas, vel tangeret morticina eorum, vel vestes, aut suppellectilia tacta ex his: de quibus Leui. c. 11. Erat etiā immundicia, siquis tetigisset hoīs impuritatē, vel reptile, aut per se mortuum, vel occisum à bestia, & similia, de quibus Leui. ca. 5. & 20. Erat etiam immundicia, si quis tetigisset hominem mortuum, vel ea, quæ erant in tabernaculo eius Nume. c. 19. sic etiam, siquis tetigisset mulierem menstruatā, vel res illius: & virum fluentem semine, vel res illius Num. c. 15. sic etiam siquis tangeret leprosos, vel res leprosorum: aut introiret in domum, quæ de lepra suspecta est Leui. c. 14. similes autem modi sunt alij: siquā autem harum immundiciarum quis pateretur, non poterat accedere ad sanctuarium, nec ad aliquam rem sacram, aut comedere de sanctificatis, alioquin moreret, vt patet Leui. c. 15. s. docebitis filios Israel vt caueant immundiciam, & non moriantur in sordibus suis: cum polluerint tabernaculum meum, q̄d est inter eos Quancumque ergo harum immundiciarum paterentur Isai, & filij sui, vel aliquis eorum, debebant purificari, vt comederent de sacrificio. Dicendum tamen, q̄ ipsi non habebant aliquā immūdiciam de naturalibus, vt esse leprosum, vel fluentē semine, quia iste immūdiciæ tandiu durant, quādiu manent ægritudines: Samuel aūt non poterat expectare diutinam, & incertam purificationē eorum, si aliquid tale paterentur. Item, quia si haberent aliquam illarum immundiciarum, non manerent in vrbe, sed extra, quia omnes leprosi, & fluentes semine eijciebantur de castris Num. cap. 5. erant tamen Isai, & filij sui in vrbe, vt patet hic. Item non habebāt immundiciam, quę contrahitur super mortuo, quia ista reddit hominem immūdum. 7. diebus Nume. cap. 19. & facit, quòd moretur extra castra Nume. cap. 5. Isai tamen, & filij sui erant in vrbe: poterant autem habere aliquam de immundicijs alijs, q̄ leuiter tolluntur, scilicet, vsque ad solis occasum, & in his per aspersionem aquæ lustrationis, vel per lotionem in aquis viuentibus, fieret puritas. Potissime autē sanctificauit Samuel Isai, & filios suos. i. iussit, q̄ essent sanctificati, vetans accedere ad vxores suas: Nam cum omnes immundiciæ prohibentur in his, qui accedere debent ad Deum, & comedere de sanctificatis: nulla magis prohibetur, quàm accedere ad vxorem: vnde cùm Deus daturus esset legem, dixit Israelitis, ne tangerent vxores suas, vt patet Exo. cap. 19. scilicet estote parati in diem tertiū, ne appropinquetis vxoribus vestris. Item cùm Dauid peteret ab Achimelech panem sanctum, quem

Universidad de Deusto
Biblioteca

non licebat comedere alicui, nisi mundo. Respõdit F sacerdos, si mundi sunt pueri maximè à mulieribus, manducēt infra. 21. ca. ergo contaminatio ex coitu erat, quæ maximè vetabatur in accedentibus ad res sacras, & cùm Samuel non immolaturus esset ipsa die, qua venit in Bethleem, sed sequēti: iuberet Isai, & filijs suis, ꝙ ipsa nocte non accederent ad vxores suas, & hoc erat sanctificari.

An seniores sanctificati fuerint. Quæst. XX.

Sanctificatio multipliciter accipitur.

QVAERET aliquis, an alijs seniores de populo sanctificati fuerunt. i. purificati ab immundicijs. Aliquis dicet, ꝙ non oportebat, quia soli filij Isai cum patre suo comesturi erant de sanctificatis, G ideo ad eos solùm pertinebat immundiciam expiari. Respondendum est, ꝙ non purificati fuerint alij de populo, saltem non erat necesse, ꝙ purificarentur, quia nulla causa suberat ad hoc. Sed obiiciet aliquis: quia supra dixit Samuel ad omnes seniores: sanctificamini, & venite mecum: ergo ad omnes pertinebat purificatio. Respondendum, ꝙ sanctificatio aliquādo accipitur pro applicatione, & sic dicitur: sanctifica mihi omne masculum, quod aperit vuluam. i. applica ad me Exo cap. 13. aliquando autem accipitur ꝓ purificatione, & sic dicitur: sancti estote, quia ego sanctus sum. i. mundificamini, quia ego sum mūdus: aliquando accipitur pro apparatione ad aliqd faciendum, & sic accipitur Exo. c. 19. cùm enim Deꝰ H dixisset: sanctifica eos in diem tertiū, dixit Moyses, estote parati in diem tertiùm, quasi nihil aliud esset sanctificare, quàm parare. Aliquādo autem accipit sanctificare. i. denunciare, & sic dicitur Iohel. cap. 3. sanctificate bellum. i. denunciate: sic etiam dicitur de quibusdam prophetis per Micheam. c. 3. hæc dicit Dominus super prophetas, qui seducunt populum meum, qui mordent dentibus suis, & prædicāt pacem, &, si quis nō dederit in ore eorum quippiam sanctificans super eum prælium. i. denuncians prælium venturum super illum: hic autem accipitur sanctificare. i. parare. s. sanctificamini, & venite mecum. i. estote parati ad sacrificium, non tamen iussit, ꝙ purificarentur. Sed adhuc obijcietur, ꝙ dato, ꝙ non I comesturi essent seniores de sacrificio, sed solū ituri ad illud, purificandi erant, quicumque introiret in sanctuarium immundus, moreretur Leui. c. 15. Respondēdum, ꝙ si seniores ituri essent ad sanctuariū, vt viderent sacrificia, purificandi erant. In Bethlehē tamen non erat sanctuarium Domini, sed in vrbe Nobe vt patet infra. 21. c. ideo quamquam irent seniores ad videndum sacrificia, non introirent in sanctuarium, & consequenter non essent in culpa propter immundiciam, nisi forte cōtingere vellent aliquid sanctificatum: nō ergo erat in eis necessitas purificationis. Hoc autem satis innuitur ex litera: quia cùm dictum fuisset hic ad omnes seniores, sanctificamini: non dicitur tamen, ꝙ sanctificauerit eos Sa- K muel, sed de Isai, & filijs eius dicitur, ꝙ sanctificauit eos: ideo ipsi soli fuerunt, qui sanctificati sunt. i. purificati. *Et vocauit eos ad sacrificium.* i. ad comedēdum de sacrificio: quantum ad hoc autem erat speciale in Isai, & filijs eius, quia cęteri de populo vocati sunt ad videndum sacrificium, sed non ad comedēdum. Quòd autē Samuel comederit cum Isai, & filijs eiꝰ, patet: quia infra dixit Samuel ad Isai: mitte adhuc eum, non enim discumbemus priusquā ille veniat: ergo discumbere volebant, & discubuerunt.

Cumque ingressi essent. Hic ponitur secundùm. s. ꝙ Dauid inter fratres suos vngitur: & dicitur. cumque ingressi essent, scilicet in domum illam, in qua discubituri erant: hoc enim erat expleto sacrificio: nā sacrificium fiebat in loco publico: ibi autem non tē taret Samuel vngere Dauid, cùm vellet hoc omnibus occultari. Cum tamen ingressus est, dicitur, ꝙ incepit cærimonias vnctionis, vt patet immediate: & dixit de Eliab: num coram Domino est Christus eius? ergo non erat iste locus, in quo immolabatur, quia ille communis erat: sed in quo pransuri erant, quia iste erat locus specialis in Domo Isai, vbi secrete fieri poterat. quod volebat Samuel. *Vidit Eliab.* Iste erat primogenitus Isai, vt patet seq. c. & 1. Paralipo. c. 2. ideo iste primò præsentatus est Samueli, vt videret si Deus elegisset eum.

Quis ordo fuit in videndo, quem Deus elegisset de filiis Isai. Quæstio. XXI.

QVAERET aliquis, quis ordo erat in hoc. Respondendum, ꝙ Samuel indicauerat Isai, ꝙ Deꝰ iusserat, ꝙ vngeret vnum de filijs eius in regem, non tamen designauerat eum, sed tunc iudicaturus erat: ideo ꝙ pśentaret ei filios suos per successionem, vt videret quem eorum elegisset Dominus. Hoc autem apparet, quia cū repulisset Deus Eliab dicitur, quòd Isai vocauit Abinadab, & sic sciebat ipse id, quod fiebat: alioquin nullum vocaret. Erat autem modus, quòd separaretur Samuel in partem vnam, & ibi præsentaretur vnus de filijs Isai: de quo mox quærebat, an ille esset Christus Domini, & cū ille repelleretur, veniebat alius, qui succedebat ei secundùm ordinem natiuitatis, & sic vsque ad finem omnium. Quod patet, quia hic primò vocatus fuit Eliab, secundò Aminadab, tertiò Samma, vt patet hic. & iste erat ordo natiuitatis eorum, vt patet seq. cap scilicet, hæc nomina trium filiorum eius, qui perrexerant ad bellum: Eliab primogenitus eius, & secundus Abinadab, tertiusque Samma. Ad vltimum autem, cùm nullus superesset de fratribus, Da uid vnctus est, præsentibus oībus illis, vt patet infra. s. tulit Samuel cornu olei, & vnxit eum in medio fratrum suorum.

Quare Samuel processit in his secundum ordinem ætatis. Quæstio. XXII.

QVAERET aliquis, quare incepit Samuel ab Eliab. Respondendum, ꝙ hoc fuit propter duo: primò propter ætatem, quia ipse erat primogenitus Isai. Honor autem quidam debetur homini propter solam ętatem, sicut senes tenemur reuereri, vt patet Leui. cap. 19. Coram capite cano surge, & honora personam senis. Arist. quoque. 9. Ethi. cùm distinguit honores, ad quos singuli tenemur, dicit, quòd tenemur senibus ad quendam honorē propter ætatem, & hoc modo fratres minores tenētur maiori ad quēdam honorem, & sicut est de omnibus fratribus respectu primogeniti, ita est de cęteris inter se secundum habitudinem ætatis, ideo non solùm samuel inquisiuit primò de Eliab, qui erat primogenitus, an esset Christus Domini: sed & de omnibus alijs secundùm ordinem ætatis: quòd patet in tribus, scilicet Eliab, Abinadab, Samma, qui istum quoque ordinem natiuitatis habebant, vt patet seq. cap. De primogenito autem adhuc rationabilius erat, ꝙ primo quæreretur, quia ad illum pertinebat honor, & principatus, atque maioritas in facultatibus, & successione paterna. Sic patet de Rubē Gen. 49. c. cū dixit Iacob: Rubē primogenitꝰ meꝰ tu fortitudo mea, & principiū doloris mei: prior in donis, maior in īperio. i. prior in donis, quātū ad successionem hæreditatis: maior in imperio, quantū ad principatum: vnde credidit Samuel, ꝙ Eliab vngendus erat. Secundùm fuit proceritas, & habitudo corporis: nam ex hoc videbatur dignus regno: & ob hoc tanquam ad certissime regnaturum primo recurrit, & quia ad ista respiciebat Samuel dixit ei Deus: ne respicias vultum eius, nec altitudinem staturæ eius: quoniam abieci eum: nec iuxta intuitum hominis iudico. *Et ait; num coram domino est Christus eius?* idest nunquid iste, qui est præsentatus coram domino, est Christus eius? idest ille, quem vult ipse vngi. Hoc dicebat Samuel, quia nesciebat, quē Deus elegisset: & petebat ab eo sic certificari. Dixit autē: num coram domino, quia locꝰ, in quo erat Samuel cum Eliab dicebatur esse coram domino. Aliquis B dicet ex hoc, ꝙ Samuel, & Eliab essent tunc coram altari, quia in altari dicitur esse dominus spiritualiter, & ea, quæ sunt coram altari, dicuntur fieri corā domino. Dicendum, ꝙ non erat coram altari, quia erant in domo Isai, vbi pransuri erant in loco secreto. Altare autem erat in loco publico, ad quem omnes conueniebant. Sed dicendum, ꝙ quamquam essent in domo Isai, dicebantur esse coram domino, eo ꝙ, quandocumque aliqui conueniunt ad faciendum aliquid, quod pertinet ad Deum, dicuntur esse corā domino, & Deus est inter illos: sic patet Matth. 18. c. s. quando fuerint duo, vel tres cōgregati in nomine meo, in medio eorum sum. *Et dixit dominus ad Samuelem.* Respondit ei, ꝙ non erat eligendus Eliab. C

Quomodo locutus est Samuel ad dominum, & ab eo responsum accepit quem esset vncturus in regem de filijs Isai. Quæstio. XXIII.

QVAERET aliquis quomodo loquebatur hic Samuel ad dominum, & quomodo ei respondebat. Dicendum ꝙ Samuel non poterat loqui ad dominum, nisi in oratione, quia quandocumque Prophetæ volebant, vt Deus aliquid responderet, orabāt, vt loqueretur eis, & tūc Deus immediate rīdebat, vel post aliquos dies: sic fuit de Ieremia, qui quæ fiuit à domino, an deberent descendere Israelitæ in AEgyptum: & respondit ei dominus post decē dies, D vt patet Iere. 42. c. Sic Samuel orabat hic dominum. s. ꝙ quādo præsentabatur ei aliquis de filijs Isai, orabat, vt indicaret, an ille esset, quē eligeret: sicut Apostoli, quando voluerunt assumere vnum, qui deerat de numero Apostolorum, orantes dixerunt: tu domine, qui nosti corda omnium, ostende quem elegeris ex his duobus vnum accipere locum ministerij huius: Actuum c. 1. ita Samuel orabat, vt Deus indicaret, an elegisset illū, qui præsens erat, & dicebat: Num coram domino est Christus eius? Deus autem respondere poterat multipliciter. Vno modo per somnia, sicut consueuit loqui Prophetis. Num. 12. c. Alio modo, ꝙ responderet aliquis Angelus in figura assumpta; sicut factum est ad Iosue, vt patet Iosue E c. 5. & ad Gedeonem: Iudi. c. 6. Alio modo, ꝙ aliquis Angelus sine aliqua figura assumpta loqueretur, & non videretur, quis loquebatur: sic factum est in datione legis Deut. c. 4. & fiebat cōiter in columna nubis ad ostiū tabernaculi, vt patet Nu. c. 12. Alio modo poterat respōdere, mouendo solùm intelligit in vigilia, sine aliqua apparitione, & voce exteriori, & sine mutatione phantasiæ: sic fiebat in Balaā: Nu. c. 24. & in Elisęo infra 4. li. c. 5. Non poterat autē Samuel quolibet istorum mōrum accipere respōsum a Deo: nam non poterat per immutationem phantasiæ in somnijs responderi ei, quia ipse nō dormiebat tunc, quod pertinet ad primum modum. Nec etiam respondebatur secūdo modo. s. vt aliquis Angelus in effigie humana appareret, & responderet, quia tunc videretur ille non solùm à Samuele, sed etiam à quocunque de filijs Isai, qui astaret ei, quod non est satis conueniens, quia Deus non volebat se sub hac forma cuilibet indicare: nam ob hoc iubebatur, ꝙ summus sacerdos, quando introibat in sancta sanctorum, portaret secum thymiamata emittētia fumum crassum, ne videre posset id, quod erat super propitiatorium, vt patet Leui. 16. c. & hoc pertinet ad secundum modum: manēt ergo alij duo modi. s. ꝙ loqueretur ei aliquis Angelus, non apparēte aliqua figura assumpta, vel ꝙ ista fierent per solam immutationē intellectus nulla voce existente. Vtrū que autem satis est rationabile. Sed potius videtur dicendum, ꝙ Samuel oraret in voce, dicens: Num coram domino est Christus eius? & Angelus responderet ei, ꝙ Deus non eligebat illum, & audirentur iste voces à quolibet de filijs Isai, qui astarent. Quod patet: quia supra dicebamus, ꝙ Deus noluit indicare Samueli, quem vncturus esset, vt magis declararetur, ꝙ ista fierent opere Dei, & non volūtate Samuelis: si tñ Samuel in corde suo oraret, nihil loquens, & Deus responderet ei solùm immutando cor eiꝰ, nihil constaret filijs Isai, qui astarēt, an hoc fieret voluntate Dei, vel fictione quadam Samuelis, quia nihil videbant, per quod ad credendum hoc mouerētur. Si autem dicatur, ꝙ Samuel orabat in voce, & quilibet de filijs Isai astaret, ipsi enim audirent, quid ipse orabat, & quid Angelus respondebat, & cognoscerent, ꝙ à Deo reprobabātur, & quomodo postea eligebatur. Quod: & sic plenè certificati essent de voluntate Dei. Sed in hoc licet concedamus, ꝙ cognitio responsionis Dei circa quemlibet perueniebat ad omnes filios Isai, magis est credendum, ꝙ illi nō erant præsentes, sed solūs Isai pater eorum cum Samuele, & præsentabat singulos filios successiuè, & ei dicebat: Samuel non elegit Deus hunc, & hoc audiebat ille, qui præsentatus erat, ꝙ non erat electus, & sic quilibet de se cognoscebat, & Isai de omnibus. Et hoc infra sequemur, quod magis cōuenit litere. *Ne respicias vultum eius.* Dixit hoc dominus de Eliab, quia erat pulcher, & statura ꝓcerus, & volebat eum Samuel vngere.

Quare Deus dixit Samueli, quod non respiceret ad vultum, & altitudinem staturæ Eliab. Quæstio XXIV.

QVAERET aliquis quare dictum est hic, qđ non respiceret Samuel vultū, & altitudinem staturæ in Eliab, ꝙ de nullo alio dictum est in filijs Isai. Respondendum est, secundum quosdam, quòd ista verba deferuntur ad Saulem: dicunt enim, ꝙ qñ Samuel præcepit sibi præsentari Eliab, cogitabat de Saule; quomodo Deus abiecerat eum, & orabat ne penitus abijceret, quia erat dignus regno, cum esset decori vultus, & proceræ staturę. Deus autem dixit: ne respicias vultum eius, nec altitudinem staturę, idest, quamquam iste habeat, non est dignius regno, nec pro his curandum est. Sed hoc nimis est alienum, scilicet, ꝙ Samuel aliquid putaret de Saule, vel oraret pro eo, quia iam Deus increpuerat illum, dicens; vsquequo tu luges Saulem, cum ego proiecerim eum? nimis ergo nunc peccaret, si adhuc oraret pro eo. Item hoc nullo modo adaptatur, quia Samuel habebat coram se Eliab, & quæsiuit pro eo: Num coram domino est Christus eius? esset ergo val de impertinens responsio Dei, si diceret: ne respicias vultum eius, idest Saulis. Sed dicendum, quòd intelligitur de Eliab: erat enim pulcher vultu, & statu-

ra præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ra præclarus: ob hoc autem Samuel putabat, quòd Deus eum acceptasset, & sic putabat nimis ponderare ad vnctionem hanc pulchritudinem, & altitudinem Eliab. Inducebatur autem ad hoc, quia Saul, quem Deus prius in regem elegerat, erat corpore excellens super omnes Israelitas, vt patet supra ca. 9. s. ab humero, & sursum eminebat super omnem populum. Et quamquam iste decor corporis, & aptitudo nihil faceret ad electionem Dei, Samuel putabat, quod multum faciebant: & sic cum Saul in electione sua stans in medio populi, fuit altior vniuerso populo ab humero, & sursum, dixit Samuel. Certè videtis quem elegerit dominus, quoniam nō est similis ei in omni populo. supra c. 10. Et quia nimis ponderabat Samuel decorē, & staturam Eliab, & determinatus erat ad vngendum eum, quasi Deus hoc vellet, dixit ei. Ne respicias vultum eius, &c. idest non respicias ad vultum, quasi ego eum eligere debeam propter vultum. *Nec altitudinem staturæ eius.* In vtroque excellebat Eliab cęteros fratres. s. in magnitudine corporis, & decore, quæ sunt duo signa probitatis cuiusdam, licet non sufficienter probēt: vnde dictum est: Spēs Priami digna est imperio, idest pulchritudo, vt ait Porphyrius. *Quoniam abieci eum,* idest ego habeo eum, tanquam despectum, nec dignor illum esse regem.

Quare Deus abiecit Heliab. Quæstio. XXV.

QVAERET aliquis quare Deus abiecit Eliab? Respondet Nicolaus, & Hebræi, ꝙ hoc factum est, quia Eliab erat superbus corde, & iracundus, quod patet ex eo, quod dicitur seq. c. s. quod iratus est contra Dauid, & increpuit eum dure, dicens: Ego cognoui superbiam tuam, & nequitiam cordis tui, quia, vt videres prelium descendisti, & tamen Dauid nihil mali meruerat. Aliter dici potest, quòd Eliab abiectus erat à Deo, quia commisserat aliqua grauia, illa tamen non sunt scripta: sufficit enim, ꝙ Deus illum abiecerit. Aliter responderi potest, & melius, quòd Deus abiecit Eliab, etiam si nihil peccasset: quia abiectio nostra, vel sublimatio à Deo disponitur, non præcedente aliquo merito, vel demerito nostro. Deus enim ab æterno de quolibet disponit, quantum velit eum extolli, vel deprimi, & quosdam præparat ad magna bona, alios verò disponit, vt semper sint in magna calamitate. Hoc autem cum ab æterno fiat, non habet merita nostra, vel demerita tāquam causas, quia ante æternum nihil est, sed Deꝰ ex liberalitate sua quem vult ad magna disponit, & quem extollere non vult, in magnis relinquit calamitatibus, eo ꝙ potestatem habet de nobis, qui sumus figmentum suum, disponere, vt voluerit: quia potestatem habet figulus ex eadem massa facere vnum vas in honorem, & aliud in contumeliam. Ita vt patet ibidem ad Roma. ca. 9. Hæc aũt ex benignitate sua, & libertate, quia cui vult misereatur, & quē vult indurat ibidē, & Exod. 33. Quod autē Deus ab æterno quosdam disposuerit ad calamitates, vt illas tolerent, patet in Pharaone, cui dixit Deus Exod. c. 9. & ad Roman. 9. in hoc ipsum excitaui te, vt ostendam in te virtutem meam, & vt annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Quod verò Deus homines quosdam ab æterno sine meritis ad bona disposuit, aliòs verò sine demeritis ad duras præparauit calamitates, patet Malac. c. 1. & ad Roman. cap. 9 Dilexi vos, & dixistis, in quo dilexisti nos: nonne frater erat Esau, Iacob, & dilexi Iacob, Esau autem odio habui, & posui montes eiꝰ in solitudine, & hæreditates eius in dracones deserti? Quod autem hæc fierent sine meritis, patet: quia ad Roman. ca 9 dicitur, quòd antequam quicquam boni, vel mali facerent, hoc erat. Sic igitur de Eliab, quòd Deus ab æterno abiecit eum, idest non disposuit ad aliqua magna bona, vt ad principatum regalem, sed, vt esset tamquam abiectus, & hoc etiam si non præcessissent iniquitates aliquæ Eliab. De Dauid autem è cōtrario erat, quia Deus ab æterno disposuerat eum ad principatū regalem, etiam si non præcessissent aliqua merita eius. *Nec iuxta intuitum hominis iudico,* idest quamquam tibi videatur iste dignus ad principatum, quia iudicas secundum intuitum hominis, idest secundum, quòd homo intueri potest, vel cognoscere de aliquo: mihi tamen non videtur iste dignus principatu, quia aliter iudico, & declaratur immediate differentia huius iudicij, scilicet *Homo enim videt ea, quæ apparent,* idest homo solùm iudicat de his, quæ apparent, quia illa solùm potest contemplari. *Deus autem intuetur cor,* idest Deus etiam videt ea, quæ sunt in corde: ideo potest melius iudicare: ad eum enim solum pertinet corda nostra cognoscere, sic dicitur Psalm. 7. Scrutans corda, & renes Deus.

Quē Deus vult extollit, extollit, & quē deprimi, deprimit, nulla cā præcedente, & hoc ab æterno.

Quæ differentia sit inter iudicium humanum, & diuinum: & quomodo iudicium humanum errat.
Quæstio 26.

QVAERET aliquis de differentia iudicij humani, & diuini, & quomodo iudicium humanum errat. Respondendum, quòd quando de aliquo iudicatur, quæritur an ille bonus, vel malus sit: esse autem bonum, vel malum non est aliqua conditio corporis: sed est quædam qualitas animi, scilicet habere vel bonos, vel malos habitus, prauas, aut rectas affectiones: qui autem rem perfecte cognoscere vult, debet eam cognoscere per seipsam: sicut qui de albedine iudicat, videt eam per seipsam, & tunc perfectè de ea diffiniet: si autem albedinem per se nō videret, sed in aliquo signo, vel simili ei demōstraretur, ambiguum esset iudicium. Ita est de iudicio Dei, & humano, quia, cum bonitas, vel malitia nostra sit in corde, & Deus clarissimè intueatur cor, iudicabit sine errore, quis malus, vel bonus sit, sicut, si coram aliquo prosperitatis visus albus homo constiterit, impossibile, quòd erret in iudicando eum album. Hoc autem viatori non datur, quòd contempletur cor alterius, quia istud pertinet ad dotes beatorum, sed iudicamus per quædam signa, ideo iudicium nostrum ambiguum est, & ista sunt, quæ nos videmus, idest quæ exterius cernuntur, & sunt tria, scilicet dispositio corporis, verbum, & actus. Primò enim per corporis dispositionē iudicamus: sunt n. quidam homines vultus valde reuerendi, & modesti aspectus, quos naturaliter ad virtutem genitos iudicamus. Alij enim sunt ita peruersi aspectus, quòd ipsa eorum habitudo iudicat à nullo sibi communicandum fore, & quantum ad hoc homines pulchros, & bonæ dispositionis corporalis iudicamus ad virtutem aptos, & ad opera intellectus: vnde ex hoc Arist. distinguit euechiuos, & catechiuos. In hoc autem multoties verum reperitur, eo quòd dispositio corporis, dispositionem animæ prodit iuxta Arist. in libro Physonomiæ: & cum ad virtutem, secundum habitudinem corporis iudicemus maxime ad principatus iustificādum erit, quoniam in principatu requiritur homo reuerendus: magnitudo autem corporis, & decor quandam reuerentiam promerentur, ideo illi, qui huiusmodi sunt, ad principatum sunt conuenientes: & ob hoc Samuel videns

videns magnitudinem Eliab, & decorem eius, iudicauit eum esse vngendum, errauit tamen in signo. Secundum per quod iudicamus est verbum: nam per verbum humana affectio iudicatur: sunt enim ea, quæ sunt in voce earum, quæ sunt in anima, passionum notæ, iuxta Arist. 1. Periher. ideo, si mentiri nolimus, per verba nostra cognoscetur qualem animum geramus, quia ex abundantia cordis os loquitur Luc ca. 6. & qualis vnusquisque est, talia dicit, & operatur 2. Ethi. est, tamen istud signum fallax, quia qui mali sunt bonorum verba loquuntur, & facile hoc habent: si tamen ex studio agant, ideo in moralibus parum verbis creditur, sed magis operationibus 10. Ethic. interdum, tamen verba verā habitudinem animi iudicant: & hoc, cùm quis non ex studio loquitur, sed non aduertens, quia tunc qui turpis est, turpia loquetur, & qui commessator, vel libidinosus de libidine, & crapula dicet: eo, quòd ex abundantia cordis os loquitur, istud tamen signum multoties fallax est, nec est aliquod minoris firmitatis. Tertium signum est actus, & istud est magis certificatiuum, quàm cętera, quia qui malum habitum habet, non potest per illum bene operari, & qui bonum habitum gerit, non potest peruersam principiari operationem, nisi quis ex studio agat, & propter finem: nam tūc qui malus est, potest bonorum imitari actus: grauissimum tamen est, quia illi, qui mali sunt, difficulter operantur bonum recedentes à delectationibus, qui maximè sitiunt, & adhærentes operibus bonis, quæ dura sunt, & tristia illis: triste tamen nemo diu tolerat, quia etiam ipsum bonum, idest felicitatē fugeremus, si triste esset 8. Ethi. Est autem contra naturam malorum bene agere, & ob hoc paruo tempore manere possunt in bono, etiam dato studio ad hoc, quia nullum violentum est perpetuum iuxta Arist. & sic isti, qui mali sunt, & bonos se esse fingunt, non possunt diu latere, quia nequeunt tolerare operationes bonas, & ipse iniquus habitus, qui eis insitus est, reducet eos, quasi violenter ad operationes proprias. Ob hoc igitur, quāquam signa cognoscendi bonitatem hominis deficiant, nullum tamen est firmius, quàm per actus iudicare, ideo Christus dedit nobis signum cognoscendi Matth. c. 7. s. A fructibus eorum cognoscetis eos: nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic etiam Luc. ca. 6 dicitur: Vnaqueque arbor de fructu suo cognoscitur: nec enim de spinis colligunt ficus, nec de rubo vindemiant vuam. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, & malus homo de malo thesauro cordis sui, profert malum: ex abundantia enim cordis os loquitur. Sed dicet aliquis cum Christus dederit istum modum cognoscendi bonitatem, vel iniquitatem viri, quomodo dixit, quòd iudicium hominis est fallax? cū per operationem interdum iudicemus? Respondēdum est, quòd Christus dedit illum modum cognoscendi, non, quòd certissimus esset, sed secundum materiam subiectam erat optimus: nam non reperitur alius modus cognoscēdi certior inter modos humanos. Quomodocunque ergo homo iudicet, falli potest, quia iudicat secundum ea, quæ patent. Dei autem iudicium certissimum est, quia Deꝰ intuetur cor. *Et vocatur Isai Abinadab.* Sub intelligendum est, quòd cū Samuel audierit, quòd Deus abiecerat Eliab, dixit Isai, quòd adduceret sibi alium de filijs, quia istum non elegerat dominus, & quia alij filij aberāt à loco ipso, vocabat quemlibet eorū Isai; nunc autem vocauit Abinadab, quia iste erat secundus filius eius, vt patet seq. c. *Et adduxit eum coram Samuele.* s. ad locum, in quo ipse erat cum Eliab, quia non aderant omnes filij Samueli, cum hæc faceret, sed accedebant per ordinem suum, iubente patre. *Qui dixit, nec hunc elegit dominus.* Hoc dixit Samuel. Nō est autem intelligendum, quòd mox, vt præsentatus est ei Abinadab, diceret hoc, sed replicauit super eū ea, quæ fecerat super Eliab, dicens: Num coram domino est Christus eius: Et responsum est, quòd non. Tunc Samuel dixit Isai, quòd etiam non elegerat hunc. *Adduxit itaque Samma.* Iste erat tertius, secundum ordinem natiuitatis, & isti tres fratres erāt bellicosi, & sequebantur castra Saulis, vt patet seque. c. *De quo ait,* scilicet Samuel. *Etiam hunc non elegit dominus.* Subintelligendo ea, quæ facta sunt in alijs, scilicet, quòd Samuel orauerit, an iste esset: & respōsum fuerit, quòd non. *Adduxit itaque Isai septem filios suos, coram Samuele,* scilicet sicut fecit de istis tribus, ita de omnibus septem egit, & nullum illorum Deus elegit. Non est autem intelligendum, quod omnes, & filios suos simul duxerit, quia istos tres superiores successiuè constituit coram Samuele, & isti erant de septem. De alijs quoque quatuor, eodem modo intelligendum est, quòd non fuerint ducti simul, sed successiuè, secundum ordinem natiuitatis: nam si simul adducerentur, & aliquem eorum Deus eligeret, non posset cognosci quis ille esset: scriptura tamen simul illos posuit, ne cogatur de quolibet dicere: ordinem tñ oīum ex tribus superioribus iudicat.

Cum septem filij Isai adducti fuerint ante Samuel, an inter eos computetur Dauid. Quæstio XXVII.

QVAERET aliquis, an cum nominantur hic septem filij Isai, intelligatur in eis Dauid. Aliquis respondebit, quòd sic, quia septem solum erant filij Isai, & duæ Filiæ, vt patet 1. Paralip. c. 2. s. Eliab, Abinadab, Samma, Nathanael, Radai, Asom, Dauid, sorores autem fuerunt Saruia, & Abigail. Oportet igitur, quod in his septem intelligatur Dauid. Respondendum, quòd non stat, quia dicitur hic, quòd Isai duxit. 7. filios suos coram Samuele, & dixit Samuel non elegit dominus ex istis. Dominus tamen elegit Dauid, ergo non erat de istis septem. Item, cū præsentasset Dauid istos septem filios Samueli, quæ fiuit Samuel, an aliquis superesset? dixitque Isai paruulum superesse, qui pascebat greges: ergo præter septem erat ille paruulus. Item patet quia in seq. c. dicitur, quòd Isai habebat octo filios, & erat vir grandęuus, ergo Dauid non erat vnus de septem. Cum autem dicitur. 1. Paralip. c. 2. quòd erant. 7. filij Isai. Respondendum, quòd scriptura nō numerauit ibi eos complete: est enim iste modus scripturæ, quòd cum aliquid multoties refert, non describat, vt hic complete, sed alicubi plus, & alicubi minus, sic patet de filijs Saulis. Nam supra c. 14. ponuntur tres filij eius, scilicet Ionathas, Iesui, & Melchisua, & tamen 1. Paralip. 8. c. ponuntur quatuor filij Saulis, scilicet Ionathas, Esbaal, Abinadab, & Melchisue. E contrario autem fit in filijs Isai, quia hic ponuntur octo. & 1. Paralip. c. 2. ponuntur septem, sed in hoc nihil differt. *Et ait Samuel ad Isai, non elegit dominus ex istis,* idest nullus de istis septem à Deo eligitur, quia Deus elegerat Dauid, qui erat præter istos septem. Non est autem intelligendum, quòd Samuel dixerit sic, vt habetur hic, scilicet nō elegit dominus ex istis, quia tunc oportebat, quòd præsentati fuissent ei simul omnes filij Isai, tamen nō fuerunt. Sed dicitur, quòd non elegit ex eis, quia quilibet præsentabatur ei singillatim, & de quolibet dicebat, nō elegit dominus hunc, quia tamen scriptura noluit de quolibet per se enarrare, vt euitetur prolixitas, dixit de omnibus

sub

Universidad de Deusto
Biblioteca

sub clausula generali, non elegit dominus ex eis. *Dixit Samuel ad Isai, Nūquid iam completi sunt filij?* Subintelligendum est, quod presentauit omnes septem filios suos Samuel: succedsiuè, qui erāt tunc in Domo, & vsque ad extremum eorum non cessauit præsentare. Cum autem nullus eorum superesset præter Dauid, qui erat in pascuis desijt præsentare alios: nec dixit, quòd nullus supererat, sed subticuit, quasi iam nullum filium haberet. Samuel autem admiratus est, quia Deus dixerat ei, quòd de filijs Isai elegisset sibi vnum: nunc autem, omnibus inquisitis, nullus reperiebatur, ideo inquisiuit, an aliquis supereſſet de filijs. Causa autem quare Isai subticuerat prius non curando de Dauid, erat duplex. Prima, quia Dauid erat paruulus, & putauit, quòd Deus non elegisset eum, & cum inter omnes maiores nullus aptus repertus fuerat, minus illum idoneum esse credidit. Secūda causa fuit, quia Dauid nō erat tunc in Domo, sed manebat in pascuis: ideo non vocaret eum nihil dixit, quia aliud tempus erat, quo experiri posset si forte Deus illum elegisset. *Qui respondit, adhuc reliquus est paruulus*, scilicet Dauid. Vocauit eum paruulum, quia erat minimus fratrum suorum, & secundum veritatem, ætate paruulus erat: nam vix esset annorum 20. aut nondum illos compleuerat: & ob hoc reputabat Isai eum ineptum, vt ad regnum eligeretur. *Et pascit oues*. Iste enim, quia minimus erat, destinatus fuerat ad pascendum Gregem, nec erant alij fratres cum eo in pascuis, quia paucę oues erāt, quas possidebat Isai, nec multis egebant pastoribus: sic .n. dixit Eliab frater Dauid, Quomodo reliquerat pauculas oues in deserto? seq. c. Tres autem fratres maiores erant in castris cum Saule, quia erant viri fortes, & omnem virum fortem, & aptum ad Bellum, quem Saul videbat, iungebat sibi supra ca. 14. alij autem fratres quatuor manebant in Domo vacantes alijs laboribus: Vnde cum Dauid missus est ad bellum, vt deferret quādam partem victualium fratribus suis, nō reliquit Gregē alicui fratri suo, sed commendauit custodi, vt patet seq. c. *Et ait Samuel ad Isai: Mitte, & adduc eum*. Iussit hoc fieri Samuel, qm̄ firmissimè nouerat, quòd verbum domini, declinari non poterat, & quia ipse dixit, quòd vnum de filijs Isai volebat vngi in regē, necesse erat, quòd aliquis illorum esset, sed omnes abiecerat, præter Dauid: ergo necesse erat, quòd Dauid esset vngendus; ideo cō fidenter fecit eum vocari. *Nec enim discumbemus priusquam ille huc veniat*, ideſt non sedebimus ad prādium, quousque veniat puer. Discumbere enim est sedere ad sumendos cibos. Est autem intelligendum, quòd cum Samuel immolasset vitulum in hostiam pacificam, plurima pars carnium cedebat ei in cibos, & quibus ipse voluisset illam daret. Nunc autem ipse vocauerat Isai, & filios suos ad cibum, vt comederent cum eo de sanctificatis, iamque omnia parata erant, vt Samuel pranderet cum Isai: dixit tamen, quòd non discumberet, quousque veniret Dauid.

Quare Samuel noluit discumbere, donec veniret Dauid. *Quæstio XXVIII.*

QVAERET aliquis, quare hoc dixit: nam restabat sibi tempus postea hoc faciendi. Respondendum, ꝙ Samuel fecit hoc, vt incitaret Isai ad immediatè vocandum Dauid: iam enim hora prandij aduenerat, & fortè pascua aliquantulum ab vrbe distabant, ita, vt si Dauid vocandus foret aliquāta mora contrahenda esset, ideo Isai, vt non grauaretur Samuel diù expectans cibos, volebat, vt nunc cessantes ab hoc cibis vacarent, postea autem ad hoc reliquum tempus esset: Samuel verò, vt mox Dauid vocaretur, ait. Nō discumbemus, donec ille veniat. Sed tunc dicetur, cur tam festinanter hoc Samuel volebat? Respondendum, ꝙ solicitus erat circa mandatum domini explendum, & in hoc erat sibi cibus, & potus, ita, vt interdum non curaret de cibis, vt expleret mandatum Dei. Ista enim est conditio virorum habentium zelum Dei: sic enim Christus, cum loqueretur ei Samaritana mulier ad Fontem, iā trāsierat hora ciborum, & discipulis afferentibus ei cibos de vrbe, atque exhibentibus, accipere nolebat, vt sermoni vacaret ad fœminam edocendam, ita vt discipuli mirarentur, & putarent, quòd aliunde cibos habuerat: sic patet Io. c. 4. scilicet. Interea rogabant eum Discipuli eius, dicentes: Rabbi manduca. Ille autem dixit: ego cibum habeo manducare, quē vos nescitis: dicebant Discipuli ad inuicē: Nunquid aliquis attulit ei manducare? Dicit eis Iesus: Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me, & perficiam opus eius. Samuel autem erat vir valde zelās pro Deo, ideo desiderabat explere mandatum istud velociter, maxime, quia ista vnctio honestius fit ante cibum, quàm postea. Vnde dicit Nicolaus, quod debet fieri cum magna reuerentia, & saliua ieiuna. Non est tamen intelligendum, quòd debet esse saliua ieiuna, ita, quòd vngendus in regem saliua tāgi deberet, quia solum fundebatur oleum super caput eius, sed dicitur hoc ad honestatem, quia honestius quis facit opera quæcunque alicuius auctoritatis saliua ieiuna, quam alijs. *Misit ergo, & adduxit eum*, scilicet ante cibum, eo, quòd sic diuinierat Samuel. *Erat autem rufus, & pulcher aspectu, decorāque facie.* Describitur habitudo pueri in corpore: erat enim Dauid rufus, ideſt rubeus secundum literam Hebraicam, scilicet, quia color eius erat viuidus: & cum adhuc esset puer, teneritudo faciei hilarem colorem reddebat: erat autem pulcher aspectu, quantum ad totam habitudinem staturæ, scilicet, quòd quamquam nō esset corpore magnus, sicut Eliab. erat tātum in proportionatæ staturæ; & omnia membra inter se consonabant, hoc autem facit hominem esse pulchrū, & non vultus teneritudo: erat enim facie decora, scilicet, quod color eius erat viuidus, & hilaris, & pulchra habitudo faciei, & sic in omnibus erat Dauid bene se habens. *Et ait dominus*, scilicet locutus est, Deus Samueli, vt vngeret Dauid: Ista locutio est intelligenda, sicut supra dicebatur, scilicet, quod loqueretur ei Deus solum immutans cor illius, & nulla vox, vel apparitio exterius fieret, vel, quod Angelus, sine aliqua effigie assumpta, loqueretur ei, & audiretur vox illa ab omnibus, vel saltē à Samuele, & Isai, & à præsentato: cęteri enim absistentes erant, vt dictum est. *Surge, & vnge eum; ipse est enim*, ideſt iste est, quem ego elegi. Dicitur surge, ideſt incipe facere, quod debes: Nam surgere, vel egredi, in Sacra Scriptura interdum non significant aliquos actus, sed initium agendi: vel ponuntur ex modo loquendi idiomatis Hebræi: quodlibet enim idioma suam habet conditionem, & in quibusdam multa verba sūt ex conditione idiomatis, quæ ad significandum nihil efficiunt: sic patet Deuter. cap. 20. scilicet: *Qui est homo formidolosus, & corde pauido, vadat, & reuertatur in domum suam*. Ibi enim ponitur vadat ex superabundanti, quia nihil aliud est vadat, & reuertatur, quam reuertatur solum. Sic etiam hic quamquam Samuel non iacet, tamen Deus dixit ei, Surge, ex conditione idiomatis Hebræi. Vel potest dici, quod, cum venit Dauid, sedebat Samuel, & tūc Deus dixit, quod surgeret, quia vnctio non debebat fieri iacendo, sed stādo. *Tulit ergo Samuel cornu olei*, ideſt accepit cornu, quòd secum duxerat, in quo ferebat oleum ad vngendum. *Et vnxit eum in medio fratrum eius*, ideſt fudit super caput eius oleum, præsentibus omnibus fratribus suis. In alijs autē non fiebat sic, quia, cum inquireretur de quolibet eorum, an Deus elegisset eum à cœteris, sequestratus erat, & Isai vocabat eos per ordinem: nunc autem Dauid corā omnibus vnctus est, eo, ꝙ iam nullus fratrum: supererat, de quo inquiri posset. Etiam quia certissime notum erat, quod Dauid esset vngendus. *Et directus est spiritus Domini in Dauid à die illa, et in reliquo*, ideſt fecit spiritus dñi super Dauid, & fuit cum eo à die illa, & postea in omni tempore. In Hebræo dicitur: profecit spiritus Domini in Dauid, ideſt fecit proficere omnes actus Dauid, scilicet, quia semper postea prospere agebat in omnibus, ad quæ manum mittebat.

Quis spiritus Domini directus est in Dauid post vnctionem. *Quæstio XXIX.*

QVAERET aliquis, quis spiritus domini fuit iste, qui directus est in Dauid à die vnctionis. Aliquis respondebit, quòd ista est gratia gratum faciens, quę tunc fuit infusa Dauid: sic enim accipitur spiritus Psalm. 50. Spiritum rectum innoua in visceribus meis ideſt, da mihi nouiter spiritum rectificātem: Gratia autem est, quę rectificat operationes nostras, & eas gratas reddit. Sed dicendum, quòd non accipitur hic spiritus sic, quia Dauid tūc erat in gratia, cum vnctus est, non ergo daretur sibi tunc spiritus Domini, quasi de nouo. Iste tamen spiritus, de quo hic nouiter datus est, ideo nō accipitur pro gratia. Potest autem dici, quòd accipitur hic spiritus domini, pro spiritu Prophetiæ. Vocatur enim iste spiritus domini, sicut patet, supra c. 10. s. Insilient in te spiritus Domini, & Prophetabis cum eis. Istum sensum sequitur Hieronymus, dicens, quod ab illa die fuit in eo spiritus Prophetiæ, & tunc cepit Psalmos canere. Quod autem Dauid habuit spiritum Prophetiæ, patet. An verò habuit ante vnctionem, vel post, non apparet. Satis tamen Dauid, quòd datus est in vnctione sua, quia, si ante hoc habuisset, cognouissent hoc fratres sui: & in isto scirent eum virum electum esse à Deo. Constat tamen, quòd hoc nescibant, vnde nec reputabant eum esse aliquid: nec pater præsentabat eum inter cęteros fratres, tanquā de quo suspicaretur, quòd electus esset, sed, vt velut nihil curans in pascuis eum relinquebat: datus est igitur sibi spiritus Propheriæ: postea enim in die vnctionis suæ: & ex eo tempore cœpit Psalmos canere: constat enim, quòd multos illorum, antequam regnaret, edidit, vt patet ex titulis suis. Fuit autē cōueniens, quòd daretur spiritus Prophetiæ regi nouiter vncto, quia sic factū est in Saule: nam ea die, qua vnctus est, insilijt in eum spiritus domini, & Prophetauit cum cęteris Prophetis, supra c. 10. Aliter autem dici potest, quòd quamquam verum sit, quòd spiritus Prophetiæ tunc nouiter datus est Dauid: tamen hic non intelligitur de spiritu Prophetiæ: sed de spiritu roboris, vel fortitudinis, scilicet, quòd antea hoc non erat Dauid fortis vir excellenter, scilicet non erat nimis audax ad pericula, nec corpore robustus: nunc autem datus est sibi spiritus fortitudinis, ita, vt nulla aduersa formidaret, sed omnia confidenter subiret: datum quoque est ei robur, vt magna, & ferocia viribus superare posset, & iste vocatur spiritus Domini, quia omne, quod à Deo datur, & in nobis est, vocatur spiritus Domini, sicut declaratum est, supra cap. 10. Hoc etiam modo fuit Spiritus Domini in Saule, quia dicitur supra ca. 11. quod insilijt spiritus domini in Saul, quando audiuit verba virorum Iabes. Erat autem iste spiritus roboris, scilicet, vt non formidaret pugnare contra Ammonitas, & sic factum est ibi: nunc autem in Dauid dicet ꝙ est spiritus Domini, scilicet fortitudinis, & roboris, quia post vnctionem faciebat aliqua opera dura, quæ ante hoc nequaquam faceret: & quæ etiam nullus virorum auderet, scilicet, quod appræhendebat Leonem, vel Vrsum per Maxillam, & suffocabat eos, vt patet seq. ca. fuit autem iste spiritus in eo, quia erat multum necessarius ad pugnam, contra Philisthijm, & contra alias gentes, quas Dauid postea debellauit.

An spiritus Domini semper manserit cum Dauid. *Quæstio XXX.*

QVAERET aliquis quomodo dicitur, quod spiritus domini fuit directus in Dauid ab illa die, & in reliquo, ideſt semper postea mansit cū Dauid: nam videtur, quod non semper manserit: quia gratia, quæ est spiritus domini, non semper mansit, eo, quod gratia non consentit secum peccatū, Dauid tamen aliquando peccabat, ergo non semper erat in eo gratia. Aliquis respondebit, quod Dauid non peccabat mortaliter, nunquam enim peccauit nisi bis tota vita, vt patet infra 3. lib. c. 15. s. Eo, quod fecit Dauid rectum in oculis domini, & non declinasset ab omnibus, quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ suæ: excepto Sermone Vriæ Hethæi. Sed dicendum, q iod saltem, cum hic peccaret mortaliter, desereret eum spiritus gratiæ. Respondendum, quòd hoc verum est, hic tamen non accipitur spiritus pro gratia gratificante, sed dato, quod acciperetur pro illa, satis stat, quia cum solùm bis peccasset in tota vita, quia valde modicum est, reputatur qua si nunquam peccasse. Aliter autem dicēdum, quod accipitur spiritus, pro spiritu Prophetiæ. Sed adhuc dicet aliquis, quod iste non fuit in Dauid omnibus diebus suis: non enim Prophetabat semper. Respondendum est, quod ad hoc, quod aliquis habeat spiritum Propheticum omnibus diebus suis, nō requiritur, quod semper actualiter Prophetet, quia hoc impossibile est, quia sic nec cibum, nec potum caperet, nec sopori vacaret. Etiam non requiritur, quod spiritus Propheticus habitualiter semper maneat in Propheta: quia hoc etiam impossibile est, cum spiritus Propheticus non sit habitus, sed quoddam lumen raptim transiens per modum actus. Vnde non semper Propheta potest Prophetare, quando vult, sed solū quando irruit in eum spiritus Domini. Dicitur tamen aliquē omnibus diebus suis habere spiritum Propheticum, si Prophetet, quamquam non continue: ita tamen, quod spiritus Propheticus nunquam totaliter ab eo recedat, postea non reuersurus. Et non solum isto modo dicitur habere spiritū Propheticum, sed etiam nunquam cessare à Prophetia, sic patet Num. c. 11. cum dicitur de 70. senioribus, quod cum requieuisset in eis spiritus, Prophetauerunt, nec vltra cessauerunt. Constat tamen, ꝙ non semper habebant spiritum Propheticum secūdum actum, vel secundum habitum, sic ergo de Dauid, quamquā enim non semper Prophetauit, quia tamen nunquam totaliter vsque ad mortem suam deseruit eum spiritus Prophetiæ dicitur, quod semper fuit in eum spiritus Domini. Potest etiam intelligi, & magis propriè pro spiritu roboris, qui fuit in Dauid, vt supra dicebatur ex die vnctionis suæ, & iste māsit in eo omnibus diebus suis. Sed obijcietur, quod iste spiritus roboris non mansit semper in Dauid,

Universidad de Deusto
Biblioteca

uid,quia,cum in quodam Bello descendisset Dauid cum seruis suis contra Philisthinos,quidam de Philistinis conatus est occidere Dauid iam deficientem, & occidisset,nisi fuisset ei in auxilio Abisai, vt patet infra 2.li.c.21. ergo iam non habebat spiritum roboris:Responderi potest dupliciter: vno modo, quòd Dauid tunc haberet spiritum roboris,sicut prius habuerat:non est tamen sensus,quod illi, qui habẽt spiritum roboris,nunquam fatigentur,sed,quod per illum spiritum aggrediantur, & faciant maiora, quã alij viri:sic enim Dauid erat tũc robustus, sed nimis laborando in Bello illo defatigatus erat, eum autem iam deficientem agressus est Philistheus, & sic faciliter potuisset eum occidere. Sic enim fuit de fortissimo inter viros Dauid,Eleazaro,qui,cum totus populus fugeret de facie Philisthinorum,ipse solus sustinuit impetum vnius aciei,perçussitque Philistheos,donec deficeret manus eius,& obrigesceret cum gladio,infra 2.li.c.23.ergo ille fortissimus deficiebat,idest fatigabatur:sic ergo Dauid,quamquam haberet spiritum roboris. Aliter dici potest, quod Rñsio. 2.
istespiritus mansit in Dauid,omnibus diebus suis.f. omnibus diebus,quibus pugnare debuit contra gentes:eum tamen cessauerunt Bella, & ipse inueteratus est,nõ mansit in eo spiritus iste. Nec solum hoc, sed etiam viribus naturalibus, & calore vitali destitutus erat, ita,vt cum operiretur vestibus, calefieri non posset, quousque quæsita est ei adolescentula, quæ cubaret in sinu eius, & calefaceret eum,infra 3. H
li.c.1,sic autem erat fortè in Bello illo,quia iam Dauid senuerat: sed primum melius est. *Surgensque Samuel,abijt in Ramatha*, scilicet postquam vnxit Dauid recessit in terram suam Ramatha:ibi enim habitare consueuerat,& proaui eius habitauerant.

Quare Samuel non mansit cum Dauid ad erudiendum eum circa opera regalia. Quæst. XXXI.

QVAERET aliquis, Quare Samuel non mãsit aliquanto tempore cum Dauid, ad erudiendũ eum circa opera regalia, cum iam in regem vnctus esset:nam,cum Samuel vnxisset Saulem,dedit ei regulam viuendi, erudiens qualiter se deberet habere I
in rebus magnis,descendendo ad dominum in Galgalam, & vocando illuc Samuelem,vt patet,supra cap. 10. Respondendum est, quòd Samuel non debuit manere aliquanto tempore in Bethlehem, cũ Dauid,& Isai, quia,cũ quæsiuissent seniores Bethlehem de Aduentu Samuelis,respondit,quòd venerat ad immolandum domino; si ergo pluribus diebus ibi maneret,suspecta esset mansio eius Bethlehemitis: possent enim aliquid de hoc cognoscere, & referre Sauli, ex quo sequeretur mors Samuelis, & Dauid,sicut timebat Samuel:nõ expediuit ergo,q̃ maneret ibi Samuel aliquot diebus cũ Dauid. De præceptis autem dandis ei, pro regali regimine,dicendum,q̃ non oportuit tunc dari,quia,quãquam Da- K
uid vngeretur in regem,tamen immediatè non erat regnaturus, sed post mortem Saulis, quod magno tempore post futurum erat: ideo non erat necesse tunc dari ei præcepta aliqua. De Saule autem secus fuit,quia ipse immediatè vt vnctus est, regnare cœpit:ideo oportuit ei dari præcepta. Iosephus tamen 6 Antiquit.dicit, quòd erudiuit eum timere dominum, & obedire mandatis eius: sic enim regnum illius firmum esset, & præualeret contra omnes gentes. Hoc autem satis verisimile est,quia quamquam vnctus esset,si ad mala diuerteret, Deus non faceret eum regnare post Saulem, ideo admonendus fuit, quòd timeret Dominũ. De modo tamen regali nihil proderat tunc instrui,quia non erat futurus Rex vsque ad magna tempora.

Spiritus autem Domini recessit à Saul. Quia immediatè,vt vnctus est Dauid, directus est in eũ spiritus Domini,constituens eum sibi regem, ideo nihil habebat in Saule,propter quod mansurus esset in eo, sed mox recessit. *Et exagitabat eum spiritus nequam à Domino*,idest cruciabat eum spiritus malus missus à domino,s.Deus dederat Dęmonem tanquam Tortorem Saulis: sic enim decẽs videbat,vt, vnde spiritus Domini bonus recesserat,spiritus nequam subintraret. Dicit autem Iosephus 6. Antiq.q̃ Saul quædam passiones, & Dęmonia compræhenderunt,suffocationes ei,& angustias inferentes,ita, vt medici ei salutis nullum remedium inuenirent. Spiritus Domini recessit à Saul.

Quis spiritus Domini recessit à Saule. Quæst. XXXII.

QVAERET aliquis,Quis spiritus domini fuit 1.opi.
iste,qui recessit à Saule. Aliquis respondebit, q̃ fuit gratia.s. q̃ tunc desijt esse gratus Deo. Sed hoc non stat,quia gratia non stat cum peccato, sed Saul peccauerat grauiter ante hoc, ergo iam non erat in gratia. Item,si ante hoc Saul esset in gratia illa, non recederet ab eo, quia gratia nunquam recedit ab aliquo,sed à nobis expellitur,quia gratia nunquam desinit,nisi per peccatum; cum necesse sit alterum eorum in nobis esse,sed peccatum per nos solum fit: ergo nos soli expellimus gratiam, & ipsa non recedit à nobis,sed necesse est, quòd hoc intelligatur de aliqua gratia gratis data, quam Deus dat,& tollere potest, cũ voluerit. Aliquis dicet,quod intelligitur de spiritu Prophetico, quia iste spiritus Domini etiam datus fuit Sauli in die vnctionis suę,supra c.11.nunc autem auferebatur ab eo. Respondendum, q̃ non intelligitur hoc, quia non potest dici, quòd recessit spiritus domini à Saule, nisi ille semper esset in eo, sed spiritus Prophetiæ non fuit semper in Saule,sed solum datus est ei momentanee in die, qua vnctus est ad hoc, quod cognosceretur, quod Deus erat cũ eo:ergo non est iste spiritus,qui recessit ab eo. Si tamen aliquis proteruiat, dicẽs, quod Saul semper habuit spiritum Propheticum, vsq; ad diem hunc,dicendum non stare,quia, si Saul ex die illo semper habuisset spiritum propheticum,quando postea peruenit,quens Dauid,prophetauit corã Samuele in Naioth, non fuisset aliquid nouum, nec admirabile: mirari tamen sunt omnes,qui hoc viderant, & exijt in prouerbium. Num & Saul inter Prophetas, vt patet infra 19.ergo ante hoc nõ prophetabat Saul,& sic spiritus propheticus nũquam mansit in Saule,sed momentanee datus est ei die vnctionis suæ: & ad notandum,hoc dictũ est: Num & Saul inter Prophetas? supra c.10.dicitur,q̃ insilijt in eum spiritus domini,& non dicitur,q̃ requieuit: ergo non fuit iste spiritus, qui recessit à Saule. Sed dicẽdum, q̃ iste spiritus erat roboris,s. Deus dedit Sauli spiritum fortitudinis, vt expugnaret hostes Israel,& iste spiritus primo datus est ei,quando pugnare debuit contra Ammonitas, quia tunc dicitur,q̃ insilijt in eũ spũs domini,supra c.11.& cũ haberet hunc,prosperabatur in omnibus Bellis,& quocunq;se verteret,superabat,supra c.14. nunc aũt ablatus est ei iste spũs fortitudinis, & post hoc iam cœpit esse timidus: vnde in Bello sequenti cũ per 40. dies Goliath,exprobraret castra Israel,nõ ausus est Saul illũ aggredi,vt patet seq.cap. in Bello, quoq; vltimo, q̃ habuit contra Philisthinos nimis timuit,vt patet infra c.28.s. Et vidit Saul castra Philisthijm,& timuit, & expauit cor eius nimis. Apparet autem hoc magis,quia ille spũs recessurus erat à Saule,qui nouiter transibat ad Dauid,sed spũs domini,qui directus est in Dauid,erat spũs roboris, ergo iste erat,qui recessit à Saule. Alia opi.

Quomodo spiritus nequam vexabat Saulem. Quæstio. XXXIII.

QVAERETVR vlterius Quomodo spũs Domini nequam cruciabat Saulem,& quomodo consequens erat,q̃ recedẽte spũ domini à Saule,vexaret eum spiritus nequam. Respondendum est,q̃ spũs iste Domini erat Dæmon, & datus est in pœnã Sauli, vt vexaret eũ,sicut faciunt Dæmones in omnibus arrepticijs. Iosephus aũt dicit, q̃ patiebatur B
Dæmonia,& suffocationes,s.q̃ Dæmon ita vexabat eũ, q̃ videbatur suffocaturus illũ: fuit aũt datus iste Dæmon ad pœnam Sauli, propter mala, quæ egerat. Etiam, vt inde magna verecundia sequeretur, quia dedecus erat, vt homo in regali celsitudine cõstitutus ad arrepticiorũ deturparetur eñgiem: grauior tamen erat Sauli pœna, quam dedecus, ideo prouidit sibi circa pœnam, s. q̃ quæreretur aliquis benè psallens in cithara,vt cũ arriperetur à Dæmone,leuius toleraret: & ob hoc Dauid inquisitus est, vt patet infra. Ista aũt Dæmonia non semper cruciabant Saulem,sed aliquando arripiebant eũ, & aliq̃ cessabant,vt patet infra.s.Quærant hominem scientem psallere cithara, vt,quando arripuerit te spiri- C
tus Dei malus,psallat manu sua. ergo non semper tenebat eum,sed aliquando rapiebat. Cum aũt dicitur,an cõsequens esset,q̃, cũ spũs Domini bonus recederet à Saule,inuaderet eum spũs nequam. Dicendũ, q̃ non est consequens,quia poterat priuari quocunq; spũ, i. quæcunq: gratia gratis data, & tamen q̃ non arriperet eum Dęmon. Sed hoc fuit superadditum in pœnam eius, vt de peccatis suis aliqualiter torqueretur.

Quamdiu ista arreptio à Demonibus fuit in Saule. Quæstio XXXIV.

QVAERETVR vlterius, An ista arreptio à Dę D
monibus fuit in Saule per totam vitam suã, vel si durauit magno tempore, aut breui? Respondendum est, q̃ non potest patere, an tota vita duraverit,quamquam satis rationabile est, q̃ durauerit, eo,q̃ dabatur ista pena pro peccato Saulis: peccata autem eius non cessabant, sed quotidie augebantur in persequendo Dauid,ideo rationabile est, q̃ semper duraret. Constat tñ saltem,q̃ durauerit magno tpe,quia immediatè,vt Dauid est vnctus in regẽ, Dęmonia Saulem arripere incęperũt, cũ dicatur hic,q̃ spũs domini recesserat à Saule, & exagitabat eũ spiritus nequam. Hanc aũt passionem aliquandiu tolerauit,cũq; remediũ nullum haberet,serui eius suasẽrũt ei,vt inquireretur hõ bene psallens,& inquisitus E
est Dauid,qui aliquanto tpe mansit cũ Saule,deinde rediit ad patrem suũ, & rursus pascebat oues, sicut prius,seq.c.post hæc venit tps Belli:& Dauid,supera to Goliath,factus est Princeps virorũ belli, vt infra c.18.Et post hæc aliquanto tpe prospere agens,accepit in vxorẽ filiã Regis. Sed adhuc post hoc Dæmonia arripiebant Saulem,& quadã die,cũ Dauid psalleret corã Saule à Dæmone arrepto,accepit Saul lãceã,& conatus est transfigere Dauid cũ pariete, inf. c.19.ergo adhuc spũs nequam vexabat eũ. Post hęc aũt nunquam apparuit Dauid coram Saule,vt psalleret,eo arrepto: ideo non constat,an post hoc arreptus fuerit. Sed credendũ est, q̃ sic. Dicitur aũt hic, q̃ exagitabat eũ spũs nequam à Domino, i. missus à Domino ad exagitãdũ cũ. *Dixeruntq;serui Saul* Hic ponit prouisio q̃dam ad ægritudinem Saulis: nã,vt ait Iosephus 6. Antiq.mox, vt incurrit Saul hanc vexationẽ,conatus est à Medicis quęrere remediũ, q̃ rñderũt hoc esse impossibile arte medicorũ, sed dederũt quadam alleuiationẽ.s. vt q̃reret aliquẽ psallẽtẽ coram eo, & sic leuius toleraret. *Ecce spiritus Domini malus exagitat te*. Hoc dixerunt serui Saulis, qui erãt Medici secũdũ Iosephũ.s.ecce Spũs Dñi.i.Iam tu vides,q̃ ista ægritudo tua nõ est aliquis naturalis morb⁹,de quo arte Medicorũ sanari queas: sed spũs Dñi malus verat te,ideo non possum⁹ dare sanitatẽ, sed alleuiationem. Vocat hic Dæmon Spũs Dñi malus: Spũs quidẽ,quia secũdũ naturam suã,Spũs est,i.substantia spũalis,Dñi aũt, quia à Dño creatus est. Vel Spũs Dñi,quia à Deo missus erat ad vexandũ Saulẽ. Sic dicitur,supra:Spũs Dñi recesserat à Saul, & exagitabat eũ Spũs nequã à Domino,i. missus à Domino. Vocat aũt malus ad distinguendũ, ne intelligat pro Spũ Sancto, quia,si dicatur Spũs Domini,nihil addendo intelligit de Spũsctõ. Sic patet Sap.c.1.s.spiritus Dñi repleuit orbẽ terrarũ. Vocatur aũt Dęmõ Spũs multipliciter: aliq̃ vocatur spũs Domini malus,vel nequam:& sic accipitur hic. Aliq̃ vocatur spũs immundus:sic patet Matth.ca.11.s. cũ spũs immundus exierit ab hoĩe. Aliq̃ vocatur spũs solũ:sic patet infra 3.li.c.22.cũ Deus loqueretur,quis decipiret Achab,& vnus daret vnam sententiam, & alius aliã,dicitur. Egressus est Spũs,& stetit corã Dño,& ait. Ego decipiam illũ. Vocatur aũt hic spũs Dęmõ, qui aliq̃ coram Domino stat,sicut habetur Iob.c.2. s. Factũ est aũt,cũ quadam die venissent filij Dei, & starent coram Dño, venisset quoq; Satan inter eos, & staret in conspectu eius. *Iubeat Dominus noster Rex*, i. solũ iubeat Rex,q̃ inquiratur sibi hõ bñ psallẽs,q̃a serui sui inquirent,& leuietur cruciatus eius. *Et serui tui,qui coram te sunt*. Dicitur de seruis illis,qui erant coram Saule, quia aliqui, qui serui sunt,qui nõ astabãt ei,sed veniebant ad iussum eius,q̃cunq; ipse præciperet,& isti non habebant curam aliquã de rebus regis,nisi quatenus eis iubebatur. Alij aũt erant,qui sẽper astabant Regi,vt illi,qui erant in camera eius,& quibus ipse familiariter colloquebatur: sic enim dicitur Hester.c.1.de septẽ Eunuchis Principibus Persarum,qui semper videbant faciem regis, & post eũ residere soliti erant: ideo isti habebant curam de rege,& procurabant eius negocia:vnde ipsi iuerunt ad introducendũ Reginam Esther coram eo, vt patet c.c.sic dr̃ hic,q̃ serui eius,qui erant coram eo.i. videbant semper vultũ eius,& erant in camera sua,quærant hoĩem,q̃ sciat psallere, eo q̃ ad istos pertinebat regios defect⁹ tegere,& de remedio prouidere. *Quærant hominem scientem psallere cithara*,i. scientẽ excellẽter psallere, quia inuenire aliquẽ, q̃ solũ psallere sciret, facillimũ erat,sed, q̃ sciret excellenter psallere,erat difficile,& hoc erat dignũ inq̃sitione. Apparet hoc, quia inquirebatur iste Citharista,vt in pñtia hui⁹gaudij,q̃ ex cantu caperetur,fugeret oĩs dolor, vel leuiter toleraretur, & quia non põt tristitia pñs expelli, vel leniri,nisi p̃ magnam delectationẽ,necesse erat, q̃ delectatio illa ex cantu esset excellens: non poterat tñ esse excellens, nisi iste psallens esset valde eruditus. Qũo aũt vna delectatio non põt tolli p̃ aliam, nisi illa sit magna:vel tristitia per delectationem,declarat Arist.10.Eth.dicens,q̃ leuis est illa delectatio, in cuius pñtia altera sentitur, sicut est de ludo athletarũ,& cibo frugũ,siue leguminũ. Hoc aũt considerauerunt serui Saulis: ideo inquisierunt ei excellẽtẽ Citharistam.s. Dauid. Dr̃ aũt hic de Cithara non,q̃ Dæmõ vocatur spiritus multipliciter.

istud

Universidad de Deusto
Biblioteca

istud instrm haberet specialiter vim expellendi Dæmones de corporibus obsessis magis, quàm alia, sed quia fortè istud erat cęteris iocundius tpe illo. *Vt quã do arripuerit te spiritus Dei malus*, s. non tenebat eum sem per Dæmon, quia breuiter eum exanimasset duris cruciatibus, sed interdum eũ arripiebat, sicut fit in cœteris arrepticijs. *Psallat manu sua*, i. percutiendo citharam manu. Non dr hic, an in voce psallere deberet, quia interdũ Dauid in voce canebat, & plectro Citharam tangens. Hic tñ vr, cp solum manu psallebat. *Et leuius feras*, i. tunc alleuiabitur dolor tuus. Intelligebant isti, cp pñte Citharista, non ita durè torqueretur Saul, & sic fiebat: quia infra dr, cp, qñ spũs malus arripiebat Saul, tollebat Dauid Citharam, & leuius habebat, & refocillabatur, & recedebat ab eo spũs malus. *Et ait Saul ad seruos suos.* Vidit. n. cp rectè loquebantur, ideo consensit, cp inquireretur sibi aliqs psallens, & iussit hoc. Et dr, cp locutus est ad seruos suos, s. ad illos, qui erant in conspectu suo, & ei familiariter deseruiebant. *Prouidete mihi hominem bene psallentem*, i. inquirite mihi hominem bñ instructũ in arte Citharistica. *Et adducite eum ad me*, s. vt stet in cõspectu meo, qñ arreptus fuero, & psallat. *Et respondens vnus de pueris, ait.* Immediatè vt locutus fuit Saul, rñsũ est sibi, quia quidam de pueris illius nouerat Dauid, qui erat optimus Citharista. Dicunt Hebræi, cp iste fuit Goeth, qui erat principalis inter famulos Saul. Et dixit hoc ex odio, quia iam habebat exosum Dauid, & sic quærebat, vt staret in pñtia Saulis, cũ à Dæmone affligeretur: vt à Saule, vel à Dæmone ipsum agitante occideretur, & ideo ipsum commendauit non ad bonum Dauid, sed, vt malum inde sequeretur. Huic opinioni consentit Nicolaus, & cõfirmat eam, dicẽs, & ob hoc iste Goe, addidit aliquid in laudibus Dauid, cp non videbatur verum: nam dixit eũ esse virum Bellicosum, qui adhuc erat iuuenis. Vnde & Saul dixit ei, postea seq. cap. non vales resistere Philistheo isti: quia puer es: sic. n. faciũt homines malicioſi cõmendando eos, quos oderunt, vt in aliquo casu, sub spetie boni eos confundant. Sed Deus frequenter eorum insidias conuertit ad bonum illorũ, quibus insidiantur: quia non est scia, nec prãs cõtra Dominum: sicut Deus malitiã fratrum Ioseph inuidendo ei, ne dominaretur ipsis, conuertit in bonũ, quia per hoc fuit exaltatus in AEgypto, & fratres sui coacti sunt adorare ipsum. Sed istud non est satis verisimile, quia non patet, cp iste esset Goe, & dato, cp esset Goe, nõ est verisimile, cp odio haberet Dauid, quia nondum suberat aliqua causa, propter quã eũ haberet exosum. Nam & in prima vice, qua Goe denunciauit se vidisse Dauid, apud Achimelech: non fecit hoc, quasi Dauid haberet exosum, vel Achimelech; sed vt placeret Sauli: nam sciebat, quod Saul nimis desiderabat persequi Dauid, Nunc autem nondum venerat Dauid ad Saulem, nec erat aliqua causa odij: cur ergo Goe loqueretur ista ad malum Dauid? Item non stat, cp ista dicerẽtur ad malũ Dauid, quia non videtur, quomodo ex hoc aliquid malum sequeretur Dauid, sed potiꝰ magnum bonum, quia dicitur infra, cp Dauid steterit ante Saul, & ille dilexit eum nimis, & factus est armiger eius, misitq; Saul ad Isai dicens: stet Dauid in conspectu meo, inuenit. n. gratiam in oculis meis. Cum autem dicunt, cp hoc faciebat Goe, vt Dauid occideret à Saule, vel à Dæmone, qui exagitabat eum: habent incentiuum ab eo, quod dicitur infra 19. ca. scilicet, quod cum psalleret Dauid coram Saule, appræhensa lancea, conatus est Saul configere Dauid cum pariete. Sed hoc non stat, quia non fecit hoc Saul propter Dęmonẽ, à quo vexabatur: sed quia desiderabat valde occidere Dauid. Et post hoc omni tempore, persecutus est eum fugientẽ per deserta, & colles, vt patet ex prosecutione huius libri. Item confirmatio Nicolai in hoc non stat, scilicet, quòd iste puer mentitus fuerit laudando Dauid, dicens eum esse virum bellicosũ, quia nondum erat vir. Respondendum est, quod iste nihil mentitus est: nam non habebat colorẽ mẽtiendi, quia cum Dauid compariturus esset coram Saule, si reperiretur falsum, cp iste dixerat, puniretur: ideo non est verisimile, cp falsa nunciauerit regi, etiam si inuidia torqueretur. Quod autem Dauid tunc esset vir Bellicosus, satis stat: quia non vocatur vir bellicosus ille solus, qui ætatis maturæ est, & bella nouit, sed quicunque robore excellens est, & facit opera fortia: sic autem erat de Dauid, quamquam esset iuuenis, quia erat fortis robore, & faciebat opera admiranda, & erat ad Bellum aptissimus. Item non stant aliquo modo ea, quæ dicta sunt, quia iste non poterat esse Goe: nam Goe erat Pastor, vt patet infra c. 21. s. cp erat potentissimus Pastorum, sed iste, qui locutus est hæc, erat vnus de familiaribus Saulis, qui stabant semper coram eo, ergo nõ erat Goe. Patet quia supra dicitur iubeat Dominus Rex, & serui tui, qui coram te sunt, quærant hominem scientem psallere. *Ecce vidi filium Isai Bethlehemitem.* Hoc dixit ille puer Saulis zelo bono concitatus, quia videbat Dauid esse magnum Citharistam, & virum omni probitate laudabilem, qualem coram regibus stare decebat, ideo dixit Regi, quòd illum adduceret, & rex consensit.

Opinio Hæbreorum, & Nicolai.

Quod Dauid laudatus est à quodam eum odiẽte.

Deus permisit Dauid vocari, & stare ante Saul, & pati acerrimas persecutiones ad maiorem exaltationem.

Quæstio. XXXV.

QVAERET aliquis, Cum Dauid tam grauia mala passus sit ex familiaritate Saulis, cur Deus permisit eum vocari, & stare coram Saule. De malis patet, quia persecutus est eum Saul accerrimè, quod non fecisset, si semper ei fuisset incognitus. Respondendum est, quod Deus faciebat hæc, ad maiorem exaltationem Dauid, & ad instructionem eius: ipse enim vnctus erat in Regem, & regnaturus erat post Saulem: si tamen semper mansisset in habitu Pastorali, vsque ad mortem Saulis, fuisset postea ineptus ad Regem, quia status Regius requirit scientiã principandi, & mores valde dissonos à Pastorali conuersatione: ideo debuit exercitari Dauid ibi, vbi posset mores regales addiscere, & induere animum Regis. Hoc autem erat in communicatione cum Regibꝰ, & magnis viris: ideo expediẽs fuit, quod Dauid maneret cum Saule. Item Dauid, cum non esset de progenie Saulis, & esset post eum regnaturus, nõ posset hoc fieri, nisi viribus arriperet sibi principatum populi tollens de Domo Saulis, sed difficile valde erat, inuito toto populo, Principatum trãsire ad Dauid: difficilius quoque sustineri in manu eius, quia violẽtum non est perpetuum: ideo debuit principatus regalis aliter acquiri à Dauid: si tamen ipse fuisset semper in conuersatione pastorum, nunquam populo cognitus, non conciliasset sibi fauorem populi, vt mereretur principatum: nunc tamen ex communicatione, quam habuit in Domo regia, promeruit fauorem totius populi. Nam Saul constituit eum Principem virorum Belli, & sæpe pugnans contra Philisthinos in omnibꝰ prospere agebat, ita, vt post mortem Saulis, ipso non petente regnum, totus populus eum in Regem petierit, infra 2. lib. cap. 5. quæ nunquam accidissent, nisi per communicationem in Domo Regis conciliasset sibi fauorem populi; ideo

Ad coniecturam Nicol.

ideo expediens fuit Dauid, cp vocaretur à Saule. Cũ aũt objicitur, cp ex hoc passus est magnã aduersitatẽ Saulis. Respõderi potest, cp Deus interdũ infligit homini pœnã ad instructionẽ suam: & in hoc potius ei gratiam facit, cum ex hac pœna magna insurgat vtilitas: sic. n. fuit in Dauid, quia persecutio, quam sustinuit à Saule, fecit eum fortiorem virum, & magis aptum ad tolerandum dura: iustificauit quoq; illũ magis, & notificauit regnum eius post mortẽ Saulis: nam ex hoc, cp Saul persecutus est tã iniquè Dauid, & incidit bis in manus eius, nec eum voluit percutere Dauid: apparuit nimis iustum fore, & innocentem Dauid. Nam potuisset eum occidere in spelunca in monte Engaddi, cum abscidit extremitatem pallij eius, sed noluit inf. 24. c. Iterum quoq; introiuit in castra Saulis, dormiẽte ipso, & accepit Dauid lanceam, quæ erat apud Saulem, potueratq; eũ configere, sed noluit inf. ca. 26. Ex his autem nimis claruit iustitia Dauid toti populo, vnde & ipse hostis suus Saul eum laudauit, dicens: Iustior tu es, quã ego: tu enim mihi tribuisti bonum, ego aũt reddidi tibi mala: & nũc scio, cp certissimè regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnũ Israel inf. ca. 24. expediens ergo fuit Dauid hanc experiri aduersitatem. Aliter posset respõderi, cp iste aduentus ad Saulem non fuit occasio immediata, nec mediata aduersitatum, quas passus est Dauid à Saule, quia, cũ nunc vocatus fuisset, stetit aliquo tẽpore coram Saule: deinde rediens in domum paternam, rursus vt primo custodiebat oues: & tunc, aduenientẽ bello contra Philisthinos, misit eum pater ad visitãdos fratres, occiditq; goliath: cũq; laudaretur à fœminis propter victoriam illam, suscitatus est liuor Saulis contra ipsum, & ex hoc habuit locum persecutio inf. c. 18. Vocatio ergo ista Dauid à Saule nihil ad persecutionem suam contulit, etiam si ei omni tempore astitisset, nisi occidisset Goliat. *Scientem psallere.* i. iste Dauid sciebat excellenter psallere. s. cp non reperiret ei tunc similis citharista: nam si esset de qualibuscũq;, non fuisset citatus à rege.

An Dauid habuerit scientiam psallendi per diuinam infusionẽ, vel per doctrinam. *Quæstio. XXXVI.*

QVAERET aliquis. An Dauid habuit sciẽtiã psallendi per diuinam infusionem? Ratio autem dubitandi est, quia ipse erat excellentissimus citharista, & sicut spiritũ prophetandi & canẽdi hymnos à Deo accepit in vnctione sua, ita quoq; accipere potuerit scientiam psallendi. Respondendũ est, cp de scientia componendi hymnos, & cantica, manifestum est, cp eam Dauid à Deo assecutus fuerit, quoniam secũdum hanc Propheta dicebatur, & canebat aliqua, quę non poterant comprehendi humana doctrina, sed per inspirationem. De arte aũt psallendi secus est: quia hanc poterat ingenio suo assequi, vel per eruditionem sicut alijs inest. Dicendum tñ, cp hoc poterat habere per inspirationẽ, qa quilibet habitꝰ doctrinę, prudentię, vel artis, potest a Deo infundi: sic est de habitu citharistico. Nam, si Dæmones facere possunt, vt ille, qui numq̃ nouit citharizare, subito optimè citharizet, facilꝰ Deo hoc suberit. Quod autem Dæmones hoc possint, patet, quia interdum aliqui arrepticij à Dæmonibus visi sunt, qui priusquam arriperent, nihil omnino musicę nouerãt, nec ipsa quidem musica organa cognoscebant, & cum arriperentur, optimas faciebãt citharas, vel alio instrmo armonias, velut, si in hac essent artẽ peritissimi. Deo ergo facilius erit, vt det alicui sciẽtiã citharizandi: quod esse potuit de Dauid. Et si hoc cõcedamus, dicere debemus, cp in die suæ vnctionis, cũ primo directus est ĩ eo spũs Dñi, aduenit sibi ois spũs. s. spũs roboris, & prophetię, & citharizandi ad canendũ propheticos hymnos. *Et fortissimũ robore.* Vocat Dauid fortissimꝰ robore, nõ cp ex habitudine corporis sui valde magnas haberet vires, sed quia requieuerat in eo spiritus Dñi, qui erat spiritꝰ roboris: manifestũ aũt erat robur Dauid multis Israelitis: nã post vnctionẽ suã sæpe, cũ esset ĩ pascuis, leonẽ apprehendit, & vrsum per maxillas, & suffocabat eos, eruens prædam de ore ipsorum, vt patet seq. c. Putabant autem Israelitę istud robur Dauid esse à Deo: vnde dixit iste puer Saulis: & Dñs est cũ eo. i. habitat in eo: & omnia quæ facit, à Deo facit. *Et virum bellicosum.* Non vocatur Dauid vir bellicosus, quasi haberet peritiam bellandi per frequẽtem peritiam bellorum: nam numq̃ fuerat in bellis, sed vocatur bellicosus. i. ad bellum aptus, eo cp erat vir robore fortis. *Et prudentem in verbis.* Prudentia nõ solum attenditur in verbis, sed ẽt in factis, qa prudẽtia non est specialiter directiuũ alicuius operationis, sicut habitus artiũ determinant ad certa obiecta, & actus: sed est prudẽtia regulatiua oĩum eorũ, q̃ ptinent ad totã vitã, vt patet. 6. Ethi. Et quia operatio est maior pars vitę, q̃ verbũ: magis se extẽdit prudẽtia ad operationẽ, q̃ ad sermonem. Vocauit tñ iste puer Dauid prudẽtem in verbis i. lepidũ, vel facetũ: hoc enim nimis conueniebat hominibus, qui regibus astãt, in quorũ sermone nihil rusticitatis apparere debet. Hoc autem Dauid specialiter à Deo consecutus est, qa præter cõsuetudinẽ pastorum est: licèt enim interdũ quidã de pastoribus ingenio valeant, rudes tamen eloquio sunt, cũ non duxerint in consuetudinem verba polire. Dauid autem consecutus est ornatũ dicendi, quod pertinet ad artem oratoriam, quia Deus infuderat ei spiritum propheticũ, & potissime pertinentem ad partem hymnidicam. Hæc autem pars magnos rhetoricos flores habet: & sine dulcedine eloquij non fit, ideo ex hoc aliud habuerat, quod in verbis suis sententiosus, & dulcis appareret: & ob hoc vocauit eũ puer iste prudẽtem verbis. *Et virum pulchrum.* Erat. n. Dauid rufus, & pulcher aspectu, decoraq; facie, ita, vt vultus eius inspiciẽtibus iocũdus foret. Oĩa hęc erãt ĩ Dauid, & nihil puer iste mẽtitus est. Expressit aũt hęc oĩa, & nõ solũ artẽ citharisticã, qa licet pp artẽ citharisticã, q̃reret, tñ accumulatiora desiderabiliorẽ eũ facerẽt. Hæc aũt valde conueniẽtia erant, & vtilia regibus. s. hñe viros robustos bellicosos, pulchros, verbo prudentes. Vnde Saul persuasus his verbis, fecit eum vocari illico, inuenitq; gratiam magnam in oculis eius pp istas pbitates. *Et Dominus est cum eo.* i. habitat in eo, & dirigit eum in omnibus operibus: ex quo innuere volebat iste puer Saulis, cp oĩa hęc consecutus fuerat Dauid, quia Deus erat in eo.

Quomodo sciuit iste, quòd Deus esset in Dauid. *Q. XXXVII.*

QVAERET aliquis, Qũo sciebat istud puer, cp Deus erat in Dauid? Respõdendũ est, cp fm naturam, oĩs operatio reducẽda est in aliq̃ causam, & cũ vna nõ sufficit ad operationẽ, reducẽdũ est in aliã causã superiorẽ: sic ẽt ĩ Dauid apparebãt aliquę operationes, quarũ ipse nõ poterat esse sufficiens causa: sicut in prophetando q̃tũ ad compositionẽ hymnorũ. Nã canebat aliqua, q̃ nullus hõ, nisi à Deo inspiratus, scire posset; iõ arguebat, cp Deus inspirabat. Itẽ apparet hoc ex operibꝰ roboris, qa faciebat aliqua tã admirãda, vt nullus ea facere posset, nec ẽt aggredi. Quis. n. leonẽ, & vrsum aggrederet, & suf

Universidad de Deusto
Biblioteca

focaret eos? potissime cū esset in tam tenera ętate: F nam vix erat annorum 20. Dauid cum hęc faciebat in pascuis; oportebat ergo reduci istam operationē in aliquam causam superiorem. s. in Deū, & sic De⁹ iudicabatur esse cum illo. Item homines, qui concedunt prouidentiam, & credunt res nostras à Deo dirigi, putant, ꝙ, quādo alicui prospera eueniūt, hoc à Deo fit: ideo quando alicui homini prospera eueniunt, dicunt Deum esse cum illo: quod quidem verum est. s. quia ista non proueniūt homini, nisi Deo volente: aliquando tamen eo propitio, & aliquando eo irato: puer autem iste Saulis videbat, ꝙ omnes operationes Dauid dirigebātur, & oīa prosperabantur ad quæcūq; misisset manum, ideo arguebat Deum esse cum illo. Ista aūt sententia semper fuit G omnium hominum, qui aliquid attribuerunt ꝓuidentiæ: & nunc sic est. Sic patet Gen. 39. c. vbi dr de Ioseph. Fuitq; Dominus cum eo, & erat vir in cunctis ꝓspere agens, habitauitq; in domo Domini sui, qui optime nouerat Dominum esse cum eo, & omnia, quæ gereret ab eo dirigi in manibus illius. Ecce qualiter iudicabat Aegyptius Deum esse cū Ioseph propter prosperationem: Moyses quoq; idem asseruit. Et sic fuit de Dauid: nam, cum omnibus diebus suis ꝓspere egerit, apparebat Deum esse cum illo. *Misit ergo Saul nuncios ad Isai.* s. placuerunt valde ista verba Sauli, eo ꝙ tantum fuerat Dauid; misit ergo illico pro eo. *Mitte ad me Dauid filium tuum, qui est in pascuis.* Noluit Saul, inuito Isai, tollere ei filium suum, H ideo misit ad patrem: mittebat autē, quòd veniret Dauid coram Saule, non quasi semper staturus coram illo, sed quasi aliquid breuiter acturus: quod patet: quia postquam stetit Dauid in conspectu Saulis, & iuuenit gratiā in oculis eius, misit Saul ad Isai, dicens: Stet Dauid in ꝙspectu meo: si tamen à principio petiuisset eū, vt staret semper coram illo, non mitteret denuo Saul ad Isai, dicens: Stet Dauid in conspectu meo. Dicitur hic, qui est in pascuis, ad differentiam aliorum, quia nemo de aliis pascebat gregem: nam tres filij maiores vacabant Bellis cū Saule, vt patet sequēti. c. Alij aūt quatuor iuniores alijs operibus insistebant, solo Dauid manēte in pascuis: vnde ea die, qua in regem vngi debuit, cęteri fratres I in domo erant, ipse aūt in pascuis, & inde adductus est sup. in littera. *Tulitque Isai Asinum plenum panibus.* i. onustū panibus. Vel, sm alios dicitur, Asinus plen⁹ panibus i. corium asini in modum scuti plenum panibus. Sed primum melius est. s. ꝙ onerauit Isai vnū Asinum plenum panibus, & misit eum ad Saulem; cum. n. Isai missurus esset filium suum ad Saulē, noluit eum vacuum mittere: nam inhonestū videbat, ꝙ appareret vacuus coram rege: nam sicut De⁹ iusserat, ꝙ non appareret homo vacuus corā eo, vt patet Exo. 23. & 34. c. ita in magnis Dominis videbat, ꝙ nemo coram eis deberet vacuus apparere: misit ergo de eo, quod habuit munusculū regi. *Et lagenam vini.* Misit. n. Isai oīa, quæ necessaria erant ad cibum K & potum. Est aūt lagena nomen vasis. An verò sit parū vas, vel magnum, non apparet: potissimè, qa in Hebræo, nomen, quod hic ponitur, est equiuocū ad vtrem, & ad vas quodcunq;. Apparet tamen, ꝙ debeat esse vas aliqualiter magnum, sicut vter, quia dicitur Isai. c. 5. Decem iugera vineari facient lāgūculā vnā: & 30. modij sementis facient modios tres. esset hic lagena, vter, vel aliquod magnū vas. *Et Hædum de capris vnum.* Intelligendum est de hædulis paruæ ætatis, quia tunc dulcissimi saporis sunt; cum verò increuerint fętidi, & insipidi sunt. *Misit per manum Dauid filij sui Sauli.* i. hęc misit, vt Dauid offerret illa Sauli ex nomine patris sui.

Quare Isai paruum munus obtulit Sauli, cum non esset pauper. Quæstio. XXXVIII.

QVAERET aliquis, Quomodo Isai destinauit regi tam paruū mun⁹, & indignū rege? Aliquis respōdebit, ꝙ hoc faciebat ex paupertate: nequibat .n. maiora offerre. Sed hoc nō stat; quia Isai erat vir diues, & honoratissimus inter omnes Bethlehemitas, ideo potuisset maiora offerre munera. Item, dato, ꝙ diceremus fuisse virum pauperem Isai, potius debuisset nullum offerre munus, quàm aliquid prę stare tam indignum regi. Dicendum igit, ꝙ Isai diues erat, & potuisset maiora offerre munera, & offe rendo hęc, non putabat aliquid indignū offerre regi, sed munus satis laudabile, & sm rē sic erat. Nūc aūt esset aliqd viliſſimū talia offerre regi: maxime, si offerret aliquis vir nō parui status. Ratio differentiæ est inter tēpus istud, & illud: quia tūc erant sæcula rudia, nec tantum ęstimabant principatus, nec de uenerant homines in tantam ambitionē honoris, & iactantiā, sed simplici victu, & veste contēti erāt, ēt si essent viri magni principatus: ideo id, quod modicū est nūc, apud illos tanq̄ aliquid magnū ęstimabat: qa nondum illis tanta opum possessio erat, nec tā immensa honoris possidendi cupido. Fuerūt igit munera temporis illius parua, q̄ tunc tanti ęstimabant, vt nunc ea, q̄ clarissima sunt. Quod patet: quia Samuel propheta priusq̄ Saul regnaret, erat iudex, & princeps in toto Israel: Saul tamen, & puer eius volebat offerre ei in munus aliquem panē, vel parū de moneta: vnde, quando puer Saulis iuuenit in manu sua quartā partē stateris. i. sicli, dixit Saul, ꝙ darēt eā Samueli, & tamen illud valde modicū erat: quia quarta pars stateris non valeret vltra quinq; obolos, vt declaratū est sup. c. 9. existimabant tamē Saul, & puer eius illud esse dignum munus. Item, cū mitteret Isai ad tribunum, q erat princeps mille virorum, sub quo militabant filij sui, munera: obtulit decē formellas casei. i. decē caseos valde paruos, vt dr sequēti. c. & tñ illud valde parū erat, vt alicui tribuno offerret: cōditio tñ tpis illud patiebat. *Et venit Dauid ad Saul.* s. ferēs munera. *Et stetit coram eo.* s. offerēdo illa Etiā stetit coram eo. s. manendo ibi aliquāto tpe, quousq; mitteret Saul ad Isai nuncios, ꝙ vellet apud se tenere Dauid. *At ille dilexit eum nimis.* s. Saul dilexit Dauid valde, eo ꝙ erat vir probus in omnibus: & satis consolabat ex prętentia eius, quia cum eum Dæmon arriperet psallebat, Dauid, & Saul leuiab habebat, atq; recedebat ab eo spiritus malus. Ista aūt magna dilectio Saulis ad Dauid postea in atrocissimum odium versa est, eo quòd concepisset liuorē Saul de Dauid, & metum quemdam, vt patet inf. 18. c. *Et factus est armiger eius.* i. fecit eum Saul armigerum suum. In hoc enim ostendit affectionem suā, quia dedit ei officium familiaritatis. s. ꝙ esset armiger illius. Stabat quoq; semper coram illo propter artem citharisti causa. *Misitque Saul ad Isai.* Cum enim stetisset Dauid in conspectu Saulis, & placuisset ei, voluit eum semper secum tenere, & quia adduxerat eum non tanquam semper mansurum secum, sed vt aliquid breuiter facturum. Misit ad patrem eius, vt permitteret eum manere apud se, & hoc, ne pater expectaret eum, tanquam illico rediturum: Etiam vt oues, quas Dauid pascebat alteri committeret, tanquam, eo nunquam redituro ad pascua. *Stet Dauid in conspectu meo,* ideſt maneat semper apud me. *Inuenit enim gratiam in oculis meis.* i. est mihi gratus, & delectat me, ꝙ hic maneat. Oā aliquis iueniat gram ī oculis alterius est, ꝙ aspectus eius sit alteri

alteri delectabilis, & omnia, quæ agit, illi grata sint. A Sic enim homo inuenit gratiam in conspectu Domini, quando in charitate est, quia tunc eius opera sunt accepta Deo, & omnia, quæ egerit, tanquā recta à Deo iudicantur: & ista est gratia gratū faciens. Cum quis aūt non inuenit gratiā in oculis alterius, tristis est illi visio eius, & homines fugiunt tales aspectus. Erat igitur iocundum Sauli videre Dauid, quia inuenerat gratiam in oculis eius.

Quare Saul permisit Dauid à se recedere, cum ex eius præsentia dolor eius mitigaretur. Q. XXXIX.

QVAERET aliquis. Cū Dauid inuenisset gratiam in oculis Saulis, & ex eius præsentia leuia B batur morbus illius, atq; recedebat Dæmon, cur ꝓmisit postea eum à se recedere. Aliquis forte dicet, ꝙ nō recessit, quia Saul dixit: Stet Dauid in conspectu meo. i. maneat semper coram me. Sed hoc non stat: quia post istud factum est Bellum, qđ habere sequēti c. 2. & tūc Isai misit Dauid, q custodiebat Gregem ad fratres suos in Bellū. Et patet, quia dicitur ſ. sequenti c. Abijt ergo Dauid, & reuersus est à Saule, vt pasceret gregem Patris sui in Bethlehem. Ergo ꝓ misit eū Saul à se recedere. Aliquis forte respōdebit, ꝙ hoc factū est, quia Saul iam fuerat liberatus à morbo, & quia ob hoc Dauid erat in cōspectu ei⁹, vt cum à Dæmone arriperet, psalleret, permisit eū redire ad patrem suum, & tunc custodiuit oues, vt C prius. Sed falsum est, quia etiam post illud Bellum, de quo sequenti. c. arripiebat Saul à Dęmone, quia inf. c. 19. dicitur qūo Semel arrepto Saule à Demone, Dauid psallebat coram eo, & accepta lancea, voluit eū Saul configere cū pariete: ergo nondū morbus desierat. Respondendum est, ꝙ Saul dilexit Dauid, & voluit, ꝙ semper staret corā eo, quia delectabatur ex præsentia eius: adueniente tñ bello, de quo sequēti. c. quia necesse erat, ꝙ Saul vacaret operi belli cō iam abstinens à delectationibus citharizandi, credidit q; Dauid, quia puer erat, ineptū esse ad Bellum: ideo permisit eū redire in domū patris sui, vsq; in finem belli, postea rediturum ad officium suum pristinum, vt staret coram Saule. Et tunc potuit pr D suus mittere eū ad pascua, sicut prius: & deinde ad vilitandos fratres in Bello. Penitus tamen nō permiserat eū à se recedere Saul, quia semper illo opus habebat propter ęgritudinem suam. *Igitur quandocūque Spiritus Domini malus arripiebat Saul.* s. non erat iste cruciatus continuus, sed per temporum interualla, sicut fit in omnibus alijs arrepticijs. *Tollebat Dauid citharā.* s. quia in illa ꝓpitus erat, & nouerat alia musica organa: nā ipe dicit: In psalterio decachordo psallebam tibi. In cithara tñ magis assuetus erat, & hanc manu tenebat cū Saul arriperet. *Et percutiebat manu sua.* s. ad reddendū sonitū. *Et refocillabatur Saul.* i. requiescebat; quia delectatio armoniarū aliquantulū minuebat vim doloris. *Et leuius habebat.* i. alleuiabat aliquali E ter. s. quia in prætentia magnæ delectationis armonię, non poterat tota tristitia percipi, sicut sentire malus. s. non solum leuiabatur dolor, sed etiam alleviabatur pro tūc, qa recedebat spiritus neq̄ à Saule.

An Dæmones possent eijci de corporibus virtute melodiæ, vel alicuius alterius rei. Quæst. XL.

QVAERET aliquis Circa hoc, An Dæmones possent eijci de corporib⁹ aliqua virtute melodiæ, vel aliarum rerum. Et videtur ꝙ sic, quia dr Iosephus, ꝙ recedebat ab eo spūs malus psallente Dauid.

Alph. Tost. super 1. Regum.

Item Tobiæ. 6. Dixit Angelus Raphael de iecore piscis, ꝙ, si super carbones ponatur fumus eius extricat omne genus Dęmoniorum, siue à viro, siue à fęmina: sed odor fumi non est maioris efficaciæ, quā melodia, quin potius è contrario: quia melodia est aliquid magis spirituale, quam fumus, & magis cōueniens cum natura Dæmonis: ideo potius in eum agere poterit, quàm fumus. Item in musica Guidonis dicitur, quòd sunt quidam Dæmones, qui melodiam sustinere nō valent. Item communiter dr, ꝙ per quandam fumigationem possunt Dæmones cōgregari ad aliquem locū, vel ab aliquo loco eijci. Item Iosephus. 8. Antiqui asserit per radicem cuiusdam herbæ expelli Dæmones de corporibus obsessorum, cū ait: Præstitit autem Deus Salomoni, vt ēt contra Dæmones artem ad vtilitatem hominum, & eorum curas ediscceret, & incantationes instituit, quibus ægritudines soleant mitigari, modū ēt cōiurationum, quibus adstricti Dæmones, ne denuo redeant, effugent, inuenit. Et hæc cura hactenus apud nos multū prævalere dignoscitur. Vidi etenim quē dam Eleazarū de gēte nostra, prætente Vespasiano, & eius filijs, & tribunis, alioq; simul exercitu, curantem eos, qui à Dæmonibus vexabantur. Modus aūt medicinę fuit huiusmodi. Intulit naribus eius, qui à Dęmonio vexabatur, annulū habentem subter signaculum radicem à Salomone mōstratā: deinde Dæmonium per nares odorantis abstraxit: & repente cecidit homo. Postea coniurauit eū, iuramentū Salomonis obijciens, ne ad eū denuo remearet. i. cātica, q̄ ille composuit super eū dicēda. Volens aūt satisfacere, atq; probare præsentibus Eleazarus hanc se habere virtutē, ponebat ante eos aut calicē aquę plenū, aut peluē, & Dęmoni impetrabat, vt hæc ab homine egressus euerteret, & videntibus præberet indiciū, ꝙ hoīem reliquisset. Si ergo herba illa hoc potuit, à fortiori melodia. In contrariū vr, ꝙ non habeat melodia vires eijciendi Dæmones: qa semꝑ virtus agens est maioris efficacię q̄ res patiens, alio quin non sequeret operatio. Sed Dæmon est maioris potestatis, quàm quæcumq; res corporalis, quia dr Iob. 41. c. nō est potestas sub cœlo, quæ comparet ei, & intelligit de Dæmonę, ergo nō potest aliqua res corporalis in eū agere, vel expellere de corpore. Rūdēdū est, ꝙ Dęmones nō pñt eijci de corporib⁹, vel cōgregari ad aliquē locū virtute alicuius rei naturalis. Quia Dęmones sunt entia non naturalia. s. ſpūs puri nō vniti corporibus, ideo res naturales nō habent sup eos efficaciā agēdi, quia naturale solum agit in rē naturalē. Si aūt Dęmones essent aliquid naturale. s. corpora, vel spūs vniti corporibus, possent pati aliquid à rebus naturalibus, q̄ sunt de cōditionibus corporum: & hoc tenuit Plato: sic. n. dicit Apuleius platonicus ex auctotitate Platonis, ꝙ Dæmones sunt aīalia corpore aerea, mente rōnabilia, tpe eterna, aīo passiua: quodcumq; autem corpus, qđ elementū est, vel elementatū, pati pōt, & susciꝑe, & sic Dæmones, cū haberent corpora aerea, esſent passiui, ideo satis dispositi ad patiendum: quia inter omnia corpora elementalia, nullum est tam dispositū ad susceipiēdū oēm impressionē, sicut aer; ideo Dæmones accipiūt, & Angeli magis corpora de aere, q̄ de quocunq; alio elemento, vt declaratū fuit Nume. c. 21. & ipse Apuleius dicit, ꝙ Dæmones sunt aīalia passiua, Hoc modo non erat incōueniēs, ꝙ à fumo, & à melodijs, & multis alijs rebus pati possunt, sicut patiuntur hoīes, qui corporei, & compositi sunt. Constat tamen ex assertione fidei catholicę Dæmones esse puros spiritus, cum ab Angelis nihil distent, nisi quòd illi bonitate perstiterunt,

Secunda ratio.
Tertia rō.
Quarta ratio.
Quinta ratio.
Dæmones nulla re naturali eijci, vel cogi possunt.
Dæmon quid.
Contra Plat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

isti autem in malũ conuersi sunt. Apparet ẽt hoc, quia Dæmones sunt in corporibus humanis interdũ: si tamen corporei essent, non possent intus esse, quia non caperentur intra humana viscera, potissimè cũ multi sint, sicut in quodã viro, de quo Christus legionem Dæmonum eiecit. Sunt autem in legione sex mille sexcenti sexagintasex Dæmones. De hoc Matthæi 8.c. Si ergo illa essent animalia, nõ caperentur in multis corporibus: ergo nõ sunt animalia, sed sunt spiritus simplices, sicut Angeli boni: & manẽt in eis omnia naturalia integra, ideo sicut Angeli, non possunt cogi per aliqua corporalia, ita nec Dęmones. Ideo dicẽdũ, ꝙ Dęmones nõ possũt cogi, vt exeant de aliquo corpore, vel, vt veniãt ad illud per aliquas res naturales, nec per quascumq; cęremonias.

An verbis Dęmones cogi possint. Quæst. XLI.

DE verbis primo patet: quia verbum naturaliter non habet aliquas vires, nisi ad mouendum auditum, quia vox est obiectum potentiæ auditiuæ, & non potest obiectum agere, nisi in potẽtiam suam; sicut potentia non potest vltra obiectum suum. Dęmones autem non habent potentiam auditiuam, ideo voces ad eos nihil pertinent. Item, datõ, quòd Dæmones haberent potentiam auditiuã, voces nõ sufficerent ad eijciendum eos de aliquo loco, vel aggregandum eos ad aliquem locum: quia vox nõ habet efficaciam, nisi inquantum est dura, vel mollis: & aliquando voces terribiles, vel sonitus cogũt homines procidere in terram. Et sic Dæmones, dato quòd essent corporei, non possent eijci de aliquo loco, nisi propter voces nimis duras, quæ essent eis terribiles, & fugerent propter illas: illi tamen, qui conantur Dæmones per verba eijcere de corporibus obsessis, nõ proferunt ea durè, nec ad hoc respiciũt, sed, ꝙ sint talia, vel talia. Itẽ coniuratio, quæ Dæmonibus fit, vt non redeant ad corpora, de quibus exierunt, non potest secundum se habere aliquas tales vires: quia iuramentũ nõ habet efficaciam ex hoc, ꝙ aliquis proponit alteri verba, quæ iurare debet, sed, ex hoc, quòd alius iurat illa se seruaturũ. In Dæmonibus autem non est sic: quia ipsi non respõdẽt ad ea, quæ eis objiciuntur, vt iurent. Et, si aliquis dicat, ꝙ Dæmones dant signum, quòd nunquam redibunt, quamquam non loquentur, & illud sufficit. Dicendum, ꝙ non sufficit: quia necessitas impletionis iuramenti nõ stat in hoc, ꝙ aliquis iurauit: quia etiam si iurauerit, potest infringere, sed ex bonitate sua pẽdet firmitas impletionis, quia si bonus est, implebit quod promisit: quamquam ergo Dæmones signa dent se ad corpora nũquam redituros, impossibile est, ꝙ ex hoc sint astricti ad non redeundum.

Obiectio

Sed, si nõ redeũt hoc est, qa nolũt, vel ex aliqua alia causa, q̃ eos cogit, non tñ sunt ista verba. Sed objciet aliquis de exorcistis, ꝙ eijciũt Dæmones de corporibus humanis inuitos, & interdũ clamant, sicut erat de Christo, qñ eijciebat Dæmonia: nã dicitur, ꝙ egrediebantur Dæmonia de corporibus clamãtia: Marci. c. 1. & ĩterdũ dicebant: Quid tibi, & nobis Iesu fili Dei? venisti huc ante tẽpus torquere nos. Matthæi. cap. 8. & exorcistæ per sola verba expellũt Dæmonia, &. non est ibi aliqua fraus: ideo verba habẽt efficaciã super Dæmones.

Rñsio.

Respondendũ, ꝙ verba, q̃ proferũt exorcistę nullã efficaciam habent super Dæmones, nec exiret aliquis Dæmon de corpore ĩ virtute verborũ exorcistę, ẽt si per mille annos loquerent: sed, qñ loquit̃ Exorcista, Dęmones expelluntur, nõ coacti viribus verborũ, sed à virtute Dei, q vult operari, prolatis illis verbis. Sic. n. est in oĩbus sacramentis: nam in sacro Eucharistię, prolatis verbis à Sacerdote, est ibi verũ corpus, & sanguis Christi: & tñ ista verba non hñt aliquam virtutẽ ad hoc efficiẽdũ, quia, si in verbis esset virtus à quocunq; illa pferrent, conficerẽt Eucharistia. Sed falsum est, qa, si laicus illa protulerit, nihil efficit. Etiã non est efficacia à sacerdote, quia tũc, qñcũq; sacerdos illa proferret, conficeret: sed falsum est, quia si non proferant cũ intẽtione cõsecrãdi, sed intentione iocãdi, nihil efficitur: solus ergo Deus est, qui consecrat faciẽdo ibi esse verũ corpus Christi, & sanguinem: facit tñ hoc qñcũq; illa verba pferunt à sacerdote cũ intentione consecrandi: non quidẽ, ꝙ ex virtute verborum necesse sit sic fieri, sed qa Christus ꝓmisit, ꝙ, qñcũq; hoc sacerdotes facerent, esset ibi corpus Christi; & sic ipse fieri iussit Io. ca. 13. & prima ad Corin. 11. Ita ergo in exorcistis, q̃q̃ verba, quæ ipsi proferunt, non habeãt aliq̃ efficaciã ad expellendum Dæmones de corporibus: platis tñ illis verbis, q̃ ẽt in forma dedit Deus, illico Dęmonẽ eijcit de corpore. Et hoc, quia ipse ꝓmisit. ſ. ꝙ, plato noĩe suo, ista fierẽt. Marci. c. vltimo. ſin noĩe meo Dęmonia eijciẽt. i. prolato noĩe meo. De armonijs, autẽ eodẽ modo dicendum est, ꝙ ille ſm se nõ habent aliq̃ efficaciã ad excludendũ Dęmones de corporibus, vel ad cõuocandũ eos: nã armonia est vocũ proportio, ideo ad potentiã illã, ad q̃ pertinet vox, pertinebit armonia vocum, sed vox ad solũ auditũ ꝓtinet, ergo & armonia. In Dęmonibus tñ non est auditus: quia potentia auditiua in solis animalibus est, ideo ad eos nihil proficiunt armonię. Item armonia naturaliter habet efficaciã ad mouendum passiones. ſ. amorẽ, vel dolorem, tristiciã, vel solicitudines; & lasciuiã, & leuitatem, vel grauitatem morum: ideo Aristo. 8. Poli. volens instituere mores iuuenũ, dixit ad hoc multũ facere sonũ armoniarũ, & qbusdã, pdesse frigistã armoniã, alijs verò doricã. De instrumẽtis ẽt musicis sic dicit, ꝙ, q̃dã pertinẽt ad vnã passionẽ, & q̃dã ad aliã, & ꝙdã conueniũt iuuenibus, & q̃dam nõ. In Dęmonibus aũt non est pars affectiua, in qua sunt istæ passiones ex parte carnis, ideo nihil proficiẽt armoniæ. Item dato, ꝙ Dęmones haberent motus passionales, & pciperent armonias, nõ poterant excludi de corporibus humanis ꝓ dulcem armoniã, qñ armoniarũ est ista vis, quòd illa, q̃ est ſm artem, naturaliter cõ delectat auditũ, & ferunt̃ homines ad illam audiendam magno desiderio, nec solũ hoĩes, sed ẽt q̃dã de pecoribus, & volatilibus, quæ habent aliquam excellentiam in auditu. Sic est de cygnis, qui dulciter cantant, sicut ait Isidorus Etymologiarum li. 12. ſ. de cygnis, & Plinius li. 10. ſ. de cygnis, qui dicunt in Hyperboreis montibus cygnos citharędis Apollinis canentibus aduolare: eisq; concinere. Armonia autem, quæ præter artem est, vbi voces non bene consonant, naturaliter est contristatiua auditus, potiũs in illis, qui habent sensum auditus optimè temperatum. De hoc Aristo. Ethi. li. 9. Dæmones ergo, si perciperent armonias, non fugerent quando fierent armonię secundum artem, sed magis congregarẽtur: & fugerẽt, qñ fieret discordia vocũ. Dauid tñ, cũ esset excellens citharista, faciebat armonias valde modulatas; ideo ad eius cantum non debuit recedere Dæmõ à Saule, sed magis vnire ad torquẽdũ eum, vt semper audiret armonias: recedebat tñ Dæmon, Dauid canente, ergo nõ fiebat ex viribus armonię, sed ex alia causa. Patet ergo, ꝙ in verbis, vel armonijs nõ est aliqua efficacia ad Dæmones cõgregãdos, vel expellendos. Sed adhuc aliquis Obiectio obijciet, quòd in verbis sit aliqua virtus, quia quidã per incantationes, & prophanas artes, atque illicita

cita verba Dæmones expellũt de corporibus: ibi tñ non potest dici, ꝙ fiat ex virtute Dei, qui prolatis illis verbis, velit Dæmones eijcere: nam Deus nõ cõcurrit, nec concausat actibus prophanis, & verbis illicitis. Sed hic Dæmones excluduntur: ergo necesse est, ꝙ fiat ex viribus verborum. Respondendum, ꝙ, siquis per artes nefarias, vel illicitas cęremonias Dęmonẽ ab aliquo excludat, non ipse Dæmonẽ ex illo fit, sed Dęmon seipsum exclusit: exiuit. n. quia voluit. Sunt quippe Dæmones æmuli salutis nostræ, & ambitiosi honoris diuini, ideo desiderant nimis, vt colantur. Inuenerunt igitur ob hoc multiplices artes, imò fallacias, quibus cũ hominibus aduersari valeant, & ab eis diuinũ cultũ recipiant: dederunt ẽt quasdam superstitiosas cęremonias, quibus ipsi de corporibus humanis excludi possent, non quidẽ, ꝙ per illas verè excludãtur, sed quia, vt semper fallãt, volũt, quando illa facta fuerint, exire de corporib⁹. Nam, etiam si Dæmones voluissent dare nobis aliquam artem, per quam de corporibus excludi possent, impossibile fuisset eis, quia ipsi non poterãt nobis dare, ꝙ faceremus aliquid, nisi quod ad naturalia pertinet: nihil tamen huiusmodi habet vires super illos: nulla ergo verba siue bona, siue mala, nec soni tus duri, siue quantuncũq; terribiles, habent efficaciam super Dæmones.

Quo Inulla re naturali Dæmones cogi possint. Quæ. XLII.

DE rebus ẽt dicendum est, ꝙ nulla res habet efficaciam ad excludendum Dæmonem. ſ. de rebus naturalibus, siue sit animal, siue res inanimata, herba, vel arbor, vel fumus alicuius rei, vel odor bonꝰ, vel malus. Ratio huius est, quia in omnibus naturalibus, virtus agẽdi est ipsa qualitas, siue sit de primis, vt calor, vel humiditas: siue de secundis, vt q̃cunq; aliæ qualitates ortæ ex quatuor primis. Istę aũt qualitates sunt accidentia corporum, & non quidem omnium, sed solum elemẽtatorum: iõ non possunt agere res per istas qualitates, nisi in elementata corpora: Dæmones autem, non sunt corpora, nec habentes corpus, ideo nõ possunt pati ab istis rebus naturalibus. Patet hoc: nam ẽt ipsa corpora cœlestia, q̃q̃ corpora sint, quia tamen non habent conditionem elemẽtalem, non possunt pati ab aliquo agente naturali. ſ. quia non patiuntur à calido, nec à frigido: à fortiori ergo, Dæmones, qui incorporei sunt, non poterunt pati ab his qualitatibus. Ex hoc autẽ patet, ꝙ errant illi, qui dicunt Dæmones à corporibus posse expelli per fumũ, vel herbã, vel lapides, qa ista sunt entia naturalia. Sed adhuc circa hoc dubitabit, an Dæmones ad aliquã locũ cõgregari possint, per suffumigationes, vel lapides, aut expelli de locis illis. Multi. n sic fieri asserũt, & oĩum, qui cõiurationibus vtuntur, & cęremonijs superstitiosis, est modus iste. Respondendum est, ꝙ, vt dictũ fuit, nulla res naturalis potest habere efficaciã super aliquẽ purũ spiritum, quia etiam, sic est de anima nostra, q̃ est purus spũs: & tñ, q̃q̃ in corpore sit, non mouetur à calido, & frigido, vel ab alijs qualitatibus: quãto magis de Dæmonibus, qui sunt spiritus, non vniti corporibus? minus enim isti pati poterunt.

Dęmones congregari non possunt re naturali ad aliquem locum. Quæst. XLIII.

SED adhuc distinguendũ, quia aut quæritur de Dæmonibus, quantum ad hoc, ꝙ congregentur ad aliquem locum, vel quantum ad hoc, ꝙ expellãtur de illo. Quantum ad primũ, dicendum, ꝙ nulla res naturalis habet efficaciam congregandi Dęmones ad aliquem locum: quod patet: qa Dæmones, quando congregandi sunt, sunt substantiæ in se purè spirituales, & non habentes aliq̃ vnionẽ ad aliquod corpus, propter quod aliquo modo pati possint à rebus naturalibus: facilius aũt pati possent, si vniuisset sibi aliqua corpora: sic enim est de anima nostra, q̃, q̃q̃ sit purus spũs, qa tñ est vnita corpori ĩdirectè, suscipit quasdã passiones; & ſm diuersam corporis habitudinẽ diuersimode afficit: patet ergo, ꝙ nec fumigatio, nec aliquid alterũ vires habet agendi ĩ Dæmones ad congregãdũ eos ad aliquẽ locũ. Sed dicũt qdam, ꝙ q̃q̃ ista, non cogant Dæmones; tñ mouent̃ ad illa Dæmones, tanq̃ ad aliqua sibi delectabilia, & sic fumus quarundã rerũ est eis nimis delectabilis, & sanguis quorũdam animaliũ, vel aliquæ herbæ: ideo, qñ istę fuerint positę, in aliquo loco Dęmones confluunt ad illa. Sic ẽt dicunt, ꝙ aliquæ res sunt valde odibiles Dæmonib⁹, & ideo vbi illas senserint, fugiunt. Sed rñdendum est, non stare, qa nullum istorũ potest esse delectabilè, vel triste Dæmonibus; qa iste res sunt delectabiles, vel tristes alicui, inquantũ earum qualitas est conueniens, vel disconueniens illis, quia ex similitudine sequit̃ delectatio, & ex dissimilitudine sequitur tristitia. Non est tamẽ in Dæmonibus aliquid, secundum qđ ista sint sibi delectabilia, vel tristabilia, eo ꝙ nõ habent aliquid, qđ per illa percipiant. Sicut cibus nulli est delectabilis, nisi habenti potentiã gustatiuã: & color nulli est tristis, vel iocundus, nisi habenti visum, quia in potentia, & organo reperitur aliqua conformitas, vel dissimilitudo ad suum obiectum: in Dæmonib⁹ tñ, cum non sint animalia, non potest reperiri aliqua potentia perceptiua harum qualitatum, ideo non possunt esse eis istę res delectabiles, vel tristes, ẽt si ipsi vellent hoc, sicut non habenti visum non potest esse color delectabilis, vel tristis, etiam si vellet: non ergo possunt Dæmones cõgregari ad aliquẽ locũ ꝓ suffumigationem, vel aliquid alterũ, tanquam illud iocundũ sit. Si aũt dicas, ꝙ aliqñ congregarent̃. Dicendũ, ꝙ hoc est, quia volunt istis positis cõgregari, non tñ, ꝙ coganṫ: sed vt acquiescant hominibus, quos fallere cupiunt, veniunt, qñ ipsi voluerint: nec veniũt magis posita illa re, q̃ alia quacunq;, vel nulla, quia nihil magis ab illa patiunt̃, q̃ à nulla. Sed hoc faciũt, vt hoĩes inducãt ad cęremonias superstitiosas.

Opi. quorundam.

Impugnatio.

Indirectè possunt res naturales super Dæmones, vt sunt expellendi. Quæst. XLIIII.

SI autem quæratur, an Dæmones expelli possint de corporibus. Respondendum est, ꝙ q̃q̃ nulla res possit directè habere efficaciã super Dæmones, ad illos congregandum, siue expellendũ; indirectè tamen magis possunt res naturales sup Dæmones inquantũ sunt expellendi de aliquo corpore, q̃ inq̃tum sunt ꝙgregandi ad illud: eo ꝙ, quando expellẽdi sunt de corpore, iam habẽt vnionẽ aliquã ad corpus: inquantum verò congregandi sunt nullo modo sunt vniti. Sed sciendum, quòd in hoc Dæmones aut sunt expellendi de aliquo loco, ita, ꝙ ibi nullo modo sint, aut sunt expellendi, ita, quòd nullo modo operentur ibi. Quantum ad primum Dicendũ, ꝙ nulla res naturalis habet efficaciam ad expellendũ simpliciter Dæmonẽ de aliquo loco, habet tñ efficaciam interdũ ad expellendũ. ſ. ne operetur ibi. Hoc enim patet in anima nostra: ipsa est. n. spũs simplex alligatus corpori, in quem non potest agere aliqua res naturalis, nec potest excludi de corpore, ita qđ nullo modo sit: excludit̃ tñ, ne ibi operet̃. Nam anima nostra manet ĩ corpore vnita ei, vt for

Universidad de Deusto
Biblioteca

mam ad dandum esse, & vnita, vt motor mobili ad mouendū, & faciendū quasdam operationes quasi spirituales pet illud, sicut oēs sensationes. Aīa aūt manet in corpore, quādiu manet armonia ītер qualitates, q̄ sunt instrumenta animæ operantis ad vegetandū illud corp⁹. Cū aūt defecerit ista armonia, aīa iam non vegetat, & homo moritˉ: & ista est causa, propter quā ex nocumentis exterius illatis, vita tollat̄. ſ. quia per illa nocumēta tollīt armonia qualitatū: & tūc non habet aīa instrumentū vegetandi corpus, & causandi in illo operationes spūales: non tñ potest tolli, quin aīa ibi maneat, ēt, iam homine mortuo, & corpore, quantuncūq; resoluto: quia sicut potest aīa nostra, vel quæcūq; superba spiritualis vniri cuicūq; corpori inanimato, & mouere illud localiter, ita poterit aīa applicare se corpori, in quo prius erat, & poterit illud mouere iocaliter, vel saltē aliquā partē eius. Ideo à fortiori poterit ibi manere Non poterit tñ dare vitam, vel audire, aut videre per illud. Ratio diuersitatis est, quia ad hoc, ꝙ aīa vniat̄ corpori, vt forma materię, velut motor mobili, in motu spirituali. ſ. quantū ad sensationes requirunt̄ multa media, & instrumenta, q̄ sunt armoniæ qualitatū. Ad hoc tñ, ꝙ anima solū sit intra corpus, vel moueat illud localiter, nō requirīt armonia alicuius qualitatis, sed sola applicatio virtutis motiuæ ad quantitatem rei: nullū aūt agens naturale potest prohibere istam applicationē virtutis motiuæ; ideo, q̄q̄ nocumenta illata possint tollere aīæ, ꝙ sit vnita corpori formaliter, & quātū ad operationes spirituales: nō tñ possunt tollere, qn aīa moueat corpus, vel aliquam partē corporis localiter, & in ęternū maneat in illo corpore. Nec est putandū, ꝙ, homine mortuo, aīa nullo modo maneat in corpore, quasi manere nō possit, sed quia iā manere non finitur: nā mox vt homo moritˉ, Deus facit, ꝙ aīa ducat̄ ad loca gaudij, vel supplicij. Alioquin, sicut aīa, resoluto corpore, manet in Inferno, vel Purgatorio, ita manere poterat in corpore, & aliquando mouere illud: sed iā, non esset homo, quia nō manet ibi vnio formalis, imò, qđ magis est hoīe mortuo, aīa potest loqui per corpus, illud aliquo tpe: qđ patet, qa sicut aliqñ Dæmones subintrāt cadauera, & loquuntur per illa, ita aīa facere poterit in corpore suo, cum loquendi peritiā habeat, sicut Dæmon. Nunc aūt dicēdū est de Dæmonibus, sicut dicebat̄ de aīa. ſ. ꝙ possint Dæmones expelli de corpore, quātū ad aliquas operationes, ne possint illas exercere per corpus, nō tñ possunt expelli quātum ad hoc, ꝙ ibi nō sint. Qđ patet, quia Dęmones interdū loquuntur in corporibus mortuorum, sicut loquuntur in corporibus de aere fabricatis, & quia ad locutionē requirīt specialis applicatio virtutis Dæmonis ad ipsum corpus, per quod loquīt, quæ applicatio fit per qualitates naturales, poterūt agentia naturalia impedire istā actionem, quia potuerūt corrumpere qualitates, quæ sunt mediū huius actionis. Qđ patet: quia qñ malefici volūt, ꝙ Dęmones eis loquant̄ per cadauera mortuorum, accipiunt aliqua cadauera recenter exanimata. ſ. post vnū, vel duos dies, & deinde effundunt sanguinē calidū per guttur illius cadaueris. Aliter aūt Dæmones non possunt loqui per corpus illud. Ratio huius est, quia locutio, nō potest fieri sine organo determinato, in quo aēr collidat̄, & vox articulet̄. Si autem cadauer esset à multis diebꝰ, iā aliqua pars organorum locutionis esset putrefacta, vel resoluta: ideo non posset fieri locutio. Itē effundīt̄ sanguis intra guttur cadaueris, propter humiditatē, & calorē: post mortē. n. manet cadauer frigidum, & desiccatum, & ex hoc organa sunt cre-

Qūo Dęmones loquunt̄ per cadauera mortuorum.

F

G

H

I

K

creta, & dura, & inepta ad modum locutionis. Calore autem sanguinis frigiditas illa tollitur, & humiditate eius siccitas temperatur, ita, vt iam organum si tenerum, & calidum. Ista autem est dispositio, quæ requiritur ad omnem operationem spiritualem substantiæ spiritualis in corpore. Hoc modo satis apparet, quòd poterit impediri operatio Dæmonis in corpore. ſ. ne ibi loquatur. Et hoc si nos p magnā frigiditatem, vel caliditatem corrumpamus tē periē organi, quæ requirebatur ad hoc, ꝙ Dæmon loqueretur per illud corpus: & hoc est indirectè expelli: non tamen potest expelli de corpore ad hoc, ꝙ non moueat illud localiter, vel nō sit intra illud, quia ad hoc, quòd sit interius, non requirīt aliqua dispositio media: ideo agentia naturalia non habēt in quid agant ad excludendum Dæmonem de corpore, vel loco. Ad vniendum autem se corpori, & mouendum illud localiter, non requiritur aliqua dispositio, nisi, ꝙ corpus sit extensum, cui virtus possit extēsè applicari. Sed hoc est ī oī corpore, nec potest tolli per agens naturale, ideo non potest prohiberi Dæmon per aliqua naturalia agentia, ne moueat corpus, quòd voluerit localiter. Hæc autem dicta sunt de habitudine Dæmonis ad cadauer. Secus autem est de habitudine eius ad hominem viuentem. Facit enim tria Dæmon in homine viuente. ſ. ꝙ eum cruciat. Secūdo illum localiter mouet. Tertio per illum loquitur quando vult. Nihil autē istorum potest tolli Dæmoni, quin illud faciat in hoīe viuente. De primo patet, quia vexatio arrepticiorū est per quandā coertionem, quam Dæmones faciūt in corporibus arrepticiorum: velut si quis stringeret guttura alterius, vel aliquam partem eius: aut illam distraheret extendendo plus debito: istud autē pertinet ad solum motum localem, ideo cū ad hoc Dæmones non egeant aliqua applicatione speciali ad corpus, sed solum applicatione virtutis motiuæ ad quantitatem corporis, nō poterit tolli per aliquod agens naturale, quin hæc faciant, siue sint Dæmones intra corpus hominis, siue extra. Secundum est, ꝙ Dæmones interdum mouent arrepticios localiter, faciendo, quòd ferātur in ignem, vel aquam, aut in præcipitium: sic patet Matthęi. 17. c. de quodam, qui dixit Christo. Domine miserere filio meo, quia lunaticus est, & malè patitur: nam sępe cadit ī ignē, & crebro in aquā. Hoc autē non potest tolli Dæmonibus, quin illud faciant: quia hic est solus motus localis, & applicatio virtutis motiuæ, quæ non requirit aliquam qualitatem naturalem. Tertium est, ꝙ Dæmones loquuntur interdum per arrepticios, & hoc poterat prohiberi eis in cadaueribus, vt sup. dictum est: non potest tamen prohiberi ī corpore viuenti. Causa est: quia, cum hoc prohibetur, fit p corruptionem proportionis organi, scilicet per maximum calorem, vel per maximum frigus, vel magnam siccitatem. Hæc autem si inducantur in aliquo arrepticio, morietur: quia non potest aīa manere vnita formaliter alicui corpori, si totaliter fuerit in aliqua extremitate contrarietatis, ideo quamdiu organum arrepticij hominis manet dispositum ad locutionē, poterit Dæmon semp loqui per arrepticium. Si autem voluerimus corrumpere organum ad hoc, ꝙ sit ineptum totaliter ad locutionem, non poterit esse, nisi arrepticius moriatur. Patet ergo ex dictis, ꝙ Dæmones non possint cogi, vt congręgentur in aliquo loco ad respōdendum, vel ad aliquid faciendum: & si in loco fuerint, non possunt cogi ad loquendum, & si noluerint recedere, non possunt cogi à Deo, vel à sanctis Angelis virtute Dei.

Prima

Prima ratio quæst. superiores 40. dissoluitur. *Quæst. XLV.*

AD rationes aūt in contrariū, respondendū est. Ad primā, cū dicebat̄, ꝙ Dauid psallente in cithara recedebat spūs malus, ergo armonia potest effugare Dęmonem. Aliqui respondēt, ꝙ non fiebat hoc virtute Armonię; sed virtute Dauid. ſ. qa erat vir sanctus, & Deꝰ propter eū effugabat Dęmonē à Saule: sed hoc non stat penitus: nam serui Saulis dixerunt ei, ꝙ iuberet inquiri aliquem virū bene psallentem in cithara, vt qñ à spū nequam vexarēt, illo psallente melius haberet. Isti aūt nō aspiciebant ad sanctitatē eius, qui debebat psallere coram Saule, qa nesciebant, an futurus esset vir bonus, vel non: sed respiciebant ad vires armonię; ideo videtur, ꝙ ipsi putabant armoniam habere efficaciā ad expellē dum Dęmones. Respondendum est, ꝙ serui Saulis putabant, ꝙ eo, ꝙ Saul erat dęmoniacus, non poterat habere remediū p medicos, nec p aliquid aliud, nisi per Deū: poterat tamen habere aliquam alleuiationem, ideo dixerunt ei serui sui, ꝙ psalleret aliqs corā eo, & alleuiaret: non tñ dixerunt, ꝙ sanaret, qđ patet ex littera. ſ. serui tui, qui coram te sunt, quærant hominem sciētē psallere cithara, vt qñ arripue rit te spūs Dei malus, psallat manu sua, & leuius feras. i. aliqualiter molliatur dolor. Non tamen dixerunt: psallat manu sua, & recedat à te spūs nequam. Quod aūt armonia habeat vires alleuiandi dolores inflictos à dęmonibus, patet, qa dolor est perceptio nocumenti, sicut delectatio est perceptio conueniētis. Quamquam ergo potentię pceptiuę assistat nocumentū: si non percipit illud, non sequitur dolor, sicut ēt si assistat ei cōueniens, si non percipiat illud non sequitur delectatio: cū tñ alicui potentiæ perceptiuæ adest aliquod nocumentū, necessario percipiet illud, nisi sit aliquid, quod impediat perceptionem, & sic causet dolor, vel tristitia: impeditur aūt potentia perceptiua à perceprione nocumenti, si assistat ei aliquod delectabile, quod præponderet ad nocumentū; & sic quādo sunt coram nobis duo ſ. vnum delectabile, & aliud tristabile, si delectabile sit valde excellens super tristabile, faciet, ꝙ non sentiatur aliqua tristitia, vel, ꝙ non sit tam grauis: sic. n. cū cruciatus, quem Dæmō infligeret Sauli esset durus: melodia autem erat naturaliter causatiua delectationis, ideo, præsente illa, aliqualiter distraherēt potentia à perceptione nocumenti, & sic leuior fieret dolor: non autem non est quasi melodia habeat specialiter vires mitigandi dolores a Dęmonibus inflictos: quia tunc directe proficeret cōtra Dęmonē, sed in quocunq; dolore hoc efficit. ſ. vt nō tantum sentiatur, sicut sentiretur, nisi adesset armonia. Itē nō solū armonia habet istas vires, sed q̄cūq; delectatio hoc efficit; qa qñ delectabile, & tristabile simul cōiūgant̄ potētię pceptiuę, necesse est, ꝙ qđlibet illorū faciat aliud minꝰ sētiri; ideo idē secutū fuerat in Saule, si q̄cūq; alia gaudia in conspectu eius facta fuissent, qñ à dęmone vexabat̄. Serui tñ sui elegerūt hoc, tanq̄ satis opportunū. Cū aūt dr̄, ꝙ recedebat spūs malus Dei à Saule psallente Dauid, dicendū, ꝙ hoc non fiebat ex viribus armonię, sed quia Deus volebat: & hoc fortè propter merita Dauid, & quia Deus volebat illius sanctitatem manifestare.

Secundum argumentum quæst. 40. tollitur. *Quæst. XLVI.*

AD secundū, cū dicebat̄ Tobiæ. c. 6. ꝙ Angelus Raphaël dixit, ꝙ fumus iecoris piscis extricat oē genus dęmoniorū. i. expellit à viro siue à fęmina. Dicendum, ꝙ ista ꝓbatio, non est sufficiens, quia liber Tobiæ non est de canone sacrarū scripturarū: ideo, licet recipiat̄ ad legendū in ecclesia pro ædificatione, quia sunt ibi multa incitatiua ad bonū, nō tñ est efficax auctoritas eius ad probationē alicuius dubij, vt ait Hieronymus ī prologo galeato. Aliter potest dici, ꝙ fumus iecoris piscis nihil proficiebat ad excludendum Dęmonem à viro, vel à fœmina: sed illud fuit factum pręcibus Tobię: quia ipse cū Sara vxore sua prima nocte vacauerūt orationibꝰ, non dātes operā libidini: ideo exaudiuit Deus illos, & non permisit Dęmonem nocere eis. Quod autē nō fuerit hoc factum virtute fumi iecoris apparet, quia Tobiæ. ca. 8. dr̄, ꝙ Raphael religauit Demonē ī deserto superioris Aegypti: ergo non fumus. Sed tunc dicetur, quare ergo inducebat Angelus Tobiam ad istā superstitionē, ꝙ cremaret iecur piscis ad excludēdū Dęmonē? nā superstitiones nimis fugiendæ sunt: pertinēt enim ad quoddam genus idolatriæ: Respondendum, ꝙ hoc fecit, vt se occultaret: nam Raphael cùm esset Angelus, in forma viri videbatur: nec volebat se manifestare vsq; quo omnia facta essent: & qa Tobias nouerat, ꝙ Dęmon suffocabat oēs Sarę viros, nollet ducere eā vxorē, nisi daret̄ sibi securitas, ꝙ non suffocaretur à Demone. Potuisset autem eam dare Raphael, si dixisset, ꝙ ipse religaret Dęmonem, sicut fecit. Sic tamen prodere se: posuit ergo aliud, per quod occultaretur, dicens, ꝙ fumus iecoris illius piscis effugabat Dæmonem; & sic non cognouit eum Tobias, Sed tunc dicet aliquis, ꝙ mentitus est Angelus, cum fumus ille nullam haberet virtutem. Respondendum est, ꝙ Angelus non intellexit absolutē, ꝙ iecur piscis cōbustum Dęmones extricaret: sed locutus est spiritualiter in Tobia, dicens: cordis eius particulam si super carbones ponis, fumus eius extricat omne genus Dęmoniorum, siue à viro siue à muliere. Et sic verum est, ꝙ quando Tobias poneret iecur siue cor super Carbones, Dæmon effugaretur: non tamen virtute Carbonum, vel fumi cordis, sed orationum Tobiæ, & Angeli Dæmonium religantis. Sic ergo Raphael mendacium hic non expressit: veritatem tamen subticuit, sicut fecit supra Samuel, vt patet in littera: & hoc, non est illicitum, cum Deus illud iusserit Samuli. Ad tertiam rationem, cum dicitur in musica Guidonis, quòd quidam Dæmones melodiam sustinere non valent. Dicendum, quòd de illo dicto non multum est curandum, quia nullius est auctoritatis; & fortè accepit ex loco isto, scilicet, quòd, Dauid psallente, recedebat spiritus malus à Saule, sed non intellexit: putauit enim, per virtutem melodiæ illū expelli: vnde in hoc ipse laudat melodiam. ſ. ꝙ tantę virtutis sit, ꝙ Dęmones expellere queat. Aliqñ tñ recedunt Dęmones, p̄sente melodia: non quidem virtute melodiæ, sed pp sanctitatē eius, qui facit melodiā: sed sic erat de Dauid, qa virtute eius expellebatur Dæmon: vel fit pp malitiā facientis melodiā, scilicet, quòd Dæmon vult ei in hoc complacere, vt sibi diuinum honorem exhibeat: & tunc non recedit Dæmon coactus, sed spōte, vt sic semper homines fallat. Ad quartam rationem, cum dicebatur, quòd Iosephus asserit Eleazarum excluſisse Dæmones virtute radicis cuiusdam coram Vespasiano. Dicendum, quòd non est negandum, quin tunc Eleazarus Dæmonem excluserit: non tamen virtute illius herbæ exclusus est, sed quia ipse voluit. Nam impossibile est, quòd herba, vel odor cuiuscunque rei in Dæmonem agere possit, cum Dæmon sit purus spiritus, & omnis actio in rebus naturalibus fit per contactum, iuxta Arist. 2. de Genere, & corrup. Dæmon

Vt rectius hoc, teneas, vide superius in præfatiorem. D. Hieronymi. q. 29.

Ad tertiā rōnem q. 40.

Ad iiij.

autē,quia non est quantus,nō potest contingi: ideo nec pati: exiuit tamen Dęmon,quia fortè ille Eleazarus erat Magus, & habebat aliqua pacta cum Dęmonibus,vt illud facerent. Cū aūt dī,quòd obiecit Dęmoni iuramētum Salomonis, ne rediret ad corpus. dicendū, ꝙ si illa erant aliqua verba sacra sine admixtione alicuius cęremonię illicitę: Deꝰ excluderet Dęmonē, prolatis illis verbis, non quidē virtute verborum, sed quia Deus volebat illud facere, eo ꝙ inuocabatur ibi nomen eius. Vnde Christꝰ approbauit artem exorcistarū veteris Testamēti, qua Dęmonia eijciebantur, vt patet Matthæi 12. ca. ſi ego in Beelzebub eijcio dęmonia, filij vestri in quo eijciunt? q. d. sequeretur, quòd ipsi eijcerent etiam in Beelzebub: sed non eijciunt,ideo nec ego. Appa et igitur de Dæmonibus qualiter se habeāt ad eos, quos vexant, & an possint per Melodiā, vel per aliud alterum expelli de corporibus, vel cōgregari.

CAPITVLVM. XVII.

CONGREGANTES autem Philisthijni agmina sua in prælium conuenerunt in Socho Iudæ, & castrametati sunt inter Socho & Azeca in finibus Dommim. Porro Saul,& filij Israel congregati venerunt in valle Terebinthi, & direxerunt aciem ad pugnandum contra Philisthijm.

In superioribus descripta est ipsius Dauid electio; hic consequenter describitur contra eū Saulis ęmulatio. Et primò ponitur huius ęmulationis causa: Secundò inuidia subsecuta sequenti c. Sciendū autem,ꝙ causa emulationis, quam accepit Saul de Dauid,fuit laus exhibita Dauid à mulieribus de victoria, quàm habuit contra Goliat sequenti.cap. Et hoc fuit in Bello,ideo hic Bellū describitur,& diuiditur in quatuor partes. Primò ponit Belli apparatus,secundò ipsius Dauid aduentus, tertiò Dauid conflictus, quartò ipsius triumphus. Secunda ibi. *Dauid autem erat.* Tertia ibi. *Audita sunt autem.* Quarta ibi. *Prænaluitque Dauid.*

De ordine sequentium ad præcedentia,an sit aliqua mutatio.
Quæstio I.

CIRCA primum quæritur,an ea,quæ dicūtur in hoc. c. habeant ordinem consequentem ad
Prima rō. præcedentia,vel sit aliqua mutatio. Aliquis respōdebit,quòd sit mutatus ordo,quia prius fuerunt ea, quæ habentur præcedenti c.q̄ ista. Quod patet, quia præcedenti. c. dicitur,ꝙ Dauid venit coram Saule, & placuit illi, misitq; Saul ad patrem eius,vt Dauid semper staret in cōspectu suo. Sed hic dicitur,ꝙ Dauid pascebat Gregem, & missus est ad visitandū fratres suos ad aciem: ergo prius fuit hoc,quam illud.
Secunda ratio. Item quando Dauid pugnauit hic contra Goliat, Saul quæsiuit de qua stirpe esset iste adolescens, & ait ad eū: De qua progenie es, ò adolescēs, vt patet. inf. in littera. Si tamen prius stetisset coram Saule, sicut dicitur præcedenti.c.cognouisset eū nūc, quia fuisset nimis familiaris ei, cum psalleret coram eo, & esset armiger suus: ergo nondum illud acciderat, quod habetur præcedenti.c. Respondendum est, ꝙ ea,quę habentur supra,fuerunt prius,quàm hęc: ga si ista accidissent ante illa, non esset Dauid incognitus Saul: iquia iam in isto Bello cognouisset eū: erat tamē adhuc incognitus, vt patet præcedenti. ca. ga q̄dā de pueris Saulis dixit: Ecce vidi filiū Isai Bethlemitem, scientē psallere,&c. Ista autem loquebatur ille Sauli, tanquam non cognoscenti Dauid. Quod etiam satis patet ex missione Saulis, quia fecit eum vocari, vt, si fortè placeret in oculis eius: postea aūt, quia placuit, misit ad Isai, dicens: Stet Dauid in conspectu meo: inuenit.n. gratiam in oculis meis: nondum ergo cognouerat eū hic. Item patet efficacius, quia, si ista accidissent prius quā illa, quæ habentur p̄cedenti c. nūquam illa fieri potuissent. Quod patet, quia postq̄ Dauid occidit Goliat semper mansit cū Saule, vt patet inf. sequenti c.ſ. Tulitq; eum Saul in die illa,& non concessit ei, vt reuerteretur ī Domū Patris sui: tamen præcedenti.c. dicitur, ꝙ Saul misit ad vocandum Dauid in Bethlehem: & venit de pascuis: ergo prius accidit illud,quam istud. Itē patet hoc expressius inf. in littera.ſ. Abijt ergo Dauid, & reuersus est à Saule, vt pasceret Gregem Patris sui ī Bethleem: ergo prius reuersus est à Saule, quā acciderent ista, quæ habentur hic: & sic non est aliqua mutatio ordinis. Ad rationes in contrarium, dicēdū. Ad primam, cū dicitur, ꝙ Dauid venit ad Saulē, vt semper staret cum eo, &c. Dicendum, ꝙ quando Saul fecit coram se manere Dauid, dicens: Stet Dauid in conspectu meo, volebat, ꝙ semper maneret cum eo. Postea tamen accidit Bellum istud: & forte alia negocia priora, in quibus iudicauit Saul non esse sibi necessariū Dauid, Ideo permisit eum redire ad Patrem: & tunc pascebat Gregem, sicut prius, & missus est à patre in Bellum, & acciderunt hęc, vt patet inf. in littera. ſ. Abijt ergo Dauid, & reuersus est à Saule, vt pasceret Gregem patris sui in Bethlehem. Ad secundam rationem, cum dicebatur, ꝙ si ea, q̄ habentur præcedenti. c. tamen Saul, quamquā ibi cognouisset Dauid iam tunc, non cognoscebat, eo ꝙ mutata erat statura, vel habitudo faciei Dauid ſ. ꝙ ante non erat barbatus, nunc vero sic. Et in tali tempore breuiter mutant homines nimis à priori effigie. Sic respondet Augu de quo etiam magis dicetur in fine. c. non est ergo hic aliqua mutatio ordinis.

Existimandum est non fuisse magnum tempus inter ea, quæ sequuntur,& præcedentia. *Quæst. II.*

QVAERETVR vlterius,an ea,quæ habentur hic, fuerint immediate facta post ea,quæ habētur præcedenti.c. vel magno tempore post. Respōdendum est,ꝙ non potest hoc patere. ſ. quantū tempus fuerit: Satis tamen dicendū est,ꝙ non fuerit magnū tempus,quia tamē primo venit Dauid ad Saulem ad psallendum coram eo erat. 20. annorū, aut parum plus, vt declaratū est præcedenti.c. nunc autem etiam erat satis iuuenis: quia dixit inf. Saul ad Dauid: non vales resistere Philisteo isti, q̄a puer es. Post hoc aūt, transierūt multa tempora, in quibus Saul persecutus est Dauid vsque ad mortem suam: Tamen anno, quo mortuus est Saul, & factus est Dauid rex, erat annorum. 30. vt patet inf. 2. li. c. 5. Ergo non multum tempus transiuit inter illa, quæ habentur sup. & ea. q̄ habentur hic: sed etiam tēpus vnius, vel duorū annorū ad plus: vt patet ēt ex sententia Iosephi. 6. Antiqui. dicentis: Post non multa siquidē tpa Palęstini, denuo congregati, magnū sup oēs Israelitas exercitū colligētes, castrametati sunt inter Socho,

Socho,& Azeca. *Congregauerunt ergo Philisthini agmina sua in prælium,* scilicet congregauerūt Philisthini multitudinem suam ad pugnandum contra Israel. Et dicitur de agminibus, q̄a terra Philisthijm nō erat tota, quasi vna, sed erat diuisa p̄ q̄nq; reges, q̄ vocantur Reguli: Iosue 13. c. & vocantur satrapę, Supra c. 6. ideo Philisthini non erant oēs in vno agmine, sed erant quasi quinque multitudines sub quinque Regibus constitutæ: cum tñ pugnandū erat contra Israelitas, congregabantur oēs Philisthini cum Regibus suis. Sic patet infra c. 29. ſ. Congregati sunt ergo Philisthijn vniuersa agmina in Aphec, & Satrapę quidē Philisthijni incedebant in Centurijs, & millibus. Ita aūt ꝙgregata fuerūt vniuersa agmina Philisthinorū.

Quare Philisthini conuenerunt ad Bellum contra Israelitas; cum essent subditi, & tributarij eorum. *Quæst. III.*

QVAERET aliquis, Quare Philisthini conuerunt in bellū contra Israelitas, cū essent Israelitæ subditi illis,& tributarij: Nam nūquam fuit ablatum iugum tributi, quod imposuerant Philisthini Israelitis vsque ad tempora Dauid, vt patet infra 2. lib. cap. 8. ſ. percussit Dauid Philisthęos, & humiliauit eos, & tulit Dauid frenum tributi de manu Philisthijn: si tamen non fuissent subditi illis in tributo, haberent causam ad pugnādum ꝙtra illos, vt subijcerent eos sibi, nūc autem, cū subiecti essent, non videtur quare pugnarent. Respondendū est, ꝙ à principio ex multis temporibus Philisthini dominabantur Israelitis, & grauabant eos magno iugo, cogentes, ne haberent arma: vnde quādo pugnare voluit Saul contra Philisthijn, non est inuentus Ensis, aut Lancea in manu totius populi, qui erat cū Saule, excepto Saule, & Ionatha, abstulerunt etiā Fabros de terra Israel: vnde non reperiebatur faber ferrarius in tota terra Israel. De hoc supra c. 13. Hæc & multa alia grauia tolerabant Israelitæ à Philisthinis: vnde, vt Philisthini cogerent Israelitas seruare leges suas, ponebant aliquam partē exercitus de seipsis in terram Israel, vt illa comprimeret Israelitas. Et ista vocatur statio Philisthinorum. Erat autem ista acies in Gabaa Saulis, vt patet supra c. 10. & 13. & ex eo loco diuidebantur per terram Israel, vt viderent quid facerent Israelitæ: & nihil moueretur ꝙtra voluntatem Philisthinorum. In principio autē regni Saulis, Ionathas filius eius aggressus est, cū statione Philisthinorum, & percussit illos, vt patet supra c. 13. scilicet Percussit Ionathas stationem Philisthinorum, quæ erat in Gabaa,& erexit se Israel aduersus Philisthijn. Tunc autē congregati sunt omnes Philisthini cōtra Israel, vt patet. e. c. & percusserunt eos Israelitę, vt patet supra c. 14. post hoc autem Israelitæ cęperunt liberiores esse, quā prius, exclusis Philisthinis de terra: habueruntq; fabros, quos ante nō habuerant, & seruauerūt leges suas, excluſa seruitute Philisthinorum; non tamen fuerūt penitus liberi, quia adhuc manebat aliquod iugum tributi, saltem in aliquibus terris Israelitarum: & istud mansit vsque ad tempora Dauid, qui abstulit iugū Philistinorū, quantum ad tributa, vt patet infra 2. lib. c. 8. Philisthini ergo, quāquam haberent aliquod iugum tributi sup Israelitas quātum ad aliquid, tamen ista tributa nō bene soluebātur, quia, quando Israelitæ superabāt, nihil reddebant, ideo nitebantur Philisthini reducere Israelitas in pristinam seruitutem, ſ. vt esset serui eorum ad libitum suum. Hoc autē significauit Goliath: in verbis suis, cū dixit: Nunquid ego non sum Philisteus: & vos serui Saul: eligite ex vobis virum, descendatq; ad singulare certamen: si quiuerit pugnare mecum,& percusserit me, erimus vobis serui, si autem ego præualuero, & percussero, eum vos serui eritis,& seruietis nobis. Apparet ergo ex verbis his, ꝙ Philisthini desiderabant subijcere Israelitas penitus in seruitutem, sicut à principio fuerant, & ꝙ tunc paucam habebant seruitutem. Cùm autem obijciebatur, ꝙ non haberent Philisthini causam pugnandi contra Israelitas, dicendum, ꝙ ipsi non solùm volebāt habere seruitutem aliquorum tributorum, sed omnimodam subiectionē, sicut habuerunt à principio: ideo pro hac pugnabāt. Etiam, quia tributa nō erant eis secura in Israelitis, nisi magis eos sibi subijcerent, cum illi possent negare tributa, quando prosperarentur. Et forte multoties tempore Saulis nihil soluebant. *Et conuenerunt in Socho Iudæ.* i. venerunt in quandam vrbem, quæ vocaī Socho,& est in sorte Iudæ: Nam Philisthini ferè oēs habitabant in sorte Iudæ, vt declaratū est Iosue. ca. 15. & ob hoc, quando pugnabant contra Israelitas castrametabantur in sorte Iudæ, vel in terra propinqua, ſ. Beniamin, vel Effraim. Sciēdum autem, ꝙ, q̄q̄ dicatur hic, ꝙ conuenerunt in Socho; tamen nō posuerunt Castra ibi, quia immediatè dicitur, ꝙ, castra metati sunt inter Socho,& Azeca. Sed conuenerūt in Socho, ſ. ad habendum ibi consilium, in quo loco castrametari deberent, vel quid agerent: & tunc castrametati sunt apud vrbem Socho.

Socho nomen vrbis, & vocatur Socho Iudæ, quia erat in tribu Iudæ. *Quæst. IIII.*

QVAERETVR quare vocatur hic Socho Iudæ. Respondēdum est, ꝙ aliquando in scriptura sacra idem nomen vrbis cōuenit duabus vrbib⁹, sicut vna ciuitas vocatur Bethlehem: & est in tribu Iuda, vt patet Matth. c. 2. & alia Ciuitas vocatur Bethlehem, quæ est in tribu filiorum, Zabulon. Iosue. cap. 19. Simile autem est in multis alijs vrbibus, ideo scriptura interdum ad notificandū de qua vrbe loquatur, ponit ei quandam adiectionem denotantē tribū. Sic patet de vrbe Bethlehem, de qua cum loqueretur Micheas, non vocauit eā Bethlehem absolutè, sed Bethlehem Iudæ, vt patet Miche. c. 5. ſ. Tu Bethlehem Ephrata paruula es in milibus Iuda. Sic etiam accipitur Matth. c. 2. Et tu Bethlehem terra Iuda. Hoc autem, vt intelligeretur, ꝙ Messias nasciturus erat in Bethlehem tribus Zabulon. Sic autē in ista vrbe Socho. Erat enim duplex vrbs Socho: vna erat, ad Orientem Iordanis in sorte Iudę, vt patet Iosue. c. 15. nūc autem ista vrbs Socho, in qua castrametati sunt, vel conuenerūt Philisthini, nō erat in tribu Gad, sed in tribu Iuda, ideo dictū est in Socho Iudæ. Erat autem illa Socho, quæ erat in tribu Gad, vt aliqui volunt, illa, quā denominauit Iacob veniens de Mesopotamia, quando fixit ibi tentoria, vt patet Gen. 33. c. Sed falsum est hoc, quia illa Socho est in tribu Iuda, & post Iordanem: iam enim transierat Iordanem Iacob, vt patet. e. c. Sed magis dicendum, quòd illa sit Socho de, qua hic.

Philisthini, an sint castrametati nunc in terra Israelitarum.
Quæstio V.

QVAERET aliquis, an fuerint castrametati hac vice Philisthini in terra Israel, vel in terra sua. Aliquis dicet, ꝙ manifestum est Philisthinos castrametatos fuisse in terra Israel, quia dicitur, ꝙ conuenerunt in Socho Iudæ. Si ergo Socho erat de terra Iudæ, iam erant Philisthini in terra Israel. Itē patet, quia dicitur, castrametati sunt inter Socho, &

Azecha;

Universidad de Deusto
Biblioteca

Azeca; vterq; tamen locus erat in sorte Iudæ Iosue. c. 15. ergo, siue referatur ad castrametationem, siue ad congregationem, vtrunque factum est, in terra Iudę. Respondendum est, ꝙ non probatur ex istis fuisse congregationem, & castrametationem Philisthinorum in terra Israel: nam ꝙꝙ essent in sorte Iudæ, nondum erant in terra Israel. Quod patet, quia tota ipsa terra Philisthinorum erat in sorte Iudæ: & in aliquibus coniunctis, vt declaratum est Iosue. 13. & 15. c. terra tamen Philistinorū nondū erat capta ab Israelitis, nec capta fuit vnquam. Deus tamē iussit, ꝙ Iosue diuideret omnem terrā Chanaan, etiā si nondum capta esset. Huius autē pars erat terra Philisthijn, quæ nondum fuerat capta, & Iosue c. 13. nominatur tanquam non capta. Iubetur tamē diuidi. Quamquam igitur Socho esset in sorte Iudæ, tamē poterat adhuc possideri à Philisthinis, sicut possidebantur multa alia loca eiusdem sortis. Credendum tamen est, ꝙ Socho pertineret ad terram Israel, scilicet, ꝙ habitarent in ea Israelitæ: nam Philisthini, cùm mouerent pugnā contra Israel, oportet, ꝙ figerent castra in terra Israel, quia aliàs, dū ipsi manerēt, in terra sua, non pugnarent contra aliquem, nec faciebant cuiuis iniuriam: & sic Israelitę non irent cōtra eos in bellum; occurerrunt tamen. Oportet ergo, ꝙ esset castrametatio in terra Israel. *Et inde castra metati sunt inter Socho, & Azeca.* i. recesserunt inde. s. de Socho. Et paululum progredientes, fixerunt Castra inter Socho, & Azaca. Erant. n. istę duę vrbes in sorte Iudæ, vt patet Iosue. c. 15. & sicut hic ponuntur simul, ita ponuntur. e. c. ad signandum, ꝙ parū ab inuicem distabant. Est autem Azeca Ciuitas, apud, ꝙ persecutus est Iosue, quinque Reges, qui expugnabant Gabaon, & misit Dominus lapides magnos, de cęlo super illos Reges, & occidit multos ab vrbe Bethoron, vsque ad Azeca, vt patet Iosue. c. 10. &, cū apud ipsum locū esset Iosue, orauit Dominum, vt staret sol, & stetit, vt patet præalle c. Est autem ciuitas Azeca iuxta latus Aquilonare sortis Iudæ: nā est apud terminos Dommim, vt patet hic: & tamen iste locus ponitur in terminis sortis Iudę, vt patet Iosue. c. 15. & hoc, vt quidam volunt. *In finibus Dommim.* Istud est nomen alicuius terræ, in sorte Iudę. In Hebræo vocatur Dammin, & interpretatur sanguinum pluraliter. *Porro Saul, & viri Israel congregati venerunt in vallem Terebinthi.* i. Israelitæ videntes, ꝙ Philisthini instruxerant aciem contra Israel, ipsi quoque congregati sunt, quia vocauit eos Saul, & venerunt in valle Terebinthi. Ista vallis erat apud vrbem Socho: nam ibi posuerant Israelitæ Castra iuxta Philisthinos, sed Philistini posuerūt Castra inter Socho, & Azeca, vt patet supra ergo Castra Israelitarum erant non longe ab vrbe Socho; quia non multū distabant inter se Castra hostium. Vocatur. n. illa vallis Terebinthi, quia erat ibi quædam Terebinthus: est enim Terebinthus nomen arboris Arabicem, de qua gummi manat, vt ait Isidorus Etymo. 16. sed litera hebraica accipit eam pro quercu. nam supra c. 10. cum dicitur: cumque abieris vltra, & veneris ad quercum Thabor: ponitur talis dictio, sicut hoc ponitur pro Terebintho, s. elon. Et ista aliquando vocatur ilex, sicut dicitur de Abrahā, ꝙ habitabat sub ilice Membre. Et ponitur ibi elon, pro ilice, sicut ponitur hic pro Terebintho: & supra c. 10. pro quercu. *Et duxerunt aciem ad pugnandum cōtra Philistiim.* s. ordinauerūt aciem suam, vt pugnarent contra Philisthinos non tamen pugnabant, quia 40. diebus manserunt acies vtrinque, & nequaquam pugnatum est, eo, ꝙ Goliath Philistheus, per 40. dies exprobrabat Israelitis, dicens, ꝙ darent aliquem, qui pugnaret, cum eo singulariter, & nō pugnaret tota multitudo. Fecit autem hoc 40. diebus, ideo in illis non pugnauerunt Israelitæ, ꝙꝙ pugnare uellent: sed primū initum est singulare certamē Dauid, cū Goliath, & deinde secutum est bellū, vel magis ꝓsecutio Israetarū ꝓtra Philisthinos. *Et Philisthini stabant super montem.* Ex hac parte ponitur hoc situs castrorū Philistinorum, & Israelitarum: & dicitur, ꝙ Philisthini posuerant Castra super quēdam montē. *Et Israel stabat super montem ex altera parte*, ideſt etiam Israelitæ posuerunt castra super alterum montem. Hoc enim factum est à quolibet exercitu ad maiorem sui tutelam, quia cum essent castra super montem, illi, qui ibi erant, poterant conspicere hostes à longe, & an aliquid contra eos molirentur. Si autem in valle essent, possent subito ab hostibus incauti circundari, & repentine peruenirentur. Item cum esset vnus exercitus in monte, & alius in alio monte quicunque vellet aggredi pugnam contra alterum, esset inferioris conditionis, scilicet, quia alius stans super montem faciliter venientes ex vallibus deijcere posset. Dicit tamen Iosephus 6. Antiquitatum, quod Philisthini nō tenuerunt priora castra, sed Saul coegit eos mutare illa, & ex aduerso montis, quem Saul apprehenderat aduenire, diuisitque eorum exercitum medius mons, qui erat positus inter eos. *Vallisque erat inter eos*, ideſt cum essent isti duo exercitus super duo cacumina montium opposita, necesse est, ꝙ vallis esset inter illos, & illa diuidebat. Iosephus tamen dicit, ꝙ erat medius mons inter illos: sed hoc ita potest stare. s. ꝙ ex vna parte esset mons inter illos, & ex alia vallis esset. *Et egressus vir spurius de castris Philisthinorum*, ideſt egressus est quidam vir de castris Philistinorum, & erat spurius, scilicet patiens defectum in Natalibus: Exibat autem ad petendum singulare certamen. Hebræi dicunt, quod hoc dicitur egressus est vir de inter medias acies, scilicet, quòd egressus est inter aciem Philisthinorum, & Israelitarum, non enim audebat introire in aciem Israelitarum, ne ex hoc possent iuste contra eum pugnare. Diuersitas ista est propter æquiuocationem, quia in Hebrẹo ponitur hic quędam dictio, scilicet, Benain, vbi nos dicimus spurius, & potest significare inter, vel filium. In primo significato accipiunt Hebræi, scilicet, ꝙ egressus est vir de inter medias acies. In secundo significato accipit litera nostra, dicens eum esse spurium, ideſt filium illegitimum. Aliqui etiam Hebræi sequuntur istum sensum: & dicunt, ꝙ Goliath erat filius centum virorum, & vnius canis: sed hoc ridiculum est. Motiuum tamen eorum est, quia Goliath erat vir statura procerus super omnes alios viros, ideo crediderunt, quòd ipse non potuisset gigni ab vno homine, sed ad tantam magnitudinem procreandam oportebat multorum virorum mare riam seminalem esse decisam. De cane autem motiuum est, quia ipse Philistæus dixit: nunquid ego canis sum, quia tu venis ad me cum baculo? Sed ista motiua absurda sunt. Primum enim, quia impossibile est, aliquem hominem esse filium, nisi vnius tantum hominis. Quòd autem arguunt de magnitudine, non sequitur, quia magnitudo corporis, quæ postea sequitur in fœtu, non est propter magnitudinem materiæ decisæ, ex qua formatur fœtus, sed propter maioritatem virtutis augmentatiuæ, quia in quodam semine efficacius est, virtus augmentatiua, quam in alio. Item inconueniens erat hoc, quia dato, quòd ab eodem viro sæpius decidatur materia seminalis in eodem vtero, nō conuenit quælibet pars decisionis ad formationem fœtus, sed ex vnica illarum fit. Cum autem mulier semel conceperit pelis se-

Azeca ciuitas.

Terebinthus nomen arboris.

lis secundina illico clauditur, ita, vt impossibile sit etiam si mulier cognoscatur, semen descendi in matricem, vbi est locus conceptionis. Non ergo est possibile, nec opinabile eundem virum esse filium multorum hominum, sed vnius tantum. Quod autem dicunt fuisse filium centum virorum, posset intelligi, si diceretur hoc in dubium, scilicet, quod omnes centum cognouerāt matrem illius, & nesciebatur de quo illorum concepisset. Et sic vocantur aliqui vulgo concepti, ideſt geniti à toto populo, non quidem, quod totus populus eos genuerit, sed quod dubium sit, quis de toto populo genuerit illos. Sed hoc non attinet ad intentionē istorū. Quod aūt dicūt de cane, magis inopinabile est, quia si aliquis sit filius hominis, & canis est sicut si gigneretur à duobus viris, & tunc redit inconueniens supra positum, & adhuc maius propter differentiam hominis, & canis. Item motiuum illorum ridiculum est: quia cum dixit Goliath, nunquid ego canis sum: non dicebat se esse canem, sed improperabat Dauid, quod armaretur contra eum, tanquam contra canem. *Nomine Goliath de Geth*, ideſt siue vir erat de vrbe Geth. Ista est vna de quinq; Metropolibus Philisthinorum: Erat enim Ciuitas Regalis, vt patet Iosue. ca. 13. & supra. c. 6. Nicolaus dicit de isto Goliath, quod erat vir intermedius, accipiendo expositionem Hebraicam, & dicit, quod intermedius est homo fortis, & audax: & hoc apparet ex actibus suis, quia voluit habere singulare certamen cum aliquo Israelita. *Altitudinis sex cubitorum, & palmo.* Hic ponitur mensura istius viri ad significandam victoriam triumphi Dauid, qui potuit pugnare contra virum, tam fortem, & tantæ magnitudinis: nam sicut erat corpore magnus, ita viribus excellens erat: quod apparet ex ponderе armorum, quæ ferebat, vt patet infra.

Qui dicū vulgo concepti.

An mensura cubitorum Goliath accipiatur de cubitis Geometricis, vel humanis. Quæstio. VI.

QVAERET aliquis quomodo sint intelligendi isti cubiti, quos habebat Goliath, s. an de Geometricis, vel de humanis, non potest intelligi primo modo: quia cubitus Geometricus est, valde excedens super cubitum humanum, & nō esset iste vir tantæ magnitudinis, etiam si esset Gigas. Sed intelligendum est, de cubitis humanis: nā non est credendum, quòd scriptura hic loqueretur de cubitis Geometricis, quia hoc volebat notificare magnitudinem huius viri vulgaribus. ipsi tamen non intelligunt quid sit cubitus Geometricus etiam: quia dato, quòd intelligerent, quia ipsi non consueuerūt mensurare cubitis Geometricis, sed cubitis nostris, intelligerent dictum esse de nostris. Sed tunc stat dubium an isti sex cubiti, & palmus computarentur de cubitis ipsius Goliath, vel de cubitis aliorum virorum. Respondendum est, quòd non poterat intelligi de cubitis suis, quia nemo virorum habuit vnquam de cubitis suis quatuor. sed omnes manēt inter tres, & quatuor: nisi essent pessimè commensurati. In corporibus autem non commensuratis non sunt vires, sed iste erat robustus: ideo commensuratus esset: & sic non haberet de cubitis suis quatuor. habebat tamen sex, & palmum. Intelligitur ergo de cubitis aliorum virorum. Item, si intelligeretur de cubitis suis, non daretur hic aliqua certificatio magnitudinis eius, quia mensuraretur ignotū per ignotum, quia sicut quantitas corporis Goliath erat nobis incognita, ita & quantitas cubiti, & palmi eius. Nescietur ergo, an ista esset magna quātitas, vel parua. Accipiendum est igitur, ꝙ mēsura sit hic aliquid notum, & erit cubitus communis: nam cubitus virorum communium cognitus est. Et dicto, quòd esset Goliath, sex cubitorū, & palmi, intelligi poterat quanta esset sua magnitudo. Sed aliquis dicet, quomodo Israelitæ sciebant, ꝙ tanta esset quātitas Goliath? Respondendum, quòd hoc scire poterant per mensurationem eius, scilicet, quia postquam eum occidit Dauid poterat illud mensurare, & sic credendum est. *Et cassis ærea super caput eius.* Hic ponitur armatura Goliath, & denominatur pondus illius ad significandum vires huius viri, quia qui tantum armorū pondus per se ferebat, necesse erat, vt fortissimus esset. Est enim cassis capitis armatura, quando accipitur in fęminino. Cū autem in masculino, significat rete. Sic dicitur. Casse meo venor, nunc armor cassi de clara. Vocatur ista cassis ærea, ideſt ærata. non quidē erat de ære tota, sed de Ferro, quia de ere nō poterat fabricari. *Et lorica hamata induebatur.* Istud est genus armaturæ ad protegendum totum corpus. Vocatur autem lorica hamata, ideſt hamis contexta. Est enim hamus catena, vel vncinus: & quia in lorica erant plures vncini se concatenantes: & ex illa concatenatione resultabat tota lorica, vocabatur concatenata, vel hamata. Nicolaus vult, quòd isti hami essent squamæ super loricam extentę, ita, vt non posset aliquod genus armaturæ penetrare foramina loricæ. Litera tamen non vult ponere hic aliquam armaturam super loricam. *Porro pondus loricæ eius quinque millia siclorum ęris erat.* Hic ponitur pondus armorum, & non ponitur pondus omniū, sed solùm loricę: & ferri lanceæ eius. Istud autem fit ad notandum robur viri.

Armatura Goliath.

Nicolaus.

Quomodo Israelitæ sciuerunt distinctè pondus loricæ Goliath. Quæstio VII.

QVAERET aliquis quomodo Israelitæ sciuerunt determinatè pondus armorum eius: poterant enim scire aliquo modo confusè, quia, cùm ille esset magnus vir, iuxta corporis sui quantitatē, magna arma erant necessaria, & magni ponderis sed non poterat ex hoc determinatum pondus armorum coniecturari. Aliquis dicet, ꝙ hoc sciebāt, quòd audierunt à Philisthinis: sed hoc leue testimonium est, nec scriptura illud poneret. Sed dicendū, ꝙ Israelitæ sciuerunt determinatum pondus armorum Goliath ponderando illa: nam sicut mensurā eius cognouerunt mensurando illam, ita & pondus armorum eius poterant cognoscere, quia cum corruisset in terram, Dauid accepit arma eius, & seruauit penes se, vt patet inf. s. assumēs Dauid caput Philisthęi attulit illud in Ierusalem: arma vero eius posuit in tabernaculum suum. Sic etiam de lācea ei⁹, & de omnibus cognouerunt. Scriptura tamen solū ponit pondus loricæ, & ferri Lanceæ, quia ista erāt notabilis magnitudinis super omnia arma. *Et Ocreas æreas habebat in cruribus.* Totum. n. corpus eius armis protegebatur, ideo in crurib⁹ habebat ocreas ęreas, ideſt ferreas. Iosephus autem dicit ibi alia ęrea, sed idem est. In hebræo est hic litera aliqualiter obscura: nam dicitur. *Et nassaria, vel frontaria versus pedes eius.* Dicunt. n. ꝙ à Galea, quæ erat super vertice, descendebat quædam lamina cooperiens nasum, & tē dens versus deorsum. Sed ista expositio nō satis stat, quia tunc nassaria, vel frontaria non essent genus armaturæ per se, sed esset quædam particula cassidis. Hic tamen ponitur, tanquam distinctum genus armorum: nam postquam dictum fuerit de casside, & lorica subiungitur hic de istis. Ideo dicendum, ꝙ sint genus armaturæ crurum. Et hoc signat litera hebrai-

Pōdus loricæ eius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hebraica,quæ dixit versus pedes.i.in pedibus.Idem etiã tenet Iosephus: nam vbi dicit hic litera nostra: & ocreas æreas habebat,dicit Iosephus: & tibi alia ærea, quod idem est. *Et clypeus eius tegebat humeros eius*, idest etiam habebat clypeum pendentem ad partẽ posteriorem super humeros. Hebræi dicunt, ꝙ nõ dicitur hic clypeus,sed spiculum,vel lancea,quia ponitur hic in Hebræo. *Quidon.* Quod dicunt significare vexillum: nã sic habetur Iosue.c.8. ꝙ deberet Iosue extendere quidon.i. vexillum contra vrbẽ Hai. Et etiam ibi litera nostra dicit clypeũ. Aliqui autẽ de Hebræis dicũt, ꝙ erat istud spiculum, quod protegebat humeros,quædam lamina descendens à cassside,& procedens in acutũ inter scapulas, vt sic protegeret collum,& iuncturam armorum capitis: sed secundum literam nostram,cũ dicatur; clypeus æreus tegebat humeros eius: dicendũ est, ꝙ clypeus non pendebat inter humeros, quasi ibi esse deberet. Sed nunc quando procedebat Goliath ad exprobrãdum Israelitas,ponebat clypeum ad partẽ posteriorem.Si tamen pugnandum foret,clypeum manu teneret. *Hastile autem hastæ eius erat quasi liciatorium texentium.* Ponitur hic magnitudo,& pondus hastæ tam in hastili,quàm in ferro. De hastili dicitur,ꝙ erat ita grossum,sicut liciatorium texentiũ. Est.n.liciatoriũ quoddam lignũ positũ ante textores,quod ipsi Axẽ vocant: & in illo conterquetur totum, quod texuerunt. Est autem illud lignum magnum: & sic erat hasta illa Goliath vasta nimis. *Ipsum autem ferrum hastæ eius sexcentos siclos habebat ferri.* In hoc significatur magnitudo ferri, sed sic coaptabatur magnitudini hastilis. Siclus autem ponitur hic, tanquam pondus aliquando autem tanquam moneta, sicut dicitur, ꝙ quilibet dabat quinque siclos pro primogenito: Num.c.3.& 18. & ꝙ Aries poterat vendi duobus siclis: Leui.c.5. Aliquando autem accipitur pro pondere,sicut hoc. Nec tamen differebat,quando erat moneta,& ad pondus: quia sicli de argento & in certo pondere fiebant: ideo accipiebantur,tanquã moneta,propter valorem,& tanquã pondus,ꝑpter determinatam quantitatem. *Et armiger eius antecedebat eum.* ſ ille,qui portabat arma sua,ibat ante eum, portans fortè aliqua arma eius. Sic. n.fit in pugilibus, quando vadunt ad congrediendum: quia alij portant coram eis arma sua: cum tamen congredi debent,ipsi accipiunt illa. In hebræo dicitur. *Et portans peltam suam,vel scutum antecedebat eum.* ſ. ꝙ armiger eius portabat scutum illius,& iste præcedebat eum. Ex hoc dicit Nicolaus meliorẽ cẽ expositionẽ Hebrẽorum, q̃ literæ nostræ: quia dicebatur supra in litera nostra, quòd clypeus tegebat humeros eius. Hic tadicitur, quòd portans scutum præcedebat eum: ergo armiger ferebat scutum, & non ipse: & sic id, quod ipse vocat clypeum,erit aliud genus armaturæ. Sed dicendum, quòd non concluditur ex hoc, quod vult Nicolaus. quia cum dicitur in Hebræo, ꝙ portans scutum,vel Peltam præcedebat eum: nõ est sensus,ꝙ ille,qui præcedebat eum,portaret tunc scutum, sed ille erat, qui consueuerat portare scutũ eius. Nunc autem portabat aliud genus armaturæ: & hoc voluit litera nostra,cum dixit: & armiger eiꝰ præcedebat eum. ſ. qui consueuerat portare arma, siue scutum,siue alia arma. Iosephus tamẽ aliter exposuit istam literam, scilicet, ꝙ multi armati irent cũ Goliath,cũ dicit:Sequebãturq; eum multi armatorum. *Stansque clamabat aduersus phalangas Israel.* idest loquebatur ad turbas armatorum. Phalanx,significat multitudinem; & pertinet maxime ad armatos. Loquebatur autem Goliath ad omnes armatos,vt, siqs; de illis vellet suscipere singulare certamen cũ eo. *Et dicebat eis quare venistis ad prælium parati?* q.d. superfluum est, & nociuum,quod agere vultis,scilicet ꝙ pugnet acies contra aciem, & tot virorum millia pereant: melius autem est, vt singulari certamine res ista dirimatur. *Nunquid ego non sum Philisthæus, & vos serui Saul:* q.d.benè videtis, ꝙ lis ista est inter Philistheos,& Saulẽ: ego autem de Philistheis sum,& vos estis serui Saulis:ad me ergo pertinet, & ad aliquem ex vobis, ꝙ litigiũ istud singulari certamine dirimamus.In Hebræo ponit hoc Philistheus cũ articulo quodã,quæ significat aliquid speciale,& cognitũ: quod in Latino possimus dicere.ego sum ille Philistheus. Et exponunt Hebræi ſ. ego sum ille Philistheus,qui accepi arcam Domini, & qui occidi filios Heli, & fugaui Israelem, feciq; omnia mala. Sed istud nihil est: nam aliquando articuli ponũtur in Hebrẽo,& nihil significant, vt patet in multis locis. *Eligite ex vobis virum.* In hoc gloriabatur nimis Goliath innuens, ꝙ non sufficeret quilibet de Israelitis ad pugnandum contra eum: sed oportebat fieri electionem, & vix reperiri posse credebat qui cũ eo congredi vellet: imò putabat neminẽ esse reperiendum,qui tanta auderet. *Et descendat mecum ad singulare certamen.* i. ambo soli certemus, & per nos dirimatur ista lis. *Si quiuerit pugnare mecum.*i. si potuerit resistere mihi. *Et percusserit me.*i.occiderit me. *Erimus vobis serui.* i. tota gens Philisthinorum seruiet Hebræis sub tributo, & obediet legibus ab eis positis. *Si autẽ ego prꝙualuero,& percussero eum*,idest,si potuero occidere virum, qui mecum congressus fuerit singulari certamine. *Vos serui eritis, & seruietis nobis.* Non intelligitur,ꝙ essent serui totaliter,sicut sunt serui legales, qui nequaquam sunt sui iuris, sed alieni. Sed intelligitur, ꝙ seruirent in tributis, & quantum ad aliquas leges, quas imponerent Philisthini Israelitis,& sic è conuerso futurum erat de Philisthinis, si Goliath moreretur.

An Goliath de consensu Philisthinorum certamen singulare agere voluit cum aliquo de Hebræis. Quæst. VIII.

QVAERET aliquis. Quare Philisthini permittebant, ꝙ Goliath,ista faceret,& an faceret de consensu eorum. Respondendum,ꝙ Philisthini volebant, ꝙ Goliath ista faceret. Nam contra voluntatem omnium Philisthinorum, nec voluisset, nec potuisset Goliath ista facere: quia punirent eũ Philisthini,tanquam transgressorem. Item patet hoc, quia si noluissent Philisthini istud facere, quod proponebat Goliath,non expectauissent.40.diebus. Nã 40. diebus venit Goliath ad Castra Israel ista dicẽs, sed immediatè pugnassent. Cum autẽ dicitur quare faciebant hoc? Respondendum,ꝙ ipsi voluissẽt, ꝙ Hebræi acceptarent istam conditionem: nã credebant, ꝙ nullus posset esse vir ita fortis, & audax inter Israelitas,sicut Goliath:nam,ẽt si aliquis robustus esset,visa tamen tanta viri magnitudine,pertimesceret, ideo certissime credebant,si Hebræi conditionem acceptarẽt,se esse prævalituros:etiã faciebant hoc, quia dato, ꝙ intelligerent, ꝙ nemo Hebrẽorum istam conditionem acceptaret: tamẽ volebant eis, sic timorem incutere. Cum.n.quotidie conspicerent animositatem Goliath, & se impotentes viderent ad resistendũ illi, quotidie pertimescerent; & sic fiebat. Nam cum veniret Philisthæus,& loqueretur sermones istos, stupebant: & metuebãt nimis Saul, & omnes viri Israelitæ,vt patet inf. hoc autem modo, si Dauid non venisset, qui congredetur cum Philisthino tanto tempore expectando, pauerent quotidie magis Israelitæ, & sic fugerent, sicut

sicut,cũ Saul erat in Galgalis, & inturus erat ad pugnam contra Philistinos erat ibi multus populus cũ eo, quia tamen expectauit diebus 7. populis quotidie magis timebat,& dilapsus est ab eo, ita, vt non manerent,nisi viri sexcẽti,vt patet,supra ca. 13.ita ergo nunc futurum erat:& hoc volebant Philistini.

Quare Israelitæ non inierunt pugnam cum tota acie. Quæstio. IX.

QVAERET aliquis,Cũ Israelitæ nolẽt suscipere istam conditionem,quia inter eos nullus vir erat, quem crederent posse congredi cum Goliath, Quare non iniebant pugnam,ſ.tota acies. Respondendum est, ꝙ Israelitæ hoc facere voluerunt, & à principio sic deliberabant facere:vnde dicitur,supr. ꝙ viri Israel direxerunt aciem ad pugnandum contra Philisthiin:tamen non fecerunt, quia cum Philisthini nolent pugnare in acie,sed dare aliquem singulariter pugnantem:ipsi Hebræi iudicabant inhonestum esse, & verecundũ, si ipsi non darent alium virum pugnaturum cum Goliath. Expectabant ergo,si forte aliquis vellet subire istud certamen. Itẽ, & potissimè, quia Israelitæ non audebant aggredi Philisthinos: nam,quamquam desiderarent pugnare contra eos. si tamen Philisthini nolent, non erat secura pugna Israelitis contra illos, eo, ꝙ erant castra Philisthinorum super montem,& si Israelitæ aggrederẽtur, manentibus Philisthinis, super mõtem, cũ essent Philisthini superioris, possent faciliter opprimere Israelitas. Hoc ergo formidantes,non audebant inire pugnam,quousq;Philisthini etiam hoc decreuissent: quia tunc vtriq; descenderent ad planã,& esset æqua conditio vtriusq; aciei. Item fiebat hoc, quia Deus etiam incusserat Israelitis timorem, ne pugnarent quousq; veniret Dauid, & susciperet istud certamen:ideo vsq;ad 40.dies nihil ausi sunt facere, quia Deus disposuerat magnificare Dauid in isto certamine.

Quare Dauid magis susceperit istud certamen,quàm aliquis alius,cum essent alij fortiores eo. Quæst. X.

QVAERETVR vlterius,Cum inter Israelitas alij essent viri fortiores,quàm Dauid,Quare nõ susceperunt istud certamen singulare, patet hoc,qa infra 2.li.ca.23. vbi ponuntur nomina fortium Dauid,dicitur de tribus viris,qui pugnauerunt soli,cõtra aciem Philisthinorum, dicitur etiam de Eleazaro,qui solus pugnauit contra Philisthinos: nam totus populus conuenerat contra Philisthinos, & fugit à facie eorum: solus autem Eleazarus pugnauit contra Philisthinos, & fugauit eos,& reuersi sunt Israelitæ ad accipiendum spolia. Simile fecit iterũ Semnaa,qui erat vnus de fortibus Dauid,& fugauit per se totum exercitum Philisthinorum: poterat ergo quilibet istorum pugnare contra Goliath, cum alij essent fortiores Dauid. Potest responderi vno modo,ꝙ Dauid non suscepit certamen contra Goliath, confidens viribus suis, sed solum in nomine Dei Israel,vt patet infra, ſ.Tu venis ad me cum gladio,& asta,& clypeo:ego aũt venio ad te in nomine Domini exercituum. Et patet, quòd nõ confideret Dauid aliqualiter in viribus suis, quia non erat paratus ad pugnandum virtute humana: cum solũ portaret Fundam,& lapides. Ista enim non est firma pugna,cum Goliath esset vir robustus,& protectus armis vndique; ideo,quamquam percussisset eum aliquoties Dauid funda sustineret ictus illius. Ipse autem non poterat sustinere ictus Goliath:nec nullum, cum nulla haberet arma: sed baculum tantum,& Fundam, & lapides, vt patet infra erat tamen spiritus Domini in Dauid,quia à die, quo vnctus est in regem, directus fuit in eo spiritus Domini,vt patet præcedenti.c.iste verò mouit eum,vt nõ timeret Goliath,sed audacter se illi oponeret. Alij autem fortes Dauid,de quibus inf.2.lib.c.23. erant fortes robore humano, quia non erat specialiter in eis spiritus Domini: ideo non audebant congredi cũ isto Philisthino,quãquam fecissent alia opera magnifica.Aliter autem dicendum est,& melius, quòd si fortes Dauid fuissent hic, multi de illis ausi fuissẽt congredi cũ Goliath singulari certamine: Nam,qui dam de fortibus Dauid occidit quendam Gigãtem de Philistheis,qui erat de cognatione istius Goliath, de quo inf.2.lib.ca.21. non erat tamen is aliquis de illis viris fortibus,eo ꝙ illi nõ erant viri,quando ista acciderunt,vt patet,quia,quando Dauid erat senex, erant illi viri robustissimi, ergo,quando Dauid erat paruulus in principio iuuẽtutis,essent illi adolescentuli,& non apti ad Bellum:nunc tamen Dauid erat valde iuuenis, quia forte non esset vltra. 21. vel 22. annos. Vnde dixit ei Saul: Non vales resistere Philisthæo isti,quia puer es: omnes ergo fortes Dauid, q postea fuerunt,essent tunc paruuli non ad bellum. Aliter posset dici,ꝙ,quãquam aliqui illorum essent tunc viri robustissimi: tamen,nemo eorum ausus est congredi cum Goliath, quia Deus incusserat illis timorẽ, vt seruaretur iste triũphus pro Dauid.

Alia rõ.

Alia rõ.

An posita fuerit conditio quando Dauid suscepit istud certamẽ, quam expressit Goliath. Quæst. XI.

QVAERETVR vlterius, Cum Philisthini peterẽt,vt daretur eis de Hebræis pugnaturus singulari certamine cũ Goliath sub conditione supra posita: An, quãdo Dauid suscepit istud singulare certamen, intercidit ista cõditio.ſ. ꝙ Israelitæ seruirẽt Philisthinis,succumbente Dauid, vel Philisthini seruirent Israelitis,succũbente Goliath. Respondendum est,ꝙ non patet ex litera, an interuenerit conditio.satis tamen credendum est, ꝙ intercidit, quia Goliath cũ ista cõditione proponebat singulare certamen: quicunque ergo certamen susciperet,istam conditionem subiturus erat. Quòd autem Philisthini susciperе vellent istam conditionẽ,satis apparet, quia ipsi illam proposuerant, potissimè quando viderent, ꝙ iuuenculus ille inermis oblatus erat pugnaturus. De Hebræis tamen est difficultas,quomodo ipsi acceptarẽt, ꝙ Dauid pugnaret ꝓ eis sub hac conditione, cũ nequaquã ipse videretur prævalituros ꝓtra Goliath,quia erat Goliath vir fortissimus, & in armis expertus. Dicendum, ꝙ Israelitæ ẽt susceperunt istam conditionem: nam Saul,q̃q̃ à principio dixisset Dauid, ꝙ non posset pugnare contra Philisthæum, quia erat vir fortis,ipse autem puer: visa tamen Dauid responsione de robore suo, & cõfidentia confisus est in Domino, & dixit ei. Vade, & Dominus tecum sit. Hoc autem, quia Deus mouebat cor Saulis,vt confideret, ꝙ Dauid posset superare Goliath. Aliter potest responderi, ꝙ Hebræi cõfidebant ad vltimum in robore exercitus: nam non poterat esse peior conditio eorum,etiam si succumberet Dauid, q̃ nunc erat, quia oportebat nunc pugnare in acie,si non esset istud singulare certamẽ. Si Autẽ Dauid vinceretur, eodẽ modo possent Israelitæ defendere se per exercitum. Sic.n.fecerunt Philisthini,quia,q̃q̃ ipsi posuissent conditionem, ꝙ seruirent Hebræis, si succumberet Goliath: tamen, eo succumbente, noluerunt eam tenere,sed succũbente

Universidad de Deusto
Biblioteca

te illo fugerunt in terram suã, vt ibi se tuerentur,& non subij cerentur Israelitis in tributũ, vt patet inf. hoc idem facturi erant Israelitę, si succubuisset Dauid, ideo istud singulare certamen modicum futurum erat,cum hostes nollent sibi seruare fidem,etiã si pepigissent, cum res verteretur super toto statu, sed magis offerebatur istud certamen ad terrorem Hebræorum, vt sic venirent ad aliqam conditionẽ subiectionis,sine bello. *Et aiebat Philisthęus*, i.dicebat ad Israelitas. *Ego exprobraui agminibus Israel hodie*, i. ego intuli vituperium,vel obrobrium, siue verecundiã toti multitudini Israelitarum,cum nemo sit de eis, qui audeat congredi mecũ: ista verba amara, & pungitiua dicebat Philisthæus Israelitis, vt eos sic stimularet ad ponendum aliquem virum pro se: de quo ipse posset habere victoriam, & sic esset gloriosus, & succumberent Israelitæ conditioni, vel saltem timore magno fortissimi eorum,qui occisus esset,fugerent: sic.n.fecerunt Philisthini, quia videntes, ꝙ fortissimus eorum mortuus esset,fugerunt, vt patet infra. *Date mihi virum*, i.eligite aliquem virum de vobis. *Et ineat mecum singulare certamen*.i pugnet me, cum sub conditione supra posita. *Audiens autẽ Saul, & omnes viri Israelitæ*. Sermones istius Philisthæi erant nimis duri Sauli, & toti Israel: eo, ꝙ non videbãt inter se aliquem, qui putaretur posse pugnare contra Goliath: potissimè, cum quotidie animosiori voce ista verba replicaret.Hoc tamen non absolutè Saul inquirebat,an aliquis esset in castris, q vellet pugnare cõtra Goliath, &, vt concitaret animos virorum fortium, proposuit edictũ, ꝙ quicunq; pugnauerit cum Goliath, & percusserit eum ditabatur à Rege magnis diuitijs, & filiam suam dabit ei in vxorem, & domum patris eius faciet absque tributo in Israel. Patet quia quando Dauid quærebat in castris qd daretur viro, qui percuteret Philisthæum,quilibet de populo respondebat ei hæc, vt patet inf. Si tamẽ non fuissent ista à rege posita sub edicto,nescirent populus,an ista darent. *Sermones Philisthæi huiuscemodi*. i. audiebãt sermones, in quibus petebat singulare certamen,cũ conditione supra posita, & ex hoc turbabantur,quia erat eis hoc amarum. *Stupebant, & metuebant nimis*.Ista duo idẽ significãt, sed fit replicatio, ad significandum magnitudinem timoris. Populus enim timebat propter viri magnitudinẽ, & robur: Saul autem, q̃q̃ non esset solitus timere,sed confidere in omnibus, tamen tunc timebat eo ꝙ recesserat ab eo Spiritus Domini, qui erat spiritus roboris: & transierat ad Dauid in die vnctionis suæ: ideo post hoc non fuit Saul confidens in Bellis, sicut prius:qa etiam in alio Bello contra Philisthinos expauit nimis, & pertimuit, vt patet infra cap.28.

An Saul iustè possidet regnum, cum Spiritus Domini recesserit ab eo. Quæst. XII.

QVAERET aliquis Circa hoc incidentaliter, cũ dictum fuerit præcedenti.c. ꝙ Saul perdidit Spiritum Domini, & vnctus est in Regem Dauid: An iam licitè possideret Saul Regnũ, vel teneretur illud dimittere Dauid. Aliquis dicet,ꝙ peccabat tenendo, quia,quando quis possidet nullũ titulum possessionis habendo iniustè possidet: nõ habebat autem Saul iam aliquem titulum possidendi Regnum Israel,cum per vnctionem acciperetur titulus, vel ius regni: sed Dauid iam vnctus fuerat in regem,ergo ad eũ pertinebat ius regni, & nullo modo manebat in Saule: ergo peccabat detinendo regnum,quod ad alterum pertinebat.Item, cum quis violenter tenet quod ad alterum pertinet, peccat: sed iam Saul erat violentus detentor rerum Dauid, cum iã pertineret regnum ad eum, ideo peccabat. Item, qui iure possidet, & iudicis decreto iustè possidet: ergo à fortiori, qui Dei decreto possidet,iustè possidet: sed Dauid adiudicatus fuerat debere regnare à Deo: ergo iam Saul,decreto Dei exclusus erat, ne regnaret. Sed qui contra auctoritatẽ iudicis possidet, vniuersaliter iniustè possidet: ergo Saul, qui contra Dei auctoritatem, & decretum possidebat, iniustius possidebat. Respondendum est,ꝙ Saul nõ peccabat gerendo se pro rege, & possidendo regnũ; nec cogebatur dimittere illud, quia, q̃q̃ Deus adiudicasset regnum Dauid faciendo eum vngi,tamen Saul nesciebat hoc,quia eo nesciẽte, & occultè fuit facta ista vnctio,per quam trãsierat ius ad alterum: quamquam ergo contra auctoritatem Dei possideret,non peccabat, nec erat violentus detentor,quia non fuerat sibi Dei decretũ annunciatũ.Sed aliqs dicet,ꝙ Saul hoc sciebat,qm̃ Samuel dixerat ei,ꝙ Desciderat regnum eius ab illo, & tradiderat proximo suo,vt patet supra c.15.ergo iam sciebat ad aliũ pertinere. Rñdendũ est,ꝙ Saul non intellexit,ꝙ ꝑ hoc totaliter regnum sibi erat auferendum, sed ꝙ erat quædam comminatio Dei. Et dato, ꝙ decreuisset totaliter ei regnũ auferri, tamen nondum auferebat, nec determinatè dabat alicui: quousque ergo determinatè alicui conferretur ius super,possidebat Saul iustè,quia nunquam debebat dari regnum sine aliquo possessore potissimè, quia similia verba fuerant iterum dicta Sauli, s. quando peccauit non expectando Samuelem diebus 7.in Galgala.s.Stultè egisti, nec custodisti mandatũ Dei tui, quod si non fecisses, iam nunc præparasset Dominus regnũ tuũ super Israel in sempiternũ: sed nequaquam regnũ tuum vltra consurget: quæsiuit.n. Deus virum iuxta cor suum. Post hæc tamen,Deus habuit Saulem pro rege, & manebat in eo Spiritus eius: ergo propter illa verba non efficiebatur iniquus possessor. Sed adhuc dicetur, ꝙ Saul cognoscebat pertinere ius regni ad Dauid: ipse.n.dixit infra 24.cap.& nunc scio, quia certissimè regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Israel: ergo non poterat tueri se ignorantia ad hoc, quòd posset iustè. Respondendum est,ꝙ ex illis verbis non apparet,ꝙ Saul sciuerit Dauid esse vnctum in regem, sed fuit locutus ex quadam præsumptione attendens iustitiam illius,& iniustitiam suiipsius. Vidit.n quomodo iniustè persecutus fuerat Dauid, & quomodo Dauid potuisset eum occidere, & non occidit: ideo credidit, ꝙ pro hac bonitate eius Deus vellet tradere ei regnũ,non tamen sciebat eum vnctum fuisse. Patet hoc,quia dicitur ibi: & nũc scio certissime.q.d.ex eo qđ fecisti nunc, ego scio, quòd sis regnaturus: non ergo sciebat iam ad eum translatum esse ius.Sed adhuc dicendum,ꝙ dato, ꝙ Saul sciuisset esse vnctum in regem Dauid,nõ cogebatur dimittere regnum, quia nesciebat, an Deus vellet, quòd immediatè regnaret Dauid, vel vnctus erat, vt regnaret post mortem illius: ideo quousque Propheta denunciaret ei ex parte Dei, ꝙ deponeret principatum,nunquam erat iniustus possessor regni, nec tenebatur dimittere illud: & quia nunquam ei denunciatũ est istud, nunquam peccauit possidendo. *Dauid autem erat*. Hic ponitur secundum huius cap. in quo describitur Dauid aduentus. s. quia ipse erat apud patrem suum, & custodiebat Gregem eo tempore, quo fiebant hæc in Castris: fuit autem postea missus illuc ad fratres. *Dauid autem erat filius hominis Ephratæi*. Hic repetitur origo Dauid. s. cuius filius erat, q̃q̃ præc. c.dictum fuisset hoc, quia tñ iam incipit hic alia historia

storia,repetit id,quod prius fuerat dictum. Dicitur Dauid filius viri Ephratæi,i.viri Bethlehemitæ,scilicet Isai,qui erat de Bethlehem:vocatur.n. Bethlehem Ephrata.Sic patet Michææ,cap.5.scilicet.Et tu Bethlehem Ephrata, quoniam nomen huius loci prius erat Ephrata:postea autem fuit Bethlehem,vt patet Gen. 48. Vbi ponitur Ephrata nomen principale: & dicitur, quòd alio nomine vocatur Bethlehem. *De quo supra dictum est*, idest in cap. præcedenti dictum est de isto Dauid,& de Patre eius Isai.Hic tamen,quia incipit mẽtio de Dauid, quæ supra interclusa fuerat, repetitur origo ejus. *De Bethlehem Iuda*, idest Pater Dauid erat de Bethlehem: nam Bethlehem,& Ephrata idem locus sunt, & idem de Bethlehem Iuda ad differentiam alterius Bethlehem, quæ est in sorte Zabulon,vt patet Iosue in cap.19.& hoc modo cõsueuit scriptura loqui de ista Vrbe Bethlehem,notificando eam per adiunctum:aliquando notificat per istud nomen Ephrata: vt,cum dicitur, Et tu Bethlehem Ephrata Michææ,capit. 5. & hoc, quia Ephrata non pertinebat ad alteram Vrbem Bethlehem, quæ erat in Tribu Zabulon. Aliquando notificatur per istud adiunctum Iuda, vt, cum dicitur de Bethlehem Iuda,sicut hic, vel Mat.ca. 2:cum dicitur: & tu Bethlehem Terra Iuda. *Cui nomen erat Isai*. Iste erat Pater Dauid, qui vocatur Isai, & Iesse. De Isai apparet præce.cap.& hic. De Iesse apparet Isa cap.11.& Mat.cap. 1.s. Egredietur virga de radice Iesse. *Qui habebat octo filios*. Sic enim patet præce. c. quia septem illorum præsentauit Isai, Samueli successiuè ad vngendum, & dixit, quod non elegerat Deus quemquam ex illis.Et ibi dicitur,quod adhuc reliquus erat, qui pascebat greges. *Et erat vir in diebus Saulis senex*, idest Isai erat nimis senex in diebus Saulis, scilicet, in isto tempore, quomodo imperabat. Hoc ponitur ad designandum, quomodo Isai non iuerit ad Bellum, sicut iuerunt tres filij sui maiores. Et dicitur, quod hoc fuit, quia erat iam vir senex nimis. *Et grandæuus inter viros*, idest valde magnæ ætatis. Istud ponitur ad signandum veram senectutem: nam in scriptura vocat aliquis senex, etiam si non sit magnæ ætatis: cum tamen vult scriptura designare magnam vetustatem ponit aliud adiunctum,scilicet,quòd erat senex,& prouectæ ætatis,vel persenilis ætatis.Sic dicitur de Iosue,vt patet Iosue,cap.23.Aliquando ponitur istud adiunctũ grandæuus: ꝙ dicitur grandæuus, idest grandis æui, scilicet magnæ ætatis. Sic autem erat Isai grandæuꝰ inter viros, idest magnæ ætatis inter omnes viros illius temporis, scilicet, quòd rari erant eo seniores. *Abierunt autem tres filij eius maiores post Saul in prælium*. Hic ponitur causa eorum,quæ sequuntur, scilicet, quia Dauid missus est à Patre in Bellum, ideo expri-mitur quare,& dicitur, quod tres fratres eius secuti fuerant Saulem in castris,& ob hoc Dauid missus est ad ferendum eius victualia,&, vt sciret,an prospere ageret. Dicitur autem,quod isti tres erant filij maiores,quia secundum ordinem,qui hic ponitur,erat ordo Natiuitatis eorum:nam præce.ca.cum Isai offeret filios suos Samueli secundum ordinem Natiuitatis,istos tres primo obtulit. *Et hæc nomina trium filiorum eius, qui perrexerant ad Bellum*, scilicet,ista quæ sequuntur sunt nomina eorum. Hic enim solum ponuntur nomina trium, quia isti soli ad Bellum iuerant.Et tamen 1. Paralip. cap. 2. ponuntur nomina septem filiorum eius. *Eliab primogenitus eius*, idest primogenitus Isai:sic enim patet ex ordine, quem habuit Isai præsentando filios suos Samueli: nam primo oblatus est Eliab, & hũc vngere voluit Samuel, vt patet præce.c.dicitur autem,quod erat primogenitus.s.respectu virorũ:nam,an esset primogenitus respectu filiarum Isai,nõ patet: habuit enim duas filias Isai.s.Saruiã,& Abigail,vt patet 1.Paralip.ca.2. Sed dato,quòd istæ duę fœminæ natę fuissent ante Eliab,vel aliqua earũ, quia tamen ius primogenitu ræ attenditur solũ in viris, vocabit Eliab primogenitus,quia ipse fuit primus inter filios. *Et secũdus Abinadab, tertiusq; Samma*. Etiam isti duo erant in ordine natiuitatis respectu Eliab.s.ꝙ nullus alius de filijs Isai natus est inter eos, & Eliab, ob hoc vocant isti tres hic maiores. s. qa quiliber illorũ erat maior cęteris filijs Isai.Si tamẽ aliquis intercidisset inter eos, non essent oẽs isti maiores: & ob hoc isti tres missi sunt ad Bellũ,quia robustiores erãt cęteris,cũ essent maioris ętatis. *Dauid autem erat minimus*.i. erat minor omnium fratrum,non solum respectu omniũ triũ, sed etiam respectu omnium aliorum, qui manebãt in domo patris: sic.n. dicitur præce.c.nã,præsentatis omnibus filijs septem Isai,dixit ad Samuelẽ: Adhuc reliquus est paruulus. Ponit aũt hic, ꝙ erat Dauid minimus ad significandum id, quod infra dixit Saul ad Dauid.s.non vales resistere huic Philisthæo, quia puer es. *Tribus maioribus secutis Saulem*. Aliqui cõ iungunt istam literã cum superiori, s. ꝙ erat Dauid minor tribus fratribus suis sequentibus Saulem,referendo istud ablatiuũ ad illud nomẽ minimus.Sed hoc falsum est,quia tunc significaretur,ꝙ Dauid solùm erat minor illis tribus fratribus, tamen non solùm illis erat minor, sed etiam alijs quatuor manentibus apud patrẽ:etiã,quia si hoc voluisset scriptura explicare non dixisset, ꝙ erat Dauid minimus, sed minor,quia minimus non potest referri ad illũ ablatiuum sequentem,cũ solùm regat genitiuũ, quia est superlatiuus.Sed sensus est, ꝙ Dauid erat minimus, idest minor omnium fratrum suorũ. Et hic est punctus:& tunc sequitur alia sententia,s.tribus maioribus secutis Saulem,i.tres istorum erant maiores, & isti secuti fuerunt Saulem. *Abijt ergo Dauid, & reuersus est à Saule*,i.recessit à Saule, cũ quo prius morabatur. Sciendum,ꝙ hic est mutatio ordinis, quia prius Dauid recessit à Saule,q̃ fierent ista, quę habentur hic: scriptura tamen non potest semper seruare ordinẽ naturalem in relatione gestarum rerum, quia tunc oporteret,ꝙ quælibet historia aliqualiter magna diuideret mille minutias, & interponerentur alia, quæ non pertinẽt ad historiam, eo ꝙ sunt contemporanea, & sic fierent omnia inintelligibilia: ideo necesse est,vt quilibet historiographus faciat anticipationem, & recapitulationẽ, & sic facit scriptura sacra.Dr autem hic,ꝙ abijt, & recessit solùm, quia abire,& recedere non ponuntur hic pro distinctis, sed ponitur abire,tanquã aliquid superadditum ex modo idiomatis: sic dicitur Deut c.20. vadat, & reuertatur in domum suam,idest reuertatur: & vadat nihil ibi significat, ita hic.

Quomodo Dauid recessit à Saule, cum vellet eum secum semper habere. Quæstio XIII.

QVAERET aliquis,Qũo Dauid reuersus est hic: à Saule: nã Saul fecerat diligenter, ꝙ sibi assisteret Dauid,& dixerat ad patrẽ eiꝰ Isai: Stet Dauid in conspectu meo, quia inuenit gratiã in oculis meis. Aliquis dicet, ꝙ Saul volebat secum habere Dauid, vt,qñ à Dæmone arriperetur,psalleret corã eo: nũc aũt erat liberatus à Dæmone,ideo non erat opus,vt secum haberet Dauid. Respondendũ est non stare, quia Dæmon arripuit post hoc Saulẽ, vt patet inf. cap.19,Sed dicendum, ꝙ Saul volebat habere corã se Dauid,non solùm,quia erat citharista, & eo psallente

Universidad de Deusto
Biblioteca

lente leuius ferebat, sed ẽt quia erat habens alias ꝓbitates, ſ. vir prudens in verbis, & pulcher, ideo, dato, ꝙ Saul iam nõ arriperetur à Dæmone, vellet eum ſe cũ tenere, quia inuenerat gratiam in oculis eius: nec tamen ceſſauerat ſpiritus malus à Saule, quia adhuc poſtea eũ arripuit, vnde ꝓpter artẽ citharisticã erat ſibi neceſſarius, & ꝓp alias ꝓbitates erat ſibi gratus, ideo ſemper eũ ſecum habiturus: nũc tñ, quia intercidit iſtud bellũ, & fortè aliæ res ante illud, q̃bus intendere Saulẽ oportebat, dedit licẽtiã Dauid redeũdi ad Patrẽ ſuum eo tpe, quo negocia vrgerent. poſtea tñ rediturus erat: & hoc tpe accidit, quia ipſe paſceret Gregẽ, & iret in Caſtra ad fratres ſuos. Sed adhuc aliquis dicet. Qũo Saul dedit licẽtiã Dauid redeundi ad Patrem ſuum hoc tpe, quo ei maxime neceſſarius erat? Nam ad pugnãdũ cũ Goliath erat ſibi opportunus, cũ nemo de omnibus Caſtris auſus fuerit contra illum pugnare. Reſpondendũ eſt, ꝙ Saul non putabat eũ ſibi opportunũ eſſe ad hoc, quia credidit non eſſe tanti roboris, nec fortitudinis, vt poſſet aliquid memorabile in Bello agere: ideo ꝓmiſit eum abire. Sed obijcietur, ꝙ nouerat Saul Dauid eſſe virum aptũ ad bellum, quia ille, qui primo nũciauit ei de Dauid dixit: Vidi filium Iſai Bethlhemitẽ ſcientem pſallere, & fortiſſimum robore, & virum bellicoſum, vt patet præcedenti c. ideo ſciebat eum ad hoc aptum. Dicendum, ꝙ Saul hæc audierat, & credebat Dauid eſſe bonæ indolis ad gerendũ magnifica opera, q̃a tñ adhuc puer erat, & nimis tener, credidit eum non ſufficere ad dura opera belli.

Quod autem hoc intelligeret, patet inf. cũ dixit ad Dauid: Nõ vales reſiſtere huic Philiſthæo, quia puer es: poſtea tñ cuẽtus ipſe rei contrariũ notum fecit. *Vt paſceret Gregem patris ſui in Bethlehem.* i. reuerſus eſt in Bethlehem, vt ibi paſceret Gregẽ: prius. n. q̃ Saul faceret Dauid ad ſe venire, paſcebat Dauid gregem, vt patet præcedenti c. vnde Saul dixit ad Iſai: Mitte mihi filiũ tuũ Dauid, qui eſt in paſcuis. vt patet præcedenti. c. Ex hoc autẽ manifeſtatur humilitas Dauid, q̃a, q̃q̃ moratus fuiſſet cum rege nimis familiariter magno tpe ſemper ſtans in conſpectu eius, nõ erubuit poſtea redire ad cuſtodiendos greges, nec hoc refutauit. Etiã factum eſt hoc ex conditione illius tẽporis, quia, cum eſſet adhuc ſæculum rude, nõ erant principatus tantæ iactantiæ: nec æſtimabantur tanti honoris, vt nunc: ideo ſicut ipſi reges non dedignabanꝰ ſe humiliare ad quaſdam res, ad quas nunc nequaquam ſe humiliãt: ita & ipſorum regũ familiares nõ erãt tãti honoris, & faciliter q̃buſcunque miniſterijs ĩimis ſe implicabant: nã & filij regũ ibãt ad tondendas oues, & gloriabantur in hoc magnũ agentes feſtũ, ſicut patet de Abſolone filio Dauid, q̃, cũ tonderet Greges ſuos, inuitauit illuc omnes fratres ſuos inf. 2. lib. c. 13. *Procedebat vero mane, & veſpere Philiſthæus.* Hic redit ſcriptura ad hiſtoriam principalẽ, q̃ omiſerat, vt aliq̃d narraret de Dauid. Et vr, ꝙ Philiſthæus. ſ. Goliath procedebat mane, & veſpere. i. quotidie bis exibat de Caſtris ſuis veniens ad Caſtra Iſrael, vt peteret ſingulare certamen. Hoc aũt faciebat ad magnã iactãtiã ſuã, &, vt nimis exaſperaret Iſraelitas irritãdo verbis duris, &, ſic aliquis cũ eo congredi vellet ſingulari certamine. *Et ſtabat 40. diebus.* i. ſtetit 40. diebus. ſ. ꝙ 40. diebus mãſit in hac petitione quotidie bis vadens ad Caſtra Iſraelitarũ petens ſingulare certamen.

Quare Goliath. 40. diebus, & non pluribus progreſſus eſt ad petendum certamen. *Quæſtio XIIII.*

1. Opinio QVAERET aliquis, Quare tot diebus Philiſthæus iſte progreſſus eſt, ad petendũ certamẽ, F vt patet hic, & non pluribus. Reſpondent quidam Hebræi, ꝙ Deus permiſit, quod 40. diebus Goliath exprobraret Iſraeli, & non pluribus: & hoc ꝓp merita Orphę, de cuius genere iſte erat: quia illa 40. paſſibus progreſſa eſt, cum Noemi: fundantur. n. in Hiſtoria Ruth: habebat. n. Noemi duas nurus, ſ. Orphan, & Ruth. Cùm autem reuerteretur in terram ſuam vtraq; comitata eſt eam egrediente de vrbe, ſed monitis eius Orpha redijt: Noemi autem non potuit à ſe abijcere Ruth. de hoc Ruth. cap. 1. Dicunt aũt, ꝙ Orpha comitata fuit tunc Noemi. 40. paſſibꝰ, & merito illorum permiſit Deus Goliath, qui erat de genere Orphę, quod exprobraret Iſraeli diebus. 40. ꝙ aũt eſſet Goliath de genere Orphę, patet, quia infra G 2. li. ca. 21. ponitur q̃o Gigantes Philiſthei erant de genere Arrapha: & in Hebræo ponitur ibi Orpha: & ſic habetur in libro Ruth. Sed dicendum eſt hoc eſſe ridiculum. Primo, quia Goliath non erat de genere Orphę, de qua habetur Ruth. ca. 1. quia quamꝝ mater ſua vocaretur Orpha, tamen erat alterius gẽtis: nam Orpha, & Ruth erant Moabitides, vt patet Ruth. cap. 1. Orpha aũt mater Goliath erat de ſtirpe Philiſthinorum, cùm ipſe Goliath eſſet Philiſtheus. Item dato, quòd illa Orpha eſſet mater, vel auia Goliath, vel qualitercunque progenitrix, non poterat dici, quod merito 40. paſſuum, quibus ipſa comitata eſt Noemi permiſit Deus, quod Goliath 40. diebus exprobrauerit Iſraelitis, quia illud nihil mereri erat. H Etiam dato, ꝙ mereretur aliquid, non ſatis coarctatur, ꝙ pro quolibet paſſu mereretur vnum diem: potiſſime, quia, ꝙ Orpha comitata fuerit Noemi 40. paſſibus fictitium eſt, quia neſcitur an. 40. vel plurib⁹, vel paucioribus. Nam ſolũ dr Ruth. c. 1. ꝙ egreſſa eſt Noemi de loco peregrinationis ſuæ, cũ vtraq; nuru, & iam in via poſita, reuertendi in terram Iuda, dixit ad eas: Ite in domũ matris vr̃e. Non colligitur ergo quot paſſibus comitata fuit Orpha Noemi. Sed dicendũ, ꝙ Goliath 40. diebus exprobrauit Iſraelitis, quia ipſe intendebat quotidie exprobrare illis, petendo ſingulare certamen vſquequo offerretur illi, vel finiretur Bellum, & quia in iſtis 40. diebus nõdum fuerat ei oblatum certamen, nec etiam Bellũ I finiebatur ſemper petebat illud, procedens ad caſtra Iſraelitarum: & pluribus diebus proceſſiſſet, niſi ſuperueniſſet Dauid, qui die. 40. huius exprobrationis ſuperuenit, & acceptauit ſingulare certamen. *Dixit autem Iſai ad Dauid filium ſuum,* ſcilicet, qui erat tunc cũ illo in Bethlehem paſcens Gregem. Iſtum enim miſit in caſtra, quia, quamquam haberet alios quatuor fratres eius apud ſe, credidit iſtum eſſe virum magis induſtrium, vt videret qualiter conuerſabantur fratres ſui in Bello: etiam, quia Deus mouerat Iſai ad mittendũ cũ, eo, quod volebat illi hac vice dare triũphũ, &, ſi alius fuiſſet miſſus non habuiſſet opportunitatem Dauid veniendi in caſtra, & pugnandi cum Goliath. *Accipe à fratribus tuis ephi polentam,* i deſt accipe pro fratribus tuis, polentam menſuræ ephi, vel vnũ ephi de polenta: eſt. n. polenta cibus quidã, qui fiebat de granis ſpicarum decorticatarum: ponebãtur. n. ſpicę ad ignem, cũ erãt aliqualiter maturę: & tollebantur ſquamę, & cortices, & manebat medulla, vel granũ mundum, & iſte comedebant Hebræi. Erat. n. cibus apud eos viſitatus: vnde Abigail vxor Nabal iuit ad Dauid, & obtulit ei quinq; ſata polente, cum panibus, & arietibus, alijſq; pertinentibus ad cibum, infra c. 25. Lex quoq; Hebræorũ de iſto cibo locuta eſt, tangẽ eſſet aliquid cõe inter Hebræos, vt patet Leui. c. 23. ſ. Panem, & polentam, & pultes non comedes ex ſegete vſq; in diem, quo offeratis ea Deo vr̃o. Dicitur aũt polenta à poliendo, quia politur, ideſt

tur, i. purgatus cortices, vel ſquamæ ſpicarũ, & granorum. In Hebræo aũt vocat granata, i. de granis, qa A fiebat de granis ſpicarũ. Dr aũt, ꝙ portaret ephi polẽtæ, i. vnã menſurã, q̃ vocat ephi. Eſt. n. ephi continẽs 10. Gomor, vt patet Exo. 16. ca. de oĩb. aũt menſuris Hebræorũ tã rerũ liquidarũ, q̃ aridarũ: & de põderib. hr̃ Exe. c. 45. *Et decẽ panes iſtos,* ſ. dedit ei iſtos panes pariter cũ polẽta. *Et curre in caſtra ad fratres tuos.* Nõ. n. multũ diſtabant caſtra Iſrael, & Philiſthinorũ à Bethlehẽ. Nã erant in Terra Iuda, vt patet in prin. c. Bethlehẽ quoq; erat in ſorte Iudæ: iõ potuit Dauid ire illuc velociter. *Et decẽ formelas caſei,* i. accipe ẽt decem formelas caſei. Vocat formela caſei paruus caſeꝰ habens paruã formã, vel quantitatẽ. *Has deferes ad tribunum,* i. nõ dabis iſtas formelas frib. tuis, ſed offeres tri- B buno exercitus, in quo sũt fratres tui. Dicitur tñ tribunus, qui præeſt mille viris: erant quippe viri Iſraelitæ in caſtris ordinati p turmas ſuas, & duces, ſicut fieri ſolet in oĩb alijs exercitib.: & erant aliqui duces millenarij, alij centenarij, & alij ſm alios numeros, q̃ verò mille viris præſunt, tribuni appellanꝰ. Voluit aũt Iſai offerre decẽ caſeos tribuno, ſub quo diſpoſiti erãt filij ſui, vt ipſe benigne ſe haberet ad eos, quã tũ ad opera belli. *Et fratres tuos viſitabis, ſi recte agant,* i. videbis fratres tuos, & inquires, ſi rectè agunt, i. ꝓſperanꝰ in bello, vel, an aliquis ipſorũ mortuus, vel vulneratꝰ eſt. *Et cum quibus ordinati ſunt diſces,* i. inquires cũ quib. ordinati ſunt ad bellũ, ſ. quã partẽ aciei teneãt, & qui ſunt ſocij eorũ in pugnando: quia ex hoc poterat lætari Iſai, ſi ſciret, ꝙ filij ſui hẽbant ſocios, qui eſſent viri probi. In Hebræo dicitur. *Pignora eorum lus,* i. tolles de manu eorũ, apud quos fuerint: Eſt ſenſus, ꝙ filij Iſai, qui erant in bello, contraxerant fortè aliqua debita pro victualib. vel alias, & pro his tradiderant pignora: nunc aũt mittebat eis pecuniã, vt liberarentur pignora eorũ à creditorib. ſed hoc procedit ex æquiuocatione ſnarũ: iõ litera noſtra ſecuta eſt id, ꝙ magis videbat. *Saul aũt, & oẽs filij Iſrael in valle Terebinthi pugnabant aduerſus Philiſthim.* A principio, n. Iſraelitæ direxerant aciẽ cõtra Philiſthinos ad pugnandũ, tñ non pugnabãt: quia Philiſthæus ille quotidie petebat ſingulare certamen, & impediebat bellũ. Ad vltimũ aũt, cũ non reperiret aliquis in caſtris D Iſrael multis dieb. qui cõgrederet ſingulari certamine cũ Goliath, cœperunt pugnare in acie Iſraelitæ cum Philiſthinis: pugnabãt aũt in valle Terebinthi, relicto caſtrorũ loco: nã Philiſthini caſtrametati fuerant ſuper montẽ, & Iſraelitę ſuper aliã partẽ montis, & inter eos vallis media erat, vt patet ſupra in lib. Nunc aũt ad pugnãdũ exierunt Iſraelitæ de caſtris ſuis, & Philiſthini de ſuis, & conuenerunt in valle Terebinthi inter caſtra vtrorumq; & ibi pugnabant, vt patet infra, quia, cũ Dauid veniſſet ad ſarcinas, i. ad locũ caſtrorũ, vbi erant ſarcinę oĩum bellatorũ, dicitur, ꝙ reliquit ea, quæ attulerat ſub manu cuſtodis, & cucurrit ad locũ certaminis: ergo locus certaminis erat extra caſtra, & hoc in valle Terebin- E thi, in valle quercus, quia Terebinthus idem eſt, ꝙ quercus ſm modũ loquendi Hebraicum. Nã ſupra 10. vbi ponitur quercus Thabor: & hic vbi ponitur Terebinthus eadem dictio eſt, ſ. Elon. Etiã Iſa. c. 6. ſignificatur, ꝙ idẽ ſit quercus, & Terebinthus, cũ dicitur Et conuertetur, & erit in oſtenſionem, ſicut Terebinthus, & ſic quercus, quæ expandit ramos ſuos. *Surrexit itaque Dauid mane,* ſ. in Bethlehem volens diligenter exequi præceptũ Patris. *Et commendauit Gregem cuſtodi.* Erat. n. Dauid cuſtos Gregis antequam iret ad bellum, & poſtquam redijt: nunc aũt, vt ipſe recedens in caſtra cõmendauit alteri Gregẽ. *Et onuſtus abijt,* ꝓ ꝓperauerat ei Iſai, i. oneratus iuit, portans oĩa hæc, quæ dederat ei pater. Non eſt aũt intelligẽdum, ꝙ ea ferret: quia non poterat tantum põdus ferre, ſed ferret ſuper aliquod iumentum. *Et venit ad locum Magala.* Iſte eſt locus Belli: nam in Valle Terebinthi erat locus iſte, apud quem caſtra erant, & ibi primo ſarcinas poſuit. Et ſm hoc litera noſtra accepit Magala, tanquam nomen propriũ. Hebræi tñ dicunt, quod eſt nomen cauſæ, & ſignant circulum in ſituatione caſtrorum; nam in circuitu caſtrorum debent fieri foſſę in modum circuli, ſicut docet Vegetius in li. de re militari: quia ẽt ſi paruum ſit, tamen caſtra interpoſita tutiora ſunt cõtra hoſtium repentinos inſultus: magis tamen accipitur pro nomine proprio: qa non diceretur, quod venit Dauid ad circulum, vel foſſas, ſed ad caſtra, vel ad locum pugnæ: & hoc voluit litera noſtra. *Et ad exercitum, qui erat egreſſus ad pugnam,* i. non ſolum iuit in locum Magala, ſed etiã ad locum pugnæ: erat. n. Magala, vbi erãt caſtra: pugna autẽ extra caſtra fiebat: ideo dicitur; ꝙ fuerat egreſſus exercitus: Hoc autem fecit Dauid, quia volebat videre, qualiter ſe haberent fratres ſui, ſed ipſi non erant tunc in caſtris: quia egreſſi fuerãt ad pugnam, ideo etiam iuit in locum certaminis, & vociferatus eſt in certamine, i. populus clamauit, quando pugnabat: iſta, n. eſt vox communis pugnatorum: clamant. n. cohortantes ſe ad bellum, vel compellentes hoſtem ad fugam: ſic dicitur Exo. c. 32. cum dixit Ioſuè ad Moyſen; vlulatus pugnę auditur in caſtris. Reſpõdit Moyſes: non eſt clamor adhortantiũ ad pugnã, nec vociferatio compellentium ad pugnam, ſed vocem cantantium ego audio. Sic etiam dicitur Ioſue c. 8. de viris, Hai. ſ. at illi yociferãtes pariter, & ſe mutuo exhortantes perſecuti ſunt eos. *Direxerat n. aciem Iſrael,* i. Iſraelitæ ordinauerant aciem ſuam ad pugnãdum contra Philiſthinos eo die, qua iſta, quæ dicta ſunt, attulerat Dauid in caſtra. *Sed & Philiſthini ex aduerſo fuerant præparati & c.* i. ẽt Philiſthini videntes, ꝙ Iſraelitę iſtruxerant aciẽ, parauerũt ſeipſos ad bellũ.

Iſraelitæ an in his 40. diebus, in quibus Goliath exprobrauit eis, pugnauerint. *Quæſtio XV.*

QVAERET aliquis circa id, quod ſup. diceba- tur, ſ. ꝙ 40. dieb. Goliath exprobrauit Iſraelitis, quid faciebant Iſraelitę his diebus, ſ. An pugnabant. Nam in his. 40 diebus neceſſe eſt, quod fuiſſent multi dies Sabbathorum, in quib. Hebræi ab omni opere vacare debebant: quomodo ergo vacarẽt bellis? Aliquis dicet, quod in his. 40. diebus non pugnauerunt Iſraelitæ: quia, cum Goliath quotidie peteret ſingulare certamẽ, expectabant Iſraelitæ, an aliquis de eis eſſet, qui ſuſciperet illud: ideo, quamquam eſſent dies Sabbathorum multi in illis. 40. diebus, non impediebatur vacatio Sabbathi, cũ non pugnarent. Reſpondendum eſt, quod, an Iſraelitæ pugnauerint tunc in aliquo die Sabbathi, vel non: non poteſt hic apparere: an tamen liceret eis pugnare in Sabbatho, dicẽdum, quod ſic: quamquam in hoc inter Iudeos dubium erat. Aliqui enim dicebãt, quod nullo modo liceret pugnare in Sabbatho, nec aggrediendo, nec defendendo; ſed potius debebat quis permittere ſe in manibus hoſtium, quàm pugnare defendendo ſe ab illis: ſic enim fecerũt quidam tempore Ma- An liceat Iſraeli chabæorum: quia, cum hoſtes concitauiſſent prælium tis pugnaaduerſus eos, non reſpõderunt illis, quia erat in Sab- tur in die batho, nec lapidem miſerunt eis, nec opilauerunt lo- Sabbathi. ca occulta, dicẽtes: Moriamur omnes in ſimplicitate noſtra, & teſtes erunt ſuper nos Cœlum, & Terram, ꝙ iniuſtè perditis nos. Et occiſi ſunt viri multi, & fœminæ vſque ad mille animas, 1. Macha. cap. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

alij aũt Iudæi videntes hæc, dixerunt: si non pugnauerimus pro animab. nostris aduersus gentes, citius disperdent nos à Terra, & cogitauerunt in die illa, dicentes: Omnis hõ quicunq; venerit ad nos in bello in die Sabbathorum pugnemus aduersus eum, & non moriamur oës, sicut mortui sunt frẽs nostri in occultis. e.c. Fuit aũt istud tpe Mathathiæ patris Machabæorũ. Ex eo aũt die mansit diffinitio apud Israelitas, q̃ ipsi nõ possent inuadere hostes in Sabbatho: possent tñ resistere illis, si inuaderent: vnde dato, q̃ Hebræi manifestè viderent, q̃ inuadendo Hostes in Sabbatho facillimè superarent, & inuadẽdo in alijs dieb. esset victoria impossibilis, nequaq̃ inuaderent. De defensione aũt secus erat: sed adhuc illam nõ fecerunt, quia non crediderunt licere sibi defendere se ab Hostib qualitercũq; in Sabbatho; sed solum defendere se ab eis, si actu bellũ afferrẽt. Nam si Hostes inuaderent Hebræos ad occidendum in Sabbatho, resistebant Hebræi: si aũt non inuaderent eos, sed facerent aliquas munitiones, vel machinas ad capiendum vrbes eorum, non licebat Israelitis defendere se, scilicet, destruendo machinas hostium: & isto modo, quando Pompeius pugnauit contra Aristobolum summum Sacerdotem, & Regem Iudeorum, qui inclusus erat in Templo, non valentibus Romanis contra illum pugnare propter naturam loci cõstruebant Machinas, & faciebant aggeres, sed Iudæi illico eas comburebãt. Cum autem Romani sic non prævalerent in dieb. Sabbathorũ, aggerẽ construxerunt: quẽ q̃q̃ Iudei viderent in malũ suũ esse, quia tñ Sabbathũ erat, non cõbusserunt illũ: & sic capti sũt. De quo Ioseph. 14. antiq. circa principiũ inquit: sed si nobis patriũ non fuisset septima die vacare, nullatenus aggerẽ cõstruere, Iudæis repugnantib. Romani potuissent: nam bellantib. & occidentib. resistere Lex concedit: siquid vero aliud aduersarij velint facere, nulla nobis datur licentia Sabbathis eos prohibere: quapp, non certantib. Iudeis, nec manus armãtib. Turres vel Machinamenta Romanis licuit fabricare: quib. postero die vtebantur. Dato igitur, quod Iudei obsessi essent ab hostib. & in Sabbatho viderẽt muros dirui, & vrbis portas exuri, non credebant sibi licitũ esse resistere hostib. quoufq; introirent in vrbem, & inciperent occidere aliquos de eis: istud tñ non habebant ipsi de lege Dei, nec eos tantum Deus astrinxerat ad Sabbathi obseruationẽ, sed eõi corũ diffinitione, vel sapientũ suorũ introductũ est Israelitæ ergo, qui nunc erant in castris, non poterant aggredi Philisthinos diebus Sabbathorum, etiam si crederent sic eos faciliter superare: si tamen aggrederentur Philisthini illos, licebat Hebræis se defendere. Sciendum tamen, quod, quamquam liceret Israelitis ista defensio, si acies Philisthinorum contra eos pugnaret, nõ licebat tamen Dauid, vel alicui de Israelitis congredi singulari certamine cum Goliath. Ratio differentiæ est: quia, quod Israelitæ pugnarẽt contra Philisthinos, si aggrederentur eos in Sabbatho, erat de necessitate salutis, quia alioquin oës faciliter necarentur. q̃ tñ susciperet aliquis singulare certamẽ, non erat de necessitate, sed spontaneũ: iõ nõ licebat contendere singulariter. *Derelinquens ergo Dauid vasa, quæ attulerat*, s. Dauid iuit in castra, & quia nõ erãt ibi fratres eius, reliquit ea in castris, & iuit ad locũ certaminis. vt ibi cognosceret de statu fratrũ suorũ, & dicitur, q̃ dereliquit vasa, s. ea, q̃ portabat fratrib. & vocantur vasa generaliter quæcunq; supellectilia, vel res, q̃ proficiunt ad aliquem vsum: & sic panes, & polenta vocantur vasa. Aliter põt accipi, q̃ vasa dicantur hoc sacculus, vel id, in quo ferebat Dauid res traditas à patre, s. panes, polentam, & caseos. *Sub manu custodis ad sarcinas*, idest dereliquit illa in castris, ne ipse iret onustus in locum belli: manebant enim in loco castrorũ aliqui viri ad custodiendas sarcinas omniũ bellatorũ: & de istis diffiniuit Dauid tpe suo, q̃ haberent equã partẽ de præda cum illis, qui iuerãt ad bellũ, vt patet infra c. 30. Aequa. n. pars erit descendentis ad præliũ, & remanentis ad sarcinas: & similiter spolia diuident. *Cucurrit ad locum certaminis*, i. ad locũ, vbi conuenerant acies Israelitarũ, & Philisthinorũ ad pugnandũ. Vtriq;. n. erant de castris ad vallem, vt ibi pugnarent. *Et interrogabat si omnia recte agerentur erga fratres suos*, i. inquisiuit, an fratres essent sani, vel quõ se haberent in bello, s. an essent strennui viri. Nõ cõstat aũt, an ipse hæc quæsierit à fratribus, vel ab alijs, magis tñ credendũ est, q̃ ab alijs hæc quæsiuit, s. quãtũ ad habitudinẽ belli, s. si bene pugnarent, vel non: tñ de salute eorũ, & cæteris euentib. ab eis interrogabat. Et istud, q̃ hic dicitur, s. q̃ quæsiuit, an agerentur rectè omnia erga fratres suos à fratrib. suis quæsitum est. Nam immediatè dicitur: cumq; ille adhuc loqueretur eis, q̃ necesse est referri ad fratres suos, de quib. hoc agitur. Et sic intelligendum est, q̃ p̃ ista verba quærebat Saul à fratrib. suis de statu eorum, & successibus. *Cumque ille adhuc loqueretur eis*, i. cui maneret loquens apud fratres suos de statu illorum. *Ecce parvit illi vir spurius ascendens*, i. illa hora contigit ascendere Goliath, qua loquebatur Dauid fratribus, eo, q̃ Goliath solit⁹ erat quotidie bis venire ad castra Israelitarũ, vt peteret singulare certamen. Vocatur aũt vir spurius, i. de illegitimo coitu natus. Hebræi aũt dñt. q̃ egrediebatur de intermedias acies, vt sup. expositum est in principio, c. *Goliath nomine Philisthæus de Geth*, idest erat iste Philisthæus de Vrbe Geth, quæ est vna de quinq; Metropolibus Philisthinorum, patet Iosue c. 13. sup 6. Nam q̃q̃ multæ aliæ sint Vrbes, illæ tñ solæ erant Metropoles, & Regales Vrbes, s. quia quælibet earũ habebat vnum Regem, qui denominabatur ab ea. *Ex castris Philisthinorum*. Refertur ad illud participium, ascendens, s. ascendebat tunc Goliath de castris Philisthinorum ad castra Israel, sicut quotidie facere solitus erat. *Et loquente eo, hæc eadẽ verba*, i. loquebatur tunc Goliath illa verba, quæ loquebatur semper solitus erat, s. q̃ daretur ei aliquis, qui cũ eo ageret singulare certamen. *Audivit Dauid*, i. erat Dauid tunc cum fratrib. suis, interrogans de eorum statu, & protulit Philisthæus ille verba, quæ solebat proferre, & Dauid illa audiuit. *Omnes autem Israelitæ cum vidissent virum, fugerunt à facie eius*, s. Goliath veniebat de castris Philisthinorum, & ad locum, in quo conuenerant Israelitæ ad pugnandum, & ascendens apud castra loquebatur: Israelitæ autem, qui erant in extremitate castrorum videntes virum illum apud se timebant, & fugiebant à facie eius: quia statura eius erat omnibus terribilis: tantæ enim erat altitudinis sicut duo viri mediocres simul: nam duo viri simul non habebant septem cubitos de suis, sed parum vltra sex, & dimidium: Goliath autem erat sex cubitorum, & vnius palmi, ideo erat æqualis in altitudine duobus viris simul. Corporis autem vastitas correspondebat longitudini, ideo omnibus admirandus erat, fugiebantque à facie eius. *Timentes eum valde*, scilicet, quia magnitudo eius, & aspectus quotidianus incusserat eis magnum timorem. Et hoc est Dauid volebat Goliath, scilicet, quod timerent Israelitæ, & fugerent de acie propter eum. *Et dixit viri vnusquisq; ad proximum suum*, idest aliquis de Israelitis locutus est ista verba, quæ sequuntur coram Dauid. *Num vidisti virum hunc, qui ascendit?* Ista dicebantur ad Dauid, quia ipse erat nouus in castris, scilicet, quia tunc venerat, & illi, q̃ astabant scientes, q̃ ipse nouus erat in castris

castris, & nesciret de aduentu cã Philisthęi narrauerunt ei ad quid veniret ille Philisthæus, s. q̃ veniret ad exprobrandũ Deũ Israel. Et dicebant: Nunquid vidisti virũ hunc, qui ascendit? q. d. Ittę vir in contumeliam Dei Israel venit. *Ad exprobrandum. n. Deum Israel ascendit*, i. ad vilipendendum, vel dehonorandũ Deum Israel venit. Dixerat. n Goliath, q̃ ipse exprobrabat agmina Israelitarũ, vt patet, su. de Deo tñ Israel nihil dixit. Erat tñ tacitè istud in exprobrationẽ, & vilipendiũ eius, quia, q̃ ille vir tot dieb. loqueretur improperia coram Israel, & nemo esset de Israelitis, qui ei auderet resistere, nec Deus eum puniret, contumelia magna esse videbatur Dei Israel, cuius erat populus iste: & Israelitæ retorquebãt hoc in Deum suum, existimantes, q̃ non solũ esset ista contumelia ipsorũ, sed et Dei sui; immo magis Dei, q̃ eorũ. *Virũ ergo, qui percusserit eum, ditabit Rex magnis diuitijs*, i. si aliqs ausus fuerit singulare certamen cũ viro isto subire, & percusserit eũ, Rex dabit ei magnas diuitias, s. quia liberat Israelitas ab obbrobrio. Hoc aũt Rex posuerat in edicto, s. q̃ quicunq; auderet congredi cũ eo, susciperet illa, q̃ hñr hic. *Et filiam suam dabit ei*. Intelligit hoc de primogenita, qa Rex hẽbat duas filias, s. Merob, & Michol, vt patet sup. c. 14. maior erat Merob, & ista dãda erat illi viro, q̃ peuteret Philisthæũ.

Licet non constet; credendum tamen est Saul posuisse edictum, quod daret filiam suam in vxorem vincenti Goliath singulari certamine. Q. XVI.

QVAERET aliquis. An istud esset verum, s. q̃ Rex posuisset edictum, q̃, quicunque occideret Philisthæum illũ, acciperet filiam eius in vxorẽ. Rñdendũ, q̃ non cõstat. An Saul posuerit istud edictũ; credendũ tñ est, q̃ posuerit, quia, si non posuisset, nõ scirẽt populares, An Saul vellet hoc facere, iõ nõ dicerent, q̃ Rex daret ei filiã suam: oës tñ dicebant ei sermonem hunc, ergo vr̃, q̃ Rex dixerat. Aliquis dicet, q̃ necessario concluditur, q̃ Rex hoc dixerit, qa sequenti c. dr̃, q̃ filia maior Saulis, quæ debebat tradi Dauid, data est Hadrieli Molathitæ, ergo videtur, q̃ illa obligata erat ei, vt fieret vxor eius: maximè cũ litera dicta: Factũ est aũt tp̃s, cũ deberet dari Merob filia Saul Dauid, data est Hadrieli Molathitæ vxor. Ergo videtur, q̃ erat facta aliqua obligatio, vel pactũ, pp quam obligatus erat Saul dare filiam suã Dauid. Rndendũ est, q̃ ex illo loco, nõ patet, q̃ obligaretur Rex dare eam pro morte Goliath, sed, quia promisit eam specialiter dare, vt patet seq. c. nam dixit Saul ad Dauid: Ecce filiam meam maiorem Merob ipsam dabo tibi in vxorem: tantũmodo esto vir fortis, & præliare bella Domini: Et quia sic fecit Dauid, tenebatur ei Rex dare filiam suam. De Michol ẽ patet: nam, cũ postea eam assumpsit in vxorem, accepit pro speciali promissione, s. pro cẽtũ præputijs Philisthinorũ, vt patet seq. c. Ex his ergo non apparet, q̃ Rex posuisset edictũ de dando filiam suam ei, qui occidisset Philisthinũ. Satis tñ dicendũ est, q̃ potuerit, quia, si non posuisset nemo de populo sciret an Rex hoc vellet, &, si nescirẽt, nemo auderet loq. *Et domum Patris sui faciet absque tributo in Israel*, s. omnis Israel soluebant tributum regib. nec erat ibi aliqua excusatio generositatis, iõ, q̃q̃ Dauid esset de optima Tribu Israel, s. de Iuda, & veniret per lineam primogenitorum ipsius stirpis, tamen pater suus soluebat tributum, & sic de omnib. alijs Israelitis, præter leuitas, qui non erant obnoxij alicui tributo, eo q̃ non computabantur ipsi cum Israelitis, immo nec obligati erant ire ad bella: vnde iussit Deus ne computarentur inter bellatores, vt patet Nu. c. 1. vbi, cũ computati fuissent omnes Israelitæ per tribus suas viri fortes, qui poterant ad bella procedere, dictum est: Tribum Leui noli numerare, nec ponas summã eorum cum filijs Israel, sed constitue eos super tabernaculum testimonij. Si ergo Leuitæ non erant obligandi ad eundum ad pugnam, minus essent obligati ad tributa soluenda, quia maior est obligatio eũdi ad pugnam, & pugnandi pro prima, q̃ soluendi tributũ alicui personæ; quia nemo potest obligari alicui Domino magis, q̃ patriæ: obligatio tamen soluẽdi tributa est ad Dominum: obligatio pugnandi est ad patriam: ergo magis obligatur quis ad pugnãdũ, q̃ ad tributa: sed Leuitæ non obligabãtur ad pugnãdum cum cęteris Israelitis pro patria: ergo nec obligarentur ad soluendum alicui tributa: reliqui autẽ tributum soluebãt, & hoc mõ Domus patris Dauid tributaria esset, & ob hoc illi, qui astabant Dauid, dixerunt ei, q̃ Rex faceret sine tributo Domũ Patris illius, qui pugnaret contra Goliath: quasi in hoc aliquid acquireretur Dauid: nihil tamen acquireretur, nisi Domus Patris suæ esset tributaria. *Et ait Dauid ad viros, qui astabant secum*. Hoc intelligitur de alijs viris, qui nõ erant fratris sui: nam primo ipse steterat cum fratribus, & dederat eis, quę attulerat quærẽs, an rectè ageret apud eos, deinde declinauit ad alios viros, à quib⁹ quæsiuit ista, quę hñr hic. Quod patet: quia infra dicitur, quòd, cũ audisset Eliab frater Dauid maior loquentẽ eũ cũ alijs, tratus est contra Dauid: ergo nũc non loquebaꝫ ad frẽs suos, sed ad alios.

Quare Dauid toties de edicto Saulis petijt. Quæstio. XVII.

QVAERET aliquis, Cum Dauid supra audiuisset, quid daturus esset Rex viro percutienti Goliath, quare rursus q̃rebat de hoc? Aliquis rñdebit, q̃ hoc idem erat, q̃ habetur hic, & q̃ habetur supra, nec fuit interrogatio duplicata. Sed dicẽdũ est, q̃ non stat: quia in prima vice Dauid nihil quæsiuit de hoc, quia ignorãs erat eorum, quæ fiebant: sed qdam de populo ei hoc narrauit, vt patet supra. Nũc aũt ipse quæsiuit à circũstantib. vt patet hic: ergo nõ erat vnica inquisitio, sed repetebatur idem. Item patet, quia, cũ Dauid ista quæsierit hic respondetur infra, q̃ referebat ei populus hunc eundem sermonẽ: ergo iam istud dictum fuerat iterum. Item patet, qa infra dicitur, q̃, postq̃ increpitus est Dauid à frẽ suo, declinauit ab eo ad alium, & dixit eũdem sermonẽ, i. quæsiuit quid daretur viro, q̃ percuteret Goliath. ergo Dauid sæpe ista dicebat. Respondendum ẽ igitur, q̃ Dauid ista replicabat ex conditione amantis, quia, qui aliquid intensè amat, vellet illud sæpe sibi repeti. Dauid aũt ardebat desiderio pugnãdi cũ Goliath, iõ volebat sæpe audire, quæ darentur viro pugnanti. Aliter põt dici, q̃ Dauid faciebat ista ex inductria: desiderabat. n. pugnare cũ Goliath, quia Deus mouerat eũ ad pugnandũ, & qa non esset sibi fas pugnare, nisi Rex hoc iuberet, captabat modũ, vt Rex iuberet ei pugnare. Et, quia ipse nõ audebat cõparere corã rege petẽs singulare certamẽ, qa iuuenculus erat, voluit, vt magis eũ Rex introduci faceret ad se. Hoc aũt putabat euẽturũ, si frequẽtet apud multos de populo illa q̃reret. Et sic factũ est, qa, cũ plurimi audiuissent, introierũt ad Regẽ, & retulerũt ei ð Dauid, q̃ fecit eũ ad se introduci, & sic habuit opportunitatẽ pugnãdi. *Quid dabitur viro, qui percusserit Philisthæũ hunc*, i. q̃ pmia ꝓponit ei Rex? Aliquis dicet, q̃ Dauid nimis desiderabat pmia, quę Rex ꝓposuerat viro pugnanti; ideo volebat sæpe sibi repeti. Sed dicendum, q̃ non desiderabat nimis hæc: quin potius mouebatur cupidine pugnandi contra Philisthæum, vt ze-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lo patriæ: quia Deus eum inflammauerat, & non poterat habere istam opportunitatem, nisi hęc sępe quęreret, vt dictū est. *Et tulerit obbrobrium de Israel.* Erat n. magnū obbrobriū Israelitis, ꝙ vir ille per 40. dies exiret, petens singulare certamē, & oēs fugerent ab eo, nec auderet quis pugnare cū illo, vnde ipse dicebat: Ego exprobraui agminib. Israel hodie, vt patet, supra, s. petendo singulare certamen, & nō inueniēdo. *Quis n. est hic Philisthæus incircumcisus?* Hic Dauid dabat bonā spē Israelitis posse vinci Philisthęū, dicens, eū nō esse aliquid magnū, & ex hoc iudicabat se cōfidere, ꝙ posset pugnare contra Philisthæū: alioquin non spreuissēt cū; quia nemini licet alterū spernere, nisi se ei æquiparari possit; aut saltē credat. Hanc aūt spē dabat Dauid Israelitis, vt sic incitarentur ad nun ciādū hoc Sauli. Dixit aūt: Quis est iste incircūcisus? ad signandū improperiū: quia esse incircūcisū erat obbrobriū apud Iudæos: nā primū præceptū, ꝙ datū fuit generi Iudæorū, & ꝙ primo cōplebat in eis, atq; per illud ab alijs gentib. distinguebātur, erat circūcisio: iō reputabāt eā valde honorabilē: quēcūq; aūt incircūcisum scirent, pro contumelia hēbāt, & tanq̄ canē reputabant. Sic aūt Dauid vocauit Philisthæum canē, & incircūcisum. Hoc mō Ionathas filius Saulis, volēs maledicere Philisthinis, putauit nihil peius posse dici, q̄ ꝙ erant incircūcisi. Vnde dixit ad armigerū suū: Veni transeamus ad stationē incircuncisorū horū, sup. c. 14. *Qui exprobrauit acies Dei viuentis,* ideſt maledixit illis, vel intulit eis obbrobriū. Dauid. n. præcipuè dolebat cōtumeliā Dei: erat aūt, quia Philisthæus ille maledicebat cultorib. Dei, qui in confidentia eius veniebant ad bellū, iō dixit Dauid, ꝙ ille Philisthæus non erat talis, qui deberet maledicere acieb. Dei viuentis, quia, ēt si nullus hō resistere posset illi, Deus tñ resisteret. *Referebat aūt ei populus hunc eundem sermonem,* i. oēs illi de populo, à quib. Dauid ista inquirebat, repetebant ei sermonē hūc, s. illū, quē supra audierat de filia Regis dāda, & de tollendis tributis. Ex quo patet, ꝙ Saul fecerat poni edictū, ꝙ darentur illa, quæ hñr, supr. viro, qui percuteret Philisthæū: alioquin non referret hoc totus populus: oēs tñ referebant idē, quia sicut primi hoc dixerunt, Dauid eo nō quęrente, ita, & secundi rūderunt idē, & oēs alij, ad quos declinabat. *Hæc dabuntur viro, qui percusserit eum,* i. ista, quę supra dicta sunt, dabūtur illi. *Quod cum audisset Eliab frater eius maior.* Iste erat primogenitus Isai, vt patet, supra in litera. Et hunc primo voluit vngere Samuel, vt patet præcedenti c. erat n. iste vnus de trib. fratrib. Dauid, qui erāt in bello. *Loquentem eum cum alijs,* s. declinauerat Dauid à fratrib. suis, coram quib. audierat ea, quæ darentur viro percutienti Goliath, & nunc quærebat ab alijs: non n. audebat ista corā fratrib. suis proponere, quia putabat eos sibi aduersaturos, sed ab alijs ingrebat. *Iratus est contra Dauid,* s. quia vidit, ꝙ quęrebat, quid dare tur viro percutienti Philisthæum: & in hoc putabat eū velle pugnare cū illo, ꝙ erat super ætatē Dauid: iō irascebatur nimis, quia ad eū pertinebat curā agere pro Dauid, qui erat minimus fratrū suorū: *Et ait, Quare uenisti?* Ista sunt verba increpatoria, vt patet ex sequentib. Et hoc erat in Eliab, vt redire faceret Dauid in Domum patris sui ad custodiēdum Gregem, & desisteret ab insania, quam conceperat.

Quare Eliab petijt à Dauid fratre eius ad quid venisset. Quæstio XVIII.

QVAERET aliquis. Quomodo Eliab quæsiuit à Dauid quare venerat, quia ipse sciebat ad quid venisset? Aliquis fortè rīdebit, ꝙ Eliab nondū viderat Dauid, vsq; tunc, & cū subito vidit, putauit eū deseruisse oues, & venisse ad videndū Bellū. Sic patet ex verbis ei⁹, s. Quare dereliquisti pauculas oues in deserto? ego cognoui superbiā tuā, ga, vt videres bellū, descendisti. Si aūt obijciatur, ꝙ iā steterat cum fratrib. suis, vt patet, sup. dicetur, ꝙ illud est per anticipationē positā. Sed dicendū, ꝙ non stat: quia, qū venit primo Dauid in castra, non inuenit ibi fratres suos, & cōmendauit sarcinas custodi: ipse vero descendit ad locū certaminis, & locutus est fratrib. suis, vt patet, sup. Postea aūt dr, quō q̄siuit ab alijs de Sermone hoc. Ergo iā steterat cū fratribus suis: & sic non posset hoc dicere Eliab, quasi ignoraret ad quid venisset Dauid. Item si Eliab ista diceret, ignorans cām aduentus Dauid, debuisset rīdere Dauid ad quid venerat, quia cā legitima, & necessaria erat, s. patris iussio: sed non rīdit hoc, sed dixit: Nūquid non verbū istud est? ergo vr, ꝙ Eliab non quęrebat ignorans, ga alioquin Dauid aliter rīdisset. Dicendū igr, ꝙ Eliab sciebat ad quid Dauid venerat: quærebat tn ista, ga iratus erat Dauid, vt haberet locū redarguendi eum. Sed adhuc pōr dupliciter intelligi. Vno mō: Quare venisti? s. de loco castrorū ad locū certaminis? Aliter q̄r venisti, s. de Domo p̄ris mei huc? De primo est sensus, ꝙ Dauid venerat in locū castrorum, ferens sarcinas, & relictis illis ibi, iuit in locum certaminis, vt patet sup. Et de hoc increpabat eū Eliab, s. q̄r venisset in locū certaminis. Faciebat aūt hoc ad intentionē suā, quia ipse putabat, ꝙ Dauid vellet pugnare cum Goliath, & ad hoc incitaretur, quia venerat in locū certaminis: si aūt mansisset in castris, nō vidisset Goliath, nec desiderasset pugnare ꝫ eū. Huic consonat, ꝙ dixit Eliab, s. cognoui superbiā tuam, quia vt videres prælium descendisti. Secundus sensus est, ꝙ venerit Dauid de Domo Patris sui ad portandū sarcinulas: & de hoc increpabat eū, q. d. ꝙ non venisset, vt cōpleret Patris iussionē, sed magis, ꝙ ipse se ingessisset ad veniendū, vt videret bellum. Et iste est sensus, quem intendit litera. Nam primus non consonat, cū dicatur immediatè? Quare dereliquisti pauculas oues illas in deserto. Sed ad hoc nihil attinebat, ꝙ de scendisset de loco castrorū in locū certaminis, sed, ꝙ venisset de Vrbe sua: ibi. n. deseruerat oues i deserto. Eliab aūt hic quærens, non quærit quasi ignorās, sed quasi iratus: est. n. iratorū modus, ēt de notissimis dubitare, & quærere: hoc aūt faciunt, vt habeant radicē increpandi eos, quos volunt ex rīsione ad quę sita. Sic aūt dicebat Eliab, ꝙ, q̄q̄ Dauid venisset ex p̄cepto: tñ increpādus erat, quasi ipse submouisset p̄trē, vt eū mitteret ad locū belli. *Et quare dereliquisti pauculas oues illas in deserto?* Hoc dr ad grauandū, q. d. Pater noster paucas oues habet, & eas in deserto reliquis: non tñ reliquerat eas Dauid incustoditas; quia supr. dicitur, ꝙ cōmendauit Gregem custodi, & ipse onustus abijt sicut p̄ceperat ei Pr. Sed Eliab dicebat hoc, quia q̄q̄ sciret Gregē custodiri: quia tamē Dauid volebat se excusare à custodia Gregis, & venire ad bellum: increpabat eum de hoc, quod desereret oues. *Ego cognoui superbiam tuam.* In hoc tāgit Eliab id, quod intendebat, s. ꝙ Dauid vellet pugnare cum Goliath, ꝙ erat quidam modus superbiæ in Dauid, cū super ætatem suam, & armorum experientiam hoc attentaret. Vel refertur superbia ad aliud, s. superbire est, cum quis, neglecto eo, quod sibi æquale est, ad maiora inhiat: sic aūt videbatur de Dauid, quia pastoralis cura ei cōsona, & æqualis erat, eo, ꝙ se in hoc à iuuenture: immo à pueritia exercuerat: ire aūt ad bellum maxime pugnare cū Philisthino, aliquid erat nimis inęquale ei, iō superbia erat, ꝙ, deserto Grege, ad bellū cōtēderet. *Et nequitiam cordis tui.* Negtia est inigtas, & accipitur pro quadam astutia ad malum, cū quis male agens sub probitatis colore, illa velat. Sic autē obijciebat Eliab contra Dauid, scilicet, quod, quam quam ipse in Bellum descēdisset, ferens sarcinulas, tamen non ideo venerat, vt ferret sarcinulas, sed vt videret bellum, & ob hoc submouerat patrem procurans, quod mitteretur in castra. *Quia, vt videres prælium descendisti,* ideſt ego scio, ꝙ non venisti principaliter ad ferendū sarcinas, sed magis motus es, vt videres prælū. *Et dixit Dauid? Quid feci.* q. d. id, ꝙ egi? nō est malū, quia venerat Dauid obediens iussioni Patris, nec ipse procurauerat aduētū, q̄q̄ hoc consideraret frater eius. *Nunquid non verbum est?* q. d. nunquid istud, ꝙ ego dico, non est verbū solū, s. verbū est, & nō res. Hic rīndet Dauid directè ad ea, quæ intēdebat Eliab frater eius: q̄q̄. n. increparet eum, ꝙ deseruisset oues, tñ principaliter increpabat, quia putabat, ꝙ vellet pugnare cū Goliath: Dauid aūt rīndit: Nunquid non verbum est? s. istud, de quo me arguis, non est res, sed solū verbū, de quo non est dignū me arguis? q. d. ego nōdū pugno cū Goliath, nec ad illud me offero: nā pro hoc redarguendus essem, sed solū inquiro de p̄mio eius, qui pugnauerit: & hoc solū verbū est, ideo non sum redarguendus. *Et declinauit paululum ab eo ad alium,* i. cū vidisset Dauid, ꝙ increpuisset eū durè frater eius declinauit ab eo: nam adhuc tenebat eū desideriū pugnandi contra Goliath, & quia frater eius impedisset eū, si māsisset apd eū, declinauit ab eo ad alios de populo. *Dixitque eundem sermonem,* i. Dauid dixit sermonem, quem solicitus erat dicere, s. quid daretur pugnanti contra Goliath: hoc aūt crebro repetebat, quia pugnandi cupidine succensus erat, præcipuè aūt, quia per hoc volebat innotescere regi, ꝙ ipse pugnaret. *Et respondit ei populus verbum, sicut prius,* i. respondit ei illud verbū, ꝙ prius dixerat, s. ꝙ talia, & talia darentur pugnanti contra Goliath: omnes enim populares idem rīdebāt, quia edictum Regis fuerat per omnia castra, & omnes sciebant quid dandum esset viro, qui pugnaret contra Goliath.

Audita sunt aūt. Hic ponitur tertiū, s. Ipsius Dauid conflictus, & ponitur hic primo belli apparatus, scilicet, quō Saul acceptauerit Dauid ad pugnandū, & eū illuc miserit. Et dr. *Audita sunt autem verba, quæ locutus est Dauid,* s. audita sunt p oīa castra, quia ipse declinabat ad plurimos, & apud oēs inquirebat, quid daretur viro pugnāti: & dicebat: Quis est hic Philisthę? incircuncisus, qui exprobrauit acies Dei viuētis? Et in hoc oēs Israelitæ cognoscebant aīositatē eius, & desideriū pugnandi, & hęc audita sunt, i. innotuerūt per oīa castra. *Et annunciata in conspectu Saul,* i. annuncia ta fuerunt Sauli, quō Dauid diceret talia, & talia. Et hoc erat, pp ꝙ Dauid sæpe repetebat eundē sermonem: nam alioquin non fuisset cognitum Sauli de eo. *Ad quem cum fuisset adductus,* s. Dauid ductus fuit añ Saulem; quia ipse iussit, ꝙ duceretur coram eo ille, q̄ dixerat hæc. *Locutus est ei,* s. Dauid locutus est Sauli. Quod patet, quia ista verba, quæ sequuntur, sunt Dauid, & non Saulis. Primo tñ intelligendū est, ꝙ aliqd quæsiuit Saul à Dauid, quia ista verba Dauid nō sūt nimis consona inchoationi sermonis: potissimè cū in eis fiat relatio alicuius præcedentis. Intelligendū est ergo, ꝙ alia dicta fuerunt: scriptura tñ subticuit. *Non concidat cōr cuiusquam in eo.* Hic tollit Dauid timorem Saulis: erat n. Goliath statura procerus, & robore famosissimus super oēs viros tpe illius: & ob hoc Saul, & oēs timebant. Dixit Dauid: non cōcidat cor cuiusquam in eo, i. non cadat cor alicuius viri pp illum. Quod cor concidat est, ꝙ cesset aīositas. Cūq. n. quis ad aliqua se sufficientem credit, eleuatur cor illius, cum verò ineptū se putat ad illa, cadit animus eius, & timet quasi succūbens: & hoc est concidere. Dicebat aūt, ꝙ non concideret cor in eo, i. inuiendo illi, s. qa, q̄q̄ terribilis esset, tñ ipse auderet pugnare contra eum. *Ego seruus tuus vadam, & pugnabo aduersus Philisthæum,* s. si nullus alius est, qui pugnare velit contra eum, ego ibo, & pugnabo. non. n. debet quisquam timere illum. *Et ait Saul ad Dauid.* Hic rīndit Saul aliqualiter hoc excusans, quia videbatur ei Dauid ad hoc insufficiens. *Non vales resistere Philisthæo isti, nec pugnare aduersus eū.* Duo dixit Saul, & ad vtrūq; reputauit Dauid insufficientem: Philisthęus nāq; petebat quotidie ab Israelitis singulare certamen, & quia nemo erat, q̄ acceptaret illud, erat obbrobriū magnū Israelitis. Si quis verò de eis pugnauisset contra Goliath, & occideret eum, vel saltem restisteret ei, ita, ꝙ Goliath non posset eū superare, auferebatur obbrobrium Israelitarū; sed ad neutrū horū reputabat sufficiens Dauid, s. quia nec erat maior viribus Goliath ad hoc, ꝙ percuteret eum, nec erat æqualis ad hoc, ꝙ resisteret illi, ne vinceretur ab eo, iō dixit Saul: Nō vales resistere Philisthęo isti, i. nō potes defendere te ab eo, repugnādo illi, nec pugnare aduersus eū, i. nō potes pugnare ad expugnandū ipsum, & occidēdū. *Quia puer es,* i. es in ætate parua: & ob hoc deficis in duobus, s. in robore, ꝙ requiritur ad Bellū, & in experientia pugnandi, quę nimis cōfert: hoc aūt signauit Saul inquantum posuit duo opposita, s. robur, & experientia armorum in Philisthęo, dicens: Hic autem vir pugnator est, ab adolescentia sua.

Quare Saul dixit Dauid, quod non posset resistere Goliath, cùm sciret eum virum bellicosum. Quæstio. XIX.

QVAERET aliquis. Quare dixit Saul, ꝙ non posset Dauid pugnare cōtra Philisthęum? quia sciebat eum virū bellicosum: ꝙ patet, quia cū dictū ē Sauli, ꝙ adduceretur ad eū Dauid, dictū fuit: Vidi filiū Isai Bethlehemitē sciētē psallere, & fortissimū robore: & virū bellicosum præcedenti c. sed ēt stetерat Dauid cū Saule: ergo cognoscere poterat, ꝙ vir bellicosus erat: nā & armigerū suū eū fecerat præcedenti c. Rūderi posset, ꝙ Saul audiuit Dauid esse virū bellicosum, & vidit eū bonę indolis, iō credidit, ꝙ ad præclara facinora aptus esset: quia tñ adhuc erat teneræ ætatis, credidit, ꝙ nondū sufficeret ad opera dura, sed, cū peruenireret ad virilis ætatis robur: nunc aūt non dixit Saul Dauid, ꝙ simpliciter erat ineptus ad pugnandū contra Philisthęum, sed, ꝙ nōdū erat aptus, quia puer erat: si tñ ad ætatem virilē veniſſet, esset sufficiens ad hæc. Aliter rīderi pōt, ꝙ Saul dixit ista, quia non cognoscebat Dauid: si aūt cognouisset, non dixisset. Quod aūt non cognouerit, patet; quia infra dr, ꝙ eo tpe, quo vidit Saul egredientē Dauid ad pugnandū contra Philisthęum, ait ad Abner: De qua stirpe descendit hic adolescens? ergo nō putabat eum esse Dauid, quia alioquin sciuisset de qua stirpe erat, cū patrem eius sciret c. præcedenti, & dñt isti, ꝙ iō Saul ista dixit, quia nō cognoscebat Dauid: si aūt cognouisset eū putasset illū sufficientē ad Bellū, & non dixisset hæc. Sed adhuc non stat hoc, quia, si Saul putauisset Dauid esse aptū ad pugnādū cum Philisthino, non remisisset eū ad patrē ante pugnā hanc, vel, si remisisset nunc denuo eū reuocari iuberet, vt pugnaret contra Philisthęū, sed non fecit vocari: iō putabat eum esse insufficientē: & sic licet cognouisset, ꝙ ille erat Dauid, dixisset ei, ꝙ erat ineptꝰ, quia erat puer. Dicēdū ergo, ꝙ Saul ista dixit Dauid, quia, cum vidisset eum puerilis ætatis, ideſt nōdum peruenisse ad maturitatē iuuenilem, credidit eum ineptum ad pugnandum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quare Saul permisit Dauid pugnare, cum non crederet ipsum potentem resistere. Quæstio XX.

QVAERETVR vlterius, Cum Saul dixerit hic Dauid, quòd non poterat pugnare contra Philistheum, nec resistere illi, quare permisit ei, ꝙ pugnaret? Respondendum est, ꝙ Saul non dixit ista, tanquam asserens, ꝙ Dauid nequaquam posset pugnare contra Philistheum; sed dixit timendo. id .n. quod quis cupit, facit eũ solicitum esse, & timere: ga tamen vidit animositatem magnam Dauid, qui se libenter obtulit ad pugnandum, quasi petens sibi cõcedi istud certamen: aliqualiter confidens concessit, ꝙ pugnaret: potissimè ga Dauid induxit hic probationem roboris sui magni, ſ. quia ſepe ipse pugnauit contra Leonem, & Vrſum, & ſuffocabat eos, eruebatque pecora de ore eorũ non poterat tamen maior esse animositas Philisthini, quã animositas Leonis, nec robur eius maius robore Leonis, & Vrſi, qui ergo præualuit contra Leonem, & Vrſum, præualere posset contra Philistheum illum, & sic cõclusit Dauid: erit igitur Philistheus hic incircuncisus, quasi vnus ex his. In his autem, quæ dicebat Dauid, non mentiebatur. Aliqui quoque huius rei conſcij erant in castris, ideo animositati eus fides adhibita est, & concessum fuit, vt pugnaret.

Quare Saul permisit Dauid pugnare, quamuis videret eum inexpertum in armis. Quæſt. XXI.

QVAERETVR vlterius, Cum Dauid induit se armis Saulis, & non potuit incedere, quomodo Saul concessit ei, ꝙ pugnaret; quia hoc derogabat omnibus, quæ dixerat Dauid: nam licet ipse dixisset, ꝙ erat tanti roboris, ꝙ occidisset Leonem, & Vrſum, cum nunc videretur, ꝙ non posset armatus incedere, deberet credi, ꝙ falsũ dixisset, & ꝙ non esset ad bellum aptus. Respondendum est, ꝙ hoc nõ derogabat præcedentibus: nam Dauid solum probauerat animositatem ſuam, & vires, eo, ꝙ cõtra Leonem, & Vrſum ſæpe pugnauerat; expertum tamen ſe in armis non dixerat: ideo, quamquam robustiſſimus esset, cum non fuisset assuetus armis, non poterat prima vice in eis aptè moueri: nec ob hoc turbatus est Saul, quia cuilibet viro experto in armis cognitum est, ꝙ, ſiquis ſit ineptus armorum, etiam ſi robustiſſimus ſit, non potest faciliter arma mouere. Itẽ fuit Saul motus, vt, hoc non obſtante, concederet Dauid pugnare, quia Deus inſpiraverat ei, vt concederet. Et hoc aliqualiter ſignificatur, cũ dicitur infra dixit Saul ad Dauid. Vade, & Dominus tecũ ſit. Item dato, ꝙ non fuisset inſpiratus à Deo, concedere debuisset Dauid, ꝙ pugnaret: quia ex hoc proficere poterat ſtatus Iudæorum; deteriorari aũt nequibat: nam, ſi Dauid præualeret contra Goliath exaltarẽtur Iudæi, ſicut factum eſt: ſi aũt præualeret Philistheus, ex hoc non fiebat peior eorum conditio, ga ſicut à principio ſi nullus peteret ſingulare certamẽ in acie, pugnandum erat: ita, ſi Dauid ſuccumberet, reſtabat Iſraelitis, vt ipſi in acie contra Philiſthinos pugnarent: non ergo erat inconueniens mitti Dauid ad pugnandũ, etiam ſi non conſideretur, quod præualere posset contra Philistheum. *Hic autem vir bellator est ab adolescentia sua*, ſ. Philiſthæus iſte. In hoc ſignãntur duo, ſ. robur, & experientia Belli: robur quidem, quia dr, ꝙ erat vir: experientia verò Belli erat, quia dr, ꝙ erat bellator ab adoleſcentia ſua. In Dauid aũt neutrũ horum erat, quia puer erat, & ob hoc viribus carebat, & experientia belli deficiebat. *Dixitq; Dauid ad Saul.* Reſpondet hic Dauid ad ea, quę obijciuntur, dicens, ꝙ, q̃q̃ puer esset ætate, tamen robuſtus nimis erat: & ad hoc inducit exempla de Leone, & Vrſo, contra quos ſæpe pugnauit. Eſt aũt iſta probatio conueniens: quia propter alterum duorũ Philiſtheus excederet Dauid, ſcilicet, vel propter robur, vel propter animoſitatem. Probat autem vtrũque ſibi ineſſe potius, quàm Philiſthino: ſi enim Dauid diceret ſe ſolum eſſe robuſtiſſimum, adhuc non ſufficienter reſpondebat, quia aliqui ſunt robuſti nimis, & tñ nõ ſunt aĩoſi, & iſti ad bellum apti nõ ſũt. Dauid ergo vtrũq; probat, ſ. robur, quia, ꝙ maius robur eſſe põt, q̃ viribus Leonem, & Vrſũ ſuffocare, animoſitatẽ quoq; probat, quia nulla maior eſſe põt, q̃, ꝙ quis his beſtijs ſe opponat, immo ſuper animoſitatẽ virilem hoc eſt. *Pascebat seruus tuus Patris sui Gregem.* Hoc introducitur ad ſignificandũ, qũo ipſe habuit opportunitatẽ, vel qũo erat veriſimile, ꝙ occidiſſet Leonem, & Vrſum, & dr, ꝙ hoc erat, quia paſcebat Gregẽ, & ĩ Paſcuis, vt liberaret Gregẽ, pugnabat contra Leones, & Vrſos. Paſcebat .n. Dauid Gregẽ anteq̃ ducẽtus eſſet, vt pſalleret coram Saule præcedenti c. poſtea quoq; cũ redijt ad patrẽ ſuũ de Domo Saulis, pauit Gregẽ, vt ſupra in littera. *Et veniebat Leo, vel Vrſus*, ſ. ad accipiendũ aliquod pecus: nam in terra Chanaã ſunt multi Leones, & Vrſi, atq; animalia fera hmõi, quia terra illa calida eſt, & ibi nutriuntur talia: eſt quippe pro maiori parte in tertio clima te, & ſic, qñ Dauid paſcebat Gregem, veniebãt ad eũ interdum Leones, & Vrſi, vt raperẽt Gregẽ. Sic aũt erat de Eliſeo, qñ ipſe aſcẽdit in Bethel: nam pueris irridentibꝰ eũ, & dicentibus, Aſcende calue, maledixit eis, & egreſſi ſunt de ſaltu duo Vrſi, & laceraverũt 42. pueros infra 4. li. c. 2. *Tollebatque arietẽ de medio Gregis*, ſ. interdũ arietẽ, & interdũ alia pecora, ſicut accidebat. Et dr de medio Gregis, i. de Grege; nam non intelligitur, ꝙ ſemper Leo, & Vrſus acciperent arietem, vel aliud pecus de medio Gregis: imo fortè nũq̃ accipiebant de medio, ſed de extremitatibus. *Et perſequebar eos*, ſ. cũ portarent arietem, vel aliud aĩal; & in hoc ſignificatur maxima aĩoſitas, & confidẽtia Dauid: quia pro re parua exponebat ſe magno periculo: nam, ſi Leo, vel Vrſus perſequeretur Dauid, & ipſe defenſurus ſe opponeret Leoni, non erat aliqd magnũ, quia timor eũ ad hoc impelleret, ꝙ ẽt interdũ ſuperaret q̃q̃ admirabile, non tñ nimis erat, quia naufragio vires ſuggerit ipſe timor: quia tñ ſine aliqua cã impellente pro ſolo raptu pecoris Dauid aggrederetur Leonẽ, nimia aĩoſitas erat, & confidẽtia, quaſi de facili victoria. Sufficienter ergo in eo probatur aĩoſitas. *Et percutiebam*, ſ. Leonem, & Vrſum. Accipitur hic percutere pro quacũq; vulneratione, & non pro occiſione, ga infra dicitur de occiſione, ſed ad percuſſionẽ quantũcũq; leuem mouebatur Leo, vel Vrſus, & perſequebatur Dauid percutientem deferens pecus. *Eruebamque de ore eorum*, ideſt accipiebã adhuc aĩal viuens de ore Leonis, vel Vrſi, & reducebam ad Gregem. Dicitur aũt de Leone, & Vrſo ſpecialiter, non ꝙ non pugnaret contra alias feras, ſed, quia iſtę ſunt ferociores, de alijs ergo ſubticuit. *Et illi conſurgebant aduerſum me*, ſ. Leo, & Vrſus: nam cum Dauid percuteret eos, relinquebant pecora, & inſurgebant in Dauid, fiebatque pugna. *Et apprehendebam mẽtum eorum*, ideſt accipiebam Leonem, & Vrſum pro maxilla: in hoc enim ſignificatur adhuc maior animoſitas Dauid, & robur: nam, ſi ipſe armatus ferro proceſſiſſet contra iſtas Beluas, potuiſſet eas facilius occidere, eſſetq; aliqua ſpes occidendi non tangẽdo ea manib. ſed, ꝙ nudis manib. & prorsꝰ inermis ſe illis opponeret, erat quid acerrimum, & inditiũ admirandi roboris, atque animoſitatis ſtupendæ. *Et ſuffocabam, interficiebamque eos*, ſcilicet Leonem, & Vrſum: & hoc, quia ſtringebam guttura eorum, & cogebam illos expirare. Vel lacerabam ora eorum, apprehendens per vtrumque, ſcilicet ſuperiorem, & inferiorem mandibulam.

Quomodo Dauid potuit esse tantarum virium, vt interficeret Leonem, & Vrſum. Quæſtio XXII.

QVAERET aliquis. Quomodo Dauid poterat eſſe tãtarum virium, vt occideret Leonem, atque Vrſum: aut ſaltem qũo tãtæ animoſitatis erat, vt ſe illis opponere auderet? Aliquis reſpondebit, ꝙ ſatis potuit eſſe Dauid tantarum virium, vt Leonẽ, Vrſumque occideret. Nam alij ante eum hoc fecerunt, ſicut patet de Samſone, qui, cum iret in Tanatha, egreſſus eſt Leo obuiam illi, & ipſe apprehendẽs dilacerauit eum, quaſi hædum, nihil omnino habẽs in manu, vt patet Iudi. c. 14. ſimile etiam accidit tpe Dauid: nam Banaias vnus de viris Dauid percuſſit duos Leones in Terra Moab: & iterum deſcendit in Ciſternam Leonis, & occidit Leonem vnum, vt patet infra 2. li. c. 23. Aliquis reſpondebit, quòd Dauid hoc faciebat virtute Dei operante per eum, viribus autem ſuis ad hoc non ſuffeciſſet: ſic enim erat, quod inductum eſt de Samſone: nam ipſe non habebat naturaliter vires excellentiſſimas ſuper alios homines, ſed ſpecialiter à Deo. Quod patet, quia detõſis crinibus eius non habuit vllas vires ad defendendum ſe à Philiſthinis, ſicut prius, vt patet Iudi. ca. 16. ſi tamen vires fuiſſent in eo naturaliter, ſiue habuiſſet crines, ſiue tonſi fuiſſent, ſemper habuiſſet vires. Item, quando occidit Leonem, non fecit hoc viribꝰ ſuis, ſed quia ſpecialiter in eo irruit ſpiritus Domini, vt patet Iudi. ca. 14. De Dauid, ergo aliquis ſic diceret, quod ſpiritu Dei iſta agebat, & aliter facere non poterat. Sed hoc non ſtat, quia alij ſimilia fecerunt, ſine virtute ſupernaturaliter data: ſicut patet de Banaia, qui erat vnus de viris fortibus Dauid, & occidit tres Leones, vt patet infra 2. li. c. 23. illud tamen finit naturali robore, quia ille non legitur fuiſſe aliquis vir ſanctus, nec ſpiritum Dei veniſſe in ipſum; ſed ſolum computatur, vt vir robuſtus: poterat ergo Dauid ſimiliter habere robur, vt poſſet occidere Leonem, & Vrſum naturali robore. Reſpondendũ eſt, quod Dauid vtroq; modo poterat habere robur ad occidendum Leonem, & Vrſum. ſ. ſupranaturaliter, vel ex Natiuitate. Sed tunc dicetur, quis modꝰ horum veriſimilior eſt? Reſpondendum eſt, quod primus eſt veriſimilior, ſ. quod iſtud robur ineſſet ſibi miraculosè per ſpiritum Dei. Et hoc patet, quia à die, in qua vnctus eſt, venit ſuper eum ſpiritus Domini, & directus eſt in eo, vt patet præcedenti c. hoc autem intelligitur de ſpiritu roboris, vt ibi declaratum eſt, & ex illo tempore Dauid pugnauit contra Leonem, & Vrſum, & alias feras. Prius autem non eſt credendum, quod hoc fecerit.

An Dauid peccaret laudando ſe de robore ſuo. Quæſtio. XXIII.

QVAERETVR vlterius, Cum Dauid haberet iſtud robur ſupernaturaliter, An peccabat dicendo ſe illud habere, & cum diceret ſe habere, quia non dicebat, quod habebat ex Deo, ſed quaſi ex ſemetipſo. Aliquis dicet, quod peccatum erat, ga illi, qui aliquid eminens à Deo recipiunt, debent humiliari, & ſubticere illud: qui autem illud reuelat, videtur iactare ſe de eo, ꝙ ſuſcepit: & hoc ſuperbia eſt. Reſpondendum eſt, ꝙ Dauid non peccauit, dicendo ſe eſſe robuſtum, & quod occiderit Leonẽ, & Vrſum; quia, cum iſta à Deo ſuſcepta eſſent, non debebat de eis ſuperbire, nec in vanum ea propalare, cũ tamen vtile foret ea proferri, pro ferenda erant. Sic patet de Beato Paulo, qui ſuſceperat altiſſimum donũ. ſ. ꝙ raptus eſt vſq; in tertiũ Cẽlũ, & vidit Archana, quæ non licet hoĩ loqui. ſ. diuinam eſſentiam: & tñ hoc ſubticuit. 14. annis: cũ verò vtile fuit illud reſerari ad vtilitatẽ Eccleſiarũ diſputando contra falſos Apoſtolos, illã ptulit, vt patet 2. ad Corin. ca. 12. Non reuelauit tamen immediatè, vt ſuſcepit, ſed poſt 14. annos, innuens, quod, ſi non ſe obtuliſſet caſus, in quo vtile foret talia declarari, nunquam illa protuliſſet: alioquin ſi ſine cauſa liceret illa referri à principio, prodidiſſet illa. Sic fuit de Dauid, qui q̃quam ſpiritum roboris à Deo ſuſceperit ex die, qua vnctus eſt, tñ nunq̃ hoc retulit, nec ſe fortitudinem hr̃e dixit vſq; ad diem, qua pugnandũ fuit cõtra Goliath: hoc aũt, quia iam cã ſuberat: nam arguebatur contra eũ, ꝙ iuuenis eſſet, & pauci roboris. Philiſtheꝰ aũt eſſet vir robuſtiſſimũs, & quia ſi non reſpõdiſſet ſe magnas habere vires, non fuiſſet admiſſus ad pugnandũ contra Goliath, oportuit ipſum hoc reſerare, dicens ſe eſſe robuſtiſſimũ: & ꝙ aliqñ Leonem, & Vrſum occiderit: hoc aũt erat ad gloriam Dei, & ad vtilitatem populi Hebræorũ, ideo licitũ erat referri. Sed tunc dicet aliquis, cũ Dauid hr̃et à Deo iſtam fortitudinem, quare non confeſſus eſt, ſe illa habere à Deo, ſed ſic iſta dixit, quaſi à ſe haberet fortitudinẽ: Rñdendum eſt, ꝙ Dauid dixiſſet hoc ſe habere à Deo; tñ nõ expediebat: nam, ſi robur eſſet aliquid, ꝙ nõ poſſet haberi, niſi ſupernaturaliter, ſicut ſpũs Prophetiæ, vel ſimilia, & Dauid debuiſſet iſta de ſe confiteri, diceret, ꝙ à Deo habuerat: erat tñ robur aliqd, ꝙ tã ſupernaturaliter, q̃ naturaliter haberi poteſt, & cõius habetur naturaliter, q̃ miraculosè: ideo non fuit neceſſe exprimi, ꝙ habuiſſet à Deo, qa forte hoc non crederet Saul. Rurſus aũt erat conueniẽtiꝰ hoc ſubticeri: nam, ſi dixiſſet Dauid, quod acceperata à Deo fortitudinem, maiꝰ de ſe dediſſet dubium, quia neſciretur, qu omodo à Deo habuiſſet robur: ideo difficilius crederetur. Erat etiam aliud inconueniẽs, & maius, quia, ſi Dauid confeſſus fuiſſet, ꝙ habebat robur à Deo, coactus fuiſſet exprimere modũ, quo habuiſſet: erat autem modus, ſcilicet, quod ſpiritus Domini directꝰ fuit in eo à die, qua vnctus eſt in Regem, & eadem die receſſit à Saule, & arripuit eũ ſpiritus Domini malus, vt patet præcedenti cap. Si autem hoc confiteretur, occideret eum Saul, & etiam Samuelem, quia vnxerat eũ. Si autem voluiſſet Dauid exprimere alium modum, mentius fuiſſet, ideo non expediebat, quòd confiteretur ſe accepiſſe hoc à Deo, ſed ſub ſilentio præteriret ſolum, dicens ſe eſſe robuſtum. *Nam Leonem, & Vrſum interfeci ego ſeruus tuus.* Hoc dicit ad determinatam probationem, quia ſupra dicebat, ꝙ interdum eruerat de ore Leonis, & Vrſi Arietẽ, vel ouem: & pugnabat contra Leonẽ, & Vrſum: hic autem exprimitur, quod non ſolum pugnauit, ſed etiam interdum contingit, quod occideret Leonem, & Vrſum: & iam aliquos eorum occiderat. *Erit igitur, & Philiſtheus hic incircumciſus quaſi vnus ex his*, ideſt ſicut potui occidere Leonem, & Vrſum, ita potero occidere iſtum Philiſtheum: quia nõ erit iſte Leonibus fortior, aut animoſior. Et eſt ſenſus: erit ſicut vnus ex his, ideſt quamquam ſit robuſtiſſimus vir: ad plus erit ſicut vnus Leo, vel Vrſus. Sed ego occidi Leonem, & Vrſum: ergo potero occidere iſtum ſicut vnum ex illis. *Nunc vado, & auferam obbrobrium populi*, ideſt, ibo ad pugnandum cum Philiſtheo, & occidam: & tunc auferam obbro-

Quare Dauid non dixerit, ſe habere iſtam fortitudinẽ à Deo.

brium populi,ſcilcet,quia ille veniebat quotidie bis ad caſtra Iſrael,petens ſingulare certamen,& hoc erat magnum obbrobrium totius populi, cum nemo auderet illud ſuſcipere:nũc aũt Dauid ſuſcipiẽte illud,ſi ſuccumberet Philiſtheus,erat ablatum ob brobrium:& quia Dauid cõfidebat ſe poſſe illũ vincere,dixit: Auferam obbrobrium populi. *Quoniam quis eſt iſtus incircunciſus?* In hoc Dauid innuit non eſſe timendum Philiſtheũ,quia ipſe erat.i.non erat talis, qui poſſet obbrobrium inferre exercitui Dei,Vocat aũt eum incircumciſum ad vituperium,& ad male dictionem,quia incircũciſio erat vituperabile quid apud Hebræos;& eo tpe, quo Iſraelitæ manebãt in circunciſi erant exprobabiles. Sic dr̃ Ioſue ca. 5.nã oẽs Iſraelitæ nati in deſerto,per 40.annos incircunciſi erant, & quando in introitu terræ Chanaam circuncidit eos Ioſue,dixit:Deus hodie abſtulit obbrobrium A Egipti à vobis,ſ. quia hodie circunciſi eſtis. *Qui auſus eſt maledicere exercitui Dei viuentis,* i. iſte Philiſtheus auſus fuit inferre obbrobrium,& maledictionem ſuper Iſraelitas, quia non dabant illi aliquẽ virum,qui congrederetur, cum eo ſingulari certamine,ſed hoc erat ſuper vires illius;quia,cum Iſraelitę eſſent exercitus Dei, Deus defenderet illos: intelligit ergo Dauid,ꝙ ex eo, ꝙ Philiſthinus iſte auſus eſt maledicere exercitui Dei,tradet eum Deus in manꝰ eius,quia contra Deum locutus eſt,& dr̃,ꝙ erat Iſrael exercitus Dei viuentis:in quo innuit Dauid,ꝙ habebat robur ad vindicandum ſe de hoſtibus ſuis: & dicitur ad differentiam Deorum Gentilium, qui erant Dij mortui,eo,ꝙ erant lapides,& ligna; iõ non habebant vires adiuuandi cultores ſuos,ſicut patuit de Dagon Deo Azoti, qui corruit coram Arca, & fracti ſunt pedes eius,& palmæ,& caput quando introducta eſt Arca Domini in Templum eius, vt patet ſupra c. 5. Si autem fuiſſet Dagon Deus viuens, potuiſſet ſe defendere à quocunque volente nocere:Deus autem Iſrael erat Deus viuens, quia operabatur mirabilia,ideo poterat defendere cultores ſuos,& ſic nominari exercitum Dei viuẽtis. *Et ait Dauid.* Poſtquam poſuit,ꝙ Philiſtheus ille aggreſſus fuerat aliquid ſupra vires ſ.maledicere exercitui Dei viuentis,quia Deus viuens ſeipſum defenderet,& cultores ſuos,ponit qũo ipſe nomine huius Dei viuentis poterit occidere Philiſtheum illũ, dicens,ꝙ Deus liberabit eum. *Dominus, qui eripuit me de ore Leonis,et de manu Vrſi*, ſ. quando ego pugnabam contra Leonem,& Vrſum in Paſcuis,Deus liberauit me ab his, ideo ita liberabit à robore Philiſthei. Et dicitur hic de ore Leonis ad ſignificandũ atrocitatem eius magnam,quæ eſt in deuorando : & dicit de manu Vrſi ad ſignificandum robur illius,ꝙ eſt in brachijs,quib. omnia confrigit. *Ipſe liberabit me de manu Philiſthei huius.* Eſt argumentum à fortiori,quia Philiſtheus non erat Vrſo robuſtior,nec Leone ferocior: qui ergo liberauit de manu Vrſi,& Leonis: liberabit quoq; de manu Philiſthei. Satis tenet argumentũ, quia ꝙ Deꝰ liberaret Dauid de poteſtate Philiſthini dependebat à duobus. Primum erat. An Deus poſſet liberare,ſecundum. An vellet. De potentia patet,quia,qui liberauit de manu Vrſi, & Leonis, poterit liberare de manu Philiſthini, cũ illi eſſent Philiſthino robuſtiores,atque ferociores : ideo bene arguitur, quantũ ad hoc,Quod autem Deus vellet eum liberare, etiã patet,quia voluntas Dei ſummè rationabilis eſt. Sed Deus ſæpe liberauit Dauid de manu Leonis,& Vrſi cũ ſolum res verteretur ſuper vno Ariete, vel oue, quanto magis ergo nunc liberauit,cum pro toto populo,& Dei honore res agatur? ſatis ergo infert, ꝙ ſi Deus eripuit eum de manu Leonis, & Vrſi potius liberabit de manu Philiſthei. Accipitur autem hic liberare non ſolum pro eripere,ſed etiam pro dare victoriam,quia non ſolum exiſtimabat Dauid,ꝙ Deus liberaret eum, ne occideretur à Philiſthino, ſed etiam, ꝙ præberet vires, ad occidendum Philiſthinum: Sic patet cum dicitur de Leone,& Vrſo,quod eripuerit eum Deus de manu eorum:quia non ſolũ eum eripuit,ſed etiam ei animoſitatem,& robur ad occidẽdos illos dedit. *Dixit autem Saul ad Dauid.* Quia Saul vidit animoſitatem magnam Dauid, & magnalia,quæ retulerat ſe egiſſe,conceſſit ei pugnare contra Philiſthinum. *Vade, & Dominus tecum ſit*, i. vade ad pugnandum contra eum,& Dominus tecum ſit,ſi licet adiuuando, vt præualeas.

An ex verbis Dauid potuiſſet intelligi, quod à Deo ſpecialiter habuit robur. Quæſtio XXIV.

QVAERET aliquis, An ex verbis Dauid appareat, ꝙ ipſe habuerit robur ſpecialiter à Deo? Aliquis dicet,quod ſic,quia ipſe dixit: Dominus,qui eripuit me de ore Leonis, & de manu Vrſi, ipſe me liberabit de manu Philiſthei huius. Ergo totam liberationem ſuam ab Vrſo,& Leone præteritam, & à Philiſthinis futuram Deo attribuebat,& ſic aliqualiter confitebatur ſe hæc habere à Deo ſolum. Item patet hoc aliqualiter ex verbis Saulis: ipſe enim videtur intellexiſſe,quod Dauid robur iſtud à Deo ſortitus fuerat,ideo dixit:vade, & Dominus tecum ſit, ſ.ſicut in omnibus alijs tecum fuit, ita nunc ſit contra Philiſtheum. Reſpondendum eſt,quod ex verbis Dauid non colligitur, quod habuerit ſpecialiter à Deo robur, ſed ſolum, quod erat vir robuſtus, ſiue hoc eſſet Dei voluntate,& beneficio ſolum,ſiue naturaliter:nec obſtat,cum dicitur, quod Dominus eripuit eum de ore Leonis,& Vrſi: nam quodcunq; bonum homo habeat,ſiue naturaliter,ſiue ſupernaturaliter illud ſortitus ſit,à Deo habet: nam omne datum optimum, & omne donum perfectũ deſurſum eſt,deſcendens à Deo Patre luminum. Iaco. ca. 1. Sed bona, quæ naturaliter inſunt, quædam dona ſunt:ideo iſta à Deo prouenerunt:nam Deus prima cauſa eſt in cõcatenatione cauſarum vniuerſi. Cauſa autem primaria plus influit in effectu, quàm cauſa ſecundaria, vt patet prima propoſitione libri de cauſis:ſed Deus eſt prima cauſa in omnibus naturalibus,ideo ipſe magis conferret ad quodcunque naturale,quàm omnes cauſę poſteriores,& ſic omnia, quæ in nobis purè naturaliter ſunt magis, adhuc à Deo ſunt,quàm à cauſis naturalibus. Solum autem differt,quia ea,quæ à Deo miraculosè ſunt, ab eo ſolo ſunt, & non cooperatur aliqua cauſa naturalis, huic effectui,quaſi ſecundario,ſicut eſt in creatione, vel ſuſcitatione mortuorum, & ſimilibus. Cum aũt aliquid naturaliter fit illud originem à Deo habet, tanquam à prima cauſa, tamen nõ fit ab eo ſolum, ſed aliæ cauſæ naturales poſteriores cooperantur, huic effectui : ideo ea, quæ ſunt à Deo miraculosè proprius ab eo ſunt,quam ea,quę procedunt modo naturali, quia miraculoſa ſunt à Deo tanquam à tota cauſa,& vnica: naturalia autem ſunt à Deo, tanquam à tota,nec vnica,cum aliæ cauſæ poſterio res concauſent: vtrunq; tamen à Deo eſt;ideo quæcunque res homines habeant de illis verum eſt, ꝙ à Deo habent, & quamquam vires habeãt ad aliquid faciendum ſi illud egerint Deus dicitur conceſſiſſe eis, vt hoc agerẽt. Sic ergo de Dauid,dato, ꝙ ipſe naturaliter hr̃et vires ad occidendũ Leonẽ,& Vrſum, tñ cũ occideret eos,Deꝰ ei hoc ꝓferebat: nã interdũ vide-

videmus,ꝙ illi,qui robuſtiores alijs ſunt,eorum poteſtati ſuccumbunt, hoc ſolo Deo agente. Cum ergo Dauid habens vires ad occidendum Leonem, & Vrſum non traditus eſt ab eo, in manus Leonis, & Vrſi,Deus ei illam victoriam contulit. Et ſic cõſueuimus dicere, qñ aliquid proſpere egimus, ꝙ Deus direxit nos ad faciendum illud. Non apparet ergo ex his verbis Dauid, ꝙ Deus eum feciſſet ſupernaturaliter habere vires iſtas. Eodem modo non apparet ex verbis Saulis:ipſe.n.dixit: vade,& Dñs ſit tecũ. In quo non innuitur, ꝙ Deus eum ſupernaturaliter liberaret,ſed ꝙ Deus proſperaret actum eius:nam ẽt ſi naturaliter haberet vires, oportebat,vt Deus eum dirigeret,alioquin caderet in manus infirmioris ſe. *Et induit Saul Dauid veſtimentis ſuis.* Dauid erat indutus veſtibus ruſticanis : voluit aũt Saul eũ honorare, qa pro eo ſubibat certamen iſtud: ideo exuit eum veſte paſtorali,& induit veſte ſua. Hoc poteſt intelligi de aliquibus veſtibus leuibus, quæ haberet ſub armis: nam poſtea indutus eſt lorica,& alijs armis, vt patet immediate. Vel poteſt intelligi, ꝙ eſſet aliqua veſtis leuis,quam acciperet ſuper arma:nam infra,dicitur ꝙ accinctus eſt Dauid gladio Saulis ſuper veſtẽ ſuã: magis tamẽ videtur,ꝙ eſſent veſtes leues ſub armis. Hebræi dicunt hic, ꝙ,qñ indutus eſt Dauid veſtibus Saulis,ita ille veſtes coaptatæ ſiunt ei ſm omnem dimenſionem, ꝙ videbanꝰ pro eo fuiſſe factæ;de quo nimis obſtupuit Saul,quia ipſe erat maior omnibus Iſraelitis ab humero.& ſurſum, vt patet ſupra,ca.9. & 10. Dauid aũt non erat corpore magnus, ſed ſtatura mediocris: ideo ſtupuit,cum ei coaptatæ ſunt. Hoc aũt dicunt,quia in Hebræo dicitur. *Madaf.* vbi nos habemus veſtimenta, & Hebræi exponunt pro veſtimentis:ſignificat tamen Madab.i.menſurã ſuã: ex quo volunt, ꝙ veſtes Saulis coaptatę fuerunt Dauid ſm menſuram ſuam:& ex hoc dicunt, ꝙ incitatus fuit Saul ad quærendum de qua progenie erat Dauid timens,ꝙ ille futurus eſſet rex,cùm veſtes regales,quæ eo maiores erant, coaptarentur illi. Sed dicendũ hoc non ſtare,quia iſtę veſtes,quas Saul impoſuit Dauid,non erant tales,quæ non poſſent coptari ei: nec erat aliquid, propter quod obſtupeſceret Saul: nam,ſi veſtes Saulis eſſent longe, vſque ad pedes,verum eſt, ꝙ nõ poſſent coaptari Dauid,quia longiores eſſent,tñ iſtę non erant tales, ꝙ cũ induerentur eis Saul, pertingerẽt vſque ad pedes,ſed eſſent aliquæ veſtes paruæ ad ponendum ſub armis, ideo, cũ eas ſuſciperet Dauid, nihil erat mirũ,ꝙ ei coaptarentur. Item patet,ꝙ iſtę non eſſent tales veſtes, de quibus deberet admirari Saul, ſi coaptarentur Dauid:quia,ſi eſſent prolixæ vſque ad terram Saul non dediſſet illas Dauid,ſciens non eſſe ei coaptandas. Et dato, ꝙ eas poſtea aſſeras miraculosè fuiſſe coaptatas,nõ valet: quia Saul non expectabat aliquod miraculum in hoc, ideo non indueret eis Dauid, niſi ſciret eſſe tales, quæ ei faciliter coaptarenꝰ, vel cuicũque alteri. Cum aũt obijcis, ꝙ hic dr̃:induit menſura ſua:dicendum,ꝙ hoc non referꝰ ad Dauid, ſed ad Saulem. ſ. ꝙ iſta menſura erat Saulis:& fuerãt facę veſtes ſm commenſurationem ipſius:non tñ ſm totam longitudinem. Ex hoc aũt non arguiꝰ, ꝙ tota menſura Saulis fuerit commenſurata Dauid. *Et impoſuit Galeam æream ſuper caput eius.* ſcilicet,dedit ei arma ſua:& erant iſta Galea,& lorica,& gladius. Credendum eſt etiam,ꝙ clypeũ ei tribuerit,quia ſine eo non poterat conuenienter pugnare : Saul autẽ pugnans,clypeũ habebat,vt patet infra.2.lib.c.1.ſ.Clypeus Saul,quaſi nõ eſſet vnctus Oleo à ſanguine interfectorum,ab adipe fortium. Dr̃ aũt de galea,quia erat primum armamentum,licet non ſm ordinem induendi. Et vocaꝰ hic galea ærea: non ꝙ eſſet tota de ære: quia magis erat de ferro, ſed ponitur ęs pro quolibet metallo. *Et veſtiuit eum lorica.* Iſtud eſt armamentũ protegens totũ corpus:de alijs aũt non dicitur. *Accintus eſt ergo Dauid gladio eius ſuper veſtem ſuam*:i. accinxit Dauid enſem Saulis ſibi ſuper veſtem.i.ſuper loricam:nam in parte exteriori enſis erat: & ſic dicit hic, ꝙ iſte gladius erat Saulis,ita intelligẽdum eſt de alijs armis.ſ.ꝙ Saul dedit ei arma ſua ad pugnã dũ:& hoc ex dilectione,quia diligebat eũ nimis, cũ videret eũ iuuenẽ tam animoſum. Vel fortè dedit ei arma ſua,quia raræ armaturę erant in populo,ſicut fuit in bello primò contra Philiſtinos: vbi dicit, ꝙ non erant aliqua arma,nec enſis,aut lancea in manu totius populi, qui erat cũ Ionatha,& Saule,præter arma Saulis,& Ionathæ,vt patet,ſupra.c.13.nũc tñ plura arma erant:qa ex multis bellis contra gentiles factis Iſrael arma ſuſceperat. Etiam,quia non habebat fabros armorũ,quos prius non habuerant prohibentibus Philiſtinis:ideo credendum, ꝙ ex dilectione dedit,& ad honorandũ eũ. *Cępit tentare,ſi armatus poſſet incedere.* Dauid non dubitabat,an ipſe eſſet vir robuſtiſſimus, ſed dubitabat de armorũ coaptatione,quia,cũ ipſe non eſſet expertus in illis,putauit fortaſſis ſibi non conuenire, & cũ tentaſſet non potuit apte moueri. *Non enim habebat conſuetudinem.* ſ.non erat aſſuetus ad portandum arma:nam,quamquam aſſuetus fuiſſet ad opera maxima fortitudinis,vt pugnare cũ Leone, & Vrſo: hoc tamen inermis exercuerat:nam nec baculo, nec lapide ꝙcutiebat Leonẽ,aut Vrſum,ſed apprehendebat eos per maxillã, & ſuffocabat,vt patet,ſupra,nunc ergo non conſueta tentare voluit. Poteſt autem referri iſta clauſula ad duo.ſ.ad ſuperiora,& ad inferiora. Primò modo ſic, quia dr̃, ꝙ cępit tentare,an armatus poſſet incedere: & hoc, quia non habebat cõſuetudinem.i.ꝓp hoc tentauit,an poſſet,quia numquam fuerat aſſuetus in armis. Si.n.ante hoc aſſuetus fuiſſet, iã ſciret, an arma ei conuenirent, vel non tentaret,an poſſet armatus incedere,ſed tentauit, qa non habebat cõſuetudinem. Alio modo refertur ad ſequentia.ſ.ꝙ non poterat Dauid incedere in armis, & hoc, quia non habebat conſuetudinem.

Quare Dauid tentauit aſſumere arma, cùm non aggrederetur tale Bellum ſuo robore. Quæſt. XXV.

QVAERET aliquis. Quare Dauid indutus eſt armis,& tentauit incedere in eis : nam ipſe aggrediebatur hoc bellũ non confidens in robore ſuo, nec in experientia belli,ſed in Dei fortitudine, qui eripuerat eũ de manu Leonis,ſicut ergo cõtra Leonem, & Vrſum præualuit,nihil omnino habens in manu, ita debuiſſet credere,ꝙ præualeret cõtra Philiſtæũ, nulla accipiens arma: ſic.n.fit in operibus miraculoſis,ꝙ ſolùm fiant per operationem Dei,& nõ ſit aliquid humanu admixtum. Sic fuit,qñ Samſon pugnauit contra catulũ Leonis in Tamnatha, quia tũc nihil hẽbat in manu,vt patet Iudi.ca.14.ſ.irruit aũt ſpũs Domini in Samſon, & lacerauit Leonem, quaſi hædũ in fruſtra decerperet:nihil omnino hñs in manu:Dauid quoq;, quia miraculoſe cõtra Leonem,& Vrſum pugnauerat nõ habuit quicquam in manu ſua qñ pugnauit. Dicendũ eſt, ꝙ Dauid confidebat in Domino ſe poſſe Philiſteũ ſuperare ſinẽ armis:ſicut poſtea fecit ſolũ habens fundam, & lapides: voluit tamen accipere arma,non tanquam ad maiorem neceſſitatem, aut cautelam corporis ſui; ſed,vt condeſcenderet regi:quia rex volebat, ꝙ pugnaret in armis,ſicut alij viri pugnabãt:Deus tñ hoc non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non permisit, quia licet alias Dauid posset in armis F incedere, licet esset inexpertus, qa erat vir robustus: Deus tñ fecit, vt non viderent sibi apta: vnde illa faciliter abiecit, vtens sola funda, & lapidibus Hoc autem erat, quia Deus volebat gloriam huius certaminis sibi attribui: & quia, si Dauid indutus esset armis bellicis, vt Goliath, videret eum superare apparatu bellico, & robore modo humano, & minueret gloria triũphi diuini: ideo voluit, ꝙ in sola funda pastorali superaret, ex quo appareret sola Dei virtute hoc actũ esse, vt patet, infra ex verbis Dauid ad Philistæũ, scilicet, Tu venis ad me cùm gladio, & hasta, & clypeo, ego aũt venio ad te in nomine Domini exercituũ Dei Israel. q d. ego non confido me posse habere victoriam in ſpe armorũ, sed in nomine Domi- G ni, tu autem confidis in gladio, & hasta.

Quare sicut Dauid sine armis superauit Goliath, quare etiam sine funda, & lapide non superauit.
Quæstio. XXVI.

QVAERETVR vlterius. Cũ ad laudẽ Dei triũphus iste factus fuerit sine armis, quare etiam non fuit factus sine funda, & lapidibus? nam tunc videret esse maius miraculũ. patet aũt simile, quia quãdo Dauid pugnabat cõtra Leonem, & Vrsum: nec lapide, nec baculo percutiebat eos: sed apprehendẽs per maxillam, lacerabat eos, vt patet supra, sic etiã Samson, cùm pugnaret contra catulũ Leonis nudis H eũ manibus lacerauit. Iudi. ca. 14 Respondendũ est, ꝙ non decuit, vt Dauid procederet contra Philistæum sine funda, & lapide: sicut procedebat contra Leonem, & Vrsum. Ratio diuersitatis est, quia quãquam Leo, vel Vrsus esset ferox: tñ non poterãt nocere Dauid, quousque accederet ad tangendum eũ: ideo, cũ esset Dauid vir robustus, sufficiebat, ꝙ impetu facto apprehẽderet Leonem, vel Vrsum per maxillam, atq; laceraret. Non poterat aũt sic apprehendere Goliath, quia ille erat gladio accinctus, & hastã I ferens, vnde non permitteret accedere ad se Dauid, sed cum eminus stantẽ hasta confoderet, aut gladio trucidaret. Oportebat ergo, vt Dauid haberet aliqđ genus armorum, quo similiter à longe stantem posset percutere Philisthæum: & ad hoc fuit cõueniẽs funda. Alia ratio est, quia non videbaẽ gloriosior victoria, quantũ ad Deũ, ꝙ Dauid sine armis, & funda accedens ad Philistæum, eũ sicut Leonem trucidaret, q̃ ꝙ à longe funda percuteret. Nam, si eũ nulla habens arma, nec fundam, nudis manibus lacerasset argueretur in eũ magnum robur, & animositas: cui ius pars magna naturaliter esse poterat, aut in totũ. Cùm autem funda à longe eum percuteret, argueretur Dei potentia, qui direxit manum Dauid, vt vnico lapide, & vnico ictu fortissimum illum, atque ferocissimum inter Philistinos trucidaret, licet galea caput eius ꝓtexisset. Sed adhuc prima ratio melior est. *Dixitque Dauid ad Saul; Non possum incedere.* Ten K tauerat enim, Dauid armatus incedere, vt complaceret regi, qui volebat eum armatum pugnare, sed nequiuit: ideo reiecit arma. *Quia nec vsum habeo.* idest, hoc fit, quia non est mihi consuetudo pugnare armatum. Motus autem conueniens in armis non solum vires, sed etiam consuetudinem exigit. Hoc autem verum est, ꝙ Dauid erat inexpertus in armis, & ob hoc erat sibi difficilis motus, sed non solũ hoc ingerebat sibi difficultatem, sed adhuc amplius, qa Deus nolebat, ꝙ pugnaret armatus, & fecit sibi arma videri difficilia ad motum. *Et deposuit ea.* scilicet, abstulit sibi omne genus armaturæ.

Conueniens fuit Dauid sibi arma relinquere, vt pugna pastorali solum ageret. Quæst. XXVII.

QVAERET aliquis. Quare Dauid abstulit sibi omnia arma? nam ratio præcedens non vr sufficiens ad hoc, quia difficultas erat sibi, eo ꝙ non poterat portare arma: si, tñ solum ensem portasset, nulla erat difficultas, quare ergo non portauit? Respõdendum, ꝙ non decuit, vt Dauid portaret gladium ad pugnandum contra Philisthæum, quia aut ipse pugnare debebat pugna virili contra goliath, aut pugna pastorali. Si primò modo, oportebat, vt omnib⁹ armis vteretur, tam defensiuis, q̃ offensiuis, vt pati, & agere posset impunè. Si aũt solo gladio vteretur, pugnandũ sibi cominus erat, & tunc, cũ eum repercutere vellet Philisthæus non haberet arma defensiua. Erat ergo gladius sibi simpliciter ineptus ad pugnandum: fuisset aũt aptior hasta, quia eminus stantem cõfingere posset. Sed adhuc ista erat inepta nulla alia arma habenti, quia post actũ fugiendũ erat. Cum ergo Dauid nõ potuerit portare omnia arma, non decuit nec expediuit aliquod ferre armorũ genus, quantuncũq; leue. Si aũt Dauid pugnare deberet bello pastorali contra Goliath. s. lapidibus, & funda, & quia ista arma ad percutiendum eminus sunt, non erat sibi opus hastam habere, aut gladium: & sic nihil secum tulit, nisi fundam, & lapides, & baculũ. Sed aliquis forte dicet, ꝙ Dauid tulit secum gladiũ quamquam de hoc non exprimat. Sed dicendũ est, ꝙ non ſtat, quia quando Dauid lapide percussum interfecit Philisthæum, cum non haberet gladium in manu sua, cucurrit, & stetit super Philisthæũ, & educens gladium eius de vagina præcidit caput ei⁹, vt patet, infra. Non habebat ergo tũc Dauid gladiũ, vnde nihil secum armaturę duxit. *Et tulit baculum suũ.* Iste erat baculus pastoralis, quem Dauid gerebat in manu sua, & tulit illum contra Philisthæum.

Dauid propter quid tulit secum baculum ad pugnam. Quæstio. XXVIII.

QVAERETVR, Ad quid ferebat hic Dauid baculum, & an aliquid sibi opus esset. Aliquis respondebit, ꝙ portabat eum sicut consuetus erat eum portare contra Leonem, & Vrsum, vt percuteret eos. Sed dicendum, ꝙ non ſtat, quia Dauid portabat baculum contra leonem, & vrsum ad irritandum eos ad pugnam: nam, cum Leo, vel Vrsus rapuisset Arietem, vel ouem, nolebat cõtendere cõtra Dauid, sed ipe aggrediebaẽ eos, & pcutiebat baculo, vt irritaret ɔ se: vt sic effugeret Aries, vel ouis, & tũc arripiebat Leonem, vel Vrsum per maxillam, & lacerabat eum: hic autem non erat opus irritatione, quia ipsemet Philisthęus irritatus erat ad pugnãdũ contra Dauid, & veniret non pulsatus. Secundò, qa baculus erat ad percutiendum cominus, sed cũ Goliath non erat Dauid cominus pugnaturus, cũ esset Goliath ferro velatus, & præter hoc habebat arma offensiua, quibus non sineret Dauid ad se cominus accedere: non ergo videtur, ꝙ propter hoc portauerit, nec est aliquis vsus, vel vtilitas alia, propter quam Dauid baculum gestare debuisset. Sed videt, ꝙ hoc fecerit ex assuetudine. s. quia semper illum portare solebat. Et dato, ꝙ ad nihil sibi vtilis foret, portaret eũ, Hoc apparet ex sequenti litera, quia dicit: Tulit baculum suũ, quem semper habebat in manu: hoc autem considerauit Goliath, quia, cùm vidisset ad se venientem Dauid, cũ baculo, & nesciret, quæ vtilitas pugnandi esse poterat in eo, nisi forte contra canem pugnaret, ait ad Dauid: Nunquid ego canis

suũ,

suũ, qa tu venis ad me, cùm baculo? q.d. baculus ad A nihil tibi proficit, nisi ego essem canis. *Quem semper habebat in manibus.* Hic erat mos pastoralis, vt baculum haberet ad minandum oues, vel ad irritandum feras, quando pugnaret contra eas: ideo, quamquam non relictis ouibus, venisset in castra, tamen nõ deseruit baculum pastoralem, quia super eum habere solitus erat. *Et elegit sibi quinque lapides limpidissimos de torrente.* Isti erant lapides valde duri: & vocantur limpidi, quia non erant habentes admixtionem terræ glebosæ, vel arenosæ, aut calcis, quia huiusmodi lapides infirmi sunt, & facili ictu in partes minutas desiliunt. Egebat autem Dauid lapidibus valde duris, quia Philisthæum ferro vallatum percussurus erat. B

Quare elegit Dauid quinque limpidissimos lapides de torrente, & peram pastoralem. Quæst. XXIX.

QVAERET aliquis. Quare Dauid elegit quinque lapides limpidissimos de torrente? Respõdendum est, ꝙ accepit lapides priusque iret ad bellum, quia fortè postea quando pugnaret, non reperiret lapides in loco, & interim posset eum percutere hostis. Vel fortè non reperiret lapides conueniẽtes sibi in loco. egebat enim durissimis, vt dictũ est, quia percussurus erat ferro velatũ. Sed tunc dicet. Quare elegit lapides de torrente? Rñdedũ, ꝙ hoc fuit, quia ibi eos duriores inueniret: & hoc significat litera, cũ dicit, lapides limpidissimos, quia vocant lapides limpidi illi, qui sunt purgati ab omni materia glebosa terrea, vel arenosa, & sunt puri lapides. Sed tunc dicetur: Cur elegit quinque? Respõdendum, ꝙ aliqui volunt referre hoc ad allegorias, sed Dauid ista non respiciebat. Sed dicendũ, ꝙ solũ quinq; elegit, quia plures grauarent eum: etiam, quia putauit istos sufficere ad rem agendam. *Et misit eos in peram pastoralem.* Vt ibi seruarentur: ferebat enim secum illam, sicut & baculum, & fundam.

Quare Dauid tulit secum peram pastoralem. Q. XXX.

QVAERET aliquis. Quare Dauid tulerat secũ peram pastoralem in castra, cùm illa non videretur sibi apta, nisi tempore, quo pascebat oues? Aliquis respondebit, ꝙ hoc fecit, quia illa sibi proderat ad ferendũ lapides, sicut nunc tulit: nam manu eos ferre non poterat, quia quinque erant. Sed dicendũ, ꝙ non fecit propter hoc, quia Dauid ignorabat, ꝙ pugnam initurus esset, cũ Goliath, ideo nec nesciebat, an pera sibi ꝓfutura esset. Sed dicendũ fortè, ꝙ Deus eum mouit ad portandum eam, quia sibi ad aliquid profutura erat, & Deus interdũ mouet hominem ad id, quod ipse ignorat, vt inde consequaẽ aliquid prosperũ, vel aduersum. Aliter põt dici, ꝙ dauid tulit peram pastoralem ab intentione. s. quia erat sibi in via necessaria ad ferendũ aliquid de one- re, quod portabat fratribus suis: nam pastores vtun E tur pera ad ferendum ibi sarcinas suas, & cibos: ita Dauid ad ferendum in castra cibos, vel aliquas sarcinulas nihil aptius inuenit, quàm peram pastoralẽ: & fortassis hoc fecit, vt ibi portaret aliquam particulam ciborum pro fratribus, quia supra dicitur, ꝙ onustus abijt. Vel dicendum, quòd tulit ex consuetudine secum peram, quia, cum in opere pastorali semper assuetus esset illam ferre, nunc quoque illam secum tulit: sed prius dicta melius stant. *Quam habebat secum.* Scilicet, quia tulerat eam de Domo patris sui secum ad ea, quæ dicta sunt: & tunc visa est sibi vtilis ad ferendum lapides. *Et fundam manu tuam.* Quia ista erat, qua pugnare debebat.

Tulit Dauid fundam secum inspiratus à Deo, & ex assuetudine. Quæst. XXXI.

QVAERET aliquis. Quare Dauid secum tulit fundam? nam ista non videbatur sibi vtilis in castris, sed solum in opere pastorali Nec valet si dicas, ꝙ nunc sibi nimis vtilis erat, quia in ipsa pugnauit: nam ipse nesciebat, an pugnare debebat contra aliquem. Sed dici posset, ꝙ Deus mouit eum ad ferendum eam, quia profutura erat sibi, licet ipse nesciret. Aliter dici potest, & melius, ꝙ Dauid fundã gerebat pro genere armorum, ideo sicut in itinere portaturus erat secũ aliquod genus armaturę, portauit fundam. Vel potest dici, ꝙ tulit eam ex assuetudine, quia in opere pastorali semper assuetus erat eam ferre. *Et processit aduersus Philisthęum.* s. ad pugnãdũ contra illum in isto genere armaturæ.

Saul dimisit Dauid pugnare, cùm Goliath sine armis confisus, quòd Deus adiuuaret eum. Q. XXXII.

QVAERET aliquis. Quomodo Saul permisit, ꝙ pugnaret Dauid contra Goliath, cùm nõ ferret aliqua arma, sed solam fundã, & lapides: Philisthæus autem esset armis accinctus, & videbaẽ sic impossibilis victoria? Respondendũ est, ꝙ Saul audiuerat robur Dauid, quomodo sine armis occiderat Leonem, & Vrsum, ideo sic poterat inermis occide C re Philisthæum, sic enim dixerat Dauid, ꝙ Deus, qui eripuerat eũ de ore Leonis, & Vrsi, eriperet eum de manu Philisthæi. Confidit autem Saul, ꝙ Deus, qui adiuuerat Dauid in præcedentibus, adiuuaret eum nunc: potissimè, quia Dauid non potuerat pugnare armatus, ideo oportebat, vt pugnaret in funda, & lapide, vel cessaret à pugna. Visum est autem Sauli vtilius esse, ꝙ pugnaret qualitercũque, q̃, ꝙ cessaret, quia, si ex pugna eius sequeret victoria, iudæi exaltarent nimis, & prosperarent res eorũ, sicut factũ est: si autem ipse vinceret, redeundũ erat ad pugnandũ in acie, sicut si non esset initũ singulare certamen, & sic non deteriorabaẽ conditio Hebræorũ ex morte Dauid, & prosperabatur ex eius victoria, ideo per- D mittendũ fuit ad omnem euentũ, ꝙ pugnaret. Sed dicet aliquis, ꝙ sicut ex victoria Dauid prosperabaẽ nimis res iudeorũ, ita ex eius morte disperderẽtur, & fugerẽt timore conterriti: sic enim accidit Philisthinis, quia, cùm viderunt occubuisse Goliath, licet prius haberent magnam cõfidentiam in armis, cõterriti sunt, & fugerunt, vt patet, infra. Respondendum est, ꝙ non erat sic euenturum iudeis ex morte Dauid, sicut euenit Philisthinis, ex morte Goliath. Ratio diuersitatis est, qa inter Philisthinos Goliath erat fortissimus, & in eo erat tota spes belli. Cum ergo viderunt eum occubuisse, elanguerunt corda ipsorũ: ita, vt non remaneret spiritus: Vnde non potuerunt sustinere faciem hostis persequentis, de Da E uid aũt secus erat inter Iudęos, quia non reputabaẽ fortissimus inter eos, sed puerulus pastor, & inexpertus in armis: vnde dixit ei Saul: Non vales resistere Philistheo isti, nec pugnare aduersus eũ, quia puer es, hic aũt vir bellator. Iõ licet occubuisset Dauid, non multũ labefactarenẽ eorũ corda, nec putarent aliquid deperisse statui suo, & non timerent, nec fugerent à facie hostili. Hoc aũt apparet, infra, cũ dr: videntes aũt Philisthijni, ꝙ mortuus esset fortissim⁹ eorum, fugerunt, q.d. ideo fugerunt, quia putabant illum esse fortissimum, qui ex eis occubuit: sed Israelitæ non putabant Dauid esse fortissimum inter se, ideo licet occumberet, non multum mouerentur.

Ibat aũt Philisthæus incedẽs, & appropinquãs aduersus Dauid,

scilicet,

Universidad de Deusto
Biblioteca

scilicet, sicut Dauid egrediebatur de castris Israelita
rum ad pugnandum contra Goliath, ita egrediebat
de castris Philisthinorum ad pugnandū contra Da-
uid: & hoc, vt ambo conuenirent in campum, vbi
pugnandum erat. *Et armiger eius ante eum.* ideſt, armi-
ger Goliath præcedebat eum, ferens aliqua arma il-
lius. Ista est enim solemnitas, quæ fit viris euntibus
ad singulare certamen. ſ. vt præcedant eos armigeri
sui: Dauid autem armigerum nullum habebat, quia
nec armatus erat, cum solum portaret fundam, &
lapides in pera pastorali: ideo non egebat armigero.
Cumque inspexisset Philisthæus, & vidisset Dauid, despexit eū.
Putauit enim Philisthæus, ꝙ daretur sibi aliquis vir
fortis nimium pugnaturus cum eo, qui veniret in
magno apparatu bellico: cum autem vidit illū ætа-
te puerulum, & inermen, cum solo baculo, & fun-
da, despexit eum: putans non esse pugnam, sed irri-
sionem. *Erat enim adolescens rufus, & pulcher aspectu.* Hoc
supra dicit præcedenti. c. ſ. ꝙ erat rufus, & pulcher
aspectu, & decora facie. Ponitur aūt istud pro causa
despectionis. ſ. quia erat adolescens, & ob hoc inep-
tus ad bellū: tam propter inexperientiam, quæ par-
uę ætati ineſt, q̄ propter vires, quæ ei desunt, & hoc
dixit Saul ipsi Dauid. ſ. non vales resistere Philistheo
isti, nec pugnare aduersus eum quia puer es, hic aūt
vir bellator ab adolescentia sua. Dicit etiam, ꝙ erat
pulcher facie, & rufus, ad significandum, ꝙ erat de-
licatus, & qui huiusmodi sunt, magis ad quietem cō
ueniunt, quàm ad bellum. *Et dixit Philisthæus ad Dauid.*
Postquam eum despexit in corde suo: voluit contu-
meliari ei in voce proferens, quæ sequuntur. *Num-
quid ego canis sum, quia tu venis ad me cùm baculo?* Vidit
Philisthæus, ꝙ veniebat Dauid cum baculo, & fun-
da, & vidit, ꝙ ista arma non proficiebant sibi aliquo
modo contra viros, sed solum contra canes, ideo di
xit: Numquid ego canis sum? q.d. si ego essem canis,
proficerent tibi ista arma contra me, sed, quia sum
vir, nihil tibi proficiunt. Vel aliter introducitur per
modum increpationis. ſ. ò miserabilis adolescens,
numquid existimasti, ꝙ eras pugnaturus contra ca-
nem, quoniam portasti baculum, & fundam, q.d. in-
sensatus fuisti. *Et maledixit Philisthæus Dauid.* ideſt, pro-
tulit verba maledictionis super eum. ſ. ꝙ malediꝰ
esset dijs. &, ꝙ dij destruerent eum, atque euellerent
de terra. Ista autem maledictio poterat esse propter
duo Primùm erat in confusione propter stultitiam
Dauid ſ. ꝙ visus est Dauid nimis stultus Philisthæo,
cùm ipse esset nimis iuuenis, & vellet pugnare cùm
viro fortissimo, atque experire bellis. Et ob hoc, qua
si iratus propter stultitiam illius, dixerit: Maledictus
sis à dijs, quia talem stultitiam commisisti. Alio mo-
do pōt itelligi, ꝙ hoc dixerit mō hostili. ſ. qa isti erāt
hostes, & cōgressuri erant singulare certamen, ideo
Philisthęus, tanquam hostis maledixit Dauid, & Da
uid respondit ei, in maiori maledictione. Et fortè
istè erat modus pugnantium singulari certamine,
vt se mutuo ad pugnam concitarent. *In dijs suis* ideſt,
ista maledictio fuit in nomine Deorum suorū. q.d.
Deus meus talis, & talis maledicat tibi, & euellat te
de terra: Refertur autem hoc ad Deos Philisthino-
rum, scilicet, in dijs suis, ideſt, in dijs Goliath. Erant
apud gentiles multi dij, quia quælibet ciuitas habe-
bat Deum suum specialem. Nam in Azoto vrbe
Philisthinorum erat Deus Dagon, vt patet supra c.
5. in Acharon autem vrbe Philinorum erat Deus
Beelzebub, vt patet infra. 4. lib. c. 1. & sic de aliis vrbi
bus. Maledixit autem in nomine Deorum suorū,
& non in nomine Dei Israel. Et hoc propter duo:
primùm, quia credidit Deos suos esse potentiores
Deo Israel. Nam propter hoc eos colebat, potissi-

Goliath maledixit Dauid, q.d cū armis pastoralibus incessit ad eū.

mè, quia erant multi: Deus autem Israel erat vnicus, Secundum, quia credebat, ꝙ dij Philistinorum vellent adiuuare eos: ideo pugnarent pro ipsis, sic enim maledicerent Dauid: quia erat hostis ipsorū. Deus aūt hebræorum adiuuaret Israelitas, ideo nol let maledicere Dauid. Orauit ergo maledictionem in nomine Deorum suorum, & nō in nomine Dei Israel. Hoc patet, quia dicit in dijs suis. Apud Israeli tas tamen non erant multi dij, ideo de dijs Philisthi norum necesario intelligendum est. Sed adhuc di cere posset aliquis, ꝙ intelligit de Deo Israel, quia, licet non haberent Israelitæ multos Deos, putabāt Philisthini esse multos, sicut apud ipsos erat: sic pa tet supra, cap. 4. cùm veniente arca in castra Israel dixerunt Philistini: Væ nobis, quis nos saluabit de manu Deorū sublimium istorum? Hi sunt dij, qui percusserunt Aegyptum. Ergo poterat Goliath ma ledicere Dauid, in nomine Deorum suorum, ideſt, Dauid, putans eum habere multos Deos. Sed adhuc non stat, quia, si hic ponerentur verba Goliath in forma poterant nominari multi dij, ga tamen scrip tura refert quid factum sit, & non ponit verba Go liath, non diceret Deos pro Deo hebræorum, sed diceret, ꝙ malediceret in nomine Dei: dixit tamen, ꝙ maledixit in dijs suis: ergo intelligitur de dijs Phi listhinorum. *Dixitque ad Dauid; veni ad me.* Hoc dici tur ex despectione ſ. ego nolo ire ad te, nec volo pu gnare, vt vir contra miserum adolescentulum. Sed ego non motus lacerabo te pugnantem, vt voluc ris. *Et dabo carnes tuas volatilibus cœli, & bestijs terræ.* ideſt, quia commisisti hanc insaniam, vt mecum congre di auderes, lacerabo te, & dabo carnes tuas volatilibus cœli: quia quædam volucres sunt, quæ solis car nibus pascuntur, scilicet, volucres venatrices. Dixit etiam de bestijs terræ, ideſt, de feris, quia pecora non vescuntur carnibus: sed solæ feræ, quæ bestiæ vo cantur: nam pecora, & iumenta carnibus non ve scuntur. *Dixit autem Dauid ad Philisthæum.* Cùm im properasset Philisthęus Dauid tanquam hostis, ipse retribuit ei maiorem contumeliam, demonstrans confidentiam suam. ſ. *Tu venis ad me cum gladio, & ha-
sta, & clypeo.* ideſt, tu habes arma, & ego non: & tamē ego scindam caput tuum: in quo maior virilitas ē, scilicet, ꝙ inermis armatum superet. Vel aliter: Tu venis ad me cum gladio, hasta, & clypeo, ideſt, con fidens in istis armis: ego autem non confido in ali quo genere armaturæ, ideo inermis venio. Abun dans enim mihi atmatura est protectio Dei Israel. Dixit autem Dauid de gladio, hasta, & clypeo, non, ꝙ ista arma solùm haberet Philisthæus, quia omne genus armaturæ habebat ad protegendū corpus. ſ. galeam æream, loricam, & ocreas æreas, vt patet su pra, sed voluit Dauid ista solùm nominare, quia per hæc intelligebat reliqua arma. *Ego autem venio ad te
in nomine Domini exercituum.* i. ego non habeo contra te aliud ꝓpugnaculū, nisi nomen Dñi. ſ. quia confidēs in eo sine armis prævalebo contra te. Et vocat Do minus exercituum. i. Dominus, qui habet potestatē super exercitus, & bella. ſ. ipse est, qui victoriam dat, cui voluerit: ideo satis est mihi, ꝙ ipse faueat parti meæ, etiam si inermis sim: & hoc significatur infra, in verbis Dauid. ſ. & nouerit vniuersa Ecclesia hæc, quia non in gladio, nec in hasta saluat Dominus, ip sius enim est bellum, & tradet vos in manus nostras. Alio modo potest intelligi, ꝙ sit Dominus exerci tuum. i. habens secum multos exercitus. ſ. angelorū millia, & cētena milia. Sic patet Iob. c. 25. ſ. Nūquid est numerus militū ei? Milites tñ exercitū faciunt. Et in isto sensu secūdò accipit ista propositio cōiter in scriptura. *Dei agminum Israel.* i. iste Deus exercituū est

Ra. Quid dicit littera.

est: Deus agminum. i. turbarū Israel. Hoc ponitur ad confirmandū sententiam Dauid: nam ipse dixerat, ꝙ veniebat in nomine Domini exercituum, ꝙ sustinebat ad victoriam? Responderet aūt Philisthinus, ꝙ non constabat, an magis faueret iste Deus Israeli tis, quàm Philisthinus: Dauid probat, ꝙ magis faue bat Israelitis, quia erat Deus ipsorū. *Quibus exprobra-
sti hodie.* Hoc ponitur ad maiorem cōfirmationem, quia diceret Philisthinus, ꝙ licet Deus exercitiuum esset Deus Israel, non tamen habebant aliquam cau sam Israelitæ, quare nunc faueret eis Deus. Rūdet Dauid, ꝙ erat causa maxima. ſ. quia Goliath expro brauerat Israelitis illa die, quod cedebat in vitupe rium Dei: ideo ipse, tamq̄ pugnaturus ꝓ causa sua, ageret contra Goliath, & dr quibus exprobrasti ho die: non, ꝙ hodie solum exprobrasti, qa per 40. dies hoc fecerat: & quotidie bis, vt patet sup. dicit tamē, quibus exprobrasti hodie, ad significandum pertina ciam Goliath in malo: nam, si diebus præcedentib⁹ exprobrasset Israelitis, & iam resipuisset, atq; cessas set, Deus remisisset ei peccatū, & fortè non adiuua ret Dauid contra eū: illa tñ die, sicut præcedentibus exprobrauerat, ideo propter contumaciam Deus contra eū pugnaturus erat. *Et dabit te Dominus hodie
in manu mea.* i. ponet in potestate mea, ita, vt possim, quodcumq; voluero de te facere. *Et percutiam te, & au
feram caput tuum à te.* Percutere. n. accipit hic pro oc cidere. Et dicitur, ꝙ auferret caput eius, quia postea sic factū est, & introductū corā Saule, vt patet infra.

An Dauid spiritu Prophetico respondit Philistæo.
Quæstio. XXXIII.

QVAERET aliquis. An Dauid dixerit ista spi ritu Prophetico? Aliquis respondebit, ꝙ sic: nam omnia euenerunt sicut Dauid dixit: ipse. n. di xit, ꝙ percuteret Philisthæum, & auferret caput ei⁹, & daret cadauera castrorum Philisthinorum volati libus die illa, vt patet hic: & sic immediate comple ta sunt omnia, vt patet, infra, sic. n. dicit Nicolaus, ꝙ hoc habuerat per diuinam reuelationem, quia futu rum contingens certitudinaliter prænunciauit. Sa tis aūt hoc est verisimile: nam Dauid Propheta erat, & spiritus Domini directus fuerat in ipsum ex die, quo vnctus fuit, vt patet præcedenti, c. Sed adhuc sa tis rōnabiliter dici poterat, ꝙ hoc non faciebat Da uid, sciens spiritu Prophetico: sed dicebat, ad signifi candū animositatē suam: id. n: quod optabat, id dice bat, & quia Deus fauebat ei, complcuit id, quod desi derabat, & quod prænunciauerat: tamen nesciebat à principio per reuelationem ad quid deuenturum esset bellum. *Et dabo cadauera castrorum Philisthinorum
hodie volatilibus cœli, & bestijs terræ.* In hoc superaddidit Dauid contumeliari Philistheo vltra cōtumeliam, quam ab eo receperat: nam Philistheus solum dixe rat, ꝙ occideret Dauid, & daret carnes eius bestijs. Dauid aūt dixit, ꝙ nō solum occideret Goliath, sed etiam alios Philisthinos, qui erant in castris, & dicit dabo cadauera castrorum Philisthinorum. i. eorum, qui sunt in castris: nō quidem, ꝙ in castris occisi fue rint, sed quia in castris erant antequam occiderent: nam fortè nullus de eis in castris occisus est, aut pau cissimi, quia, vt viderent, ꝙ occubuisset fortissimus eorū, fugerent, & Israelitæ persequentes eos, occide runt in fuga plurimos, vt patet, infra, dr aūt de cadaueribus castrorū ad significandū, ꝙ nunc non erant perituri omnes Philisthei, qui erāt in terra Philisthi norū, sed solū illi, qui erant in castris. *Vt sciat omnis ter
ra, quia est Deus in Israel.* i. per hoc, ꝙ occidam te, & dē cadauera Philisthinorū volatilibus, omnis terra co

A gnoscet, ꝙ est Deus in Israel. ſ. quia hoc non poterat fieri, nisi Dei virtute, cùm ego sim inermis: cum ergo factum fuerit manifestè, cognoscent, ꝙ à Deo fa ctum est: & per hoc intelligent, ꝙ in Israel sit Deus. Nec solum intelligitur, ꝙ per hoc cognoscerent gē tes, ꝙ erat Deus aliquis in Israel: quia, etiam hoc nō obstante, cognoscebant eos colere aliquem Deum, cum nulla esset gens, quę non coleret Deos multos, aut saltē vnū: sed intelligit, ꝙ cognoscerēt esse Deū in Israel. ſ. Deum specialē, & potentiorem omnibus dijs gentiliū, cum possit dare victoriam cultoribus suis contra omnes gentes, & Deos carū. *Et nouerit vni
uersa Ecclesia hęc.* i. cognoscat tota ista multitudo: Ec clesia. n. congregatio, vel concilium est. Sic enim di
B cit Philosophus. 2. Politico. c. de politia Calcedonio rū. ſ. ꝙ Calcedonij Ecclesiam non faciunt. i. non cō gregant multitudinem, vel conciliū ad deliberādū facta. Dicitur autem hic Ecclesia ipsa multitudo he bręorum, & ipsa specialiter cognoscere debebat id, quod sequitur. *Quia non in gladio, nec in hasta saluat Do
minus.* ſ. salus, quę inducitur à Deo in bellis, non est in hasta, vel gladio i. in apparatu armorū, nec in robo re virorum: sic patet Psal. 146 ſ. Non in fortitudine equi voluntatem habebit, nec in tibijs viri beneplacitū erit ei. Sic etiam dr Psal 32. Nō saluabitur Rex per multam virtutē, & Gigas non saluabit in mul titudine virtutis suæ. Istud autem debebant cogno scere Israelitæ: nam primū. ſ. ꝙ, esset Deus in Israel non erat sibi nunc cognoscendū, quia iam nouerāt sine aliquo experimento: sed, ꝙ Deus saluaret in sin gulari certamine sine hasta, & gladio, hoc eis cogno scendū erat: ideo dixit: & nouerit vniuersa Ecclesia hæc. i. multitudo Hebręorum. *Ipsius enim est bellum.* i. in potestate eius est euentus belli. ſ. dare victoriam, cui voluerit, vel facere succumbere alterū: ideo pōt sine armis, & alijs apparamentis dare victoriam. Sic dixit Iudas Machabæus. 1. Macha. c. 3. facile est con cludi multos in manu paucorum, & non est differē tia in conspectu Dei cęli liberare in multis, & pau cis, quoniam nō in multitudine exercitus est victo ria belli; sed de cęlo fortitudo est, & eo. c. declarauit, ꝙ ex sola voluntate Dei est, ꝙ quis in bello pereat, vel superst: & quis vincat, vel superet, cū ait: Melius est nos mori in bello, q̄ videre mala gentis nostrę, & sanctorū; sicut autem fuerit volūtas in cęlo, sic fiat, ideſt, si volūtas est in cęlo, ꝙ moriamur, moriemur: alioquin superabimus. Sic etiā dixit Ionathas filius: Saulis Non est difficile saluare Deo in multitudine, vel in paucis sup. c 14. hoc aūt est, quia ex voluntate Dei dependet euentus belli. *Et tradet vos in manus no
stras.* i. faciet, ꝙ succumbatis potestati nostræ: & hoc non solum quātum ad Goliath, sed quantū ad oēs alios Philisthæos, quia supra dixerat, ꝙ tradet cada uera castrorum Philisthinorum volatilibus cęli, & bestijs terræ. *Cùm ergo surrexisset Philisthæus.* Hic incipi tur bellum, & dr, ꝙ surrexit. ſ. vt veniret ad percutiē
D dum Dauid, & non surrexit, tanquam ante iaceret, sed est modus loquendi scripturæ, quia dicit illum surgere, qui aliquid noui facere incipit: &, quia tūc incępit venire Goliath contra Dauid, dicit surrexis se contra eum. *Et veniret, & appropinquaret contra Da
uid.* ſ. quia ante hoc, cum sibi loquebantur verba cō tumalioſa nondum appropinquabant sibi: quia illa erant præparatoria, vel præludia bellorū. i. quædā, quæ ex more præmittēbantur, quibus paratis, incę perunt realiter pugnare. *Festinauit Dauid, & cucurrit
ad pugnam ex aduerso Philisthæi.* ſ. cùm videret Dauid, ꝙ
E Philistheus veniebat contra ipsum non expectauit, sed ipse velocius cucurrit in aduersum illius. Hoc aūt fecit ad meliorandum conditionem suam, quia

in

Salus quæ à Deo est non est in hasta, vel gladio.

Bellum Dauid, cū Goliath.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in bello melior est conditio aggredientis, q̃ sustinẽtis: potissimè, cùm aliqualis incutiatur timor ei, contra quem, quis aggreditur, quia ex aggressione probatur quædam pars confidentiæ, & animositatis. Et aggressus est, quia apparatus suus non erat ad pugnã dũ sustinendo: nam solùm ille sustinere potest, qui arma habet defensiua, Dauid autem nulla habebat huiusmodi arma, sed solùm offensiua. s. fundam, & lapides, ideo oportebat, ꝙ aggrederetur, & non sustineret. Sic factũ est: nam antequam Philisthæus peruenisset ad eũ, percussit eũ lapide, vt patet, infra. *Et misit manum suam in peram pastoralem.* s. quia ibi ferebat lapides, vt acciperet aliquem ad percutiendum hostem. *Tulitque vnum lapidem*, s. vnum de quinque, quos elegerat de Torrente.

An Dauid occiderit Goliath vnico lapide, vel multis.
Quæstio. XXXIIII.

QVAERET aliquis. An Dauid occidit Philisthæum vnico lapide, vel multis. Videtur aũt, ꝙ essent multi: nam vulgariter dicitur, ꝙ erant, tres, Item Mat. cap. 4. est quædam glosa, ꝙ Christus vicit Diabolum in tribus tentationibus, sicut Goliath occisus est à Dauid tribus lapidibus. In contrarium vr, quia hic dicit, ꝙ tulit vnum lapidem, & si trib⁹ percussisset Dauid Goliath: duo fuissent inanes, q̃d patet, quia, quicunque eorũ infixus fuisset in fronte, faceret Philisthæũ occumbere, sed non occubuit, vt ipsi dicunt nisi tribus, ergo duo fuerũt inanes, quod non pertineret ad rationem miraculi. Istud tñ miraculosè factũ est, ideo vnicus lapis suffecisset: potissimè, quia si tres lapides iecit Dauid contra Goliath, aut omnibus tribus eum percussit, aut vnico: si autẽ omnibus tribus, necesse est, ꝙ fuerint duo illorum infirmi. s. quia nihil nocuerant: quod est incõueniẽs: si autem dicatur, ꝙ non fuit percussus omnibus tribus, sed vnico, adhuc erit istud inconuenientius. Sed non stat id, quod vulgariter dicit. s. ꝙ omnibus trib⁹ percussus fuerit in eodem loco, & primus infix⁹ est, deinde secundus repulit primùm ad partem interiorem cerebri, tertius autem extra caput vtrumq; expulit. Sed istud non solum est falsum, imò etiam ridiculũ; quia, si aliquis lapis infixus fuisset cerebro Goliath, mox corruisset in terram, sed dicunt, ꝙ nõ corruit: ideo irridendum est dictũ eorum. Et dicendum, ꝙ vnicus lapis infixus fuit cerebro Goliath, & non tres. Quòd aũt dicunt vulgares, ꝙ fuerint tres, nihil est, quia vulgaribus nulla fides adhibenda est. Ad aliud autem, q̃d dr̃ de Glosa super Matthæum, dicendũ, ꝙ illa non est nimis autentica: nam nõ ponitur ibi cuius sit: ideo credendum est, ꝙ fuerit apposita ab aliquo, qui nõ esset magnæ auctoritatis: ideo de ea non est curandum. *Et funda iecit, & percussit Philisthæum in fronte.* i. primùm lapidem iecit in fundam, & percussit illico Philisthæum: nam Deus direxit lapidem contra Philisthæum, & percussus est in loco, vbi illico mori posset. *Et infixus est lapis in fronte eius.* i. penetrauit superiorem armaturam, si aliqua erat, & transiuit ad quandam partem cerebri. Dicũt quidã, ꝙ miraculosè ferrum galeæ cessit illi lapidi, vt transiret: sed põt dici, ꝙ etiam sine miraculo hoc fieret: & hoc dupliciter. Vno modo, ꝙ arma illa non essent nimis fortia, ideo, ꝙ ictu forti alicuius lapidis posset penetrari. Alio modo potest dici, ꝙ pars illa capitis esset discooperta, vt videret sicut fiebat in Galeis antiquis, & per illam lapis infigeretur in capite, ꝙ tñ dicamus miraculosè factum esse, non est inconueniens: quoniam aliquid oportet hic factum esse miraculosè. *Et cecidit in faciem suam super terram.* i. mox, vt percussus est, cecidit in terram, quia fuit fortiter vulneratus: & hoc super faciẽ suã. i. cecidit ad partẽ anteriorẽ, & nõ ad posteriorem. Dicunt hebræi, ꝙ hoc fuit factũ miraculosè, quia oẽs vulnerati solent cadere è cõtrario. s. super dorsum, & non super faciẽ: iste aũt cecidit super faciem ad tollendũ laborẽ Dauid: nam ipse erat magnus longitudine cubitorum sex, & palmi, vt pater supra in litera. Si autem cecidisset ad partẽ posteriorem, manebat Dauid labor s. quia magis appropinquaret ad castra Philistinorũ quasi per. 13. cubitos, q̃ alias appropinquaturus erat, si non cadet super faciẽ, sicut nunc cecidit. Sed hoc ridiculum est, quia nihil magis timeret Dauid accedere vltra. 13. cubitos, q̃ ad locum, ad quem accessit: nam, qui non timuit pugnare cõtra illum Gigantẽ viuẽtẽ, & exire in campum cum ipso inter medias acies, non timeret ei iam defuncto caput amputare eundo per 13. cubitos vltra locum, ad quem iuit potissimè, cũ cerneret omnes Philisthinos vacillare timore: illo. n. percusso, illico fugerunt, vt patet, infra, quòd etiam dicunt, quod omnes percussi corruere solent super dorsum, non est vniuersaliter verum, quia, q̃q̃ interdum hoc accidat, & sepissimè: tamen interdum accidit contrarium, potissimè secũdum diuersos modos vulnerandi: ideo dicendum, ꝙ quãtũ ad illud, nõ fuit aliqua operatio miraculosa, nec fuit quicq̃ alleuiatum de labore Dauid, nisi loquendo largissimè: & in talibus non est ponenda operatio miraculosa. *Præualuitque Dauid aduersus Philisthæũ.* Hic ponitur quartũ huius. c.s. Dauid triũphus quõ triumphauit de Philisthæo & tulit spolia, atque honoratus est. Et dicit, ꝙ þualuit aduersus Philisthæũ, idest, superauit eum. *In funda, & lapide.* i. percutiendo eũ lapide emisso à funda, & in hoc significatur, ꝙ nõ habebat alia arma Dauid, nisi fundam, & lapidem. Goliath aũt erat ferro vallatus, percussitque Philisthæũ, & interfecit. s. quia illa percussio fuit ad mortem: nã ex hoc, ꝙ infix⁹ est lapis in cerebro Goliath, illico mortuus est. Et q̃n Dauid præscidit ei caput, non præscidit, vt moreretur, sed quia volebat caput illius ferre ex causa, quæ, infra, declarabitur. *Cumque gladium non haberet in manu Dauid.* Volebat enim Dauid amputare caput Goliath, ad ferendum secum, &, quia non habebat secum gladiũ, eduxit gladium de vagina Philisthęi. Nõ duxerat aũt Dauid secũ alium gladium, quia non portabat de vrbe sua in castra nisi baculũ, & fundam, quæ sunt arma pastoralia. Postea autem, cùm indutus fuisset armis Saulis, nec posset cùm eis incedere, reliquit illa, tollens solum baculũ, fundam, & lapides, vt patet supra: ideo nec minimũ gladiũ secũ tulerat, quo posset amputare caput Dauid illius Philisthæi. *Cucurrit, & stetit super Philisthæum.* Nam cùm vidit eum mortuum, letatus est, & cucurrit velociter ad tollendũ caput illi⁹: & adhoc stetit super illũ. s. quia erat Philisthæus extensus super terram: & Dauid fixit genua super ipsum. *Et tulit gladium eius.* s. ensem, quẽ Goliath ferebat ad pugnãdũ cõtra Dauid. *Et eduxit de vagina sua.* i. eduxit iliũ de vagina Philisthæi: & hoc, ga nõdũ Philisthę⁹ eduxerat. erat. n. prĩcipiũ Belli, & anteq̃ quicq̃ faceret Goliath, Dauid þueniens eũ percussit lapide in fronte, & illico occubuit. Vel forte nondum eduxerat gladiũ, quia milites prius lancea pugnant, deinde gladio: &, quia tunc erat initium belli, pugnaturus erat Goliath lancea, & non gladio: iõ nondũ illũ de vagina eduxerat. *Et interfecit eum.* Istud est recapitulatio: nam iam dictũ est, ꝙ Dauid occideret Goliath infixo lapide in frõte: nec occidit eum gladio, postea amputando caput illius: q̃q̃ satis dici posset, ꝙ lapis infixus in fronte breuissimè facturus erat, vt morereꝫ Goliath: tñ, qa Dauid illico irruit super eũ, vt ipse in terram corruit nondum expirauerat q̃n insilijt Dauid in eũ, ideo adhuc viuebat q̃n abscidit ei caput. *Præsciditq; caput eius.* s. abstulit Galeam, & caput præscidit, vt ferret coram Rege.

Quare Dauid præscidit caput Goliath, cum iam mortuus esset.
Quæstio. XXXV.

QVAERETVR, Quare Dauid præscidit caput Philisthæi: nã sufficiebat ei, ꝙ occidisset eum. Aliquis rñdebit, ꝙ fecit hoc Dauid ad occidendum Philisthæum, quia nondũ expirauerat. Sed hoc non stat: quia, supr. dr̃, ꝙ percussus est lapide in fronte, & interfectus: ergo anteq̃ Dauid arriperet gladiũ obierat, & sic non oportebat amputari caput ad hoc, ꝙ moreretꝫ. Sed adhuc rñdebit aliquis, ꝙ nondũ mortuus erat, sed postea in amputatione capitis obijt. Scriptura tñ facit anticipationẽ. Sed adhuc dicẽdũ, ꝙ non stat: quia si hoc fecisset, vt occideret eum sufficisset, ꝙ iugularet, & non curaret præscindere caput. Etiam dato, ꝙ præscidisset caput non detulisset illud Sauli. Detulit tñ. Videt ergo, ꝙ propter aliam causam egerit. Aliquis ergo dicet, ꝙ Dauid abscidit caput in testimoniũ, ꝙ ipse occiderat eum, & tulit illud coram Saule, sicut facere solent milites singulari certamine pugnantes, cùm deiecerint hostes: capita. n. eorũ, vel linguas abscindũt ne quis alius vsurpare sibi valeat illam victoriã: & postea hæc in testimonium victoriæ habitę exhibent. Sed dicendum, ꝙ hoc non stat: quia istud fit q̃n aliquis congreditur, cùm alio singulari certamine nemine vidente, qui testis victoriæ sit: & hoc ferunt secum aliquid in testimonium; cum tñ victoria manifesta est, non oportet hæc signa ferri: in Dauid aũt sic acciderat, quia præsentibus omnibus Israelitis, & Philisthinis, ipse decertauerat contra Goliath, & occiderat eum: iõ & si non ferret aliqd̃ testimoniũ, nota erat victoria, ergo non tulit ad manifestationem, sed ad aliã cãm. Rñdẽdũ est ergo, ꝙ hoc poterat fieri pp duo. Primò ad augmentationem gloriæ illius victoriæ. Secũdò, vt oẽs viderent victoriam. De primo dicendum, ꝙ q̃q̃ oẽs vidissent, qũo Dauid pugnauerat, & percusserat Philisthæum, tamen nondum viderant horrendam faciem illius, quia fortè, q̃n veniebat ad castra erat Galea opertus, & q̃q̃ videret magnitudo corporis illius, non videbatur horribilis. Vel dato, ꝙ videret, non poterat considerari vultus eius perfectè: eo, ꝙ oẽs videntes eum fugiebant. s. quando veniebat in castra Israelitarum ad petendum singulare certamen, omnes conterriti, fugiebant ab eo, vt patet, su. in litera: nunc aũt, eo mortuo, cùm adduceret caput illius, poterant oẽs considerare ferocitatem vultus eius. Et satis est rationabile, ꝙ fecerit Dauid ad hunc finem. s. vt magis manifestaret triumphus: nam ob hoc scriptura descripsit põdus armorum, & viri magnitudinem. Omnes quippe Israelitæ viderunt Goliath, & ꝙ esset vir magnus, tamen ad magis manifestandum triumphum descriptum est, ꝙ haberet sex cubitos, & palmum altitudine. Descriptum quoq; fuit pondus loricę, & lanceę: q̃q̃ oẽs Israelitæ ista arma vidissent: nemo tamen poterat dicere perfectè eorum quantitatem, nisi per mensuram, & pondus, iõ scriptura vtrumq; expressit. Alia aũt rõ huius fuit ad notificandum triumphum illis, qui non viderãt: nam non erant oẽs Israelitæ in castris, quando factũ est hoc Bellũ, iõ licet postea audirent, ꝙ Dauid occidisset quendam virũ fortissimũ, & statura mirabilẽ: non tamen distinctè cognoscerẽt magnitudinẽ victoriæ: nec tã abundanter gauderẽt, sicut cum viderẽt caput illius, qui eis præsentabaꝫ velut viuens, & ista fuit intentio principalis: nã postq̃ finitũ est Bellum, portauit Dauid caput Goliath in Ierusalẽ, & ibat eũ Saule, & militis viris Israel: exibant aũt mulieres, & viri de oĩbus locis in occursum Dauid, & Saulis: & videntes caput Philisthęi, canebant Dño laudes De hoc apparet, inf. in litera. s. Assumens aũt Dauid caput Philisthęi, attulit illud in Ierusalẽ, & seq. c. dicit. Porro cũ reuerteretꝫ Dauid, percusso Philisthæo, & ferret caput ei⁹ in Ierusalẽ, egressæ sunt mulieres de vniuersis vrbib⁹ Israel in occursum Saulis Regis, & sic manifestabaꝫ tũc caput Goliath oĩbus Israelitis p varia loca, & nõ fuisset hoc, nisi abscidisset Dauid illud. Sic. n. faciebant Philisthini: nam cũ occidissent aliquẽ famosum de Israelitis, qui erant hostes eorũ, ducebant caput illius per terrã Philisthinorũ, vt videretꝫ magnitudo victoriæ: & oẽs gauderent: sic. n. factũ est, cũ ipsi occiderũt Saulẽ in montibus Gelboe: nã præsciderunt caput eius, & miserunt in terrã Philisthijm, vt ducereꝫ per circuitũ, & in tẽplis idolorũ annũciareꝫ victoria. Corpus aũt eius, & filiorũ suorũ miserũt in Bethsan, & suspẽderũt ibi, vt patet. infr. c. vlti. *Videntes aũt Philisthijm, quòd mortuus esset fortissimus eorũ, fugierunt.* s. tota spes belli Philisthinorũ erat in Goliath, quia ipse erat fortissimus inter oẽs viros Philisthijm: & obtulerat ad se singulare certamen, quasi nemo esset in Israel, qui ei auderet resistere. Cũ ergo viderunt, ꝙ occubuit occisus à quodam iuuenculo, inermi obstupuerunt supra modũ, & consternati aĩo stare nõ valuerunt ante faciẽ hostis, sed illico fugierunt, nemine adhuc inferente pugnã. *Et consurgentes viri Israel, & Iuda vociferati sunt.* s. postq̃ viderunt Israeliteꝫ, ꝙ fugiebant Philisthini persecuti sunt eos, ne elaberent impunes, & dr̃, ꝙ consurrexerunt viri Israel, & Iuda. i. viri vndecim tribuũ: q̃ tribus intelligũtur nomine Israel: & viri de tribu Iuda, quæ tribus p se nominat, eo, ꝙ erat cęteris maior, & honorabilior: & q̃n fiebant aliqua bella, consueuerant oẽs aliæ tribus simul numerari, tanq̃ esset vnus populus, & filij Iuda per se numerabant, tãq̃ essent alius populus distinctus ab Israel. Cã huius magis declarata est. sup. c. 11. & 15. dr̃ aũt, ꝙ vociferati sunt. s. exhortãtes se ad Bellũ cõtra hostes fugientes: sic. n. dr̃, ꝙ populus vociferatus fuerat in certamine. s. ad se exhortandum: nam de viris vrbis Hai dicitur Iosue. cap. 8. ꝙ vociferantes, & mutuo se exhortantes, persequebantur filios Israel: ita autem hic, potissimè, quia ista vociferatio erat quasi notificatio Belli, & conuocatio: quia aliqui de castris Israel, qui erant in extremitatibus castrorũ, non videbant, an fugerant Philisthini, ideo nesciebant esse bellum: illi autem, qui primo viderunt, vociferati sunt conuocantes alios ad Bellum. *Persecutiq; sunt Philisthæos.* idest, cum fugerẽt Philisthæi toto cursu Israelitæ à tergo sequebantur, occidentes plurimos.

Quare Israelitæ immediatè, mortuo Goliath, non inuaserunt Philisthęos. *Quæst.* XXXVI.

QVAERET aliquis. Quare Israelitæ non inuaserunt Philisthinos mox, vt occubuit Goliath, antequam ipsi fugerẽt de castris? Aliquis rñdebit, ꝙ hoc factum est, quia Israelitæ volebant expectare conditionem positam in singulari certamine: Goliath enim dixerat ad Israelitas: eligite ex uobis uirum, & descendat ad singulare certamen: Si quiuerit pugnare mecum, & percusserit me, erimus vobis serui, si autẽ ego præualuero, & percusseꝛo eum, vos seruietis nobis. Cum ergo succubuisset Go-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Goliath, Philisthini seruituri erant Israelitis, cũ ipsi F hãc cõditionẽ obtulisẽt: expectabãt ergo Israelitę, ꝙ Philisthini offerrent se seruituros Hebræis, iõ nõ inferebant Bellum: & dato etiam, ꝙ timerent Israelitæ. s. ꝙ non seruaretur conditio apposita, non audebant inuadere Philistinos, ne sic obijceretur eis, ꝙ à iure decíderant: dicerent enim Philisthini, ꝙ ipsi volebant se sponte subijcere seruituti Hebręorũ propter pactum interpositum, sed, quia ipsi eis Bellum intulerunt, cùm pacifici essent volentes implere conditionem, ceciderunt à iure suo, ideo iam poterant se defendere ab eis, vel inferre Bellum tamquam liberi ab interpolito pacto. Cùm autem viderunt, ꝙ Philisthini fugiebant, quia manifeste apparuit, ꝙ nolebant implere conditionem interpositam, persecuti sunt eos, vt occiderent. Sed melius videtur dicendum, ꝙ Israelitæ non expectabant aliquid horum. s. ꝙ Philisthini obseruarent pactũ interpositum: quia putabant, ꝙ non obseruarent, sed, quia Philisthini præoccupauerunt fugere, nõ valuerunt Israelitæ irruere in eos manentes in castris, sed persecuti sunt eos iam fugientes: si tamen mãsissent aliquandiu in castris irruituri erant Israelitæ super eos: sed non expectauerũt: quod apparet, quia nihil secum ferentes fugierunt: nam, postquam Israelitæ persecuti sunt Philisthinos vsq; ad vrbes eorum, redeuntes inuaserunt castra ipsorum: nihil. n. expectauerũt Philisthijm, sed illico, vt mortuus est Goliath, fugierunt. sic enim litera significat. s. videntes Philisthijm, ꝙ mortuus esset fortissimus eorum, fugerũt. Quod aũt Israelitæ non expectarent Philisthinos obseruaturos pactũ interpositũ, sed intenderẽt pugnare contra eos: etiã si Dauid superaret, apparet ex verbis Dauid, & Goliath: dixit. n. Hodie dabit te Dominus in manu mea, & percutiã te, & auferã caput tuũ, & dabo cadauera castrorũ Philisthinorũ hodie volatilibus cęli: Si tñ intellexisset Dauid, ꝙ Philisthini parituri erant, interpositio pacto, non dixisset dabo cadauera castrorum Philisthinorum volatilibus cęli: sed dixisset, percutiam te, & auferam caput tuũ à te, & dabo castra Philisthinorũ in seruitutẽ Israel. Ergo intelligebant Israelitæ, ꝙ Philisthini non erãt obseruaturi pactũ, sed pugnaturi erant contra eos, I si occumberet Goliath: & sic facere voluerant, nisi Philisthini cõterriti, mortuo Goliath, fugere pręoccupassent. *Vsque dum venirent in vallem*. i. persecuti sunt Israelitæ Philisthinos vsq; ad vallẽ quãdã, quæ erat in terra Philisthinorum apud ciuitates eorum nobilissimas Geth, & Accaron. *Et vsque ad portas Accaron*. i. vsq; ad locum illum accesserunt Israelitę pugnãtes, & persequentes Philisthinos: nec timuerunt introire in terram Philisthinorum: adeo enim conterriti erant Philisthini, ꝙ etiam si introirent Israelitæ in terrã eorũ, non auderent ei resistere. Est aũt Accarõ vna de quinq; Metropolibus Philisthinorũ, & erat Ciuitas Regalis, vel habens satrapã, vt patet. sup. c. 6. & Iosue. 13. Est aũt ista ciuitas maximè aglonari Phi K listhinorũ, iõ erat maximè cõiũcta terrę Israel: vnde vsq; ad illũ locũ, & vsq; ad vrbẽ Geth, q̃ erat propinqua, durauit persecutio. Nec est intelligendũ, ꝙ vsq; ad ista loca solũ persecuti fuerunt Israelitę Philisthinos, tãq̃ non auderent introire vlterius in terram eorum, sed non persecuti sunt vlterius: quia omnes fugientes latuerunt in vrbibus illis. *Ceciderunt que vulnerati de Philisthijm in via Sarim*. i. multi Philisthini mortui sunt in fuga gladio Hebræorum: & hoc in via Sarim. Est enim aliquis locus, qui vocatur Sarim in terra Philisthinorum, & in via illius perierunt plurimi Philisthini: nam, quia locus ille ꝓpinquus erat, illuc multi confugiebant, qui in via trucidati sunt; fuerunt aũt oẽs, qui occisi sunt in hoc bello de Philisthinis. 30. millia, & vulnerati sunt. 60. millia, vt ait Iosephus. 6. Antiquitatum. *Et vsque ad Geth, & vsq; ad Accaron*. s. qñ fugerunt Philisthini, non processerunt oẽs eadẽ via, sed qua poterant ibãt: ideo aliqui direxerunt se ad vrbẽ Accaron: alij aũt in Geth: alij verò per viã Sarim, quos Israelitæ per istas tres vias p̃secuti sunt, & occiderunt plurimos in qualiber earum vsquequo se includerẽt in locorum præsidijs. Est autem Geth, de qua hic dr̃ quædam Metropolis Philisthinorum, & regalis ciuitas: sicut dicimus de Accaron, vt patet Iosue. 13. c. De hac autẽ vrbe erat Goliath: iõ vocaẽ Getheus, vt patet, supra, in litera. *Et reuertentes filij Israel postquam persecuti fuerant Philisthæos*. s. ꝙ, q̃q̃ aliquid maneret in castris Philisthinorum diripiendum, Israelitę tñ nihil oĩno rapuerũt, nec introierunt in castra, quousq; p̃secuti sunt Philisthinos, & occiderũt plurimos, deĩde reuersi sunt, & inuaserunt, atq; diripuerunt, q̃ erant in castris. Et hoc factũ est, qa fortè Rex posuit edictũ, ne quis declinaret ad spolia anteq̃ cessaret persecutio hostiũ. Nec solũ credendũ est hoc fuisse q̃tum ad ea, q̃ erãt in castris, sed ẽt quantum ad ea, q̃ erant spolia occisorum in via vsq; Accaron, & Geth. s. ꝙ nemo quic quã raperet: nã si immanerent spolijs, permitterent hostes impunes effugere. Finita autẽ persecutione, redierunt per vias, quibus persecuti fuerant Philisthinos, & colligerunt spolia occisorum: deinde aũt in castra reuersi sunt. *Inuaserunt castra eorum*. Non est intelligendum, ꝙ inuaserant pugnantes, quasi esset ibi aliquis, qui resisteret: nã oẽs Philisthini fugerant, sed inuaserunt. i. diripuerunt: erant. n. ibi multa spolia, quia Philisthijm reliquerant ibi oĩa, q̃ duxerant in Bellum nihil secum ferentes, ne grauarent ad fugam. *Assumens autem Dauid caput Philisthęi attulit illud in Ierusalem*. Iam dictum fuerat. sup. ꝙ Dauid præscidit caput Philisthæi: nunc autem dr̃, ꝙ tulit illud in Ierusalem: quia ad hoc illud præsciderat. Sciẽdum tñ ꝙ hoc ponit hic per anticipationem: nã prius tulit Dauid caput Philisthæi corã Saule, vt patet, ſ. in litera: postea autem tulit in Ierusalem, vt patet seq. cap.

Numeri Philistæi, nora oẽs Gilead, & vulnerauerunt.

Quando caput Goliath fuerit portatum in Ierusalem, & ad quid. *Quæstio.* XXXVII.

QVAERET aliquis, Ad quid portatum est caput Philisthæi in Ierusalem, vel quando? Respondet Nicolaus, ꝙ nõ fuit portatum immediatè, vt mortuus est Philisthæus, sed postea, tempore regni Dauid duxit illud illuc ad terrendum Iebuseos, qui habitabant in arce vrbis. Sed hoc non stat: quia caput istud portatum est, finito bello, & cum portabat, ibat illuc Saul, vt patet sequenti. c. ſ. Porro cum reuerteretur Dauid, percusso Philisthæo, & ferret caput eius in Ierusalem, egressę sunt mulieres in occursum Saul regis cantantes, & ducentes choros: Bellũ, quod habuit Dauid contra Iebusæos in Ierusalem, fuit post mortẽ Saulis, ideo caput Goliath portatum fuit in Ierusalẽ immediatè post Bellum, præsente Saule. Cum autem dicis ad quid portatum est in Ierusalem? Respondendum est, ꝙ non fuit portatum solum in vrbem illam, sed in omnes alias vrbes Israel, vel saltẽ in multas, scilicet, ꝙ Saul circuibat vrbes Israel, & Dauid cũ eo ferẽs caput Goliath, & ad vltimũ ductum est in Ierusalem, & mansit ibi.

Quare magis portatum fuit caput eius in Ierusalem, quàm in aliam Ciuitatem. *Quæst.* XXXVIII.

QVAERET aliquis, Quare magis positum est in vrbe Ierusalẽ, q̃ in aliqua alia? Rñderi põt, ꝙ

quòd hoc factum est: quia illa erat Vrbs excellentior omnibus Vrbibus Terræ Israel: & ista insignia memorabilium rerum in talibus Vrbibus poni debent. Aliquis fortè dicet, ꝙ Saul posuisset caput istud in Vrbe Gabaa, de qua ipse erat oriundus, & in qua manebat ad memoriã Belli; sed, quia Dauid occiderat Goliath, debuit poni ĩ Vrbe, quę pertineret ad Dauid: & quia erat Dauid de Tribu Iuda, ad quã pertinebat Ierusalẽ, positum est caput in Vrbe Ierusalem. Sed hoc non stat: quia Vrbs Ierusalem non pertinebat ad Tribum Iuda, sed ad tribum Beniamin, vt patet Iosue. 18. ca. & ibi satis declaratum est. Item, si Dauid posuisset in Ierusalẽ caput Goliath, quia erat de Tribu sua, à fortiori posuisset in Bethlehem: quia de hac Ciuitate erat oriundus Dauid, vt B patet præcedenti cap. & hic positum est tamen in Ierusalem. Dicendum ergo, quòd fuit positum in Ierusalem propter duo: primo: quia ipsa erat nobilissima Vrbs totius Regni Israel. Secundo: quia erat in Tribu Saulis: nam Saul erat de Tribu Beniamin, vt patet supra cap 9. Ierusalem autem erat in Tribu eadem: Iosue. 18. cap. ideo propter honorem Regis ibi poni debuit, & propter honorem Vrbis: sic enim Philisthini auferentes arma, & caput Regis Saulis posuerunt in Vrbe honorabilissima Regni sui in tẽplo Astaroth, vt patet infra cap. vltimo.

An Ciuitas Ierusalem esset capta tempore Saul. *Quæstio* XXXIX. C

QVAERETVR vlterius, Quomodo potuit Dauid portare caput Philisthęi in Ierusalem: quia nõdum capta fuerat ista Vrbs à filijs Israel, sed manebat in potestate Iebusęorum: postea autem capta est tempore Dauid, vt patet infra 2. lib. c. 5. & 1. Paralip. cap. 11. ? Respondendum est, quòd caput Goliath ductum est illuc, quia iam ciuitas Ierusalem capta fuerat ab Israelitis à magno tempore ante hoc, & habitabant ibi, tamen non capta fuerat quantum ad totum. Nam post mortem Iosue filij Iuda, & Beniamin inuadentes Vrbẽ totam igne cõbusserunt, vt patet Iudi cap. 1. Hoc tamen fuit quantum ad loca plana, quæ erant in Vrbe: sed arcem Ciuitatis obtinere non valuerunt, ideo habitabant Iebusęi mixti cum filijs Israel in eadem Vrbe, vt patet Iosue cap. 15. & Iudi. c. 1. mansit aũt hoc à tempore mortis Iosue vsq; ad tempora Dauid: ipse enim pugnauit contra Iebusæum, qui habitabat in arce Vrbis, & obtinuit illud, vt patet infra 2. lib. cap. 5. eo ergo tempore, quo Dauid occidit Philisthęum, Ieruſalem pertinebat ad Israelitas, non tamen tota: quia partem tenebant Iebusæi, sed qualitercunque esset, ipsa erat melior Ciuitas oĩb⁹, quæ erãt in terra Israel, ideo ad illam ductũ est caput Goliath. Cùm autẽ obijcitur, quòd nõdũ capta erat ab Israelitis, sed postea capta est, dicendum, ꝙ iam capta fuerat, tñ non quantum ad totũ. hoc autem sufficiebat, ad hoc, ꝙ E ponerẽt ibi caput Goliath, & ꝙ habitarent ibi Israelitæ. *Arma verò eius posuit in tabernaculo suo*. i. arma Goliath custodiuit in domo sua apud se. Non vocatur hic tabernaculum ipsa Domus sancta, in qua erat arca, quia ibi non fuerunt posita arma Goliath, sed solus gladius, vt patet infra 21. c. Etiam, quia tabernaculum Dei non vocatur tabernaculum Dauid. Hic tamẽ dicit, ꝙ Dauid posuit illa in tabernaculo suo: ergo debet intelligi de aliquo tabernaculo Dauid, non quidem de tabernaculo, q̃d haberet in Castris: quia ibi nullum habebat, cũ venisset ad Castra, non vt bellator, sed vt ferens sarcinas fratribus suis in habitu Pastorali: sed vocatur tabernaculum Dauid ip

sum, q̃d habebat in vrbe sua in domo patris sui. Vel tabernaculum suum est, q̃d habuit postea, quando habitabat cũ Rege, & habebat filiã Regis in vxorẽ. Sciẽdum autem, ꝙ Dauid non posuit oĩa arma Goliath in tabernaculo suo: nã gladiũ posuit in tabernaculo Dei post Ephod, vt patet infra cap. 21. Item sciendum, ꝙ Dauid non posuit ista arma in tabernaculo suo, vt ipse vteretur eis ad Bellum, quia nõ poterãt coaptari ei propter magnitudinem ipsorum: nam Goliath erat sex cubitorũ, & palmi: Dauid autẽ erat vir paruus: lorica ergo, & galea, & ocreę ereę nequaquã ei coaptarentur: Clypeus autem, & lancea, & gladius secus se habebant, quia ista nõ coaptabantur corpori: & tamen istis non poterat Dauid p omnem modũ vti, quia lancea eius erat magna nimis: nã hastile eius erat quasi liciatorij texentium: ferrũ aũt sexcentos siclos habebat põderis, vt patet supra: Dauid ergo non posset eam mouere. De clypeo quoque credendum est, ꝙ esset secundum proportionem istã magnum nimis: solus verò gladius erat, quo Dauid poterat vti ad Bellũ, iõ qñ fugit à facie Saulis, non ferens secum aliqua arma, petiuit gladium à Sacerdote Achimelech, & accepit gladium Goliath, vt patet infra c. 21. si tamen non fuisset sibi conueniens ad pugnãdum, non accepisset eũ. Sciẽdum, ꝙ Nicolaus dicit hic, quòd omnia arma Goliath posita fuerunt in tabernaculo Domini: quod patet, quia ibi erat gladius eius infra cap. 21. Sed hoc non stat: quia ibi dicitur, ꝙ Dauid posuit arma, in tabernaculo suo, sed tabernaculum Dei non vocatur tabernaculum Dauid. Quòd autem postea Dauid dederit gladium Goliath, vt poneretur in tabernaculo Dei, vel etiã posita fuerint ibi omnia arma, nihil differt: necesse tamen est, ꝙ primo posita fuerint in tabernaculo Dauid, & litera ista debet de hoc necessario intelligi. *Eo autem tempore, quo viderat Saul egredientem Dauid contra Philisthęum*. Hic ponitur dubitatio, & inquisitio Saulis circa Dauid, & hoc fuit qñ vidit eum egredientem contra Philisthæum, scilicet, quando stetit coram ipso, & petiuit sibi concedi singulare certamen. Cum enim staret coram eo, nõ petiuit de qua stirpe esset: cum autem exiuit ad pugnandum, quæsiuit hoc. Ratio inquisitionis fuit, qa cognita eius nimia animositate, admiratus est: voluitque scire de qua stirpe esset talis vir. *Ait ad Abner Principem militiæ*. Iste Abner erat Princeps militię Saulis, & erat cognatus eius in secundo gradu, scilicet patruelis suus, vt patet supra capit. 14. erat ergo honorabilior in tota Domo Saulis, & sibi familiarior, & ob hoc magis locutus est ei Rex, quàm alteri, quærens de iuuene illo. *De qua stirpe descendit iste adolescens, ò Abner?* idest de qua Tribu est: & de qua familia, & Domo: nam nomine stirpis omnia ista cõprehenduntur? Et non solum volebat certificari Rex de Tribu, quia hoc nimis vniuersale erat, sed etiam de Familia, & Domo.

Quomodo potuit Saul ignorare stirpem Dauid, cum ante hoc cognosceret eum. *Quæst.* XL.

QVAERET aliquis: Quomodo Saul potuit ignorare stirpem Dauid: ipse enim cognoscebat ante hoc stirpem Dauid: quia maserat cum eo Dauid diebus multis, & psallebat in cithara, cum Saul arriperetur à Dæmone præcedenti cap. Respondendum est, secundum Augustinum, quòd non cognouit Saul ipsum Dauid propter mutationem facici. Nam qñ venit primo ad standum coram eo, erat adolescentulus non habens Barbaram,

Universidad de Deusto
Biblioteca

postea autem, crescente barba, immutatus fuerat aspectus eius, & sic fit in quolibet viro: quia, cum incipit habere barbam, in paruo tempore fit in eo magna mutatio: Saul ergo non cognouit Dauid iam nimis mutatum à priori habitudine faciei. Aliquid quoq; ad hoc conferebat mutatio habitus: nam cū steterat prius Dauid in conspectu Saulis erat in habitu famulorum regis, nunc autem erat in habitu Pastorali habens peram Pastoralem, & fundam, & Baculum. Accidit etiam ista ignorantia hominum aliquando visorum in regibus: maximè quia assueti sunt multos videre, nec semper eosdem, sed variantur: ideo nullius eorum firmam cognitionē habent: haberent autem, si paucos viderent: & tunc cum aliquid vidissent, etiam si multo tempore intermitteretur visio illius, rursus cum viderent illum cognoscerent: variatio tamen tollit firmitudinem cognitionis: sic est in recipientib. hospites: quia cum multos recipiant, & quotidie varientur: etiam si iterato redierint, vix cognoscunt, vel nō cognoscunt: sic n. Sap. ca. 5. cum designatur breuis vtilitas impiorum, dicitur, quod illa est tanquam memoria hospitis vnius diei prætereuntis: sic autem erat de Rege Saule, quia, cū assuetus esset videre plurimos, qui veniebant ad stādum sibi: quamquam Dauid aliquo tempore ab eo cognitus esset, iam nunc non agnoscebatur. Nicolaus respōdet aliter, s. phantasia Saulis erat perturbata, & impedita ex afflictione Dęmonis, iō non cognoscebat Dauid: sed hoc non est multum solidum: quia, vel dicetur, quod phātasia Saulis erat nunc perturbata, quando ista interrogabat: vel erat perturbata à principio, cum adductus est Dauid ad eum, vt psalleret. Primum non potest stare: nam manifestum est, quod nunc non erat arreptus Saul à Dęmone, alioquin Dauid cęcinisset coram eo, sicut alias faciebat, & post hoc fecit, vt patet sequenti cap. & infra 19. tamen non cœcinit, ergo non erat arreptus. Item, si fuisset arreptus à Dæmone, non inquisiuisset ista, quia ista inquisitio erat hominis habentis iudicium tranquillum, cum tamen arripiebatur à Dæmone, Saul cruciabatur nimis: ita, vt ad leniendum dolorem eius psalleret Dauid: ergo non erat arreptus à Demone: Item si daremus, quod tunc Saul esset arreptus à Dæmone, & haberet phantasiam perturbatam, nō solum ignoraret Dauid, sed etiam omnes alios, & de quolibet dubitaret, quia eadem causa erat: non tamen dubitauit de Abner, cum ab eo quæsierit de qua cognatione erat Dauid: ergo nō erat tunc perturbatus in phantasia. Etiam non est dicendum, quod fuisset perturbatus à principio, qñ fecit vocari Dauid, vt psalleret coram eo: quia tūc, licet fuisset aliquando perturbatus, s. quando à Dæmone vexabatur: tamen non erat semper turbatus, cum dicitur præcedenti cap. quòd, quando arripiebatur à Dæmone Saul, psallebat coram eo Dauid, & melius habebat: ergo videtur, quod nō semper, quādo fuit Dauid cum Saule, erat turbatus Saul: & sic cognosceret eum. Vnde pro eo specialiter misit ad patrem: & postea dicitur, quod inuenit gratiam coram oculis eius: nō posset tamen inuenire gratiam, si esset Saul perturbatus: quia non cognosceret Dauid: ergo non erat turbatus: & sic cognouit eum primo, & etiam nunc. Non est ergo standum in responsione hac: sed in prioribus duobus. *Dixitque Abner, Viuat anima tua, Rex, si noui.* Modus iurandi est, scilicet, sic oro Deum, quod viuat anima tua, sicut ego ignoro hoc: vel aliter ego iuro per animam tuam, idest per vitam tuam, quod ignoro quid quæras: nō enim cognouerat Abner Dauid.

Nic. resp. refellitur.

Vnde prouenit, quod Abner non cognouerit Dauid, cum esset familiarissimus Saulis. Quæstio XLI.

QAERET aliquis, Quamquam Saul non cognouisset nunc Dauid, quomodo non cognouit eum Abner: quia ipse erat familiarissimus Regi, & astabat illi, ideo debuisset cognoscere Dauid, qui prius steterat coram Saule, vt patet precedenti c. Respondendum est, quod Abner ignorauit quis esset Dauid, & potuit hoc ignorare ex duabus causis, supra assignatis in Saule. Prima, quia Dauid erat iam multum immutatus secundum faciem propter barbam, quæ nouiter creuerat, ideo videbatur dissimilis à statu priori, & sic nō cognosceret eū licet prius cognouisset. Secunda causa est, quia sicut Saul solitus erat videre plurimos: & ob hoc non manebat ei firma cognitio alicuius eorum, ita Abner, qui erat Princeps militię, & erat potētissimus in toto regno videbat plurimos, & faciliter obliuiscetur illorum. Sed adhuc aliter potest respōderi de Abner, scilicet, quod Abner nunquam viderat Dauid, & hoc: quia, cum esset Abner Princeps militiæ Saulis, & Israelitæ semper haberent hostes, credendum est, quod vt in plurimum manebat Abner in confinibus Regni Israel, & Philisthinorum ad protectionem locorū, quæ erant in extremo, & licet venisset Dauid ad Saul: fortè non vidit eum Abner in prima vice, ideo nunc non cognouit. *Et ait Rex: Interroga tu cuius filius sit iste puer,* idest istæ adolescēs: ex eo enim, quod Dauid incognitus erans Sauli, & nesciuit respondere Abner d eo, iussit vt Abner interrogaret ab alijs: & hoc quia Rex nolebat familiariter loqui ad alios per se, sed per ministrum suum. Dicunt autem quidam Hebræi, quod iussit quęri cuius filius esset ad sciendum si erat fortis pater suus, quia per hoc poterat præsumi de robore filij, scilicet, quod pater robustus genuerat filios robustos. Nicolaus autem dicit, quod quæruit de patre ad sciēdum specialiter genus illius, quia Rex promiserat, quod, quicunque superaret Philisthæum, acciperet filiam eius in vxorem, &: quia nō decebat filiam Regis copulari alicui viro vilis generis, inquisiuit Rex de stirpe sua. *Cumque regressus esset Dauid, Philisthæo percusso.* Ponuntur ista hic, quia ad idē pertinent, quamquam non simul facta fuerint, quia istud, quod dictum est, supra factum fuit antequam Dauid procederet contra Philisthæum. Quod autem hic dicitur factum fuit postea, scilicet: quia illo reuerso à percussione Philisthæi inter rogauit eum Saul de progenie sua. *Tulit eum Abner, & introduxit coram Saul.* Istud fuit ad honorandum Dauid propter victoriam, quā habuerat: nam, percusso Philisthęo, erat Saul in tentorio, Dauid autem volebat introire ad eum, ferens caput Goliath: & non licet ei: nisi quis introducet illum: ideo Abner, qui erat Regis familiarissimus, & potentissimus, vt honoraret Dauid, introduxit eum coram Saule. *Caput Philisthęi habentem in manu*, s. Dauid habebat in manu sua caput Goliath, qñ introductus est ad regem, eo, q mox, vt corruit Goliath, iugulauit eū Dauid, atq; præscidit caput. *Et ait Saul ad Dauid.* Quia nō cognouerat supra Saul cognationē Dauid, qñ quæsiuit ab Abner: nūc ipse p se inquisiuit. *De qua progenie es, o adolescens?* i. de qua Tribu, & Familia, & Domo? nam non quæsiuit solū de Tribu, quia hoc erat aliquid cōfusum, sed specialiter de Familia, & de Domo. *Dixitque Dauid. Filius fui tui Isai Bethlehemitis ego sum.* Quæsiuit Saul de progenie: in quo intelligebatur tam Tribus, quàm Familia, & Domus. Dauid autem vnico verbo respondit ad omnia hæc, s. q erat filius Isai Bethlehemitis. Dicunt Hebręi, s. Ra. Dauid Kimhi, q vocabatur pater Dauid

Dauid Bethlehemites dupliciter. Vno modo: quia erat de Vrbe Bethlehem. Alio modo: quia erat vir fortis: quia secundum deriuationem Hebraicam Bethlehem ita p̄t significare, vel fortē bellatorem. Dauid autem dixit, q pater suus erat Bethlehemites de vrbe Bethlehem: & hoc ad notificandum genus suum. Aliqui tamen Hebręi volunt, q vocauerit patrem suum Bethlehemitem, i. bellatorē: & hoc dicunt, vt videatur respondere Dauid ad intentionem Saulis quærentis, qui secundū eos quæsiuerat de patre Dauid, vt sciret, an esset filius viri fortis: Ipse autem respondit, q erat pater suus Bethlehemites, i. pugnator, vel robustus. Sed hoc non stat: quia si Dauid sic respōdisset, nō intellexisset Saul de quo loqueretur: quia multi erant in terra Israel, qui vocabantur Isai: si ergo non nominasset locū, vel tribum, superuacuum erat dici, quòd pater eius erat Isai, ideo intelligitur, quòd erat Bethlehemites, idest de Vrbe Bethlehem.

Dauid sufficienter se manifestauit, Dicendo nomen Patris eius, & nomen Ciuitatis. Quæst. XLII.

QVAERETVR, An Dauid sufficiēter respōderit ad intentionē Saulis, dicēdo, q pater suus erat Isai Bethlehemites. Et vr, q sic: quia, cognito patre, cognita esset cognatio filij, cū pater sit principiū immediatum filij, nominando ergo patrem suū, nominauit Dauid tribum suam, & familiam, atq; domum, sed Saul cognoscebat Isai: qa præcedēti. cap. miserat ad eū, vt sibi mitteret filiū suū Dauid, & Isai misit Regi munera, vt patet ibidem: ergo cognoscebatur à Rege. Sed dicendum, q ista responsio non est sufficiens: quia sicut Saul ignorabat Dauid, quē prius viderat, & secum habuerat, ita posset ignorare ipsum Isai patrem eius, qui ei munera miserat, & tunc non cognosceretur Dauid per Isai. Dicendū est. Saul benè cognoscebat Isai, qui erat vir famosus inter omnes Bethlehemitas: potissimè: quia habebat Saul secum alios tres filios eius, vt patet supra iō mox, vt nominaret Dauid patrem suum Isai, cognosceretur cuius filius erat. Et hoc apparet: quia mox, vt Dauid dixit se esse filium Isai Bethlehemitis, cessauit quæstio Regis, nec vltra quæsiuit, cuius filius esset, vel de qua progenie: quæsiuisset tamen, si per hoc non fuisset certificatus, tamen non quæsiuit: ergo cognoscebat Saul Isai, & consequenter erat ista responsio sufficiens. Sed adhuc aliter dici potest, scilicet, quòd dato, q Saul non cognouisset Isai patrē Dauid, erat sufficiens ista responsio: nam quærebat Saul de qua progenie esset Dauid: in quo erat quæsito de Tribu familia, & domo. Sed, cum diceret Dauid se esse filium Isai Bethlehemitis, respondebat ad omnia hæc. Nam ex eo, q erat pater Dauid Bethlehemites, sequebatur ipsum esse de Tribu Iuda: nam Bethlehem erat ciuitas in sorte Iuda, vt patet Mat. cap. 2. & tamen in ciuitatibus Iuda, soli filij Iuda habitabant, & per hoc, quòd aliqui erant de talibus locis certissimè cognoscebatur eorum progenies. Cognoscebatur etiam per hoc, de qua familia erat Dauid: nam in Tribu Iuda erant multæ familiæ, scilicet quinque, vt patet Num. 26. cap. & istę acceperāt diuersas partes sortis Iuda: Vrbs autem Bethlehem fuit assignata familiæ Phares, de qua erat Dauid: iō dicēdo, q erat Bethlehemites, cognoscebatur familia eius: domus autem cognoscebatur ex nomine patris. Et dato, quòd non cognosceret Saul ipsum Isai: quia tamen cognoscebat iam familiam, & tribum, sufficiens erat hoc, ideo Dauid conuenienter respondit.

Quare Saul tam diligenter inquisiuit de stirpe Dauid. Quæstio. XLIII.

QVAERETVR vlterius, Cur tam solicitus erat Saul inquirendo de stirpe Dauid? Aliquis respō debit, secundū quosdā Hebræos, q hoc faciebat ad sciendum, si erat filius alicuius viri fortis. Hoc tamē non stat: quia licet à principio potuisset habere locum, antequam Dauid procederet ad pugnandum contra Philisthæum, tamen postq̄ pugnauisset, nihil referebat, quòd cognosceretur, an esset filius viri fortis, cū iam fortitudo eius cognita esset: scire autem an pater eius esset fortis, erat ad habendum præsumptionem de ipso, an esset fortis, sed iā non erat opus præsumptione, cū veritas cognita esset. Aliter diceret aliquis, secūdum alios Hebræos, scilicet, quòd hoc fecit Saul: quia erat conterritus propter Dauid, nam cum induit se vestimentis Saulis, dicunt, quòd vestimenta eius fuerunt cōmensurata ei, sicut commensurabantur Sauli, & hoc erat miraculum: ideo obstupuit Saul putans, q ille futurus esset Rex, eo, q vestes regiæ erant ei proportionatè: dicunt ergo Iudæi, q tunc dixit Saul, an esset Dauid de familia Phares, vel de familia Zaram: si erat de familia Phares, dicebat eū futurū Regē, quia Phares interpretatur ruptura, vel diuisio: Rex autem facit rupturam, quam intret. Si autem erat de familia Zarā, dicebat eū nō futurū Regem, sed virū famosum. Dicut autem, q tunc respōdit Doeg Idumęus, q Dauid erat de familia Phares: non tamen poterat esse Rex, nec habere aliquam excellētiā, eo, q erat de stirpe Moabitarum: & dicit Deut. c. 23. Ammonites, & Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt ecclesiam Domini in ęternum. i. non habebūt dignitatem aliquā inter Israelitas. Dicūt aūt, q tūc respondit Abner, q illud intelligebat de viris Moabitis, quia litera Hebraica ponit ibi masculos, & nō fœminas: Dauid autem erat de stirpe Moabitarum quantum ad matrem, sed non ex parte patris: quia Ruth erat Moabitis, sed vir eius Booz erat de Tribu Iuda, ideo non prohibebatur à lege accipere Regnum. Sed ista omnia ridicula sunt: Nam de vestibus commensuratis supra improbatū est. Quod autem Saul diceret, an erat de familia Phares, vel de familia Zarā nō est verisimile: quia in hoc præsupponeretur, q erat de Tribu Iuda: sed istud adhuc ignorabat Saul. Item dato, quòd sciret eum esse de Tribu Iuda, non sufficienter distinguebat dicens, an esset de familia Phares, vel Zaram: quia præter has, erant aliæ tres familię tribus Iudæ, scilicet familia Selaitarum, Esromitarum, Amulitarum, vt patet Nuro cap. 26. omnia ergo hæc conficta sunt. Dicendū est igitur, quòd Saul erat solicitus circa inquisitionem de progenie Dauid, eo quòd viderat eum virū valde extremum: ideo desiderabat scire cognationē eius: vel forte, qa daturus erat ei filiā suā in vxorem, eo, q promiserat: volebat ergo scire de qua progenie esset, vt, si esset de bono genere, lætaret in eo.

An Dauid peccauerit iniendo Bellum cum Goliath. Quæstio XLIIII.

QVAERETVR vlterius circa ea, q̄ dicta sunt: nā Dauid iniuit singulare certamen ꝓtra Goliath, quod vocatur Duellum: An istud duellū licitum sit, vel peccauerit Dauid committēdo illud, suscipiendo Duellum. Respondendum est, quòd non peccauit: quia dauid erat vir sanctus, in quo erat spiritus Domini, & semper fuit in eo à die, qua vnctus est, vt patet p̄cedenti. c. sed cū spiritu Dei nō p̄t stare peccatum mortale: ideo Dauid nunq̄ peccauit mortaliter postquàm vnctus est in Regē: sed istud Duel-

lum suscepit post vnctionem, ergo non peccauit. Sed dicendum, ꝙ ista responsio nō stat, quia manifestū est, ꝙ Dauid peccauit mortaliter postq̄ vnctus est in regē. s. qñ iussit occidi Vriā Hethēū & cōcubuit, cū vxore eius, vt patet inf. 2. li. c. 11. Cū aūt arguitur, ꝙ habuit spiritū Dñi semper postq̄ vnctus est, conceditur: & cùm dr, ꝙ cum spiritu Dei nō pōt stare peccatū mortale, dicendum verum esse, si sit spiritus, q̄ est gratificans: benè tñ stat, si sit spiritus gratis datus: sic aūt fuit in Dauid: quia spiritus Dñi, qui directus est in eo à die vnctionis suę, non fuit gratia gratū faciens, vt declaratum est præcedēti. s. sed fuit spiritus roboris, & prophetiæ: ita aūt bene stant cū peccato mortali, iō potuit peccare Dauid, licet semp haberet spiritū Dñi, nec ex hoc inducitur, ꝙ non peccauerit in duello. Sed dicendū est, ꝙ non peccauit: qa Dauid nunq̄ peccauit mortaliter, nisi ī morte Vriæ in adulterio Bersabeæ: ergo in isto duello non peccauit: hoc patet, qa inf. 3. lib. c. 15. dr ꝙ Dauid fecit rectum in oculis Dñi, & non declinauit ab oībus, quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ suæ: excepto sermone Vriæ Hethæi: ergo in isto duello non fuerat peccatum. Quare aūt non fuerit pctū, potest sic dici: quia aut duellū est, secūdum se illicitū tam quam tum ad offerentē, q̄ ad suscipientē, aut est in aliquo casu licitum. Si dicatur, ꝙ aliqñ sit licitum, sic dicet, ꝙ Dauid potuit, vtēs iure suo, suscipere Bellum oblatum, nec fuit ibi aliqua dispensatio. Si autē dicat, ꝙ erat totaliter illicitum, est dicendū, ꝙ non peccauit Dauid, qa Deus mouebat eum ad faciendū hoc. Et cū quis agit, qđ Deus iubet ēt, si illud malum sit nō peccat, imò meretur, ꝙ pp mandatum Dñi iam illud efficitur licitū, sicut Abraham nō peccabat volendo occidere filium suum, & iam quasi actualiter occidēdo, imò in hoc meruit inestimabiliter: & fuit illud maximū bonū, qđ fecit Abraham: & pp hoc promisit ei Deus terram Chanaam, & Christum uē turū de semine suo: & iurauit hoc, vt patet Gen. 32. c. ergo Dauid, non solum, non peccauit in hoc, sed ēt meruit: quia posuit se ad mortē pp Dei immutationē. Sed adhuc dato, ꝙ Deus non mouisset specialiter Dauid ad faciendū hoc, non peccabat: qa in Patriarchis multa, per dispensationem fuerunt licita, q̄ in alijs viris erant illicita: sic Iacob excusatur à mēdacio, Israelitæ à furto, Sanson ab homicidio, Patriarchę, qui multas vxores simul habuerunt, ab adulterio excusantur. extra de diuor. c. gaudem⁹. Nō fuit ergo peccatum in Dauid suscipiendo Bellum.

An Duellum, secundum se, sit licitum. Quæst. XLV.

QVAERETVR vlterius, Dato, ꝙ Dauid nō peccauerit suscipiendo Duellum, quia forte in eo fuit aliquid speciale: an Duellum, secundum se, sit licitum, vel illicitum, s. illi qui Duellum petūt, vel suscipiunt, an peccant; vel in aliquo casu licitè suscipiunt? Ad hoc rñdendū est, ꝙ, aut isti, qui suscipiūt, vel petunt, sunt laici, vel clerici, si clerici simpliciter est eis illicitū, iō, si pugnauerint in Duello, sunt irregulares, & dēnt deponi, & si nōdum fuerint promoti ad sacros ordines, nō debent promoueri. De hoc extra de cleri. pugnan. in Duello, per totum. Si autē sunt laici, est dubium: & est controuersia inter doctores, an sit in aliquo casu licitū: nam, ꝙ cōiter sit illicitum, nemo dubitat, s. an aliquo casu liceat, est controuersia. Snīa Nicolai est ꝙ nunq̄, licet alicui petere Duellum tam in causa ciuili, quàm criminali: suscipere tamen licet in aliquo casu, siue in criminali, siue in ciuili: ad cuius declarationē ipse arguit dicens, ꝙ sit licitum: quia Dauid pugnauit in Duello, & nō arguit in scriptura, sed cōmendat. In contrariū arguit: qa in Duello dat ptās, vel saltē ꝓcedit licentia vtriq; interficiendi alium, vel se mutuo. Cū igitur alter eorū sit innocēs, pstat auctoritas, vel saltem datur licentia interficiēdi innocentē, qđ est simpliciter illicitū, qa est contra dictamen iuris naturalis, & ꝓtra diuinū pceptū. Rūdet ad hoc, ꝙ Duellū pōt accipi dupliciter. vno mō proprie: & sic duellū est singularis pugna duorū, vt per victoriā vnius appareat iustitia, tanq̄ per diuinū iudicium, & alterius iniustitia: & sic, secundum omnes doctores, Duellū est illicitum tam ex parte dantis, q̄ ex parte accipientis: & iudicis dantis licentiam, & consulentium, & fauorem prestantium: qa ibi manifestè est tentatio diuina: & hoc mō dixit intelligi iura, quæ loquunt de Duello prohibēdo, s. 2. q. 5. c. Monomachiam. & extra. de purga. vul. c. cum suscepta. nisi per diuinam reuelationē manifestatū fuerit, ꝙ Deus vult sic indicare suam iustitiā: & hoc mō dicit, ꝙ sancti doctores dnt, ꝙ Dauid iniuit singulare certamē cū Philistheo, qa sibi reuelatum fuit à Dño, ꝙ sic volebat indicare suā Iustitiā ꝓtra Philistheos: vñ procedēs cōtra Philistheū, dixit: Ego venio ꝓtra te, in nōe Dei viuentis, & sic non fuit ꝓprie Duellator, sed magis diuinæ iustitiæ executor. Alio modo pōt accipi Duellum, put est Bellum singulare vnius cū vno absque expectatione diuini iudicij, sed vt per virtutē, vel arte, vel fortunā, vel oībus istis, vel aliquibus eorū concurrentibus aliqua controuersia inter eos criminalis, vel ciuilis terminetur. Et sic adhuc dicūt aliqui, ꝙ Duellū est oīno illicitū nō solum à parte petentis, & indicentis, sed ēt recipientis: ita ꝙ magis dēt sustinere rerum suarum spoliationē, & suæ psonæ suspensionē, & mortem. q̄ Duellū recipere: vel ēt offerre, dato, ꝙ se sentiat innocētē. Cuius ratio est: qa intentio intrātis Duellū est interficere aduersarium suū, qđ nulli personæ priuatę licitum est: & ad hoc inducunt verbum Aug. lib. de libero arbitrio, dicētis sic. Quomodo possum arbitrari istos carere libidine, q̄ pro his quoq; rebꝰ gladianē, quas possunt amittere inuiti? & inter istas res, secundum ipsum ponit vita ꝓpria. Sed dicit Nicolaus, ꝙ ista snīa vī alijs nimis dura: & dicunt, ꝙ si appellatus de Duello non possit declinare: vrpotè, quia denegantur sibi ꝓbationes aliæ: & si appellet non defertur appellationi suæ ꝓt licitè se defendere duellando, & non solum in causa criminali pro vita sua defendendo, sed ēt in causa ciuili, qa, sicut licitum est alicui bellare ad sui corporis defensionē, ita ēt ad rerum suarum ꝙseruationē. Dicit ēt, ꝙ non valet argumentum, cum dr, ꝙ intēdere aliū occidere, est contra dictamen naturæ: qa hoc verum est, si per se intendatur: sed in hoc casu nō intēditur, nisi per accidens, si nō possit aliter vitā suā, vel res suas seruare, ad quorum ꝙseruationem, per se dirigit intentio sua. Qđ patet ex hoc, ꝙ declinat Duellum q̄tum pōt, & ad ꝙseruationē vitæ ꝓpriæ magis inclinat natura. Cum autem obijcit, ꝙ duellator agit ꝓtra pceptum diuinum, s. nō occides: dr, ꝙ intelligit de occisione innocētis: petens tñ duellum in hoc casu non est innocens, & p ꝙns iste se defendēs de mandato, & volūtate Iudicis, nō vī peccare, maxime pro vitę suæ defensione. Ad dictum aūt Augustini dicit, ꝙ loquitur inquisitiuè, & dubitatiuè, & nō terminatè: deinde dicit, ꝙ isti volunt, quòd licet appellatꝰ de Duello in hoc casu excusetur à peccato: petens tamen Duellum, & iudex auctoritatē, vel licentiam præstans semper peccant mortaliter. Dicit tamen hoc esse durum, quia multi Principes sanctę vitæ, & qui bonorum consilio vtebantur, ali q̄ Duellum sustinuerūt, seu, ꝙ cesserūt, sicut Beatus Ludouicus

Ludouicus Rex Franciæ, & Carolus Magnus, & plures alij, & Archiepiscopi, & Episcopi iustitiam temporalem habentes: videtur ergo durum condemnare duellū in omni casu ex parte Iudicis. Dicit ergo, ꝙ sine aliqua assertione per modum collationis pōt dici, ꝙ in aliquo casu possunt à iudicibus licitè permitti duella, vtpotè quando aliqui nobiles habent inter se Guerram, quam possunt mouere, & ex longa consuetudine quamuis superiorem habeant, vt patet in pluribus Terris, & Regnis: & ex hoc vnus vastat Terram alterius ferro, & igne, in quo subditi, qui sunt innocentes, in rebus, & corporibus multipliciter affliguntur, & aliquando contingit, quòd vnus coram superiori Principe prouocat alium ad duellū, & alius statim recipit absque alia recusatione: si iudex in tali casu probabiliter videat, ꝙ prædicta vastatio innocentum subditorum per duellum istud debeat terminari, nō videtur peccare tale duellum permittendo: quia ei, qui habet auctoritatem alicuius communitatis, licitum est minora mala ꝓmittere ad euitandum maiora: sicut licitè permittuntur meretrices in ciuitatibus, ne omnia libidinibus conturbentur, vt ait August. Dicit etiam quòd eadē ratione videtur accidere de ignobilibus guerram adinuicem non petentibus in aliquo casu, vt si per hoc, quòd nullus potest aliū prouocare ad duellum, multiplicarentur homicidia occulta in terra, eo ꝙ tales homicidæ non timerent ad duellum ab aliquo prouocari: non videtur in tali casu esse illicitum Principi aliqua duella permittere, vt prædicta homicidia cessent, quæ sunt maiora mala. Ad argumentum autem, cum dicebatur, ꝙ in duello datur licentia occidendi innocētem, quòd est illicitū. Respondet, ꝙ in casu prædicto nullus duellantium est innocens, ideo datur licētia occisionis illis, quorum vterque peccat: eo, quòd ipsi volunt expediri per duellum, prætermissis alijs vijs iuris. Sed dicendum est secundum Hostien, ꝙ Duellum in nullo casu est licitum, nec quantum ad petentem, nec quantum ad recipientem, nec ad iudicem dantem licentiam, nec ad assistentes, vel consulentes, siue in causa ciuili, siue in criminali: vnde dicit etiam, ꝙ secūdū legem Romanam reprobantur duella. C. de gladi. l. i & dicit, ꝙ, quamuis pugnauerit singulari certamine cum Goliath, nō est pro lege tenendum: quia in talibus manifeste videtur Deus tentari, vt patet. 2. q. 5. c. mena. & extra de purga. vul. c. cum suscepti. Deus autem nūquam tentari debet. Dicit etiam, ꝙ nunquàm excusat consuetudo loci, sicut quidam dicere voluerunt adducentes pro se: illud quod mos erat, peccatum non erat 32. q. 4. c. obijciuntur. Et qñ obijcitur de Dauid, & de similibus dicit, ꝙ hoc fuit ex dispensatione, sicut à multis alijs Patriarchæ excusati sunt per dispēsationem extra. de diuor. c. gaudemus. Dicit etiam, ꝙ non est recipienda distinctio illorum, qui dicunt differre, vtrum quis duellum offerat, vel oblatum sponte suscipiat: quia tunc dicūt, ꝙ mortaliter peccant: si tamen aliquis inuitus, iudice præcipiente, suscipiat illud, cū aliter euadere non possit, vel res suas saluare, non peccat: dicit tamen, ꝙ hoc non tenet: nam, licet præceptum iudicis à tā to excuset, non tamen à toto: & potius debemus iacturā rerum sustinere, quàm huic malo consentire. Extra de homi. c. suscepimus. & etiam in criminalibus potius debemus omnia mala pati, quàm aliquod malum agere. 33. quæst. 5. c. ita, vt: vnde si aliqs clericus duellum offerat, vel oblatum sponte suscipis, de rigore iuris deponi debet, siue victor, siue victus sit. Extra. de clericis pugnan. in duel. c. 1. & si homicidium contingat fieri in duello, omnes irregulares sunt. Extra. de clericis pugnan. in duel. c. 1. & si homicidium contingat fieri in duello, omnes irregulares sunt.

Alph. Tost. super 1. Regum

ritatem contrahunt, siue pugnantes fuerint, siue iudices ꝓcipientes, siue assessores, siue cōsiliarij, vel aduocati, vel quicūque alij ar. extra de clericis pugnā. in duello cap. 2. & extra de homi. c. sicut dignū. hoc tenet Hostien. in summa. ti. de clericis pugnan. in duello. Eandem sententiā tenet Henricus. eod. tit. cap. Henricus. & allegat sex causas, quare non debet permitti duellum. Prima est, quia Deus tentari videtur in allegatis iuribus 2. q. 5 cap. Mena. & de pur. vul. per totum. Secunda causa: quia mortes hominum, & pericula animarum inde proueniunt, & homicide inde exiſtunt. Tertia causa, quia non est verisimilis probatio illa, quæ fit per duellum. Non. n. est verisimile, nisi ꝙ fortior debiliorem conculcet. Quarta causa, quia vix, aut nunquam in eo reperitur æqualitas, quæ in iudicijs approbatur. extra de accepti. c. cum iter. & de mutui. peti. c. 2. Quinta cā: quia Diabolo suggerente, inuentum est duellum, vt in alleg. cap. mena & cap. consuluisti. 2 quæst. 5. Sexta causa: quia falsa probatio est: vnde sententia, hac occasione, nō transit in rem iudicatā, extra de purga. vul. cap. 2. Idem autem tenet Alanus dicēs, ꝙ nulla cōsuetudo, vel verius corruptela potest aliquem in hoc casu excusare, quia diuturnitas temporis peccatum non minuit, sed augmentat, extra de simo. cap. nō satis, & quamquam omnes peccent in duello, qui aliquo modo consentiunt: non tamen æqualiter: quia qui suscipit, peccat, & tamen si per metū suscipiat, attenuatur peccatum: vt, si propter periculum personæ, vel rerum extra, de his, quæ vi, metuve. cap. fiunt. cap. sacris qui autem sponte suscipit, & qui offert, & iudex, qui præstat auctoritatē, & omnes, qui assessores sunt, vel cōsilium, aut fauorem tribuunt, sicut alicubi consuetudo est, grauius peccant. Guilielmus aliter dicebat, scilicet, quòd si aliquis innocens accusatur ad mortem, qui, si duellum oblatum recusauerit statim, suspenditur: durū videtur dici, quòd talis non possit subire duellum: ideo dicit, ꝙ fortè distinguendum est, inter suscipiētem duellum oblatum in causa criminali, & suscipientē in ciuili pro rebus suis: ita, vt dicatur, quòd in primo casu licitum sit suscipere duellum, & non offerre: in secundo casu non sit licitum offerre, nec suscipere, cum in temporalibus potius debeat quis quodlibet damnum pati, quàm duellum subire: sed dicit, quòd, cū res suas liceat armis defendere, easq; defendendo raptorem occidere, si aliter defendere non possit, quare non potest eas defendere in bello, siue duello? non ꝙ ipse offerat, sed quòd à iudice offeratur, vel imponatur. Credit ergo, quòd hoc sit benignius, ne videatur damnare omnes, qui pro se, vel rebus suis duellum subierunt.

Quare nō debet permitti duellum.

Opi. Guilielmi refellitur.

Sed istam distinctionem non vult recipere Host. Dicit etiam Henricus vbi supra, quòd, cum duellū sit damnatum, & in actu damnato non licet alicui se defendere contra auctoritatem legis, nec se defendendo aliquem occidere, non licebit duellum: ita dicit, quòd si iudex imponeret duellum, non teneretur pars subire illud, sed poterat resistere iudici, vel, si non potest, melius est omnia mala pati, quàm malo consentire. Dicendum est ergo secundum sententiam omnium istorum doctorum, quæ tenetur communiter, quòd duellum nullo modo est licitum, tam quantum ad offerentem, quàm ad recipientem, aut quàm ad iudicem præstantem, & fautores, vel consiliatores duelli. Et hoc, siue in causa criminali, siue in ciuili. Inter omnes tamen minus peccat ille, qui suscipit in causa criminali, potissimè, cum aliter non potest effugere mortem, & ipse est innocens: potius tamen de-

bet pati mortem, quàm subire duellum. Nec valẽt rationes Nicolai, aut aliquorum aliorũ, dicentium, ꝙ, sicut licet alicui pro vita sua defendenda occidere quemquã, vel pro rebus, ꝙ ita liceat in duello pro defensione vitæ, & rerum: errant. n. quia faciunt similia ea, quæ non sunt similia: nam, ꝙ quis occidat alium, defendẽdo se, vel defendendo res suas licitũ est, quia ibi sustinetur inuasio, & defensio in talibus licita est: aggressio tamen nunquã. In duello autem non est sic: quia tam offerens, q̃ suscipiens aggredit: offerens enim, quia offert, & suscipiens, quia suscipit: secus autem, si offerens duellum offerendo inciperet pugnare: quia tunc alius posset confestim cõgredi cum illo: nec erat tunc duellator, quia nõ agebat hoc conditione duelli suscepta, sed defendendo se, quia alius eum inuaserat. Item, quando datur potestas aliquibus pugnandi in duello manifestum est, ꝙ datur licentia occidendi innocentem, quia, cum duo super eadem re litigantes contradictoriam intentionem habeant, necesse est alterum eorum causam iustam fouere, quãtum ad id, quod intendit: licentia tñ occidendi in duello datur vtrique contra alterum: ergo datur impio contra innocentem, qđ est iniustum: & potius debet iudex alia mala pati fieri in politia, si illa nequaquam euitare potest, quàm hoc malum agere. Item, quando Nicolaus respondebat ad argumentum illud. s. quòd occidere innocentem est contra dictamen rationis, ideo peccat omnis, qui vult sic occidere, dicebat, ꝙ occidere si ꝑ se intendatur, peccatum est: si tamen intendatur, ꝑ annos, cum aliter non possit vita, aut res defendi, nõ est illicitum. Sed dicendum est, ꝙ non dicitur aliquis agere quandocunque intendit aliquid non per se, sed per alterum: vel, si istud vocaueris per accidẽs, non excusat: quia isto modo daremus, quòd per timorem debet quis cogi ad faciendum omnia mala: vt, si alicui diceretur, ꝙ confestim occidendus erat, nisi occideret aliquem innocentẽ nihil agẽtem, vel ferret falsum testimonium: nã, si iste propter timorem, ista egerit manifestum est, ꝙ non agit directè, vel propter se, sed per accidens ista vult: & tamen propter hoc non excusatur: quia potius debet mori, quàm ista agere. Sed adhuc accipiendo propriè, non agit ista per accidens: quia ille, qui aliquid intendit, quamquam propter se non intendat, tamen iam determinat se ad illud, ideo, cum euenerit id, quod intendebatur, non est per accidens, sed ad intẽtionem, ideo non excusat, quamquam minus peccat, qui sic agit, quàm ille, qui sine timore, & aliquo impellente. In quo considerandum est, ꝙ, cum quis alium occidere debet ad hoc, ꝙ immunis sit, nunq̃ debet habere intentionem occidendi, nec directè, nec indirectè, sed semper intentionem defendendi se: si autem ex defensione ista sequatur occisio, eo, ꝙ ille, qui aggreditur, siue eius occasione non poterit sustineri, quia talem se exhibuit: si tamen leuius pugnasset, nõ coactus fuisset alius occidere eũ, ideo, cum sequitur occisio, nõ est voluntaria aliquo modo, sed per accidens. In duello autem secus est, & nimis differt: quia ad hoc, quòd aliquis sit nolens mortem alterius, oportet, quòd nõ sit aggressor: necesse est enim aggressorem aliquid velle præter defensionem, scilicet, siue mortem, siue occisionem: q autem se defendit, non intendit aliquid agere præter defensionem: in duello autem vterque aggressor est: etiam vterque intendit alterum occidere: nam conditio duelli talis est, ꝙ, qui alterum occiderit iudicetur iustam causam fouere. Cum ergo vterque litigans contendat obtinere in causa, necesse est, ꝙ, cũ duellum subierit, intendat alterũ occidere, cùm aliàs obtenturus non sit: in illa tamen defensione, quæ vera, & à iure permissa nullus habet intentionem alterum occidendi, sed defendendi: vnde, si aggressor fugerit, inuasus non persequetur eum: &, si pugnare cessauerit, inuasus non expugnabit illũ; in duello tamen secus est, quia dato, quòd ille, qui petiuit duellum, fugiat, non desinit pugnare, qui suscepit: quia contraria est conditio Duelli, ideo in duello datur potestas personæ priuatæ licitæ occidendi alterum, & volendi occidere, atque laborandi ad occisionem, quod nunquam iura concesserũt, ideo peccatum est. Item dicebat Nicolaus, quando arguebatur, quòd occidere aliquem, est peccatum, quòd hoc intelligitur de occisione Innocentis: secus autem de noxio, sed ille, qui prouocat alterum ad duellum est noxius, ideo licet suscipienti duellum illum occidere. Sed dicendum, quòd non stat, quia non solum est prohibita mors innocentis, sed etiam impiorum: nam non licet alicui occidere alterum: licet eum sciat morte dignum, nisi sit iudex: & etiam non licet simpliciter, sed, cum fuerit iudicialiter probatum, vel constet per notorietatem facti: aliàs autem etiam, si iudex sciat aliquem morte dignum, non potest eum occidere: sed illi, qui congrediũtur in duello sunt personæ priuatæ, ideo minus eis licet. Nec valet si dicas, quòd hoc faciunt auctoritate Iudicis, quia iudex non potest illis auctoritatem præstare, cum sint hæc contra ius. Etiam isti duellantes non agunt, vt ministri iustitiæ, sed vt hostes: ideo eis non licet. Item respondebat ad auctoritatem Augustini, quòd intelligitur dubitatiuè, & non determinatè: sed hoc manifestum est, quòd non stat; quia iste est modus loquendi doctorum, scilicet, ꝙ loquantur interrogatiuè ad infirmandum illud, quod volunt: maximè cum litera ipsa Augustini declaret, quòd intelligatur assertiuè, cum dicit: Quomodo possum arbitrari istos carere libidine, qui pro his quoque rebus gladiantur, quas possunt amittere inuiti? quasi dicat, in nullo modo possum arbitrari eos carere libidine, ideſt desiderio occidendi alios. Item dicebat, quòd non erat totaliter rationabile condemnare Iudices, qui concesserunt duellum, quia Beatus Ludouicus Rex Franciæ, & Carolus Magnus, & multi Episcopi cõcesserunt, & erant sanctę vitę. Ad hoc posset aliqs respondere, quòd, etiam si isti essent bonæ vitę, non sequitur, quòd non peccauerint aliquando: & sic in hoc potuerũt peccare. Aliter potest responderi, & melius, atque benignius, scilicet, ꝙ isti viri sancti, si aliquando concesserunt, fuit hoc ex speciali dispẽsatione, quia fortè aliquam reuelationem super hoc habuerunt: sic enim Patriarchæ à furto, homicidio, mendacio, & adulterio excusantur ex speciali Dei dispensatione. extra de Diuortijs, cap. gaudemus. Item, quando Nicolaus ponit casum de nobilibus inter se pugnantibus, vel de ignobilibus, ꝙ, si multa damna euitari possunt per hoc, quòd concedatur eis duellum, quòd iudex non peccat, concedendo, non potest stare: nam etiam si multa alia dãna sequantur maiora: quamquam moriatur vnus istorum in duello, non debet permittere iudex duellum, quia non debet aliquis agere paruum malum, vt alij excusentur à magnis peccatis: sic enim ponit casum Sanctus Thomas secunda secundæ q. 88. Non sunt Articulo 11. Quod si aliquis solemnizasset votum faciendæ continentiæ per ingressum religionis, & aliqua Regina Saracenorum promitteret se cum tota terra sua redituros ad fidem Christi, si daretur ei ille Monachus in virum, non debet dispensari cum eo, quòd infringat votum castitatis: & tamẽ, si ille Monachus

Ad mia Nic.

nachus acciperet in vxorẽ illã Reginam, multæ animæ Deo acquirerentur, quæ pereunt manifestè: ergo nõ debet aliquis facere paruũ malũ, vt excusẽt alios à grauibus peccatis. Et sic, cũ concedere duellum sit secundum se illicitum, licet videat iudex, ꝙ per concessionem eius tollerentur multa mala: non dẽt illud concedere dando auctoritatem. Itẽ dicebat Nicolaus confirmãdo istam rationem, ꝙ ad illũ, qui habet curam alicuius cõitatis, pertinet minora mala permittere, vt maiora euitentur. Dicendũ est, ꝙ verũ est de permissione, sed non de actione, s. ꝙ iudex, vel quicunque Dñs põt permittere minora mala, vt tollantur maiora: non tñ debet facere aliquod malũ, ẽt minimũ, vt euitentur omnia mala quæcunq; & quantumcũq; grauia: sed qñ iudex aliquid iubet, vel dat auctoritatem facit illud: ergo non dẽt aliqd iubere, qđ malum sit: ẽt si tollãtur omnia mala. Sic etiam est de iudice imponẽte duellum, quia ipse nõ solũ permittit, sed ẽt iubet, & auctoritatẽ præstat: iõ semp indistinctè peccat. Secus aũt si solum ꝑmitteret. Vnde dicendũ est, ꝙ in duobus casibus, quos posuit Nicolaus, & in similibus iudex nõ peccaret, si solum permitteret duellũ. Verbi gratia, si ex intentione antiqua aliquorum sequantur multa damna innocentum, quæ vitari non possunt, nisi per duellũ, & vtraq; pars sponte duellũ subeat, si iudex hoc videat, & nõ petita auctoritate ab eo, ad duellandum illi subeãt certamẽ, & credat iudex, ꝙ per illud duellum terminabitur controuersia: non debet resistere illis duellantibus, & tũc solum ꝑmittit, & non peccat: si tñ petaũ ab eo auctoritas duellandi, ẽt si videat, ꝙ per hoc multa mala tollentur, non dẽt cõcedere duellũ, vel iubere: quia tunc iam non solũ permitteret malũ, sed ẽt ipse illud faceret: quod in nullo casu dẽt fieri. Cum aũt dicitur, ꝙ pertinet ad habentem curam de aliqua politia permittere minora mala, vt tollantur maiora, & ponit exemplum de meretricibus secundũ Augustinum. Dicendũ est, ꝙ mala ꝑmittuntur in politia, quia impossibile est legislatori illa penitus corrigere, sicut est de meretricibus: qa si tollantur de vrbe, omnia conturbabuntur libidinibus: nam nullus iudex, vel legislator quantũcunq; solicitus sit circa rẽpublicam, põt inducere totã multitudinẽ virorum alicuius vrbis non hñtium vxores ad castè viuendũ. Ideo, si lex districtè prohiberet meretrices, sequerentur aliæ peiores libidines: ideo legislatores non vetuerunt, nec iudices puniunt meretrices, & hoc est permittere ꝑ nõ posse corrigere. Nõ iubet lex, ꝙ meretrices in vrbe sint, nec iudex cogit aliquã ad meretricãdũ, nẽ in alijs sequantur fœdę libidines. Ita ergo circa duellũ, si aliqui subirent illud, & iudex non possit corrigere mala eòrũ, alias debeꝛet ꝑmittere: nõ tñ iubere, nec auctoritatẽ ꝑstare, qa iam hoc turpe esset, velut, si lex iussisset, ꝙ certus numerus mulierũ in vrbe vacarẽt meretricatui, ne omnes aliæ libidinibus polluerentur. De duello ergo quomodo ad omnem casum illicitum sit, dictũ est.

CAPITVLVM XVIII.

IT factum est cum complesset loqui ad Saul, anima Ionathæ conglutinata est animæ Dauid, & dilexit eum Ionathas, quasi animam suam. Tulit eum Saul in die illa, & non concessit ei, vt reuerteretur in domum Patris sui. Iniunt autem Dauid, & Ionathas fœdus.

Alph. Tost. super 1. Regum

IN præcedentibus descripta Dauid victoria, hic consequenter ponitur ex hoc nata inuidia. Et diuidit in tria: quia primò describit circa Dauid omniũ gratia. Secundò Saulis inuidia. Tertiò in opere propalata malitia. Secunda ibi. *Porro, cum reuerteretur.* Tertia ibi. *Post diem autem alterum.*

Quæ sequuntur immediatè facta sunt post præcedentia: ideo ordo rectus. Quæstio. I.

CIRCA hoc quæritur de ordine huius ad præcedentia, An sit ordo rectꝰ, vel aliqua anticipatio, vel recapitulatio. Et respondetur, ꝙ hic est ordo continuus: nam supra de morte Goliath actum est: hic aũt dr quomodo Dauid tulit caput Goliath in Ierusalem: ꝙ nõ potuit esse, nisi post superiora. Sed tunc dicetur, an ista fuerint facta immediatè post præcedentia, vel an fuerit aliquod intermedium. Dicendum, ꝙ ista fuerunt facta immediatè post ea, quæ habentur præcedenti, cap: scilicet, in eadem hora: nam præcedenti, cap. dicitur quomodo quæsiuit Saul à Dauid de qua progenie esset: & locutus est cùm eo aliquantulum: hic autem dicitur, quòd, cùm complesset Saul loqui ad Dauid, anima Ionathæ colligata est animæ Dauid, ideo immediatè factum est. *Et factum est, cum complesset loqui ad Saul.* ideſt, immediatè, vt Dauid compleuit locutionem, quã habebat cùm Saule: Ionathas incæpit diligere Dauid. Ista locutio erat, quæ habetur præcedenti, cap. scilicet, quòd quæsiuit Saul à Dauid de qua progenie esset. *Anima Ionathæ colligata est animæ Dauid.* ideſt, incepit Ionathas tantum diligere Dauid, quòd anima sua colligata est animæ Dauid: vel saltem sic videbatur. Et est sensus, quòd Ionathas nihil magis diligebat, quàm seipsum, sed tunc subito incepit diligere Dauid quasi æqualiter sibijpsi: ideo anima sua vita est colligata animę Dauid, scilicet, tanquam anima Dauid, & sua esset vna anima, ꝙ immediatè declarat litera, scilicet, Dilexit Ionathas Dauid quasi animam suam: tangitur autem in hoc propria radix amicitiæ: quia, quando aliqui veri amici sunt, tanta est in eis colligatio, ꝙ iam non sunt, vt duo homines, sed vt vnus per vnitatem affectionis, quia vera amicitia est idem velle, & idem nolle, vt ait Tullius in libro de vera amicitia. Et intantum est ista identitas volitionis, ꝙ iam prædicatur identitas substantiæ, ita, vt non dicatur, ꝙ duo amici sunt duo homines, sed idem homo. Sic Arist. 9. Ethic. scilicet, quòd amicus est alter ipse, & hoc non solùm est in amicitia humana, sed etiam in omni amore locum habet: ista enim identitas sequitur, quando Deum vere diligimus. Sic patet. 2. ad Corin. ca. 6. scilicet. Qui diligit Deum vnus spiritus est cùm eo. Hoc autem est, quia anima amantis non manet in amante, sed trãsit ad amatum. Vnde anima verius est vbi amat, quàm vbi animat, vt ait Diony. lib. de diuinis nominibus. *Et dilexit Ionathas Dauid sicut animam suam.* q.d. tantũ diligebat Ionathas Dauid sicut seipsum. Anima namque accipitur hic pro vita. Nihil est autem, ad quod naturaliter amando magis iuclinemur, q̃ ad vitam nostram: esse tamen nostrũ est viuere, quia secundum Arist. 2. de Anima, viuere viuentibus est esse. i, idem est vita, quod esse.

Quomodo Ionathas tantum dilexit Dauid, vt conglutinaretur ei, & diligeret eum sicut animam suam. Quæstio. II.

QVAERET aliquis, Quare Ionathas tñ dilexit Dauid, vt cõglutinaretur ei, & diligeret eũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Teneritudo quid.

quasi animam suam. Respondendum est, ꝙ Ionathas passus est hic quandam teneritudinem cordis, quæ est in cordibus naturaliter generosis, & excellẽtibus, & est quidã motus interior præcordiorum, q facit hominem tremere, & interdum ex amoris nimietate, & sinceritate amantem prouocat ad dulcissimas lachrymas. Et iam non põt esse maior gradus amoris: & cũ aliquis ad istum peruenerit, omnia cõtemnit vitam, & famam, & quicquid esse põt pro eo, quẽ diligit, eo, ꝙ amans iam non est sui iuris, sed totum se posuit in amato. Est autẽ iste amor fortis, & tener, qq̃ ista videantur repugnare: tener quidem vocatur, quia in teneritudine cordis fundatur, quæ est motus præcordiorum. Fortis autẽ est, quia nulla est affectio, quæ præcordia mouere possit, nisi amor: ideo Canti. 8. c. dicit̃ fortis est, vt mors dilectio, lampades ejus, lampades ignis, aquæ multæ non potèrunt extinguere Charitatem, nec flumina obruent illam, hanc autem teneritudinem præcordiorum, quæ ex amore causatur, scriptura vocat cõmotiones viscerũ, quia præcordia viscera sunt: sic patet inf. 3. dib. c. 3. de illa muliere, cuius filius erat vi-
uus, & dixit Salomoni: Obsecro te: date illi infantẽ viuum, & nolite interficere. Dicit enim ibi litera, ꝙ commota sunt viscera eius pro filio suo: erat n. ista cõmotio teneritudo quędam cordis causata ex nimio amore naturali ad filium, quæ cito eam ad lachrymas compulisset. Sic etiã dicitur de Ioseph, quando vidit fratrem suum Beniamin, ꝙ commota fuerunt viscera eius super fratre suo, & erumpebant lachrymæ: Gen. 43. c. Hanc autem teneritudinem præcordiorũ passus est Ionathas hic ad Dauid. Et quia ista non põt esse, nisi cum vltimo, & excellentissimo gradu amoris, necesse erat, vt Ionathas diligeret Dauid sicut animã suam. Quod aũt ex ipsa teneritudine aliquando cõpelleretur ad lachrymas pro Dauid, apparet inf. c. 20. vbi dicitur, ꝙ cũ Dauid, & Ionathas oscularentur se, fleuerunt pariter.

Ionathas motus fuit à Deo, vt tanta amplecteretur dilectione Dauid: & etiam propter probitatem suam.
Quæstio III.

QVAERETVR vlterius Quid fuit ꝓpter qđ Ionathas pateretur talem teneritudinem cordis, & moueretur ad tam intense amãdum Dauid? Respondendum est, ꝙ forte hoc fuit à Deo mouente Ionatham ad hoc: volebat enim Deus conseruare salutem Dauid, quod impossibile fuisset, manente eo cum Saule, nisi forte Dauid haberet aliquem amatum nimis acceptum regi, qui posset regem ad aliquid commouere, molliendo furorem, quem cõceperat contra Dauid, & declarãdo ei quid Saul intenderet contra eum agere: nullus autem erat, qui ita conuenienter agere posset, sicut Ionathas: quia ipse erat filius regis, & vir strenuus, cui Rex nihil celabat, vt ipse dixit infra cap. 20. ideo ipse debebat eligi ad hoc, ꝙ esset amicus Dauid, & liberaret eum à morte. Et quia, si Ionathas non dilexisset Dauid gradu excessiuo amoris, non egisset ista fideliter liberando Dauid, & pro eo ponendo se contra Patrem, iõ decuit, vt Ionathas moueretur à Deo ad tam extensiuum gradum amoris erga Dauid: patent autẽ hęc per opera Ionathæ. Nam quando Saul aliquid concipiebat furoris contra Dauid Ionathas indicabat ei, & faciebat eum recedere à facie Saul. Cum vẽrò sciebat omnia esse pacifica, reducebat eum coram Saule, vt patet sequenti cap. tantum autem se exercebat Ionathas solicitè in rebus Dauid, & respondebat Patri pro Dauid, quòd Pater arripuit semel lanceam, vt configeret Ionatham cum parietem infra cap. 20. Hæc autem omnia patiebatur Ionathas pro Dauid: vnde diligebat eum magis, quàm patrẽ suum, vt colligitur eo. c. Aliter potest dici, ꝙ Ionathas motus fuit ad diligendum Dauid ita intense ꝓpter probitatem eius, nam Dauid apparuit animosior, & glorioſior omnibus, qui fuerunt in Castris Israel, cum nullus etiam prẽmijs incitatus ausus fuerit congredi cum Goliath: ipse autem non solũ ausus est, sed etiam confidenter petijt sibi dari certamen. Et, cum Saul à principio aliqualiter videretur repugnare, & diligenter institisset, vt sibi concederetur, ꝙ eius excellentem indicabat animositatem. Et quia Ionathas erat vir bonus, motus fuit ad diligendum nimis eum, qui dignus erat diligi. Item Ionathas erat vir strennuus in armis, & ob hoc diligebat omnes viros excellentes in arte bellica: sic autẽ erat de Dauid: quia ipse erat vir strenuus, secundum quòd patet ex bello, quod habuit cum Goliath. Quod autem Ionathas esset vir excellens in opere bellico, & nimis animosus, apparet, quia in principio regni Saulis, cum adhuc Israelitæ essent subiecti Philisthinis, & Philisthini erant in terra Israel, ipse cum mille viris, quos habebat in Gabaa, inuasit primo stationem Philisthinorum, atque percussit eam, & fecit Israelitas insurgere cõtra Philisthinos. supra cap. 13. Item Ionathas cõmisit quoddã opus, quod erat valde animositatis, & adhuc maioris, ꝙ istud, quod fecit hic Dauid pugnando cũ Goliath: nam ipse cum solo armigero suo inuasit Castra Philisthinorum, vbi erant plura, quàm millies millia virorum, & turbauit Castra hostium, atque occidit viginti viros priusquam venirent alij Israelitæ, supra cap. 14. Et quamquam istud opus, quantum ad interfectionem virorum, & turbationẽ Castrorum attribuendum sit Deo, & non Ionathæ; tamẽ quantum ad animositatem attribuendum est Ionathæ pro magna parte, & tunc non poterat esse maior animositas, quàm ista, quã habuit Ionathas: & forte ipse aggressus fuisset Goliath singulari pugna, sicut aggressus est Dauid, nisi quia Dominus eũ compressit, scilicet reprimens eius animositatem, vt exaltaret Dauid conferens ei istum triumphum. Et quia illi viri, qui sunt nimis strenui in armis, & animosi, diligunt alios, qui in hoc animosi, & strenui sunt, dilexit Ionathas Dauid, quia, cum ipse esset valde excellens in his, nullum alium reperit tam excellentem in toto Israel, sicut Dauid. Sed adhuc prima responsio magis valet.

Quare dictum est, quòd post verba Saulis, anima Ionathæ sit conglutinata Dauid, cum istud fuerit ante.
Quæstio IIII.

QVAERETVR vlterius. Quare dr̃ hic, ꝙ anima Ionathę colligata est animæ Dauid, postquã compleuit loqui ad Saul: nam dilectio Ionathæ ad Dauid fuit propter probitatem Dauid, quia mirabiliter se habuerat in armis contra Goliath: sed istud fuit antequam loqueretur Dauid ad Saulem, ergo prius debuit anima Ionathæ conglutinari animæ Dauid, quàm loqueretur Dauid ad Saulem. Respondendum est, ꝙ istud dependet ex præcedenti, scilicet propter quid Ionathas dilexit tantũ Dauid, & quia ibi responsum est dupliciter, ideo secũdùm illos modos potest hic applicari responsio. Si enim dicamus, quòd Ionathas dilexit Dauid, quia à Deo motus fuit, dicetur, quòd Deus nunquam mouit Ionatham ad diligendum Dauid vsquequo cessauit loqui ad Saulem, ideo post illam locutionem anima

Ionathæ colligata est animæ Dauid, & non prius, Si autem dicatur, ꝙ Ionathas dilexit Dauid secundo modo, scilicet, quia vidit eum virum strenuũ in armis: potest dici, ꝙ tunc nouiter eum dilexit: quia licet prius Dauid pugnasset cõtra Goliath. Et ex hoc insurrexisset causa dilectionis magnæ Ionathæ ad Dauid, tamen nondum viderat Ionathas Dauid diligenter, quia forte à principio, quando stetit Dauid coram Saule petens certamẽ singulare, non aderat Ionathas, nec vidit Dauid, ideo non poterat eum diligere nimis intensè: nunc autem cum vidit eum, quem propter strennuitatem suam dilecturus erat, cepit immenso amore flagrare potissimè, quia secundum naturam, cum bonum sit obiectum voluntatis, & quælibet perfectio sit aliquod bonum, mouebit voluntatem ad diligendũ ipsam: & quanto fuerit aliquid habẽs plures perfectiones, tanto diligibilius apparebit, & quia Ionathas solum ꝑius cognouerat de Dauid animositatẽ, & robur, nũc autem, cum loqueretur ad Saulem, viso eo, cognouit pulchritudinem vultus illius, & eloquentiã: ideo habuit incentiuum ad magis eum amandum. Erant ista duo non parua in Dauid. s. pulchritudo, & eloquentia: vnde ille, qui primo eum coram Saule notum fecit, collaudauit ipsum de his duobus, vt patet sup. c. 16. cum dicitur: Vidi filiũ Isai Bethlehemitem scientem psallere, & fortissimum robore, & virum bellicosum, & prudentem in verbis: & virũ pulchrum. Cum ergo ista duo super præcedẽtia cognouisset Ionathas de Dauid, cum loqueretur corã Saule, tunc colligata est anima eius animæ Dauid. Vel potest aliter dici, quòd immediate, vt Dauid occidit Goliath, Ionathas dilexit eum nimis, tamẽ nõ potuit ei ostẽdere magnitudinẽ affectus sui, vsque quo locutus est ad Saulem: nam ante hoc non viderat, vel saltem non fuerat locutus Ionathas Dauid. Cum autem locutus est ad Saulem, accepit eum Ionathas, & locutus est ei verba ostendentia magnũ affectum: & istud fuit, ꝙ colligaretur anima ei⁹ animæ Dauid. Et hoc satis consonat literę sequenti. Nam immediate post hoc dicitur, ꝙ Ionathas, & Dauid inierũt fœdus, quia diligebat eum Ionathas, sicut animam suam.

An inter Ionatham, & Dauid fuerit amicitia immediatè quòd Ionathas dilexit Dauid. *Quæstio V.*

QVAERETVR vlterius, An immediate, vt Ionathas dilexit Dauid, sicut animam suã, cõglutinata fuerit anima eius animæ Dauid, ita ꝙ amboo essent amici, vel saltem Ionathas esset amicus Dauid? Aliquis dicet, ꝙ sic, quia ad amicos pertinet gradus perfectissimus amoris: sed Ionathas dilexit Dauid immediate, vt cessauit loqui ad Saulem amore intensissimo', vt patet in litera: ergo erat amicus illius. Respondendum est, ꝙ nõ fuit immediate amicitia inter vtrumq;: maximè patet de Dauid: nam, quamquam Ionathas diligeret Dauid ualde: tamẽ Dauid nõdum diligerat Ionatham, quia nesciebat, an ab eo diligeret̃, sed etiam Ionathas non esset amicus Dauid, quamquam eum valde diligeret. Apparet ꝙ amicus est nomen relatiuũ æqualitatis, ideo non potest esse amicus sine amico, sed Dauid nondum erat amicus Ionathę, vt patet ex dictis: ergo ẽt Ionathas non erat amicus Dauid, imò dato, ꝙ Dauid à principio dilexisset Ionatham æqualiter, vt ab eo diligeretur, non erãt amici, quia apud amicitiã, secundum Arist. 8. Ethi. tria requiruntur. Primum est amare. s. ꝙ vnus amet alterũ: nã sine amore amicitia nulla est. Secũdum est, ꝙ hoc sit in vtroq;. s. ꝙ

vterq; amet, & vterq; amet̃: nam, si aliquis amat alterum, & non amat̃ ab eo, nullus est amicus alterius. Tertium requiritur, ꝙ iste amor sit non latens. s. ꝙ non solum quilibet amet alterum, & ametur, sed ẽt ꝙ cognoscat, ꝙ amatur: & non solum hoc, sed etiã ꝙ cognoscat alterum cognoscere se amari, ideo si contingat aliquos duos inuicem se amare: etiam si æqualiter ament, & amenẽ: dum tamen vnus de alio hoc nõ cognoscat, nõ est amicitia, sed amor. Ex his trib⁹ colligit philosoph⁹ diffinitionẽ amicitiæ. 8. Ethi. dicens: Amicitia est amor non latens in contra passis. In his tribus tangũtur tria, quæ dicta sunt. Primum, quia dicitur amor, secũdum inquantum dr̃ non latens, tertium inquantum dicitur in cõtra passis. Hæc autem tria nondum erãt inter Ionathã, & Dauid à principio, quando incepit Ionathas diligere Dauid, sicut animam suam: nam, quamquam tũc esset primũ. s. amor, quia Ionathas diligebat Dauid: tamen non erat tibi amor mutuus, qui vocat̃ i contra passis. s. ꝙ quilibet amet, & ametur: nam Dauid tunc nondum amabat Ionatham, quia non cognouerat eum, nec habuerat aliquid speciale circa eum, propter quod deberet ipsum diligere. Etiam non erat ibi tertium. s. ꝙ non esset latens, quia dato ꝙ Dauid diligeret Ionatham aliqualiter, vt diligebatur ab eo: tamen iste amor erat latens. s. quia nondum fuerat inuicem manifestatus per aliqua signa: fuerunt tamen parum post hoc amici Ionathas, & Dauid, ꝙa Ionathas indicauit affectionẽ suã Dauid, dans ei omnia vestimenta sua vsq; ad gladiũ, & Baltheum, vt patet inf. in littera: & tunc inierunt inter se fœdus: quod pertinet ad amicitias manifestas. *Tu litq; cum Saul in die illa.* i. in die, in qua Dauid occidit Philisthęum, Saul tulit eum. s. vt viueret cum eo, & maneret apud ipsum.

Amicitia quid.

Quomodo Saul accepit Dauid in die, in qua interfecit Goliath, ad manendum cum eo. *Quæstio VI.*

QVAERET aliquis, Quomodo Saul tulit tũc Dauid ad manendũ cũ eo: nam ante hoc iã eũ tulerat, & fecerat familiarem suum, vt patet sup. c. 16. cũ misit Saul ad patrem eius pro illo, dicens: Mitte ad me Dauid filium tuum, qui est in pascuis: post hoc autem Dauid venit ad Saulem: quasi illico rediturus ad patrem, quia tamen placuit in conspectu Saulis, misit Saul ad patrem eius, vt permitteret eũ stare semper coram illo Sic patet eo. cap. s. misitque Saul ad Isaj, diceus: Stet Dauid in cõspectu meo, inuenit enim gratiam in ocuiis meis. Item non solũ Saul accepit Dauid tũc, vt maneret cũ eo, sed etiam dedit ei officium speciale in domo sua. s. fecit eum armigerum suum, vt patet sup. c. 16. s. at ille dilexit eũ nimis, & factus est armiger eius: non ergo oportebat, vt nunc nouiter caperet eũ ad manendũ cũ ipso. Respondendum est, ꝙ potest dici, ꝙ nũc nouiter cęperit eum ad manendũ secũ: & hoc propter tria. Primo quia, quamquam iam cępisset Saul Dauid ad manendum secum, & alias fuisset cum eo: tamen reliquerat illũ redire ad patrem, & iam pascebat oues, sicut prius, nec ipse habebat spem redeũdi ad regem, nisi denuo vocaretur, & nunc non venit ad eum, nisi per accidens. s. vt videret fratres suos. Quia ergo iam relictus fuerat à rege, nnnc nouiter ab ipso susceptus est. Secundo dicitur, ꝙ fuit susceptus ad differentiam primæ susceptionis, quoniam in prima susceptione accepit eum, & dimisit: nunc autem cępit, & non dimisit, & habuit propositum numquam dimittendi eum à se recedere. Et ista differentia significaretur in littera, cum dicitur immediatè,

Universidad de Deusto
Biblioteca

diatè, & non concessit ei, vt reuerteretur in Domũ Patris sui. Tertiò dicitur susceпisse eum de nouo, qa nunc suscepit eum ad aliud maius officium, q̃ prius habebat: nam prius erat solum armiger eius, vt patet, supra cap. 16. nunc autem factus est Princeps super viros Belli, vt patet hic: mittebatque eum Rex ad multa negocia expedienda, quia illum familiarẽ habebat. *Et non concessit ei, vt reuerteretur in domũ Patris sui*, ideſt tantum dilexit eum, quod noluit ei iam dare licentiam, vt rediret ad patrem suum: sed, cp̃ semper maneret apud regem. Et istud ponitur ad differẽ tiam primæ susceptionis, quia, cùm primò susceпit eum permisit postea redire in domum patris sui, vt patet præcedenti cap. postquam verò nũc susceptus est, non fuit permissus illuc redire, sed semper mansit apud Regem, quia erat nimis familiaris ei. Nõ est autem intelligendum, cp̃ nunquam permiserit eum ire in Bethlehem ad cognatos suos, sed, quod non permiserit redire ad manendum cum Patre, tanquã non esset iam rediturus: nam, quod aliquando velociter iret ad videndum cognatos, & contribules suos, non tollitur ex hoc, sed solum negatur, quod permissus fuerit redire ad habitandum cum patre, & manendum in pascuis, in statu priori: hoc enim fecerat vice, qua recessit à Saule.

Quare Saul non permisit Dauid reuerti etiam nunc in Domum Patris sui. Quæstio VII.

QVAERET aliquis, Cum Saul acceperit prima vice Dauid ad magnam familiaritatem, & tamen permisit eum redire ad patrem suum: quare nunc non permisit? Quod patet, quia supra cap. 16. dicitur, cp̃ inuenerat gratiam coram eo: & tamen p̃missus est redire. Respondendum est, quod Saul permisit Dauid redire ad patrẽ suum prima vice, quia tunc non videbatur ei nimis necessarius: nunc autẽ visus est sibi necessarius pro omni tẽpore, ideo nunquam permisit eum redire ad patrem. Hoc patet, qa prima vice solum acceperat Saul Dauid in Citharistam, scilicet, quod, quandocunque spiritus Domini malus vexaret Saulem, psalleret coram eo Dauid in Cithara, & leuius habebat, atque recedebat ab eo spiritus nequam. Fecit etiam eum armigerum suũ, ex quadam dilectione, sed cum tempus Belli cõtra Philisthinos aduenisset, vel fortè ante illud Dauid non visus est necessarius Sauli: fortè enim, quia rarò exagitabat eum spiritus nequam, postquam steterat cum eo Dauid Rursus, quia Dauid, quamquam videretur bonę indolis ad opera fortitudinis, tamen, quia erat nimis iuuenis, putauit eum Saul, non profuturum sibi ad opus Belli, ideo remisit illum ad patrem, & tunc fuit in pascuis. Nunc autem cognouerat Saul ex bello præterito, quod Dauid esset vir valde strenuus in armis, ideo ex hoc putauit eum sibi necessarium, cùm semper haberet aliquem cõflictũ contra Hostes. Quod autem Dauid ad hoc acceptus fuerit, apparet: quia dicitur infra, posuit eum Saul super viros suos belli: ergo nunquam debebat permitti redire ad patrem. Item proficiebat nunc Dauid ad id, ad quod primo assumptus fuerat, s. ad Citharizandum coram Saule: nam etiam postea quandocunque arripiebat spiritus nequam Saulem, psallebat Dauid coram eo, vt patet infra in litera: & iterum sequenti cap. *Inierunt aũt Ionathas, & Dauid fœdus*, ideſt fecerunt inter se pactum iurando, quod sibi seruarent amicitiam in æternum. Fuit autem istud magnum signum amoris: Nam fœdus semper ponitur inter illos, qui sunt æquales, vel saltem in aliquo æquales. Inter subditum autem, & Dominum non est fœdus de seruanda amicitia, sed de seruandà fidelitate: Ionathas ergo, cùm esset filius Regis, & Dauid fuisset pauper, non potuisset cum eo fœdus, nisi ex amoris nimietate, & hoc significabat littera sequens, s. Diligebat eum quasi animam suam, ideſt propter hoc iniuit fœdus cum eo, quia diligebat eum nimis: alioquin, quamquam dilexisset eum, & accepisset in aliqualem familiaritatem, tamen non iniuisset fœdus cum eo, quia hoc erat facere sibi Dauid æqualẽ: vnde istud fœdus accepit Dauid pro magno beneficio, cùm ipse esset seruus Ionathæ, vt patet infra ca. 20. s. Fac ergo misericordiam in seruum tuum: quia fœdus Domini me famulum tuum tecum inire fecisti. *Diligebat enim eum, quasi animam suam*, ideſt tantum diligebat sicut vitam suam, istud ponitur hic tãquã reditiuum causæ superioris, s. quod ex hoc Dauid, & Ionathas inierunt fœdus, quia Ionathas diligebat valde Dauid.

Quid sit inire fœdus, & quomodo hoc fiat. Quæst. VIII.

QVAERET aliquis, Quid sit inire fœdus, & quomodo hoc fiat. Respondendum est, quod fœdus est pactum mutuum inter aliquos, de amicitia seruanda in æternum, vel de obseruanda subiectione, aut fidelitate, aut similibus, s. de veritate seruanda: & ideo fœdus tripliciter fit. Primum est fœdus amicitiæ, quando promittitur seruari amicitia perpetuo inter aliquos: sic autem fuit inter Dauid, & Ionatham: quia, quamquam essent inæquales, tamen Ionathas ex nimio amore condescendit, vt eẽt æqualis Dauid, & iniret cum eo fœdus æqualitatis. Secundo modo fit fœdus inter minores, & maiores, scilicet, quando minores præstant fœdus, promittẽtes se aliquid facturos, quod confirmant in fœdere. Maiores autem solam obligationem suscipiunt, nihil promittentes: sic enim fuit fœdus inter Israelitas, & Deum, cũ ipsi promiserunt se seruaturos omnia mandata eius, & hoc confirmauerunt, facientes cæremonias fœderis, vt patet Exod ca. 24. & iterum tempore Iosue inierunt fœdus cum Domino de seruando totam legem ad petitionem Iosue, vt patet Iosue 24. ca. s. Percussit ergo Iosue in die illo fœdus, & proposuit præcepta, atque iudicia populo in Sichen. Tertio modo fit fœdus inter maiores, & minores, s. cp̃ soli maiores præstẽt fœdus, s. promittendo se aliquid facturos, minores verò solùm recipiũt obligationem. Et sic est, si Domini præstent obligationem, & fidem de seruando Priuilegia, & immunitates subditorum: vel de conferendo eis aliquid. Et hoc modo Deus pepigit fœdus cum Abraam, p̃mittẽdo ei, quod daret semini suo terram Chanaã, vt patet Gen. 15. s. In die illa pepigit Dominus fœdus cum Abraam, dicens: Semini tuo dabo Terram hanc. Considerandum vlterius, quòd, cùm fœdus sit obligatio quædam inducta per promissionem, vel promissio inducens obligationem, vt ista promissio firmior esset, fiebant quædam cęremoniæ, quib. ponebatur in litera: & propter illas cæremonias vocabatur specialiter ista promissio. Erant autem cæremoniæ, cp̃, quando fiebat fœdus, occideretur aliquod animal, & diuideretur in duas medietates à summo, vsq; ad deorsum, & ponebantur altrinsecus oppositæ: inter quas transibat vterque, qui iniebat fœdus, vel si multi essent omnes transibant: & significabatur in diuisione illa animalis, quod, quicunque de componentibus fœdus præuaricaretur illud, diuideretur in duas partes, sicut diuidebatur illud animal. Iste fuit modus ab

eius ab antiquissimo inter omnes Gsntes, vt ait Paulus Orosius tertio libro de Ormesta mundi. Fuit etiã inter Hebræos: vnde Deus fecit sæpe, cp̃ Hæbrei cũ illo inirẽt fęd⁹, factis istis cęremonijs, & ipse quoq; similiter cum illis iniuit, occisis animalibus, sicut inter gentiles, vt patet Gen. 15. c. & hoc, quia non putabant alias gentiles aliquod pactum firmum esse, nisi fœdere firmaretur.

An Ionathas, & Dauid obseruauerint istas cęremonias in fœdere amicitię eorum. Quæstio IX.

QVAERETVR vlterius, An in fędere, quod inierunt Ionathas, & Dauid, obseruatæ fuerint istæ cæremonię. s. cp̃ occisum fuerit aliquod animal inter cuius diuisiones trãsierint Dauid, & Ionathas? Respondendum est, cp̃ non patet expresse, an istę cęremoniæ fuerint obseruatæ in federe eorum, vel solum fuerit pactũ iuramento firmatũ. Credendũ tamen est, cp̃ istæ cæremoniæ interuenerunt: nam aliter non vocarẽt fœdus, sed promissio, vel obligatio, aut pactum: vocatur aũt fœdus: ideo dicendũ, cp̃ obseruatæ fuerint cęremoniæ, nec oportuit, cp̃ exprimerẽt, illas seruatas fuisse: quia non vocat̃ fœdus, nisi cũ ista fiũt: & ideo, expresso nomine fœderis subintelligũtur illa, sine quibus fœdus nõ est: & huiusmodi sunt istæ cęremoniæ: potissime: quia etiam in fœderibus, quæ fiebant ad Deũ, vel quæ Deus faciebat cum Israelitis, ista seruabantur. A fortiori ergo in fęderibus, quæ componebantur inter homines. Apparet aũt hoc, qa quando Deus pepigit fędus cum Abraham de dando ei terram Chanaã, occisa sunt animalia ad cęremonias fęderis, scilicet vacca triũ annorum, & Capra, & Aries totidem annorum, & Turtur, & columba: aues autem non fuerunt diuisæ; quadrupedia autem sic: & fuerũt positæ partes altrinsecus, ita, vt maneret in medio via, per quam aliquis transire posset. Et quia Abraham ibi nihil p̃mittebat Deo, sed acceptabat promissionem illius, non transiuit inter medias diuisiones: Deus autem transiturus erat, & quia Deus erat incorporeus, nõ potuit per seipsum transire ad occubitum Solis facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumãs, & lampas ignis, transiens inter medias diuisiones: iste autem transitus flammę erat loco Dei, & ī hoc ipse iniebat fędus. Vnde dicitur ibi immediatẽ ī die illa pepigit Dominus fœdus cũ Abraham. s. per cęremonias istas, quæ præcesserunt, & per verba, quæ ibi sequũtur. s. Semini tuo dabo terram hãc à fluuio Aegypti vsq; ad flumen magnũ Euphratem: De his Gen. c. 15. Rursus autem, cũ Israelirę fecerũt fœdus cum Deo in confirmatione legis, factæ sunt istæ cęremoniæ: nam immolata sunt animalia in sacrificium, & in signum fęderis aspersus est sanguis eorũ super populũ, & super librum eius, & super altare, vt patet Exo. 24. c. & ad Hebre. 9. Quod autem istud esset fœdus, patet prealle. c. nam dixit Moyses ad totum populũ: Hic est sanguis fęderis qđ pepigit Dominus vobiscum super cunctis sermonibus his: sic quoq; quando aliàs faciebant specialiter Israelitæ fœdus cum Domino, obseruabant istã cęremoniã occidendi animalia. Sic fuit in tempore Regis sedechiæ, quando omnes Israelitæ permiserunt omnes seruos suos, quos habebant de genere Iudæorũ abire liberos, & inierunt fœdus cũ Domino, cp̃ nũquã eos repeterent in seruitutem: postea aũt redegerũt eos, vt prius in seruos, & Deus comminatur eis sup hoc: tamen, quando istud fędus inierunt, occidẽrũt animalia, & omnes, qui erant in Ierusalem, transierũt inter diuisiones vituli occisi. De hoc Iere. c. 34. s.

A Et dabo vos in commotionem regnis terræ; & dabo viros, qui præuaricantur fœdus meum, & non obseruauerunt verba fęderis, quibus assensi sunt in conspectu meo: vitulũq; occiderunt in duas partes, & trãsierũt inter diuisiones Principes Iuda, & Principes Ierusalem, eunuchi, & Sacerdotes, & omnis populus terræ. Ex hoc ergo apparet, cp̃ in qbuscũq; fęderibus, quæ fiebant ad Deum, obseruabantur cęremonię occisionis auimaliũ, quamquam non semper fiat mentio de illis: à fortiori ergo in fęderibus, quæ fiebant inter homines: quia isti volebãt magis cęrtitudinem in signo sensibili. s. in cęremonijs exterioribus. Inter Ionatham ergo, & Dauid, dicendũ est istas cęrimonias fœderis, & intercessisse generaliter vbicũq; dicitur fœdus initium fuisse, credendum est, cp̃ interciderint omnes istæ cęrimoniæ, q̃q̃ non exprimantur. *Nam spoliauit se Ionathas tunica, qua erat vestitus.* Istud inducitur hic ad probationẽ præcedẽtis dicti. s. cp̃ diligebat Ionathas Dauid sicut animam suam, & manifestatur in opere, qa mox exuit se vestibus suis, & dedit eas Dauid. Tunica, de qua hic dicit, erat vestis superior Ionathę. s. clamys eius, vel pallium, quod patet, quia postea dicitur de reliquis vestimentis. Esset ergo tunica præciosior cæteris, qa erat vestis superior: & de ea fit mentio specialiter. *Et dedit eam Dauid, et reliqua vestimenta sua.* Hoc faciebat ad mostrandum amorem: vnde nõ solum vestem superiorem ei contulit, sed etiã omnia alia C vestimenta, ita, vt nudus omnino maneret tunc Ionathas, sed induit se vestimẽtis alijs, quia, cũ esset filiꝰ Regis, facile erat sibi habere multa de his. *Vsq; ad gladium, & arcum suum, & vsq; ad baltheum.* i. etiam dedit sibi Gladium, & Baltheum, & Arcum. Vocatur hic gladius Ionathę Ensis suus, quo vtebatur ad bellũ: Arcus erat quem ipse familiariter habebat vtens arte sagittaria. Baltheus erat cingulum Ionathæ: & non est Baltheus absolute cingulum, sed solum cingulum militare, & significat quandam dignitatem: Dauid autem iam factus fuerat miles, cum pugnauisset contra Coliath, ideo ad repręsentandũ dignitatem militarem datum est sibi cingulum.

Ionathas in signum maximi amoris dedit Dauid omnia vestimenta, quibus indutus erat. Quæstio X.

D QVAERET aliquis, Quare Ionathas dedit Dauid vestes suas? Respondendum est, quòd littera hoc innuit factum esse propter amorem nimiũ: vnde, cũ sup. dixisset, cp̃ Ionathas diligebat Dauid, quasi animam suam, subditur: Nam spoliauit se Ionathas tunica, qua erat vestitus, & dedit eã Dauid, & reliqua vestimenta sua: Sed tũc dicetur: quare magis dedit vestimenta, quàm aliquid aliud. Respondendũ est, cp̃ Ionathas, eo cp̃ maxime diligebat Dauid, voluit ei dare aliquod donum in signum amoris, potissime, quod maneret apud amicum, vt per illud donum esset continua memoria alteri⁹ amici. Visum est aũt Ionathæ, cp̃ nullum erat conueniens E tius donum pro tunc, quàm vestimenta, & arma: iõ, quamquam Ionathas potuisset dare Dauid pecuniã magnam, vel aliquid aliud, qđ esset maioris precij, quàm vestimenta, & arma, dedit tamen ista, qa magis conueniebant, & erant ista conuenientia in duobus. Primo, ex parte Ionathæ. Secundo, ex parte Dauid. Ex parte Ionathæ ista nimis conueniebant, qa Ionathas tunc non dabat donum aliquod Dauid, vt eum ditaret, sed, vt ei affectionem nimiã demonstraret. Nihil autem erat, per quod tãtum posset indicari affectio Ionathæ ad Dauid, quantum dando ei vestes suas omnes: nam ille, qui intense amat, iam

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non est sui iuris, quia se totum posuit in amato; cũ anima verius sit vbi amat, q̃ vbi animat iuxta Dionysiũ. li. de diuinis nominibus. Et quia Ionathas nimis intensè diligens, se totum posuerat in Dauid, voluit ei hoc indicare, qđ nõ potuit esse cõueniẽti? q̃ dãdo ei oĩa illa, q̃ erãt sibi ĩmediata: nihil aũt erat ĩmediati? sibi, q̃ vestes. Dare ergo omnes has illi, erat quasi seipsum totũ dare, ideo conuenientius datę sũt vestes ad significandũ amorem, q̃ aliquid aliud. Et hoc potissimè, quia non solũ fuit data vestis superior, sed omnes vestes vsq; ad carnem. Secũdo fuit hoc conuenientius, q̃ aliquod alterũ donum ex parte Dauid: nam illud quisque desiderat, & illud maximum bonum esse estimat, quo maximè indiget: vnde infirmi salutem maximum bonũ dicunt: pauperes autem diuitias: & qui, sibi ignorantiæ conscij sunt, eos qui supra se aliquid magnum dicunt, tanq̃ aliquid diuinum admirantur, vt ait Aristo. 1. Ethic. sed Dauid nullo tunc magis egebat, quàm vestibus quando Ionathas ei illas contulit: ideo conuenientissimum munus fuit dari vestes. Patet hoc: quia Dauid venerat in habitu pastorali portans peram, & baculum, & fundam: alię quoq; vestes essent rudes. i. de panno grosso, & parui valoris: hoc autem inhonestum erat in Dauid, cum assumptus fuisset ad magnũ honorem, & familiaritatem Regis: ideo nõ decuit, vt amplius illis vestibus vteretur, quod considerans Ionathas illico puidit inopiæ amici sui, exuẽs se omnibus vestibus, & conferens eas illi. Nec passus est expectare quousq; fierent aliæ vestes nouæ pro Dauid: tum vt maiorem affectionem indicaret dãdo ei vestes, quibus ipse tegebatur, tum saltem: nec per modicũ tẽpus maneret Dauid in priori habitu.

Quare Ionathas dedit Arcum, & Baltheum. Quæst. XI.

QVAERETVR vlterius, Quare Ionathas dedit Dauid Arcum, & Baltheum: quia ista, non erant ad suppẽdam necessitatem eius, sicut fuit de vestibus. Etiam non erant necessaria ad iudicandũ magnitudinem amoris sui, quia iam sufficienter iudicauerat conferendo vestes. Respondendum est, q̃ in istis est controuersia propter istam dictionem vsq;: quæ potest teneri includiuè, vel excludiuè: Aliqui exponunt hoc excludiuè. s. q̃ dederit oẽs vestes vsq; ad gladium arcum, & baltheum. i & non dederit gladium, nec arcum, nec baltheum. Et hoc: quia non poterat his honeste carere. Alio modo exponit vsq; includiuè. s q̃ dederit omnes vestes vsq; ad gladium arcũ, & baltheum. i. etiam dederit ista. Et iste modus exponendi est communis, & nos, cum loquimur similia, communiter intelligimus vsq; includiuè Hic autem sic accipitur, nec est aliquod dubium, q̃ teneatur includiuè, vel excludiuè: quia quãdocunq; aliqua sunt subordinata, vel pertinent ad idem genus, potest teneri vsq; includiuè, vel excludiuè: velut si aliquis diceret, iste dedit illi omnes vestes vsq; ad interulam: potest ibi dubitari, an teneat vsq; includiuè, vel excludiuè. Et hoc: quia vestes sunt subordinatæ, & pertinẽt ad idem gen?. s. omnes sũt ad induendũ, ideo, cum dicitur vsq; ad interulam, ratio dubitandi est, An interula quoq; data sit, vel ĩ ea fuerit terminus donationis excludiuè. Quando tamen aliqua pertinent ad diuersum genus, & nõ habẽt inter se aliquam coordinationem, semper vsq; tenetur includiuè, addendo aliquid, vt si dicat: iste dedit illi omnes vestes suas vsq; ad Equũ, & vsq; ad libros, intelligitur, q̃ dederit vestes, & etiam Equum, & libros. Ratio diuersitatis est: qa ista dictio, vsq;, debet poni ad aliquid significandum. Cùm ergo poni tur in rebus eiusdem generis, vel habentibus inter se ordinem, siue ponat includiue, siue excludiuè, aliquid operatur. Si autem in rebus diuersorum generum poneretur vsq; excludiuè, esset omnino superflua, ideo oportet, q̃ ponat̃ includiuè cũ propriè ponitur. Apparet hoc: quia si solum diceret: iste dedit illi omnes vestes: simpliciter intelligeret de omnibus; cum tamẽ dicitur, q̃ dedit omnes vestes vsq; ad interulam, potest poni ibi, vsq;, ad excipiendum aliquid de ista vniuersitate: si autem ponatur includiuè, etiam tollitur dubiũ: quia quamquam interula esset vestis, qa tamen est vltima & parui valoris, & q̃ non consueuit dari, putaret aliquis eã non fuisset datam, ideo ad significandum, q̃ fuerit data ponitur vsq; includiuè. Siue ergo includiuè, siue excludiuè ponatur in rebus coordinatis, nõ est superflua: si tamen in rebus non coordinatis, nec pertinentibus ad idem genus poneret vsq; excludiuè esset superflua, qa aliquis dicat: iste dedit illi oẽs vestes suas, de vestibus solum intelligitur. Et non est dubiũ aliquod, an libri, vel equ? intelligantur per hoc. Si aũt dicat: iste donauit illi omnes vestes suas vsq; ad equũ & libros, si teneatur vsq; pro præter excludiuè non operatur aliquid: quia nihil magis significat, quàm cum dicatur: iste donauit illi omnes vestes. Si autẽ ponatur includiuè, stat additiuè, & tũc multũ operatur: vt si dicatur: iste donauit omnes vestes vsque ad equum, & libros. i. etiam donauit equũ, & libros, ideo Dauid egebat baltheo. Arcu quoq;, & Gladio egebat: qa nulla habebat arma; cum solum veniret in castra portans Baculum, & fundam: ad statũ tamen militarẽ armis egebat. Sed adhuc magis erat secunda ratio. s. quòd ista data fuerint ad indicandã affectionem Ionathæ erga Dauid: nam sicut vestes dedit, non quia illę essent valde magni valoris, sed quia erant sibi coniũctę; ita Gladiũ, Arcum, & Baltheũ dedit, qa ita erãt sibi nimis familiaria. Et ob hoc, q̃q̃ Ionathas haberet alia genera armaturæ nõ tamen dedit Dauid nisi ista: quia erant familiaria nimis. De Baltheo patet: quia in illo significabat̃ dignitas militaris Ionathæ, & eo semp accinctus erat: dans ergo illũ Dauid videtur quasi dedisse ei dignitatem suam militarem, vt illa iam esset in Dauid: Gladium quoq; dedit, qa cum sit armatura leuis, & cõmunis vtebatur eo semper Ionathas. Et ob hoc erat sibi familiarior, quam alia arma. De Arcu autẽ adhuc specialius erat: quia nullum genus armaturę erat, ad quod magis afficeretur Ionathas, q̃ ad illud: nam exercebant se nimis Ionathas ĩ arte sagittaria, & erat in ea expertus, atq; habebat semper secũ arcum, sicut Saul afficiebatur nimis ad lanceam, & habebat eam semper secum. Vnde quando Ionathas voluit dare Dauid signum, & loqui ad Dauid secretè, vt receederet à facie Saulis dixit ei: Sedebis iuxta lapidẽ, & ego tres sagittas mittam iuxta eum, & iaciam quasi exercens me ad signum, vt patet inf. cap. 20. Ex quo innuitur, q̃ ipse assuetus erat ad exercendũ se in arte sagittaria. Vnde qa in hac erat valde excellens, laudauit eum Dauid in planctu, quem fecit pro morte eius, & Saulis de arte sagittaria, vt patet inf. 2. li. ca 1. s. Sagitta Ionathæ nũq̃ rediit retrorsũ, & gladius Saul non est reuersus inanis. Habebat ergo nimis familiarem sibi Arcum: & cũ illũ dedisset Dauid, designabatur in hoc magnus amor. Apparet ergo q̃ ista tria. s. Gladius, arcus, & Baltheus conuenienter fuerint data Dauid à Ionatha ad designandum amorem. *Egrediebatur quoque Dauid ad omnia quæcunq; miſiſſet eum Saul.* In hoc significatur magna familiaritas, quam habebat Saul ad Dauid: nã priusq̃ fæmine ceciniſſent coram eo, percussit Saul mille, & Dauid. 10. milla, erat nimis acceptus Dauid Sauli, & mittebat eum ad omnia opera quæcũq; secretè agere debuisset, atq; cõfidebat ei res magnas. Post quam vero audiuit verba hæc, non potuit eum aspicere rectis oculis, sed conabatur eum occidere, vt patet inf. *Et prudenter se agebat.* i. de omnibus negocijs erat prudens ad procurandũ illa. Et ob hoc erat nimis diligendus, quia esse prudentem est vna pars, & quasi medietas totius esse, & boni humani. Sed postea hoc versum est Dauid in scandalũ: nam, sicut à principio diligebat eum Saul, qa prudens erat, ita postea cœpit abominari illum, & fugere ꝓpter prudentiam, vt patet inf. in littera. s. vidit itaq; Saul, q̃ Dauid prudens esset nimis, & cœpit cauere eum. *Posuitq; eum Saul super viros belli.* Hoc fuit anteq̃ haberet eum exosum: nam postea amouit eũ a se, vt patet inf. Fuit autem positus super viros belli, qa cum cognitum esset eũ esse virum nimis animosum, sicut patuit in bello contra Goliath, & esse valde prudentem ad habendũ se cautè in omnibus negocijs, commissa est sibi cura belli, quia ista duo faciunt ducem esse perfectum. Sciendum tamen, q̃ quamq̃ esset positus super viros belli non cessabat à familiaritate Saulis, quia nondum habebat eũ exosum: postea autem cœpit illũ abominari cõstituit in magna dignitate. s. quia fecit eũ tribunum super mille viros: amouit tamen illum à se, vt patet inf. nũc aũt simul erat in familiaritate Regis, & in principatu. *Et acceptus erat in oculis vniuerſi populi.* s. omnes de populo diligebant eũ nimis, & hoc quia ipse liberauerat Israel de manu Philistinorũ occidẽdo Goliath. Rursus, qa cũ ipse esset principatu virorũ belli omnes res prosperè gerebat, & quamquam haberet honorem, & potestatem, nemini tamen erat iniurius, vel onerosus, sed omnes cũ quadam benignitate, & mã suetudine tractabat: hoc autem maximè fauorem comparant viro in potestate cõstituto: vnde nemo erat in populo, qui eum odiosum haberet. *Maximè*

in conſpectu famulorum Saul. s. q̃ quamquam esset in cõspectu oĩm de populo acceptus, magis tamen erat in conspectu famulorum Saulis. Vocantur autem famuli Saulis illi, qui ei specialiter seruiebant in Domo sua, & manebant coram eo. Nam generaliter accipiendo, oẽs erant famuli Saulis, quotquot erãt in Israel, sed hoc accipitur specialiter, & erat coram istis Dauid magis acceptus, quàm coram populo: eo q̃ probitas eius magis erat istis manifesta, quàm populo: assiduitas. n. communicandi virum nobis ostẽdit, siue bonus, siue nequam fuerit. Quòd si bonus fuerit: abundantius hoc patebit eis, cum quibus sẽper communicat, quàm illis, cum quibus raro. Ex quo sequitur eum diligibiliorem esse consocijs suis, quàm ad extraneos: è contrario autem, si nequam fuerit. Sic quippe fuit de Dauid, quia in omni operatione sua abundanter patebat illius virtus, & quia magis assidue cõuersabatur ad famulos Saulis, q̃ ad alios de populo, manifestior erat eis ꝓbitas illius, q̃ popularibus, & cõsequẽter ab eis magis di.igebatur.

Quomodo Dauid positus est à Saule super viros belli, cùm Abner esset Princeps. Quæst. XII.

QVAERETVR quomodo Saul posuit Dauid super viros belli, quia Abner erat princeps militiæ Saulis, vt patet sup. c. 14. & præcedenti. ca. dicit: Ait Saul ad Abner principem militiæ: quomodo ergo priuaretur Abner dignitate sua, quam à principio regni Saulis habuerat, vt nunc Dauid instituere tur? Aliquis respondebit, q̃ Saul deposuit Abner de principatu militiæ, eo, q̃ vidit habiliorẽ esse ad hoc Dauid, cum esset prudens animosus, & iuuenis. Sed hoc non est satis rationabiliter dictum: quia Abner nihil mali meruerat, vt deponeretur, potissimè: qa erat sanguine coniunctissimus Sauli. s. quia erat patruelis eius. s. fili? patrui, & cognatus in secundo gradu, vt patet, supra. c. 14. Item patet, q̃ non amouerit eum à principatu: nam etiã in morte Saulis Abner erat princeps exercitus: & ipse constituit Isboteh filium Saulis Regem, vt patet, infra. 2. lib. ca. 2. Etiam quando fugiebat Dauid à facie Saulis, Abner erat princeps militiæ Saulis, vt patet, infra. c. 26. ergo videt, q̃ non fuit amotus Abner, vt subrogaret Dauid. Sed aliquis respondebit, q̃ Abner fuit priuatus principatu militiæ, quãdo Dauid erat acceptus Sauli, & fuit in illum constitutus Dauid: postquã tamen fugit Dauid à facie Saulis, restitutus est Abner in gradum pristinum principatus militiæ. Sed dicendũ, q̃ hoc nõ stat: nã ẽt tpe, quo Dauid erat accept? Sauli, erat Abner princeps militiæ, vt patet, inf. 20. c. nã in die solemni, in quo sedere debebat Dauid ad mensam Regis cùm Ionatha, & alijs, dr̃, q̃ sedit Abner coniunctus Regi ex latere: si tamẽ mansisset in principatu suo, sed fuisset depositus ꝓpter Dauid: sedes Dauid debuisset esse propinquior regi, quàm sedes Abner, sed falsum est: ergo adhuc manebat Abner in principatu militiæ. Dicendum est igit̃, q̃ Abner non fuit depositus de principatu suo ꝓpter Dauid, fuit tamen Dauid positus in alio principatu, quem non habebat Abner: nam erat Abner princeps toti? militiæ Israel: Dauid autem nõ erat princeps totius militiæ, sed virorum belli: erant enim semper alig viri separati in Israel ad opera bellica: nam Israelitę habebant hostes cõiunctos. s. Philisthinos: ideo oportebat eos super vacare bello, & ad hoc erãt aliqui viri separati, q̃ ponebãt̃ in extremitatib. Israel, & philisthinorũ, & isti resistebãt hostib? veniẽtib? ad terrã Israel, & ingrediebant̃ aliq̃n in terrã hostium: super hos autem constitut? fuit Dauid, quia ipse erat con-

ueniens

vsq; si ponat inter res eiusdẽ gẽris, potest teneri excludiuè, & includiuè: si vero inter res diuersorum generũ, nõ nisi includiuè.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ueniens ad Bellum, & non fuit priuatus Abner aliqua potestate, quam prius haberet. *Porro cum reuerteretur.* Hic ponitur secundum huius, c. scilicet, inuidia secuta ex victoria Dauid. Nam licet non inuideret Saul propter victoriam, quã habuit contra Goliath, immò ex nimis gauisus est, inuidit tamẽ in eo, quod cantabant mulieres de eo propter victoriam. *Porro cum reuerteretur, percusso Philisthęo*, idest, quãdo reuertebatur post mortem Philisthæi ad ferendum caput illius in Ierusalem acciderunt ista, quæ dicuntur hic. *Et ferret caput eius in Ierusalem.* Fuit enim caput Philisthæi portatum per multas vrbes Israel, & ad vltimum positum est in Ierusalem. Quare autem fuit ibi magis positũ, quàm in alio loco, declaratur precedenti cap. Sciendum autem, quod quando Dauid portabat caput Goliath in Ierusalem, non ibat ipse solus, sed etiam ibat illùc Saul: nam immediatè dicitur, quod, quando portabat Dauid caput Philisthæi, egressæ sunt mulieres obuiam Sauli: & tunc ipse audiuit eas canentes: Saul percussit mille: Dauid autem decem millia.

Inuidia Saulis cõtra Dauid vnde orta est.

An immediatè post mortem Goliath, portatum fuerit eius caput in Ierusalem. Quæstio. XIII.

QVAERET aliquis. An istud, quod dicitur de portatione capitis Philisthæi in Ierusalẽ, fuerit immediate post occisionem Goliath, vel intercierit aliquantum tempus. Respõdendum, quod aliqui dicunt, quod non fuit immediatè: sed fuit satis tempus magnum medium, s. quod fuit tempore, quo pugnauit Dauid contra Iebusæos, qui habitabãt in Ierusalem, & tunc portauit eis illud caput videndum, vt timerent nimis. Et sic videtur dicere Nicolaus præcedenti cap. Sed hoc non stat, quia, quandõ Dauid portauit caput Goliath in Ierusalem, ibat illùc etiam Saul, cum dicatur infra, quod, cum iret Dauid in Ierusalem portans caput Philisthini, mulieres exierunt obuiam Sauli, sed quando Dauid pugnauit contra Iebusæos, qui erant in Ierusalem, iam Saul mortuus fuerat, & regnabat Dauid, vt patet infra sequenti li. cap. 5. Ergo non portatum fuit tunc caput Philisthæi illùc, sed ante hoc. Hoc autem dato, cum necesse sit illud fuisse portatum immediatè post occisionem Goliath, viuente Saule, est dubium, an fuerit portatum immediatè post occisionem Goliath, vel fuerit aliquod tempus medium. Videtur autem, quod fuerit immediatè: qa dicitur hic: Porrò, cum reuerteretur Dauid, percusso Philisthæo, & ferret caput illius in Ierusalem. Ergo videtur, quod immediatè, vt reuersus est de occisione Goliath, iuit in Ierusalem ad portandum caput illius. In contrarium dicet aliquis, quod non fuerit immediatè: nã, cum Dauid portabat caput in Ierusalem, mulieres exeuntes de vrbibus canebant, dicentes. Percussit Saul mille, Dauid autem decem millia. Et tunc fuit nimis exosus Sauli Dauid, & non potuit amplius videre eum rectis oculis, sed cogitabat eum occidere: & tamen post mortem Goliath, aliquanto tempore fuit acceptus Dauid Sauli, & constituit eum super viros belli: ergo videtur, quod non fuerit immediatè post mortem Goliath. Respondendum est, qꝑ Dauid portauit caput Goliath in Ierusalem, vt ibi maneret, & portatum fuit etiam per alias vrbes, & tunc mulieres exeuntes, & canentes prouocauerũt odiũ Saulis ad Dauid, non fuit tamen immediatè ista portatio post bellum habitum contra Philisthinos, sed aliquãto tempore quieuit Saul in domo sua, & illo tempore erat Dauid nimis acceptus ei: & de isto tpe dicitur, quod Saul accepit Dauid, & non concessit ei, vt reuerteretur in domum patris sui: tunc etiam fuit, quod habetur supra, scilicet, quod egrediebatur Dauid quocunque mittebat eum Saul, & in omnibus prudenter se agebat. Etiam tunc constitutus est Princeps super viros belli: sed istud nõ fuit multum tempus. Cum autem Saul egressus est, vt iret in Ierusalem, & cum eo Dauid ad portandum caput Goliath, incurrit Dauid odium Saulis, & iam non aspiciebat eum rectis oculis, vt patet infra. Cum autem dicitur. Cũ reuerteretur Dauid, percusso Philisthęo, & ferret caput eius in Ierusalem, non est intelligendum, quod immediatè, vt reuersus est Dauid de percussione Philisthæi, ferret caput eius in Ierusalem, sed fuit post occisionem, licet aliquanto tempore post. *Egresse sunt mulieres de vniuersis vrbibus Israel.* Istę egrediebantur ad honorandum Saulem incedẽtem per vrbes Israel. Et dicitur, quod egressæ sunt de omnibus vrbib⁹, quia fortè ibat Saul ꝑ oẽs vrbes Israel.

Resp. Nic. refellitur.

An puellę de omnibus vrbibus egresse fuerint obuiam Sauli, & Dauid. Quæstio XIIII.

QVAERET aliquis. Quomodo potuerit esse, qꝑ mulieres de omnibus vrbibus Israel egrederentur obuiam Sauli? Aliquis respondebit, quod dicitur de omnibus vrbibus, idest de aliquibus, quia mos scripturæ ẽ dicere vniuersaliter, qñ multa sunt, iõ, cũ nunc egressæ fuerint mulieres de multis vrbibus obuiam Sauli, dicebatur, quod egressæ fuerant de omnibus. Sed dicendum est, quod istud, quod hic dicitur de mulieribus exeũtibus obuiam Sauli, fuit quando iuit in Hierusalem, ad portandum caput Philisthæi. Et põt dupliciter intelligi. Vno modo, qꝑ egressæ fuerint mulieres de omnib. vrbib Israel, idest de omnibus illis, per quas Saul procedebat iturus in Ierusalem. Alio modo potest intelligi, quod de omnibus vrbibus egressæ fuerint mulieres, s. quia Saul ibat per omnes vrbes Israel: hoc autem esse potuit ad indicandum magnum gaudium, ex victoria habita contra Philisthinos, & ad ostendẽdum caput Philisthæi per omnem terram Israel, vt ex eius magnitudine indicaretur magnitudo victoriæ: & hoc verisimile est: nam sic faciebant Philisthini, quando habebant aliquam excellentem victoriam de Israelitis. Nam cum occiderunt Saul, & filios eius, præciderunt caput Saulis, & spoliauerunt eum armis, & miserunt in Terram Philisthinorum per circuitum, vt annunciaretur in templo idolorum, & in populis, vt patet infra cap. vltimo. Sic ergo existimãdum est, quod factum fuerit hic, cum essent Israelitæ, & Philisthini hostes, & vellent magnificare victorias, quas de se inuicem habebant. *Cantantes chorosque ducentes*, idest istę mulieres canebant coram Saule. Et hoc erat in choris, s. qꝑ non canebat quęlibet per se, sed diuidebantur per choros: iste enim est modus canendi fœminarum. *In occursum Saul Regis*, idest istæ fœminæ exibant in occursum Saulis ad honorandum eum, quia erat Rex: & non dicitur, quod exibant in occursum Dauid. Et tamen, cum cœcinerunt multo magis laudauerunt Dauid in cantu suo, quã Saulem, vt patet immediatè: vnde ex hoc indignatus est nimis Saul. *In tympanis lętitię, & sistris*, idest exibant cũ tympanis, & cum sistris. Istis instrumentis vtebãtur ad solemnitatem in cantu, & ad concinẽdum: quia vox sola non videtur habere perfectam armoniam. Ponuntur autem hic duo instrumenta, s. tympana, & sistra: tympana enim dicuntur esse instrumenta lignea concaua, quæ pergameno contecta sunt: & percussa vocem reddunt, & dicuntur tympana à tinniendo: quia tinnitum reddunt. Sistra dicuntur esse instru-

instrumenta lignea cõcaua: quæ pergameno contecta sunt: & percussa vocem reddunt, & dicunt tympana à tinniẽdo, qa tinnitum reddunt. Sistra dicuntur esse instrumenta de ligno, quæ in circuitu rotulas quasdam de ferro volubiles habent, & cum illa mouentur, concutiunt rotulæ ferri, & reddunt cõcordem armoniam. Vocantur autem sistra in Idiomate nostro, sonaias. Alij autem, volunt quòd sistra dicantur esse duæ particulæ ferri concauæ, q̃ cum manibus teneantur, concutiuntur, & sonitum reddunt: & vocantur vulgariter terrenumellas, & istã expositionẽ tenet littera chaldaica. Alii autẽ dicũt, quòd sit quoddam iustrumentum habens tres chordas: & hoc volunt ex deriuatione Hebraica, qa vbi nos habemus sistra, Hebrei dicunt. Selossin: quòd deriuatur de Selossa, & significat tria. *Et præcinebant mulieres laudentes*. i. ludebant, & canebant. Ludere enim significat corizare, & manibus plaudere, & agere tripudia. Sic dicitur Exo. c. 32. sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. s. ad ducendum choros, vt patet ibi. *Atq; dicebant: Percussit Saul mille, & Dauid decem millia.* Hoc dicebant ad honorem victoriæ: nam, quia tunc agebatur festiuitas victoriæ, carmina facta sunt de victoria: sic enim quando Israelitæ transierunt mare rubrum, & Aegyptij perierunt: Incęperunt canere Hebræi, dicentes. Cantemus Domino: gloriosè enim magnificat⁹ est: equũ, & ascensorem proiecit in mare. Exo. c. 15. Ita hic de victoria fiebant carmina, sicut ibi de morte Aegyptiorum, & liberatione Israelitarum. Sciendum tamen: quod non dicitur, quòd Dauid occiderit decẽ millia: quasi ipse tot occiderit, quia non legitur occidisse, nisi Goliath: Saul quoq; nõ occidit mille, sed dicuntur ista per comparationem: quia totum Bellum, quod fecerunt Israelitę, persequendo Philisthinos, attribuitur Sauli, & totum Bellum, quod factũ est occisione Goliath, attribuitur Dauid. Hoc autẽ dicebant esse decies æquiponderans: ideo dederunt Dauid decem millia, Sauli autem mille. Et in hoc rationabiliter loquebantur: quia, si Dauid non occidisset Goliath, Israelitæ non occidissent aliquẽ Philisthinũ, nec Philistini fugissent à facie Israel, sed potius Israelitæ fugerent à facie Philistinorũ, ideo nõ solum. 10. millia virorum tradi debuerunt Dauid, sed etiam totum bellum: fœminę tamen voluerũt aliquid tribuere Sauli, & dederunt ei mille viros. *Iratusq; est Saul nimis.* s. quia audiuit verba mulierum canentium: Et verũ est, quòd ille mulieres fuerunt insipientes: quia non debebant magis honorare Dauid, quã regem, etiam si Dauid hoc merereꝫ, ideo, si voluisset eũ nimis honorare, potuissent aliter canere, scilicet attribuentes totam victoriam Dauid, & nihil loquentes de Saule, & tunc fuisset maior honor Dauid, & non fuisset aliquod dedec⁹ Saulis: quia dedecus ex comparatione apparuit, cum daretur aliquid de victoria Sauli, sed maior pars decoris fuerit attributa Dauid. *Et displicuit in oculis eius iste sermo*, scilicet sermo mulierum canentium: Percussit Saul mille, &c. Displicebat autem, quia multum auferebatur de honore eius. In Regibus autem potissimum, quod est, honor est, quo ablato, principatus Regalis ad nihilum deductus est.

Quare sermo puellarum Israelitarum displicuit Sauli. Quæst. XV.

QVAERET aliquis, Quare displicebat hic Sauli de sermone isto. s. An displicebat ex hoc, qꝑ magis honorabatur Dauid: quàm ipse, vel propter aliquid aliud, qđ sequebatur ex hac honoratione? Respondendum est, quòd displicuit hoc Sauli propter duo. Primo: quia nimis fuerat dehonoratus in hoc, quòd Dauid fuerat habitus, tãquam maior ipso. Secundo displicuit ei: quia ex hoc videbatur infirmari Regnum Saulis. De primo patet: nam rationabiliter poterat contristari Saul, quòd aiquis ī regno suo magis honoraretꝫ, q̃ ipse: nec īhoc nimis peccauit, sed quia propter illud secutus est Dauid, qui in hoc innocens erat, cum ipse non procurasset istam laudem, sed fœminæ errauerant canendo sic: nec, si hoc solum fuisset causa iracundiæ Saulis, fuisset tam grauiter iratus: qa etiam si tũc nimis irasceꝫ post paululũ requieſceret furor, cũ nõ hꝫ aliq̃ causam, quotidie tamẽ magis incãdescebat, vt patet ī. Sed dicendum est, qꝑ aliud est principalius, scilicet qa timuit Saul ex hoc priuari Regno, vel saltem, qꝑ posteri sui priuarentur: nam ex verbis mulierum canentium collegit Saul magnitudinem affectionis totius populi erga Dauid, cum etiam, præsente Saule, ausę fuissent fœminæ decupulo laudare Dauid super Saulem. Credidit ergo Saul, qꝑ, cum esset tantus fauor populi erga Dauid: posset Dauid facliter conciliare sibi animos omnium populariũ ad hoc, qꝑ eligerent eum in Regem, & deponerent Saulem. Hoc autem significauit Saul in verbis suis immediatè, dicens: Dederunt Dauid. 10. millia, & mihi dederunt mille; quid ei supereſt, nisi solum Regnum? quasi dicat, cum totus populus tantum eũ diligat, qꝑ etiã, me præsente, eum magis laudet, quàm me: qd supereſt, nisi qꝑ, propter magnitudinem fauoris, det ei regnum? q. d. nihil aliud supereſt. Vt ergo Saul euaderet istum timorem, scilicet, ne Dauid eligeretur in Regem à populo, intendebat eum occidere, sicut sequenti die conatus est occidere, vt patet inf. Etiã Saul timuit, qꝑ, cũ Dauid videret tantum fauorem populi erga se, qꝑ libenter eum facerent regem, conaretur occidere Saulem, vt regnaret post eũ: & qa habebat ante hoc magnam familiaritatem Dauid cum Saule, & poterat eum sic faciliter occidere: curauit Saul amouere à se Dauid, vt nõ daret ei occasio faciendi malũ, vt patet inf. in littera. s. Et timuit Saul Dauid, eo, qꝑ esset Dominus cum eo, & à se recessisset: amouit ergo eum Saul à se, & quanto Dauid habebant maiorem opportunitatem ad occidendum Saulem, & conciliandi sibi animos populi, vt regnaret, tanto magis timebat eũ Saul, & quia Dauid erat prudens, & propter hoc poterat cauti⁹, & facilius procurare, quod vellet, timebat eum magis Saul, & tanto magis seruabat se ab eo. Quod patet inf. in littera. s. Vidit itaq; Saul, qꝑ Dauid esset nimis prudens, & cepit cauere eum. ¶ Item, postquàm Michol filia Saulis data est in vxorem Dauid, & dilexit eum nimis, timuit eum magis ob hoc Saul: qa habebat iam maiorem opportunitatem nocẽdi ei: sic patet inf. in littera. s. Michol autem filia Saulis diligebat Dauid: Saul magis cepit timere eũ. Itẽ, Saul putauit, qꝑ dato, quòd non auferretur ei viuenti Regnum, quòd auferretur posteritati eius: & ob hoc, cum quæreret eum ad occidendum, & Ionathas filius Saulis defenderet Dauid, dixit ad eũ Saul: Omnibus diebus, quibus filius Isai vixerunt super terram, non stabilieris tu, nec reguum tuum. i. nunquã erit regnum tuum firmum, dum ipse vixerit: & ob hoc volebat eum interficere, vnde subiunxit: Itaq; iam nunc mitte, & adduc eum ad me: quia filiꝰ mortis est, vt patet inf. 20. c. & ista fuit causa totalis, quare persecutus fuit Saul Dauid semper quousq; fugit de Regno Israel: nam putabat, eo viuẽte, regnũ suum non esse securũ. *Dixitq; Dederunt Dauid. 10. millia, & mihi dederunt mille*, q. d. multum est auersus animus

mus populi à me,& nimis est fauorabilis Dauid, cũ ei dederint 10. millia,& mihi mille. Sciendum autẽ, ꝙ istę lætitiæ, & cantus facti in honorem Dauid,innotuerunt Philisthinis: vnde quando iuit Dauid ad Regem Achis in Geth, quæ est terra Philisthinorũ, dixerunt seruis Achis: Nunquid non est iste Dauid Rex terræ? Nonne hic est,cui cantabant per choros dicentes: Percussit Saul mille, & Dauid decem millia? infra,c.21.etiam Principes Philisthinorum dixerunt hoc regi Achis,quando ducebat secum Dauid in Bellum contra Israelitas.s. Nonne iste est Dauid, cui cantabant in choros, dicentes percussit Saul in milibus suis, & Dauid in decẽ milibus suis? inf c.29. *Quid ei supererit,nisi solum Regnum?* i. quid deficit sibi,nisi Regnum? q.d. nihil. Et est sensus, ꝙ cum populus tãto eum fauore diligat,quia etiam,me præsente,plus illum,quam me laudat,nihil deest de eis,quæ populus sibi dare potest, nisi, ꝙ det ei Regnum. q.d oẽm alium honorem,quem ei dare poterat,iam dedit,cũ ei plusquam mihi laudes tribuerit. Vel aliter,quid ei supererit, nisi solum regnum? i. Dauid iam habet oĩa alia bona,cum honoratus fuerit plusquam Rex: nec deficit sibi ad cumulum omnium bonorum, nisi ꝙ habeat regiam potestatem. q. d. cũ ergo ipse videat iam nihil sibi deficere,nisi regnum,laborabit, vt regnum habeat: & sic erit mihi hostis,insidiabiturque mihi, donec accipiat Regnũ: & ob hoc cępit persequi eum ad mortem, vt patet immediate. *Non rectis ergo Saul aspiciebat Dauid à die illa,& deinceps.* i.in die illa, & in omnibus sequentibus Saul non aspiciebat Dauid rectis oculis,sed cum odisset eum,auertebat oculos suos ab illo, & cùm respiceret eum intuebatur oculo furibundo. *Post diem autem alterum.* Hic ponitur tertium huius. c.s. malitia Saulis in opere propalata: & diuiditur in duo, quia primò ponitur malitia eum inuadendo. Secundò filiam suam illi insidiosè promittendo ibi. *Dixit autem Saul.* Circa primũ dicitur. *Post diem alterum inuasit spiritus Domini malus Saul.* Nondum enim Sanatus fuerat Saul à morbo arrepticio, sed quamquam non inuaderet sæpe Dæmon Saulem: inuadebat tamen interdum. Accidit autem, ꝙ sequenti die, postquam mulieres cecinerãt corã Saule, arriperet eum Dæmon, sicut solitus erat. Aliqui autem dicunt, ꝙ sequenti die eum aripuit in pœnam peccati.s. quia conceperat odium ferox cõtra Dauid, cum ipse innocens esset. Dicunt etiam, ꝙ tunc eum grauius agitauit, quàm prius torquere solebat. *Et prophetabat in medio Domus suæ.* i. erat Saul in Domo sua, quando arripuit eum spiritus nequã: & prophetabat.s. loquendo verba illa, ad quæ Dæmon eum impellebat, sicut facere solent alij arrepticij.

Quomodo Saul vexatus à Dæmone prophetauit, & an aliquis potest prophetare per Dæmones. Q. XVI.

QVAERET aliquis, Quomodo Saul prophetauit hic, quia nunc vexabatur à Dœmone? Aliquis respondebit, ꝙ non erat mirum, ꝙ prophetaret Saul: quia iam aliàs prophetauerat, & post hoc etiam prophetauit. Quòd prius prophetaret apparet.sup.c.10. quia dixit Samuel Sauli: insiliet in te spiritus Domini, & prophetabis cum eis, & mutaberis, in virum alterum: & postea sequitur eo.c. ꝙ cum venisset Saul ad collem, exijt cuneus prophetarum obuius ei, & insilijt super eum spiritus Domini, & prophetauit in medio eorum. Post hoc etiam iterum prophetauit Saul, cum iuit ad quærendum Dauid coram Samuele, & ibi nudus prophetauit tota die, & nocte coram Samuele, vt sequenti.ca. patet; non ergo stat: quia nunc non prophetaret.

Sed dicendum est, ꝙ hoc non stat: quia nunc non prophetauit eo modo, quo in duobus locis allegatis: nam ibi prophetabat: quia spiritus Domini, qui erat spiritus prophetiæ, insiliebat in eum, vt patet, sup.c.10.s. Insiliet in te spiritus Domini, & prophetabis. Etiã sequenti, cap. dicitur, ꝙ factus est super eũ spiritus Domini, & ambulabat ingrediens vsq; dum veniret in Ramatha, & prophetabat. Nunc autem non insilijt in eum spiritus Domini, sed magis insuasit eum spiritus Domini malus, vt patet hic: ideo nõ prophetabat, sicut illis duabus vicibus. Item patet: quia in illis duabus vicibus dicitur, ꝙ exiuit in prouerbium: Num Saul inter prophetas? vt patet. sup. c.10. & sequenti. c. in quo innuitur, ꝙ illis duabus vicibus verè prophetauit: & spiritus Domini mouebat eum: ideo exiuit in prouerbium: Num Saul inter prophetas? In ista autem vice non exiuit in prouerbium: ideo videtur, ꝙ non sit æstimata à populo verè prophetia, sicut in illis duabus vicibus, & hoc: quia non mouebatur à spiritu Dei, sed à spiritu nequam ad dicendum hæc. Aliquis autem dicet, quòd Saul ꝓphetauit hic, & non fuit motus à spiritu Dei, sed à Dæmone: erat tamẽ vera prophetia: quia multi etiam vocantur prophetæ idolorum, vt patet. infra,3.lib ca.18. vbi Elias occidit quadringentos prophetas Baal. & infr.4.lib.ca.3. dixit Eliseus ad regem Israel: Vade ad prophetas patris tui, & matris tuę. i. ad prophetas idolorum: quia isti erãt ꝓphetæ; quos habebant Reges Israel, prophetę tamen idolorũ nõ mouebantur, nisi à Dæmone: ergo ita vocantur ꝓphetæ, qui mouentur à Dæmone, sicut qui mouentur à Deo: Saul autem nunc mouebatur à Dæmone, vt patet hic: ergo poterat prophetare. Sed dicendum est, ꝙ non stat: quia omnis vera prophetia à Deo est, & ab eo solum. Nam prophetia dicitur esse cognitio quædam de his, quæ nullo modo naturaliter cognosci possunt: ea tamen, quæ cognoscunt Dæmones, non sunt supra omnem cognitionem naturalę, ideo quicquid ipsi hominibus reuelant, non poterit vocari prophetia, nisi Deus hoc reuelauerit: & etiã illud sit tale, qđ aliter cognosci non possit, nisi Deo reuelante. Cum autem dicitur de prophetis idolorum, ꝙ à Dæmone mouebantur, & tamen erant ꝓphetæ: dicendum, ꝙ inter istos aliqui erant veri prophetæ, & aliqui non, sed fingebant se prophetare, cũ nihil cognoscerent. De illis aũt, qui erant veri prophetę, dicendum, ꝙ, quãq; essent in cultu idolorum, tamen à Deo accipiebant reuelationem, & nõ mouebant eos dæmones ad aliquid dicendum. Nec obstat, ꝙ isti colerent idola, quia Deus aliquando reuelabat veritates occultas cultoribus Dæmonum: sicpatet de Balaam, qui erat superstitiosus.s. ariolus, & vacans omni immundicię idolorum: atque nimis peccator: erat tamen verè propheta, & prędixit multa futura, quæ scripsit Moyses: Nume.c.24. & ibi dicit, ꝙ irruebat super eum spiritus Domini, quando prophetabat. Alij autem erant prophetæ idolorũ, qui fingebant se esse prophetas, & non erant, & isti interdum dicebant aliqua, quę sciebant consultu Dæmonum: sed in hoc non erant prophetæ, quamquã ista alijs hominibus essent incognita. De Saule autem dicendum est, ꝙ ipse non poterat dici verè prophetare, qa à Dæmone mouebat, vt patet hic. Accipitur tamen prophetia largè: & hoc modo arrepticij dicuntur prophetare. Quod fit propter duo: Primo, quia prophetæ veri quantum ad ea, quæ prophetãt, cunctis ꝓphetis non mouentur à seipsis, sed à solo Deo, vt patet.s. Secunda Petri. ca.2.s. hoc primum intelligentes, ꝙ oĩs prophetiæ scriptura propria interpretatione nõ fit, non enim voluntate humana allata est aliquando pro-

ꝓphetia, sed Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines. Ita illi, qui arrepticij sunt, non loquuntur à seipsis, sed à Dæmone mouentur, ideo dicuntur prophetare. Secundo dicuntur prophetare: quia prophetia est reuelatio alicuius veritatis occultę, sed illi, qui arrepticij sunt, Dæmone mouẽte eos, loquuntur aliqua occulta, ideo dicuntur prophetare. Hoc autem patet, quia quidam arrepticij sunt, ꝙ, quando à Dæmone arripiuntur, citharizant excellenter, & ante hoc nunquam nouerant citharizare, & cum Dæmon eos deseruerit, nesciunt quicquam. Iam quoque visa est quædam puella rusticana, quæ nullas omnino literas nouerat, & cum à Dæmone arriperetur, loquebatur secũdũ omnem puritatem idiomatis hebraici: & hoc autem erat, non, ꝙ puella loqueretur, sed, quia Dæmon mouebat linguã illius, & formabat verba hebraica, quæ à puella nullo modo intelligebãtur: sicut cum asina Balaã locuta est, Angelo mouente linguam eius, Num.c.22. manifestum est tamen, ꝙ asina nihil intelligebat, nec ipsa erat, quæ formabat verba. Quòd aũt Dæmones loquantur hoc per linguam arrepticiorũ, patet Matt. c.8. cum dicitur de duobus habentibus Dæmonia, ꝙ clamauerunt, dicentes: Quid nobis, & tibi Iesu fili Dei: venisti huc ante tempus torquere nos. Et, vt significaretur, ꝙ non loquebantur arrepticij, sed ipsa Dæmonia in corporib⁹ eorum, subiunxit immediate: Dæmones autem rogabant eum, dicentes: si eijcis nos hinc: mitte nos in gregem porcorum. Simile habetur Marci.c.1. vbi dicitur, ꝙ egrediebãtur Dæmonia clamantia: & ipse non sinebat ea loqui, quoniã sciebãt: isti autem Dæmones, qui sunt in corporib⁹, consueuerunt interdum turpia loqui, quia spiritus immundi sunt: & cùm aliqui astant eis, referunt illis turpitudines, quas fecerũt, vel alias nequitias: & hoc quãdo sunt Dæmonia loquentia: aliquando autem Dæmones sunt muti, & illi, qui patiuntur, nihil loquuntur. Sic dicitur de quodam Dœmone, quem Christus eiecit, ꝙ erat mutus.s. Erat Iesus eijciẽs Dæmonium: & illud erat mutum. Quando tamen loquuntur ista Dæmonia, dicunt multa, quæ occulta sunt hominibus: & ob hoc illi, qui vident Dæmonia-cos ista loquentes, dicunt eos prophetare, quia conditionem prophetarum habent.s. quia reuelant occulta: & isti Dæmones, qui introeuntes in corpora loquuntur per illa, vocantur ventri loqui, vel Phytones: & illi, qui habent eos, dicuntur diuinare: quia, dum ab eis exagitantur, secreta reuelant, de quibus interrogantur. Sic factum fuit in vrbe Neapoli, tpe, quo ibi erat Paulus: nam quædam puella habebat spiritum Phytonem, & diuinando, quando eam Dæmon arripiebat, multum lucrabatur: nã cũ arrepta foret, conueniebãt ad eam omnes, qui habebant aliqua dubia, & respondebat eis: Paulus aũt hoc vidẽs, condoluit illi, & iussit Dæmoni, ꝙ exiret ab ea, ita, vt iam non posset diuinare. Dñi aũt puellę videntes, ꝙ perdiderant lucrum suũ, fecerunt eum fustigari, & in carcerem mitti. De hoc dr̃ Actuũ. 16.c.s. factũ est autem cuntibus nobis ad orationem puellã quãdã habentẽ spũm Phytonẽ obuiare nobis, quę quãtum magnũ præstabat Dominis suis diuinandò. Simileaũt fuit apud Gentiles in famosissimo, atq; antiquissimo Tẽplo Apollinis apud insulam Delphos: ibi.n. in quodam Antro apud gẽtiles dicebatur esse Numen, & rñdebat̃ ibi inquirentibus de omnib⁹ dubijs. Erat autẽ modus, ꝙ puella virgo erat sacerdos Apollinis, quæ intrabat in antrum, & ibi, cùm à Dæmone arriperetur, cadebat in terra, & expumabat: sicut nunc arrepticij faciunt: & tũc loquebatur per eam Dæmon, quem Gentiles Apollinem Deum vocabant: & puella nescebat, quid loquebatur: & quãdo surrexisset à furore illo, nesciebat, an aliquid locuta fuisset. De hoc ponit Lucan⁹ in 5. de bello plus quam ciuili in principio, vbi introducit quendã Romanum inquirentem de aduentu illorum bellorũ, cui responsum est sic.

Effuges in gentes tanti discriminis expers,
Bellorum Romane minas soluſque quietem.
Euboici vasta lateris, quale tenebris:
Cętera suppressit, faucesque obstruxit Apollo.

Quamquam Lucanus aliter sentit de virtute illa, q̃ respõdebat in illo loco, sed de hoc nihil ad prȩsens. Sicut ergo illa puella dicebatur diuinare, vel ꝓphetare, quia dicebat ea, quæ homines ignorabant quãdo arripiebat eam Dæmon Apollo: ita Saul dicitur prophetasse in domo sua, quia, quãdo arripuit eum Dæmon, loquebatur aliqua occulta alijs hominib⁹. *Dauid autem psallebat manu sua.* i. cùm arreptus fuit hac vice Saul à Dæmone vocatus fuit Dauid, vt veniret ad Saulem: nam venit ad hoc solum, vt, quando arriperetur à Dæmone, psalleret coram eo, & leuius haberet, vt patet, sup.c.16. nunc ergo cùm videret arripi Saulem à Dæmone, incępit psallere, vt leuius haberet, & recederet Dæmon. *Sicut per singulos dies.* i. Dauid psallebat nunc coram Saule, sicut solitus erat facere per singulos dies: quod dupliciter intelligitur. Vno modo, ꝙ faciebat hoc per singulos dies. i. singulis diebus, quibus arripiebatur Saul à Dæmone. Aliter, ꝙ faciebat per singulos dies. i. quolibet die solit⁹ erat Dauid psallere coram Saule: & hoc, quia fortè Saul delectabat̃ in armonia, quam faciebat Dauid, ideo volebat, ꝙ quotidie psalleret corã eo: est enim musica delectabilis, & potissimè post cibum, sic dicit̃ Ecclesiasti.c.49. Memoria Iosue in cõpositione odoris facta est opus pigmentarij, & quasi mel indulcorabitur, & sicut musica in conuiuio vini. Ergo post cibos musica delectabilis est, & sic Saul volebat delectari: Et isto modo dicetur, ꝙ cũ psalleret Dauid coram Saule, accidit, ꝙ arriperetur à Dæmone, & tunc etiam continuauit cantũ: quia prius canebat ad delectationem, nũc aũt incępit canere ad remedium. *Tenebatque Saul lanceam.* i. tenebat eam in manu sua, quando à Dæmone arreptus est, & misit eam, vt percuteret Dauid.

Saul tenebat lanceam, tanquam Regni insignium. Quæstio. XVII.

QVAERET aliquis. Quomodo Saul tunc tenebat lanceã, quia in quiete erat, & non erat aggressurus aliqđ op⁹ belli? Aliqs rñdebit, ꝙ lãcea erat ibi apud Saulem, & accidit, quòd, quando vexabatur à Dæmone, arriperet eam ad percutiendum Dauid. Sed dicẽdũ, ꝙ non stat: quia littera dicit, ꝙ Saul tenebat lanceam, ergo in manu tenebat, & antequã arriperetur à Dæmone, tenebat eam. Dicendum est ergo, ꝙ Saul habebat lanceam tanquam regni insignium: nam sicut nunc coram regibus Ensis defertur in signum regalis dignitatis, ita tunc habebat Saul lanceam: ideo eam semper tenebat in manu, vel saltem habebat apud se, vbicumque esset etiam si dormiret, vel si esset in conuiuio: nunc autem erat in quiete in domo sua, tamen lanceam habebat in manu. Et iterum sequenti.c. dicit̃, ꝙ sedebat Saul in domo sua, & tenebat lanceam, porro Dauid psallebat manu sua, nisusque est Saul configere Dauid lãcea, cum pariete: ergo non tantũ semel eam habebat, sed ẽt solitus erat habere. Quòd aũt hr̃et apud se lanceam qñ sedebat ad mensam, apparet. inf. c.20. qa ibi dr̃, ꝙ sedebat ad mensam, & cum quęreret de

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dauid, & Ionathas rñdisset pro eo, arripuit lãceam, F
vt percuteret Ionathã. Itẽ, q̃ haberet eã apud se qñ
dormiebat, apparet. inf. c. 26. nã cũ esset Saul in tẽto-
rio suo, habebat istã fixã in terra ad caput suũ: & Da
uid descendit cũ alio viro, & accepit eã: ergo omni
tpe solitus erat Saul habere lanceã in manu, aut sal-
tẽ apud se: & hoc pp dignitatẽ regni, vel fortè, quia
nimis afficiebaẽ ad lanceam, & pugna sua erat in cly
peo, & lãcea. Vnde sicut supra diximus dẽ Ionatha,
q̃ afficiebaẽ ad arcũ, & multũ se exercebat in eo, &
scriptura laudat eũ, tanquã excellentem sagittato-
rem, ita fuit de Saule, q̃ afficiebaẽ ad clypeũ, & lan-
ceam, & exercebaẽ in eis: & in scriprura laudaẽ tanq̃
excellens in hoc genere pugnæ. De hoc inf. 2. li. c. 1.
f. Clypeus Saul quasi non esset vnctus oleo: à sangui G
ne interfectorũ ab adipe fortiũ: sagitta Ionathę nũ-
quam abijt retrorsum, & gladius Saul non est reuer-
sus inanis. *Et emisit eam.* f. hastam de manu ad percu-
tiendũ Dauid. *Putans, quòd configere posset Dauid cum pa-
riete.* i. non misit lanceam à manu à casu, vel præter
intentionem, sed ad occidendũ Dauid: volebat. n. eũ
figere cũ pariete, ideo fortiter misit lanceã, vt posset
eũ perforare, & insuper aliquid parietis. In quo sciẽ-
dũ est, q̃, q̃q̃ Saul arreptus esset à Dęmone, non peni
tus caruerat iudicio: sed solũ torquebaẽ nimis; & ẽt
dato, q̃ Dęmon cogeret eũ prophetare. i. dicere ali-
qua, quæ ipse non intendebat dicere, vt patet supra:
tñ manebat ei iudiciũ, & intendebat, atque volebat;
vñ potuit hr̃e intẽtionẽ cõfigẽdi Dauid cũ pariete. H

Quare Saul ante hunc diem non quęsiuit interficere Dauid.
Quæstio. XVIII.

QVAERET aliquis. Cum in diebus præcedenti
bus, & ẽt in eodẽ die, anteq̃ arriperet Saul à Dę
mone, potuisset mittere lanceam ad configẽdũ Da-
uid, sicut nũc misit, quare nõ fecit? Aliquis rñdebit,
q̃ Saul hoc fecisset, tñ numq̃ habuit opportunitatẽ:
f. quia non erat corã eo Dauid: nunc aũt erat coram
eo Psallens, & fortè posset induci verisimilitudo. f.
quia Dauid timeret Saulẽ, ideo ante hoc non com-
paruisset coram eo: nunc aũt, quia vidit eũ à Dęmo
ne arreptũ, vt leniret morbus eius, astitit Psallens in I
Cithara, sicut solitus erat: ideo habuit tũc opportu
nitatem mittendi lanceam, & prius non. Sed hoc
non stat, quia ante hoc Dauid stabat singulis diebus
corã Saule, & Psallebat in cithara, vt patet sup. f. Da-
uid aũt Psallebat manu sua, sicut per singulos dies,
& in oĩbus alijs diebus potuisset mittere lanceam ad
eũ, si voluisset. Sed aliquis rñdebit, q̃ non intelligit
illud, q̃ quolibet die esset Dauid corã Saule, Psallẽs
in cithara, sed dr̃: per singulos dies. i. per dies singulos
in quibus vexabaẽ à Dęmone, & sic nõ importaẽ ex
hoc, q̃ quolibet die præcedentiũ stetisset Dauid co-
rã Saule ad hoc, q̃ posset ad eũ lanceã mittere. Sed
adhuc dicendũ, q̃, q̃q̃ sic exponaẽ, non stat: nã Dauid
erat ante hoc nimis familiaris Sauli, & mansit ista fa K
miliaritas quousq; Saul misit lanceã ad Dauid, vt pa
tet. inf. nam dr̃: Amouit ergo eũ à se Saul, & fecit tri
bunum super mille viros, ergo vr̃, q̃ ante hoc valde
erat coniũctus Sauli familiaritate, & assiduitate ma-
nendi, & sic potuisset quocũq; die eũ percutere. Itẽ
die illa, qua Saul cępit indignari nimis Dauid pro-
pter cantũ mulierũ, Dauid erat prẽsens. f. quia tũc
ferebat caput Philisthęi in Ierusalem, vt patet supr.
& Saul ibat tunc per oẽs ciuitates Israel, Dauid ferẽ-
te coram eo caput Goliath: ergo potuisset eadem
die eum percutere. Item apparet, quia ante hoc cõ-
suetus esset Dauid stare coram Saule, post indigna-
tionem, quam conceperat de eo Saul, vt patet, sup.

scilicet, non rectis ergo oculis Saul inspiciebat Da-
uid à die illa, & deinceps: ergo multoties videbat
eum post diem illam, alioquin non diceretur, q̃ re-
spiciebat eũ oculis non rectis, quia, si nũquam esset,
coram eo non respiceret ab eo oculis rectis, vel tur
batis, ergo habebat omnibꝰ illis diebus opportunita
tem percutiendi Dauid, si voluisset. Sed dicendũ est,
q̃ noluit alijs diebus percutere, & nũc volebat, quia
Saul non habebat aliquã causam occidendi Dauid,
ideo nolebat occidere, quasi palam, vel ab intentio-
ne: & quia si emisisset lanceam ad percutiendũ eum
alijs diebus, qñ erat sanę mentis, videreẽ hoc agere
iniquè, ideo quando nunc erat à Dęmone arreptus,
& putaretur ab omnibꝰ insanire, emisit lanceam ad
Dauid; vt, dato, q̃ occidisset eum, non putareẽ ab in-
tentione egisse, sed ꝓpter insaniam, & nescienS quid
ageret: & sic consequereẽ intentum, & non arguere
tur criminis, &, quia postquam Saul incepit indigna
ri Dauid, numquã fuerat arreptus à Dęmone, nisi
nunc: emisit nunc nouiter lanceam ad eũ: postea au
tem, cùm cessauit Dęmon vexare eum, simulauit se
pęnitere fingens nescire, quid egisset. *Et declinauit Da
uid à facie eius secundo.* i. recessit tunc Dauid à Saule: &
istud fuit in secunda vice, qua declinauit ab eo: iam
enim bis recesserat Dauid à Saule. f. prima vice, quã-
do erat cum eo ante pugnam contra Philisthęos, &
concessit ei Saul, q̃ rediret in domũ patris sui, vt pa-
tet præcedenti. c. Nunc autem secundo recessit ab
eo: timuit. n. Dauid, q̃ vellet eũ occidere Saul, cũ vi-
disset lanceam ad se missam, ideo fugit: sed non fu-
git sic ista vice, sicut prima, quia primo recesserat à
Saule de licentia eius, & non propter aliquod odiũ,
nunc autem recessit, mortem timens.

Dauid rationabiliter fugit à facie Saul post emissam lanceam.
Quæstio. XIX.

QVAERET aliquis. Quare Dauid recessit à Sau
le propter lanceam ad se missam: nam cũ non
fuerit percussus, non debuit hoc esse sibi causa time-
di, quia credere debuit, q̃ Saul non faciebat hoc ab
intentione, vt percuteret eũ, vel aliquem alterũ, sed
furor, & alienatio mentis eũ inducebant ad hoc: nã
propter istud Saul expectauerat tempus, qñ arripe-
retur, vt putaret facere cũ furore: omnes ergo vidẽ-
tes crederent Saulem non egisse ab intentione. Re-
spondendũ est, q̃ Dauid fugit à facie Saulis, quia ti-
muit mori: non quidem pp lanceam iam missam,
quia illa cassò vulnere transierat, sed, quia putabat,
q̃ lancea illa missa fuerat ab intentione: ideo licet
nũc caruisset effectu, tñ immediatè Saul iuberet eũ
occidi: declinauit ergo ab eo. Sed aliquis dicet, q̃ nõ
habebat Dauid aliquid, quod eũ impelleret ad su-
spicandum, q̃ Saul vellet eum occidere: ideo non
debebat fugere. Respondendum est, q̃ quamquam
Dauid non videret aliquam causam manifestã, qua
re eum vellet occidere Saul, quia tamen vidit lan-
ceam ad se missam, quod signum magnum erat ma
li, cępit cogitare, an propter aliquid occultum Saul
concepit liuorem contra se. In dubio ergo voluit
vitæ suę prouidere fugiẽdo. Aliter potest dici, q̃, q̃q̃
Dauid non videret aliquam cãm, propter quã time-
re deberet, & suspicaturus erat lanceã fuisse missam
pp insaniam, & non ab intentione, tñ Deus infixit
cordi eius stimulos, vt timeret: Deus enim dirige-
bat Dauid, volens eũ esse in columen: & qa Saul pro
tunc intendebat eum occidere, & occidisset, si man-
sisset apud eum, Deus posuit ei in corde, vt timeret,
& fugeret. Aliter, & melius dici potest, q̃ Dauid iam
viderat aliqua signa indignationis Saulis contra eũ,

ideo, quando nunc missa est lancea, credidit nequi-
tiam Saulis esse consummatam. f. volendo occide-
re eum, ideo declinauit mortem nõ dubiam. Signa
autem indignationis, quæ viderat Dauid, erant, quia
nõ respiciebat eum Saul oculis rectis à die, qua mu
lieres cantauerant: percussit Saul mille, &c. vt patet,
supra, & cùm ante hoc Saul nimis familiariter, &
benignè tractauit Dauid, credidit eum concepis-
se indignationem, & fugit, timens mortem. *Et timuit
Saul Dauid.* i. postquam recessit Dauid à Saule, incepit
Saul timere eum: ante hoc enim timebat eũ: f. à die
illa, qua mulieres cantauerunt, percussit Saul, &c.
q̃ putabat, q̃ acciperet regnũ fretus fauore populi:
nũc aũt magis timuit. Causa verò timoris fuit, quia
ante hoc nõdum se Saul ostenderat hostem Dauid: B
nunc verò, lancea missa, erat manifestus hostis: ideo
putabat, q̃ Dauid nunc conaretur ad occidendum
eum: & ad suggerendum populo, vt ipsum regem
facerent, & hoc rationabile erat, si Dauid voluisset
retribuere vicem Sauli pro iniquitate sua, sed non
attendit ad hoc: voluit enim semper esse innoxius.
Vnde quamquam postea apertissimè Saul per seque
rentur Dauid, & cogeretur Dauid latere in monti-
bus, tamen noluit eum occidere, vt patet, infra, c. 24.
& 26. *Eo, quod esset Dominus cum eo.* idest Saul timebat
ipsum Dauid: quia erat Dominus cum Dauid, & di-
rigebat omnes actus illius, & ob hoc iustè timebat
Saul ipsum: nam ea, quæ à Deo diriguntur, oportet,
q̃ consequantur finem suum, &, quia Dauid dirige-
batur à Deo, credebat Saul, quòd præualeret contra
eum, ideo timebat.

Quomodo Saul sciebat Deum esse cum Dauid. *Q. XX.*

QVAERET aliquis. Quomodo Saul sciebat, q̃
erat Dominus cum Dauid? Respondendum
est, q̃ modus iudicij hominum est, & etiam ordo na
turę, q̃, quando aliquis effectus fit, si non habeat cau
sam inferiorem potẽtem ipsum producere, reduca
tur in cãm supremã. f. in Deum: & ita est de operibꝰ
miraculosis, q̃, cùm nos videamꝰ nullã cãm naturãlẽ
esse ad hoc potẽtem, reducimꝰ in Deũ ista opa: & ob
hoc ea miraculosa. Sic. n. videbaẽ in Dauid, q̃ ipse fa D
ciebat quædam opera, quæ nullo modo posset face
re virtute sua: sicut occidere vrsum, & leonem nu-
dis manibus, & similia: ideo dicendum erat, q̃ Deus
per eum ista faciebat. Item omnia negocia Dauid
prosperabãtur. Quando tamen aliquis prosperatur
circa omnia, quæ incipit, &, eo non cogente, res suæ
quasi ex seipsis ad multum felicitatis perueniunt, ar
bitrantur homines illum à Deo dirigi, & quia vide-
bat istud Saul in Dauid, credebat eum à Deo dirigi.
Expertus fuerat autem hoc: quia ad quæcunq; mit-
tebat eum, feliciter expediebat, & prosperabantur
in manu eius omnia negocia. Ista autem snĩa sacrę
scripturæ. f. q̃ illi, qui in omnibus prosperantur, ha-
beant Deum secũ: sic dicitur immediatè de Dauid,
scilicet, in omnibus quoque Dauid vijs suis pruden- E
ter agebat, & Dominus erat cum eo. Semper etiam
ista sententia fuit apud omnes homines. Vnde Puti-
phar, qui emerat Ioseph, & fecerat eum procurato-
rem domus suæ, credidit, q̃ Dominus erat cum eo,
quia dirigebantur omnia negocia per eum. de hoc
Gen. cap. 39. f. fuitque Dominus cum Ioseph, & erat
vir in cunctis prospere agens, habitauitq; in domo
Domini sui, qui optimè nouerat Dominum esse cũ
eo, & omnia, quę gereret ab eo dirigi in manibus il-
ius: sic ergo Saul sciebat Deum esse cum Dauid. *Et
à se recessisset.* Istud potest dupliciter intelligi: vno mo
do, q̃ recessisset Dauid à se. i. à Saule. Secundo modo,

A q̃ recessisset Dominus à Saule. Primo modo est sen
sus, q̃ Saul timebat Dauid propter duo. Primò, quia
Dominus erat cum eo, & dirigerentur omnia nego
cia illius. Secundò, quia recesserat Dauid à Saule. i.
quando erat Dauid cum Saule non tantum time-
bat eum Saul, eo, q̃ non manifestabatur hostis eius:
nunc aũt eum, quia recesserat, posset se manifestare,
vt hostem: & habebat ad hoc rationabile motiuum,
ideo timuit eum, quia recesserat. Exponendo in se-
cundo sensu intelligetur, q̃ recesserat à Saule Deus:
scilicet erat Dominus cum Dauid, & propter hoc
timebat eum Saul, & insuper recesserat Dominus à
se. i. à Saule, ideo habebat occasionem magis timen-
di. Est autem sensus, q̃ si Deus fuisset in Dauid, dum
tamen non recessisset à Saule non multum timeret
eum Saul, quia, cum Deus esset cum vtroq;, non prę
ualeret vnus contra alterum, quia tamen erat cum
Dauid, & recesserat totaliter à Saule, timebat eum
nimis. Quòd autem recessisset Deus à Saule, apparet
sup. c. 16. quia dicitur, q̃ directus est spiritus Domi-
ni in Dauid à die vnctionis suæ, & in reliquo, & re-
cesserat spiritus Domini à Saule, & exagitabat eum
spiritus nequam: hoc autẽ sentiebat Saul, quia prio-
ribus temporibus sciebat se moueri à spiritu Dei, &
nunquam vexauerat eum spiritus nequam: postea
autem, vt vnctus fuit Dauid, nunquam sensit in se
spiritũ Domini, sed sæpè exagitabatur à spiritu ne-
quam. Et iste sensus secundus est, quem tenet litera.
C *Amouit ergo eum Saul à se.* i. remouit à familiaritate, q̃
prius habebat erga eum: quia fortè prius assistebat ei
semper, sicut ipse dixerat. sup. ca. 16. f. Stet Dauid in
conspectu meo: inuenit enim gratiã in oculis meis.
Tractabat etiam Saul cum eo negocia sua secreta,
& mittebat eum ad expedienda illa, vt patet. sup. in
litera: scilicet egrediebatur quoq; Dauid ad omnia,
ad quæcũq; mittebat eũ Saul, & prudenter se agebat:
nunc aũt amotus fuit Dauid à tota ista familiarita-
te, & hoc, quia timuit Saul, q̃ posset eum occidere,
conuersans eum eo tam familiariter, vt ergo tolle-
retur causa, amouit eum à se. *Et fecit eum tribunũ super
mille viros.* i fecit principem mille virorum. Ponitur
hic vnũ istorũ ex superabundanti, quia tribunus si-
gnificat determinatè principem mille virorũ, inter-
dũ tñ sic scriptura superabũdat: sicut cũ dicitur iste
ẽ cęcꝰ visu: suffecisset. n. dici, q̃ esset cęcus: & ita hic
suffecisset dici, q̃ fecit eũ tribunum, nihil addendo.

*Quomodo Saul amouit à se Dauid, tribunum constituens, cùm
iam recessisset.* *Quæst. XXI.*

QVAERET aliquis. Qũo Saul potuit amouere
à se Dauid, & constituere eũ tribunũ, cũ ipse
recessisset ab illo, vt patet. sup? Rñdẽdũ est, q̃ Dauid
fugit à Saule, qñ misit ad eũ lãceã, timẽs mortẽ, nec
postea redire voluisset, sed persuasus fuit, vt rediret,
quia Saul nihil mali ei inferre voluisset. Intelligẽdũ
est. n. q̃ cũ Saul fecisset istud qñ à Dęmone vexabaẽ
volebat innuere, q̃ fecisset à casu, vel per insaniã, &
nõ tendens alicui nocere, cũ verò liberatus est à Dę
mone, & videreẽ quasi redire in sanã mẽtẽ, finxit se
nescire, an aliquid egisset, vel ignorare qualiter egis
set: vnde dixit, q̃ non erat timendũ Dauid, quia non
intenderat ipse nocere ei, nec cuiq̃ alteri, sed fecerat
extra mentẽ positus: & fortè Ionathas, qui erat val-
de amicus Dauid, reuelauit ei, q̃ nihil mali esset, &
fecit illũ redire ad Saulẽ: iste. n. indicabat ei, qñ Saul
moliretur aliquod malũ contra eũ, vt patet sequenti,
ca. & inf. & 20. & tunc Dauid redijt, & tunc amouit
Saul Dauid à priori familiaritate, & constituit eum
principem mille virorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quare Saul constituit Dauid in magna dignitate, cũ tamen non diligeret eum. Quæst. XXII.

QVAERET aliquis. Quare nunc constituit Saul Dauid in magna dignitate: quia non diligebat eum sicut prius? Respondet Nicolaus, q̃ nõ fecit hoc, vt honoraret eũ, sed vt egrediens ad belli pericula occideretur, sicut infra dicitur, sed Dominus conuertit hoc in bonum ipsius Dauid. Sed dicendum, q̃ hoc non stat: quia dato, q̃ Saul vellet, q̃ occideretur Dauid à Philisthinis, vt patet infra, scilicet, Saul reputabat dicens: non sit manus mea in eo, sed sit super eum manus Philisthinorum: & ob hoc desiderabat Saul, quod exponeret se Dauid magnis periculis: tamen nõ principatus non est sibi datus, vt se exponeret bellis, quia non poterat esse maior occasio Dauid moriendi in bello, quàm si haberet principatum, quẽ ante habebat: erat enim prius constitutus super viros belli, vt patet supra. Sed dicendum, q̃ iste principatus fuit datus Dauid propter duo. Primò ad colorandum factum præteritũ. Secundò ad tegendum id, quod nunc Saul intendebat: prius enim Saul conatus fuerat percutere lancea Dauid, &, quia fortè putaretur hoc fecisse ab intentione, si maneret in priori statu Dauid, voluit ei Saul indicare maiorẽ affectionẽ, & ob hoc eõtulit ei maiorem principatum, & honorem constituens illum tribunum super mille viros: & sic videretur, q̃ non fecerat Saul ab intentione id, quod factũ erat de missione lancee, cum nunc magis honoraret Dauid, quàm à principio. Secundo, & principaliter fecit Saul Dauid tribunum, vt non cognosceretur id, quod nunc faciebat: nam ipse timebat nimis Dauid putans, q̃ per nimiam familiaritatem posset eũ occidere aliqua die, ideo amouit eum à se. Et, quia amoueri aliquem à dignitate sua designat culpam in eo, vel odium in amouente, vlouit hoc colorare Saul promouens eum ad maiorem dignitatem, vt sic non cognosceretur, quòd amouebat eum à se ex odio, sed propter honorem maiorem & ista fuit cã potissima. Rursus autem mouebat Saul id, quod intendebat, scilicet, q̃ periret Dauid in manib⁹ Philisthinorum, nam sicut prius cum esset Dauid princeps virorum belli, habebat occasionem incidendi in manus Philisthinorum propter frequentia bella; Ita, nunc, quia cum esset tribunus, idest princeps mille virorum, ibat sæpe ad bellum cum eis contra Philisthinos: solum aũt differebat, quia nunc erat in maiori dignitate, q̃ prius. *Et egrediebatur, & intrabat in conspectu populi.* Dupliciter põt intelligi: vno modo, q̃ egrediebaẽ, & intrabat, idest dirigebat populũ quantum ad omnia agibilia, quæ significantur per ingredi, & egredi: & isti duo actus conueniunt principi alicuius multitudinis, & per eos significantur omnes actus, quos habet princeps respectu subiectorum. Sic patet Num. cap. 27. Cum Moyses petiuit aliquem principem pro Israelitis, dicens: prouideat Dominus Deus spirituum omnis carnis hominem: qui sit super multitudinem hanc, & possit exire, & intrare ante illos, & educere illos, vel introducere. Et sic petiuit Moyses principem solum ad introducendum, & educendum populum, quasi per hoc intelligantur omnes actus directionis, quos habet princeps respectu subiectorum: ita ergo de Dauid erat, q̃ ingrediebatur, & egrediebatur in cõspectu populi, idest dirigebat populum sibi comisũ quantum ad omnia: & non solum mille viros, sed etiam alios Israelitas, quia immediate dicitur, infr, q̃ omnis Israel, & Iuda diligebat Dauid: ipse enim ingrediebatur, & egrediebatur ante eos. Secundo modo potest intelligi, quod ingrediebatur, & egrediebatur in consp̃ectu populi scilicet, ad bellum, ipse enim, quia erat dux belli, dirigebat viros suos ingrediendo in terram Philisthinorum ad pugnandũ, & egrediendo, ideo dicebatur in conspectu populi, idest coram toto populo, vel ante illum ingredi, & egredi: quia, qui dirigit, oportet, q̃ præcedat. *In oĩbus quoq; Dauid vijs suis prudenter agebat.* i. in oĩbus operationib⁹ suis erat prudens. Hoc intelligitur tam ad operationes bellicas, quàm ad omnia alia negocia, quæ tractabat: & cum in his prudens esset, timebat eum Saul magis, quàm alias rimerẽt. *Et Dominus erat cum eo,* idest dirigebat omnem operationem suã: & hoc est Deum esse cum aliquo: nam non accipitur hic de Dauid, q̃ agebat prudenter, idest, q̃ solum regulabat se per prudẽtiam in operatione sua, sed, quòd eueniebant ei omnia, quæ desiderabat, regulando se per prudentiam. Multi enim sunt, qui regulant se prudentialiter in quolibet opere suo, & nunquam prosperantur, qa Deus distorquet operationes suas ad contrarios casus. Alij autem sunt, qui stultè agẽdo prosperantur, & bona eis eueniunt, & nesciunt quomodo, vt ait Aristo. 1. li. de Bona fortuna. Quòd autem aliquis prudentialiter agendo semper in actibus suis prosperetur, non prouenit hoc à prudentia sola, sed magis à Deo dirigente, ideo cum dictum fuerit hic, q̃ Dauid prudenter agebat, subiungitur: & Dominus erat cum eo: ad significandum, q̃ non solum prosperabatur à prudentia, sed magis à Deo. *Vidit itaque Saul, quòd prudens esset nimis.* idest cognouit Saul per omnes operationes Dauid, q̃ ipse prudenter se habebat. *Et cepit cauere eum.* idest incepit se seruare ab eo. q.d. propter hoc, q̃ vidit Saul esse Dauid nimis prudentem, obseruauit se ab eo magis, quàm alter obseruaturus erat: timebat enim Saul, q̃ Dauid per magnum fauorem, quem habebat in populo, posset conciliare sibi animos hominum, vt regẽ eum facerent, & deponerent Saulem: & si esset Dauid imprudens, non aduerteret ad hæc, & Saul non timeret, quia tamen Dauid erat valde prudens, cognosceret omnes modos, quibus posset acquirere sibi Regnum, & nocere Saul, ideo Saul intelligens eũ hoc intelligere, cauebat se ab eo. s. ponens sibi custodiam, ne daretur Dauid opportunitas occidendi ipsum. Vel canebat, ne posset Dauid promouere populum ad eligendum eum in regem, & deponendum Saulem. *Omnis autem Israel, & Iuda diligebat Dauid.* Hic ponitur causa quare canebat Saul ipsum Dauid, & quare inuidebat ei, scilicet, quia diligebatur ab omnibus, & posset faciliter animos eorũ cõtra ipsum citare ad quæcumque vellet: & sic ad acquirendum Regnum: ponuntur autem Israel, & Iuda diuisim, tãquam essent duo populi, quia Israel significat. 11. Tribus, Iuda significat vnam tribum. Diligebatur autem Dauid ab omnibus, quamquam magis à tribu Iuda, eo, q̃ erat de hac tribu. A principio tamen cum nondum esset cognita dissensio inter Dauid, & Saulem, omnes Israelitæ de quacumque tribu diligebant Dauid, postea autem cum cepit Saul manifeste persequi Dauid, q̃q̃ omnes Israelitæ de hoc dolerent, quia Dauid erat vir bonus, tamen tribus Iuda magis eũ adiuuit: vnde immediatè post mortẽ Saulis, tota tribus Iuda vnxit Dauid in regem. 11. autem tribus manserunt cum Isboseth filio Saulis, vsque quo Abner fecit pactum cum Dauid. De hoc, infra, 2. lib. cap. 2. & 5. *Ipse enim ingrediebatur, & egrediebatur ante eos.* ponitur causa, quare diligebatur Dauid ab omnibus Israelitis, scilicet: quia ipse diligebat eos, quantum ad omnia, quę significantur per introire, & exire, vel saltem diligebat eos in bello ingrediendo ante, & exeundo, quia nullus alius erat dux belli eo

eo tempore, quo Dauid mansit apud Saulem: sic patet infr. 2. lib. cap. 5. quando venerunt omnes tribus Israel ad Dauid in Hebron, dicentes: ecce nos os tuum, & caro tua sumus, sed, & heri, & nudiustertius, cum esset Saul Rex super nos, tu eras educẽs, & reducens Israel, scilicet dirigebas totum Israel quãtum ad bella. *Dixit autem Saul ad Dauid.* Hic cõsequẽter ponitur effectus malicię Saulis promittendo filias suas Dauid. Et primò promittit primam, secũdò promisit secundam ibi. *Dilexit autem Michol.* Circa primum ponitur hic, quomodo Saul iniquè se habuerit ad Dauid, & hoc dupliciter: primò ĩquirendo ei occasionem ad mortem, secundò non seruando veritatem. Nam primò ei filiam promisit, vt incideret in manus Philisthinorum. Secũdo ei fidẽ non seruauit: quia cum deberet illam dare ipsi, non dedit sed alteri viro. *Ecce filiam meam maiorem Merob.* Duas filias habebat Saul, scilicet Merob, & Michol, vt patet supra 14. c. quarum maior erat Merob: hãc autem promisit Dauid pater suus Saul, & locut⁹ est de maiori: quia videbat maior honor, q̃ acciperet ĩ vxorem primogenitam, quàm aliam, Dauid magis dilexit Michol quàm Merob: erat enim pulchrior quamquam minor, & postea sibi in vxorẽ data est. *Ipsam dabo tibi vxorem.* i. tu bene agnoscis filiam meã Merob, ego dabo eam tibi in vxorem, vt facias ea, quæ sequuntur.

An Saul teneretur dare in vxorem Dauid filiam suam absque alia operatione. Quæstio XXIII.

QVAERET aliquis, An Saul teneretur dare Dauid in vxorem filiam suam absq; hoc, q̃ faceret ea, quæ sequũtur? Respondendum est, q̃ satis videtur, q̃ teneretur eam dare: nam quamquã non appareat manifestè, q̃ promiserit eam illi, tamen tenebatur ex promissione generali: quia posuerat edictum, quod quicũq; percuteret Goliath haberet filiam suam in vxorem, esset q; domus patris sui a tributis immunis: quod apparet precedenti cap. Nam quandocunq; ab aliquo quæreret Dauid: quid dare tur viro: qui percuteret Philisthæum, omnes de populo respondebant ei hoc, Ergo Saul istud prædixerat, alioquin nullus de populo auderet tale dicere, præcipuè cum omnes hoc dicerent: ergo promiserat: & sic quantum ad seipsum, nullo alio facto tenebaẽ Saul dare filiam Saul, proposuerat quoq; eam dare antequã esset odiosus illi, postea vero noluit. Nũc quoq; qũ promisit, nõ promittebat animo dãdi illã, sed solũ, vt ex hoc Dauid periclitaret pugnãs contra Philisthinos: & sic peccauit Saul nolens dare filiam suam in vxorem Dauid, quãtum in se erat pro hoc, q̃ occideret Philisthæum. Sciendum, q̃ cũ Saul haberet duas filias, & promisisset dare filiam suam in vxorem occidenti Philisthæum, erat iuris sui dare quàm voluisset: nisi fortè edictum positum fuisset specialiter de aliqua: ex dictis autem præcedenti c. non colligitur, quæ filia Saulis promissa fuerit. Credendum tamen est, qđ intelligeretur de primogenita, cum nondum tradita esset alicui in vxorem: quia apud antiquos non etat consuetudo, vt minores filiæ prius viris traderentur, quàm maiores, & per hanc consuetudinem excusauit se Laban cõtra Iacob Gen. 29.

An propter promissionem patris teneretur filia accipere Dauid in virum. Quæstio XXIIII.

QVAERET aliquis, An ex hac promissione, quam faciebat hic Saul, scilicet, quòd si Dauid esset vir fortis, & præliaretur bella Domini, daret ei filiam suam maiorem in vxorem, teneretur illa acceptare Dauid in virum. Videtur primò, quòd nõ: quia matrimonia debẽt esse libera: si autem filia ex promissione patris, ipsa nihil dicente, obligaret ad susc̃ipiendum aliquem in virum, essent matrimonia coacta, ergo non obligabatur. In contrarium videtur, quòd obligaretur: quia si non causaretur obligatio ex hac promissione, Saul nõ fecisset eam, cum faciendo eam nihil faceret. Etiam dato, quòd Saul sic promitteret, Dauid tamen non acceptaret istam promissionem: quia sciret eam delusoriam, acceptauit tamen eam, tanquam aliquid magnum, & pugnauit contra Philisthinos: ergo videtur, quòd Dauid credebat, quòd obligabatur filia Regis ad susc̃ipiendum eum in virum ex promissione patris. Respondendum est, quòd matrimonia nunc sunt valde libera: & si intercidat aliquis metus, vel quæcũq; coactio in contrahendo, non tenet contractus matrimonij: extra de spon. c. cum locum, & per totum titulum: ideo si nunc pater promitteret filiam suam dare alicui, si ipsa nihil promitteret, non obligaretur: apud antiquos autem quamquam non obseruaretur tanta libertas contractus matrimonij, tamen nullus inuitus contrahebat: ideo etiam si puellę cogerentur à parentibus ad contrahendum, non teneret contractus: & si Saul vellet cogere filiam suam Merob ad contrahendum cum Dauid, non staret matrimoniũ, & non solum hoc, immò etiam à principio, quando Saul posuit edictũ, quòd quicunq; occiderit Philisthęum haberet filiam eius in vxorem, consensit ipsa huic edicto: & postea si aliquis occiderit Philisthæum, quem ipsa nollet habere in virum, non cogeretur propter consensum suũ: qa ille consensus fuit vniuersalis: & non fuit determinatus ad aliquem virũ, ideo non cogebatur propter illũ accipere aliquem ĩ virũ. Nec solũ hoc, immò etiam si Merob filia Saulis cũ auctoritate patris promisisset alicui, dicens: Si tu occideris Philisthæum: ego accipiam te in virum: si postea, occiso Philisthæo, nollet accipere illum non, cogebaẽ propter illam promissionem, etiam si iuramento hoc firmasset: sed poterat accipere quẽcunq; alium vellet; incurrebat tamen periurij crimen: iura tamen facilius concedunt, quòd aliquis incurrat periuriũ, quàm, quòd matrimonia sint coacta: sed in ista promissione, quam fecit Saul Dauid, Merob nihil consensit ideo non obligabaẽ accipere Dauid, quamq̃ esset vir fortis contra Philisthinos: erat tamen modus apud antiquos, quòd licet matrimonia libera essent, tamen puellæ nunquam contrahebant sine voluntate patrum: & cuicũq; pater filiam despondisset, illũ ipsa sponte susc̃iperet, ac si tota potestas filiæ ad contrahendum esset in patre: & sic Saul promisit filiam suam Dauid, non inquisito de consensu eius, quia sciebat quemcunque ipse vellet dare filię in virum, hunc ipsa sponte susc̃iperet. Sic etiam factum est de filia minore, scilicet Michol: quia promisit eam dare Dauid, postquam non dedit maiorem: & hoc solum, vt afferret illi centum præpucia Philisthinorum, & non quæsito consensu Michol, Saul promisit eam dare Dauid, & Dauid acceptauit conditionem, tanquam promissio Saulis firma esset. Sic etiam fecit Saul ante Bellum contra Philisthinos: nã posuit edictũ, q̃ qui occideret Goliath, accipiet filiam eius in vxerem. Ab antiquo quoq; iste mod⁹ fuit inter Hebręos: nam Caleb cũ pugnaret õ vrbẽ Cariathsepher, dixit: Qui percusserit Cariathsepher, & ceperit eam, dabo ei Axam filiam meam vxorẽ, vt patet Iosue. c. 15. & Iudicum. ca. 1. & ibi dicitur, q̃

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hothoniel cepit illam vrbem,& data est ei illa puella in vxorem:& tamen in hoc à principio nō interuenerat consensus Axæ, sed consensit postea, quia pater permiserat. Cum autem obijciebatur,ꝙ cogeretur Merob ad accipiendum Dauid in virū ex ista permissione,quia aliter essent frustratoria. Dicēdū, ꝙ non cogebatur: non tamē frustra fuit permissio, nec etiam Dauid frustra illam acceptauit, sciens, ꝙ quamquam non consentiret puella à principio, tamen postea acceptura erat in virum, quem pater sibi daret:& sic tātum erat, ꝙ pater permitteret eam dare,sicut,ꝙ realiter matrimonium contraheretur. *Tantummodo esto vir fortis.* idest, solum volo à te, ꝙ sis vir fortis.ſ.non peto alia dona,vel dotem,siue bona ad sustentandum matrimonium, quia ego omnia G ista dabo,sed solum peto, ꝙ sis vir fortis.

Quare Saul dixit Dauid, quòd esset vir fortis.
Quæstio. XXV.

QVAERET aliquis. Quomodo Saul petebat à Dauid,ꝙ esset vir fortis,& daret ei filiam:nam manifestum erat ei,& toti populo,ꝙ Dauid erat fortissimus virorum totius Israel:nam si acciperet fortitudo pro robore,cōstat, ꝙ ipse erat fortissimus, qa sæpe occiderat Leonē,& Vrsum,vt patet precedenti cap. & hoc nudis manibus eos lacerans. Si autem accipiatur fortitudo pro animositate, & confidentia ad pericula, etiam constabat Dauid esse virum H fortissimum: quia nullus in toto Israel ausus fuerat pugnare cōtra Goliath: ipse autem se pugnaturum in sola funda,& lapide se exposuit, atque triumphauit: non ergo erat opus, vt Dauid manifestaret magis fortitudinem suam: Respondendum tamen, ꝙ Saul non dicebat ista, quasi exhortans Dauid ad opera fortitudinis,& ꝙ prius illa non habuisset,nec ostē disset,sed volebat,ꝙ periret in manibus Philisthinorum:hoc autem contingeret,si se exponeret Dauid valde magnis periculis, ideo dixit Saul:esto vir fortis i.ostēde valde fortitudinem tuam. Quòd autem hoc intenderet,patet,quia.infr.dicitur,ꝙ Saul reputabat,dicens: non sit manus mea in eo, sed sit super illum manus Philisthinorum,&,quia hoc non acci- I deret,nisi Dauid exponeret se valde magnis periculis contra Philisthinos:hortatus est eum Saul,ꝙ esset vir fortis: & per hoc credidit, ꝙ Dauid incitaretur ad aggrediendum, & exponendum se periculis supra modum,& sic caderet in manus hostium. *Et præliare bella Domini.*i. facias bella contra Philisthinos: & dabo tibi filiam meam.Non dicebat hoc Saul,quasi Dauid etiam sine ista promissione non præliaretur bella Israel: quia cōstitutus fuerat à principio super viros belli,vt patet.sup.Deinde factus est tribunus.i. princeps mille virorum,& semper pugnabat:incitabat tamen Saul ipsum Dauid nunc ad magis se exponendum periculis: & faciendo frequentiora,& duriora bella:dicitur autem prēliare bella Domini: K quia prælia Israelitarum dicebantur bella Dei,eo ꝙ bellum vocatur illius, qui illud agit: vel pro quo illud fit: Deus autem habebat vtramque habitudinē ad bella,quæ faciebant Israelitæ contra hostes: ideo vocantur bella Dei.Primum patet, quia sæpe Deus pugnabat pro Israelitis, ipsis nihil agentibus, sicut fuit in Mari rubro, cum Deus occidit omnes Aegyptios,hostes Hebræorum, videntibus eis, & nihil agentibus, vt patet Exo. cap.14. scilicet, Dominus pugnabit pro vobis,& vos tacebitis.i.nihil agetis:sic etiam fuit in introitu terrę duorum regum Amorrhæorum in torrentibus Arnon, vbi Deus inclinauit cacumina montium, & oppressit omnes Amorrhæos interius latentes ad insidias Hebræorum, in quo nihil fecerunt Hebræi: & sic ista Duo dicuntur propriè bella Dei. Vnde Numeri. cap.21. dicitur de his duobus:vnde dicitur ī libro bellorum Dei, sicut fecit in mari rubro,sic faciet in torrentibus Arnon: scopuli torrentium inclinati sunt, vt requiescerent in Arnon, & recumberent in finibus Moabitarum. Aliquando autem Deus pugnabat pro Israelitis nō faciendo totum bellum pro se, sed maiorem partē, ostendendo aliquod opus miraculosum ad deletionem hostium: sic fuit quando pugnauerunt Israelitæ tempore Iosue contra Chananæos: nam cū quadam die fugerent quinque reges à facie Israel, misit Deus de cęlo lapides magnos super Chananæos, q- bus plures occisi sunt, quàm occisi fuerant ab Israelitis,vt patet Iosue.cap. 10.Et,quia iam sol nimis declinabat, & non poterant Israelitæ persequi hostes, fecit Deus stare solem: & non fuit motus spatio vnius diei:eo. ca. sic quoque fuit tempore Gedeonis, quando venerunt Madianitæ contra Israel: nā Gedeon cum,300.viris per noctem circumdedit castra Madian, vbi erāt plures,quam 200. millia virorum, & Israelitis clangētibus buccinis, Deus immutauit, & turbauit corda Madianitarum, vt se inuicem putarēt hostes,& se mutuo occiderent:& sic perijt maxima pars exercitus Madianitarum:postea Iudæi p- sequentes alios occiderunt,vt patet Iudi.cap 7.& 8. interdum verò Deus pugnabat pro Israelitis, non ostendendo aliquod miraculū:exterius tamen corroborando Israelitas ad pugnam, & immittendo timorem Chananæis,vt non auderent resistere Israelitis: & hoc erat valde magnum:quia aliàs non erāt ausuri Israelitæ pugnare contra Chananæos, vel si auderent,caderent in manus eorum.De hoc Exod. cap.23.scilicet terrorem meum mittam in præcursum tuum,& occidam omnem populum,ad quem introieris: cunctorū q; inimicorū tuorū corā te terga vertam. Sed Deus pugnabat semper pro Israelitis aliquo istorum trium modorum,quandocumq; ipsi pugnarēt,si Deo accepti erant, ideo bella iudeorum dicebantur bella Dei, scilicet, quia ab ipso fiebāt.Secūdo mō dicebantur bella Israelitarū bella Dei, qa p.io ipso fiebbant: nam cum quis pugnat contra hostes alterius,pro ipso pugnat:sed quandocumque Israelitæ pugnabant contra aliqam gentem, pugnabant contra hostes Dei, ergo pugnabant pro Deo. Patet hoc,quia omnes hostes Israelitarum erant hostes Dei, ergo cum pugnarent Israelitæ contra hostes suos, pugnabant contra hostes Dei. Patet hoc Exod.cap.23. scilicet. Quòd si audieris vocem eius, & feceris,quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis,& affligam affligentes te. Aliter possunt vocari bella Hebręorum bella Dei, quia illud opus, quod Deus iubet fieri, vocatur opus Dei; sicut iudicium, quod fiebat inter Israelitas,vocatur Dei iudicium, vt patet Deut. cap.1.scilicet. Ita paruum audietis,vt magnū,nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est,idest, quia Deus iussit illud fieri. Sed Deus iubebat Israelitis,ꝙ pugnarent contra Chanaæos,ideo vocantur ista bella Domini,& sic Saul dixit Dauid,ꝙ præliaretur omnia bella Domini,idest oīa bella Israelitarū. *Saul autem reputabat.* idest cogitabat intra se.istud erat,quando promittebat filiam suam Dauid. *Non sit manus mea in eo.* idest non est bonum, ꝙ ego occidam eum. *Sed sit super illum manus Philisthinorum.* Scilicet melius est, quòd occidatur à Philisthinis. Est sensus, quòd quando Saul promittebat filiā suā Dauid, nō promittebat intētione dandi eam: quia nec postea dedit, sed vt propter eā Dauid periret. Diffinierat enim Saul apud se occide re Dauid ad omnem euentum: quia, quandiu ille A viueret, non putabat Regnum suum esse securum, sicut.infra. Dixit Saul ad Ionatham, cap. 20. omnibus diebus,quibus filius Isai vixerit, nō stabilieris te, nec Regnum tuum. Cogitabat tamen Saul,quomodo honestius occideret Dauid.Prius enim conatus fuerat eum per se occidere, quando misit lanceam ad illum: visus est tamen sibi postea iste modus inconueniens, cum vellet occidere hominem penit' innocentem,&,qui salúauerat Israel: voluit ergo,ꝙ periret alio modo,ita,vt non ascriberetur sibi mors illius, quanrum ad rem nec quantum ad intentionem: hoc autem erat,si periret in bello contra Philisthinos: ideo dabat ei incitamenta ad exponēdum se magnis periculis,vt moreretur.

Quomodo cognitum est, quòd Saul daret filiam suam in vxorē Dauid, vt caderet in manus Philisthinorum.
Quæstio. XXVI.

QVAERET aliquis. Quomodo cognitum est, ꝙ Saul,quando dabat Merob in vxorē Dauid cogitaret intra se ista?Responderi potest,ꝙ istud postea apparuit ex opere.ſ.quia noluit dare filiam suā Dauid,quam promiserat. Sed ista probatio non est multum sufficiens:quia,quamquam sit aliqualis prę sumptio,non est tamen sufficiens probatio:scriptura autem non innititur pręsumptionibus, sed solidæ veritati. Aliter responderi potest, ꝙ Saul istud C aliquibus familiaribus reuelauit, & postea manifestatum est toti Israel. Sic patet, infra, quando promisit Saul filiam suam Michol Dauid: nā dixit: Dabo eam illi,vt fiat ei in scandalum,& fiat super eum manus Philisthinorum: postea quoque Saul publicè mandauit Dauid interfici, ꝙ ipse persequebatur eum: ideo manifestum esset omnibus,quomodo ip se promiserat filiam suam Dauid,vt caderet in manus Philisthinorum. Sed adhuc melius dici potest, ꝙ ille, qui scripsit librum istum habuit omnia hæc propheticè: nullus enim liber veteris testamenti de illis, qui ponuntur in primo, & secundo ordine canonis in prologo Galeato, est, qui non fuerit scriptus per propheram: & ideo,quamquā ea, quæ nar- D rantur,historica sint, & possint cognosci per humanam doctrinam sine reuelatione,tamen,quia historici quarundam rerum non possunt habere integrā cognitionem in multis sunt historiæ fallaces: quod potissimè accidit, quia historiam scribentes non interfuerunt omnibus rebus,quas scribunt,dum agerentur: & dato, ꝙ interessent, perfectè cognoscere non possent: quia quædam sunt, quæ etiam à præsentibus non cognoscuntur integrè: sicut est circa inspectores agonistarum,vel cuiuscunque belli, qa licet multi intersint,non proferunt omnes eandem sententiam de veritate gestarum rerum. Scriptura autem sacra obtinet maximum gradū certitudinis: quia non solum nunquam mentitur, sed etiam impossibile est eam mentiri: ideo non est contenta hac certitudine,quæ est per hoc,ꝙ aliquis interfuit reb', E dum gererentur: sed quærit maiorem certitudinē, quæ est per Dei testimoniū,quod est infallibile.Hoc aūt est,ꝙ scriptura sacra à prophetis confecta sit:qa prophetæ quicquid intelligunt,per diuinam illustrationem intelligunt. Sicut ergo Deus fallere nō pōt, ita impossibile est ꝓpheram mentiri. Et ob hoc maior certitudo adhibenda est rebus, quas à prophetis audierimus,quàm eis,quas nos videmus.Sic patet secunda Petri. ca.1.vbi probat beatus Petrus gloriam Christi,qū transfiguratus est in mōte Thabor p hoc, ꝙ ipse ibi,vidit,& præsentialiter audiuit:dicit tū: Ha bemus firmiorem propheticum sermonem,cui benefacitis attendētes.In quo patet,ꝙ firmius testimoniū esse dicit per id,qđ prophetæ dicunt,q̄ per id,qđ ipse actualiter vidit.Libri ergo sacræ scripturæ à ꝓphetis scripti sunt, & qa ipsi sciūt per diuinā illustrationem ea,quę occulta sunt in cordib' hoīum,poterat scriptor libri perhibere testimoniū de eo,qđ Saul cogitabat intra se.Et sic sæpe Euāgelistæ perhibent testimoniū de eo,ꝙ cogitabant Pharisæi intra se,qa ēt ipsi repleti fuerūt Spūsancto, & habuerūt Spiritū Propheticū ad scribendū certissimè Euangeliū. Ex hoc aūt est vnū correlariū.ſ. ꝙ in sacra scriptura illi soli libri sunt firmæ auctoritatis, q̄ à ꝓphetis scripti noscūtur:oēs aūt libri noui testamenti scripti sunt à B prophetis,quia oēs Euangelistæ,& Apostoli receperunt Spiritū sanctū,in quo recipitur spiritus prophetiæ,& genera linguarū,& sermo sapientiæ, & multa alia dona, vt patet prima ad Cor.c.12. Libri autē veteris testamenti non fuerunt oēs scripti à prophetis,ideo non sunt oēs æqualis auctoritatis:sed illi, q ponuntur in primo, & secundo canone,scripti fuerunt à prophetis,ideo sunt firmissimi,qui aūt in tertio canone ponuntur, non patent scripti à prophetis,ideo minoris auctoritatis sunt,potissimè illi, qui sunt historici:nam sapientiales, dato, ꝙ à prophetis scripti non fuerint,non multū refert:quia veritas librorū sapientialiū pōt cognosci solo lumine intellectus nostri,etiam,si nulla fides adhibeatur scriptu- C ræ:ideo per nos sciemus,si quid in eis verum, vel falsum sit; hoc aūt non contingit circā libros historicos,quia veritas illorum non pōt cognosci à nobis, sed solū adhibemus fidem scripturi: & ob hoc liber Iudith,& Tobiæ,qui historici sunt, & non patet qs eorum fuerit primus scriptor, infirmæ auctoritatis sunt. Sic etiam de secundo libro Machabæorū. De hoc Ieronymus in prologo galeato.

Quare Saul conatus sit occidere Dauid,cum tamen prius determinauerit, quòd occideretur per manus Philisthinorum. *Quæst. XXVII.*

QVAERETVR vlterius.Quare,cū Saul hic dixerit,non sit manus mea in eo.i.in Dauid,sed manus Philisthinorū, postea conat' ē occidere ipsū manu sua,vt patet sequenti.c. Rūdendū est, ꝙ ex die illa,qua mulieres cātauerūt: Percussit Saul mille,&c. existimauit Saul vitā Dauid esse sibi inimicā:& quādiu viueret non esset firmum regnū suum,ideo diffiniuit apud se,ꝙ occideret Dauid qualitercunque, siue per se,siue per alios quærendo ei occasionē mortis. A principio aūt conatus est occidere eum per se,cum ipsa lancea, quando à Dæmone vexabatur, putans, ꝙ non intelligeretur feciſſe ab intentione, sed per insaniam. Postea autem visum est sibi hoc inhonestū: quia omnes Israelitæ cognoscerent iniquitatem suam circa hominem innocentem: iudicauit ergo melius fore, vt alijs modis eum perire faceret. Hoc autem erat, ꝙ in bello contra Philisthinos morereturꝝ & quia ad hoc putauit efficacē esse causam promittere nuptias cum filia sua promisit ei illam. Postea autem attendit Dauid diebus multis,& non periclitabatur Dauid: quia ergo credidit hoc supuacuū,& vita Dauid erat nimis odiosa Sauli,non passus est vlterius expectare, ꝙ incideret Dauid in manus Philisthinorū, sed iussit ministris suis, ꝙ occiderent eū, vt patet in principio sequentis ca. Deinde cū dissuasus esset à Ionatha hoc facere,recōciliato sibi Dauid, iterum conatus est eū lancea cōfigere, vt patet seq.c. Et sic cōtinuè psecutus fuit eū quousq; expellit ipsū de terra israel,vt pa.ſ.26.& 27.

Saul hortabat Dauid ad opera fortitudinis, vt periret in manib. Philisthinorum.

Prælia Israelitarū dicuntur bella Domini.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quare Saul non iussit absolute Dauid pugnare contra Philisthi nos: sed cum promissione, quod daret ei filiam in vxorem.
Quæstio. XXVIII.

QVAERETVR vlterius, Quare Saul promittebat Dauid filiam suam, vt induceret eũ ad pereundum in manibus Philisthinorum: quia etiã non promissa filia poterat ei iubere, cùm esset Princeps virorum belli, quod pugnaret cõtra talem, vel talem locum, vbi esset durum certamen: & sic caderet in manus hostium, sicut ipse Dauid postea fecit de Vria Hethæo pugnante contra vrbem Amonitarum infra 2. li. c. 11. & nõ cogeretur sic Saul mentiri promittendo filiam, & postea non dando? Respondendum est, quòd non fecit hoc Saul propter multa. Primò, qa, si sic iuberet pugnare Dauid, esset mandatum suum simpliciter iniquum; & omnes viderent, quod Saul iniustè se habebat erga Dauid, ꝙ ipse volebat occultare: nam ob hoc bis conatus est cum lancea configere, cum à Dæmone arriperetur: & nunquam hoc attentauit, dum esset sanè mentis, vt, si fortè occidisset, videretur feciſſe ex furore, & non ab intentione. Secundo nõ fecit hoc Saul, quia dato, quod sic vellet facere, putabat se non posse habere, quod intendebat, quia, cum hoc iuberetur ipsi Dauid, ille videret, ꝙ hoc erat iniustum, ꝙ Saul faciebat, vt ipse moreretur, ideo non subiret talia certamina, & si aliquando subiret, non ageret animosè, sed nimis sibi caueret, tanquam non faciens ex incli H natione, sed ex præcepto, & sic non periclitaretur. Itẽ, si istud iuberet Saul Dauid timeret Dauid mortem, & forte fugeret à facie Saulis, sicut prius fugerat, quando voluit eum lancea confodere, quia mortem timebat: hoc autem erat contra intentionem Saulis, ideo non expediebat, quod illud iuberet: promittendo autem filiam suam in vxorem, si Dauid esset vir fortis, magis videbatur consecuturus intentionem suam, quia putabat, quod Dauid desiderio excellẽtis coniugii, & honoris magni, exponeret se grauissimis periculis. Et hoc non quasi ex præcepto, vel inuit⁹, sed ex desiderio, & inclinatione agit, illa intensè agit: ideo sic Dauid exponeret se duris periculis, vt inde consequeretur clara facinora, & I laudaretur à Rege, qui autem talib. periculis frequẽter se exponit, necesse est, vt, aliquãdo corruat: ideo ista via visa est conuenientissima Sauli, vt periret Dauid. Sed dicet aliquis. Quare Saul nõ iubebat exercitui, vt, cum essent in certamine, desereret Dauid solum, & moreretur. Sic enim fecit Dauid, quod moreretur Vrias, infra 2. li. c. 11. Respondendum, quod hoc non fecit propter duo: primò, quia, si hoc diceret, toto exercitui esset manifesta iniquitas Saulis: quia hoc proinde erat, ac si Saul exercitui iussisset, ꝙ occideret Dauid, sed hoc nolebat Saul putans, ꝙ sine infamia sui mors Dauid prouenire posset. Secundò, non fecit hoc: quia non consequeretur intentũ: nam totus exercitus diligebat Dauid fortè magis, K quàm Saulẽ, cum supra dicatur. Omnis Israel, & Iuda diligebat Dauid: ipse enim ingrediebatur, & egrediebatur ante eos: ideo exercitus non obediret dictis Saulis super hoc: sed magis è contrario obediret Dauid contra Saulem: nam sciebãt eum sibi esse magis vtilem ad pugnam contra hostes, quàm Saulem, ideo ista fuit origo indignationis Saulis contra Dauid: quia vidit, ꝙ totus populus magis fauebat Dauid, quàm sibi. Quod autem obijcitur de Vria Hethæo non est simile: quia Dauid erat Princeps belli, & omnes diligebant eum, nec quisquam de exercitu obediuisset Sauli contra Dauid. Vrias autem Hetheus erat quidam de militibus Dauid sub Principa F tu Ioab Principis militię Dauid: & quodcunque Dauid iuberet, facturus erat Ioab: vñ dixit ei, quod poneret illum in loco duri certamiuis, quod Ioab fecit, & Vrias occubuit. Non ergo visus est aliquis modus conueniens Sauli ad occidendum Dauid, nisi, ꝙ promitteret ei filiam suam. *Ait autem Dauid ad Saul: quis ego sum?* Hic respõdet Dauid promissioni Saulis, dicens se indignum esse, vt ei fiat ista promissio: quia non erat de tali genere, nec erat talis vir, qui deberet accipere filiam Regis in vxorem: & dicit. Quis sum? q.d. non sum talis, qui hoc merear. In hoc humiliauit se Dauid: nam ipse erat dignus filia Regis, quia opera sua erant clarissima, cum ipse saluasset Israel de manu Philisthinorum, & quotidie saluaret G pugnans contra Philisthinos: sed mos virorum bonorum est propriam excellentiam non concedere, sed supprimere. *Aut quæ est vita mea?* ideſt, quis status meus? Aliquando accipitur vita propriè, & tunc vita est ipsum esse, vel duratio rei viuentis. Sic dicit Aristo. 2. de Anima, quod viuere viuentibus est esse. Aliquando accipitur pro operatione: quia esse est in operari, & viuere est esse. Ergo viuere est operari. Sic declarat Aristo. 9. Ethicorum, dicens, quod viuere Brutorum est sentire: viuere autem hominis est intelligere, & sic accipitur viuere per operationẽ propriã rei, secundum speciem suam: aliquando autem accipitur vita pro quacunque operatione: & sic ꝙrimus, quæ est vita istius, vel illius hominis, ideſt quæ est operatio, circa quã maximè, vel continuè versatur: & hoc mõ loquitur Philosophus in fine 9. Ethicorum, scilicet, quod amici volunt sibi conuiuere in eo, in quo putant esse vitam suam: ideo quidam compoetizant, alij ludunt simul ad aleas, alij simul venantur, tanquam vita sit eis in Poetizando, ludendo ad aleas, vel venando. Alio modo accipitur vita pro substantia, vel possessione & sic dicimus facultates alicuius hominis esse vitam illius, sic loquitur Aristo. Ethic. li. 4. cap. de Liberalitate, dicens, ꝙ per vtilia est viuere, ideſt per bona vtilia, habet homo vitam, quæ sunt instrumenta ad sufficientiam hominis: & isto vltimo modo accepit hic Dauid, s. quæ est vita mea, i. quæ est possessio, vel facultas mea, vt ego possem accipere filiam Regis in vxorem? q. d nullã facultatem habeo. Hoc tangebat Dauid principaliter: quia requirebatur, quod nimis esset dives, qui filiam Regis acciperet. Sic iterum dixit, cum deberet sibi dari Michol in vxorem, s. Num parum vobis videtur Generum me esse Regis? ego autem vir pauper, & tenuis. *Aut cognatio mea in Israel*, q. d. quę est cognatio mea, vt ego debeam accipere filiam Regis? s. non sum ego tam generosus, vt eam accipiam: quia cognatio patris mei non est magna. *Vt fiã Gener Regis*, i. vt accipiam filiam eius in vxorem, q.d. non sum aptus ad hoc: tetigit autẽ Dauid ista tria: quia ista erant sola, per quæ aliquis efficitur dignus magno coniugio, s. nobilitas viri, & facultatum amplitudo, & generis excellentia. Quantum ad primum, dixit: quis ego sum? ideſt non sum? tã excellentis virtutis. Quãtum ad secundum dixit: quæ est vita mea: ideſt non sunt tam amplæ possessiones meæ, vt mereantur regale coniugium. Quantum ad tertium dixit: quę est cognatio patris mei? q.d. non est tanta excellentia generis mei, vt merear filiam Regis. Dicebat autem Dauid se non habere aliquid istorum trium: omnia tamen requirebantur, vel saltem aliquod illorũ ad hoc, quod couuenienter posset habere filiam Regis. Sciendum, quod Dauid, quamquam diceret se nihil horum trium habere, vt meretur filiam Regis, tamẽ habebat saltem duo illorum. De primo patet: quia ipse erat vir melior omnibus Israelitis, & hoc siue quan- Vita multipliciter accipitur. Dauid locus.

quantum ad bonitatem moralem: quia nõdum peccauerat mortaliter in tota vita præterita: nã Dauid nunquam peccauit, nisi in adulterio, cum Bersabeę, & in morte Vriæ, vt patet infra 3. li. c. 15. s. Fecit Dauid rectum in oculis Domini, & non declinauit ab omnibus, quæ præceperat ei cunctis dieb. vitæ suę, excepto sermone Vriæ Hethæi: nõdum tamen peccauerat in his: quia ista acciderunt postquam factus est Rex, vt patet infra 2. li. c. 11. ideo nondum mortaliter peccauerat: & sic erat melior mortaliter omnibus Israelitis. Erat melior quantum ad opera belli: quia nullus in Israel ausus fuit pugnare cõtra Goliath, & ipse pugnauit quasi inermis, vt patet præcedenti cap. Merebatur ergo filiã Regis, & siquid aliud dignus esse poterat. Item de cognatione Dauid dicendum, ꝙ cognatio sua erat de nobilissimis totius Israel. Pro quo sciendum, quod aut comparabitur cognatio Saulis ad cognationem Dauid, tanquam regalem, ad non regalem, vel comparabitur, vt cognatio Tribus Beniamin ad cognationem Trib. Iudæ. Si primo modo, non erat æqualis cognatio Dauid cognationi Saul. quia nulla potest esse clarior ꝓsapia, quàm regalis: & hoc dato non solum cognatio Dauid nõ erat sufficiens, vt ipse acciperet in vxorem filiam Saulis, sed etiã nulla alia cognatio Israelitarum: quia non erat aliquis Rex in Israel, præter Saulem: vnde necesse erat filios, & filias Regis Israel contrahere cum alijs, qui essent inferiores ꝓsapię: quia non poterant contrahere cum filijs, & filiabus Regum Gentilium, cum hoc esset nimis vetitũ Ex. cap. 34. & Deut. 7. Si ergo aliquis de Israel accipere debebat filiam Saulis in vxorem, æque dignus erat Dauid, quantũ ad ꝓsapiã, sicut quilibet de Israel. Si autem comparetur cognatio Dauid ad cognationẽ Saulis, sicut cognatio Tribus Iudæ, ad cognationem Tribus Beniamin, dicendum, quod excellẽtior erat cognatio Dauid, quàm Saulis: quia Tribus Iudæ erat excellentior omnibus Tribubus: nã Iacob, quãdo benedixit filijs suis, Tribuit Principatum Regalẽ Iudæ Gen. cap. 49. Deinde in deserto, cum Israelitæ præcederent Tribus Iudæ magis honorabatur, quã cęteræ quantum ad omnia: ipsa enim castrametabatur in parte nobiliori, & anteriori castrorum, s. ad orientem, vt patet Num. cap. 2. & quando mouebãtur castra ipsa præcedebat alias Tribus, vt patet Numeri, cap. 10. Item postquam fuit Templum, siue Tabernaculum Moysi constructum, & obtulerunt in dedicationę eius Principes tribuum: primus, qui obtulit fuit Princeps Iudæ Numeri c. 7. Item postquam Israelitæ introierunt in terram Chanaam, Deus sæpe constituit Tribum Iudæ in Principem super alias Tribus: nam mortuo Iosue quærentibus Israelitis, quis esset Princeps eorum: respondit Deus, quod Iudas ascenderet ante eos, & esset Princeps Iudi. c. 1. item autem, quando 11. Tribus pugnauerunt cõtra Tribum Beniamin, quæsierunt Israelitę, dicentes ad Dominũ: Quis erit ī exercitu nostro Princeps certaminis contra filios Beniamin? quibus respondit Dominus: Iudas sit dux vester; ergo Tribus Iudæ erat excellentior alijs tribubus ante hoc, & sic propter cognationem satis merebatur Dauid habere filiã Saulis in vxorem. De facultatibus autem Dauid secus est, quia non apparet, an esset vir dives. Magis autem videtur, quod esset pauper: quia, quamquam pater suus esset dives, habebat tamen octo filios, & duas filias, vt patet præcedenti cap. & primo Paralipom. c. 2. ideo diuisa hæreditate paterna, per eos modicus cuiq; eueniret: præcipuè, cum Dauid esset minimꝰ omnium, & primogenito semper proueniebat du- A pla portio hereditatis, Deut. 21. c. Quantum ergo ad istam partem Dauid fortè erat insufficiens: in alijs tamen duabus erat valde excellens, quæ huius defectum auferebant: ideo, quando iterum Saul promisit Dauid dare filiam suam Michol ei in vxorem, solum ipse tetigit istam partem, s. quod erat paruarũ facultatũ, dicens: nunquid parũ vobis videtur me esse generum Regis? ego autem sum vir pauper, & tenuis. De cognatione autem sua, & de nobilitate personæ nihil innuit.

An Dauid peccauerit dicendo: quis ego sum?
Quæstio XXIX.

B QVAERET aliquis. An Dauid peccauerit dicendo, quis ego sum? quia in hoc innuebat se non esse dignum filia Regis: erat tamen dignus, tam in cognatione, quam in nobilitate viri. Aliquis respondebit, ꝙ non peccauit: quia, ex humilitate hoc dixit. Sed, si hoc solum dicatur non stat: quia sicut ex superbia illicitum est mentiri, ita ex humilitate. Sed dicendum est, ꝙ Dauid non peccauit: immo se habuit laudabiliter, & cautè siue prudenter: Cautè quidem, quia coram Rege non est licitum alicui, quod seipsum laudet: quia ex hoc, quod aliquis laudatur in præsentia alterius, indirectè subtrahitur illi aliqd de honore, non licet tamen hoc corã Rege, sed magis eum solum honorare, & quia, si Dauid diceret se C esse virum, vt acciperet filiam Regis, vel saltem hoc innueret per hoc, quòd ipse æquabatur Regi, subtra hebatur nimis honori regis, ideo ipse nimis egit cautè, vt ex hoc Regia maiestas excellentior videretur. Et est quidam modus captandi fauorem à regibus: non tamen debet esse nimius: quia transibit in adulationem: adulatores enim fingunt se nimis amare, & nihil amari, nec esse dignos amari ab eo, quẽ amant, vt patet 8. Ethic. ideo, dato, quod Dauid solum deberet attendere humanam prudentiam, multum agebat cautè se dicendo indignum ad hæc. Rursus in hoc Dauid virtuosè agebat: quia conditio humilitatis est propriam excellentiam non agnoscere. Sic autem Dauid, quamquam esset dignus, tamen se indi- D gnum reddebat. Sed tunc aliquis dicet, quod, cũ Dauid cognosceret se dignum: dicere se indignum erat mentiri, & consequenter peccabat: ga mentiri quocunque modo, peccatum est. Item Aristo. 2. Ethic. ponit veridicum esse virtuosum: quia verè se habet tam in dictis, quàm in factis: fictorem, vel iactãtem vocat eum, qui falsum dicit in laudem suam. Hironicus est ille, qui falsum dicit diminuendo excellentiam suam. Fictor autem est superabundans. Hironicus est deficiens, sed vtrumque extremum est vituperabile. Ergo, si aliquis propter humilitatem mentiatur, peccat. Sic autem videbatur de Dauid. Respõ Humiliari quando, & quantũ liceat. dendum est, quod humilis potest se habere dupliciter humiliando se, vel non existimando se tantum, E quantus est, vel negando de se aliquam perfectionẽ, quæ in eo est. Primo modo non est peccatũ, immò ista est conditio hominum verè humilium, ꝙ nunquam surgant ad considerandum laudes suas, sed magis considerant defectus, & ex his reputant se indignos omni bono, qui verò superbi sunt, nũquam humiliantur ad cognoscendum defectus suos, sed, siquid in eis ex aliqua parte laudabile est, illud semper considerant, vt supra id quod est, illud esse indicant. Secundo modo potest se humiliare aliquis, scilicet negãdo aliquam perfectionẽ, quæ in eo sit: vt, siquis quæreret ab alio. an aliquando ieiunasset, vel orasset: & ille causa humilitatis, vt videretur despicabilis, dicit se nunquam ieiunasse, nec orasse, peccaret, Amittit laudem, ꝙ seipsum laudat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ret. Et sic quandocunque aliquis veritatem negat, de qua quæritur, falsum asserens propter humilitatem, peccat. Si tñ aliquis de se falsa existimet pp humilitatẽ, nõ peccat: vt, si quis sit dignus aliquo honore, vel dignitate, & existimet se indignũ, eo, quod nũquam insurgit ad considerandum excellentiam suam, sed semper considerat ad defectos suos, non peccat: immo est nimis laudabilis: quia virtus fecit eum parua de se sentire: & non solum si existimet se aliqs indignum, qui dignus est non peccat: sed etiam si q̃ratur ab aliquo, an sit dignus episcopatu, vel aliquo honore, & ipse respondeat, quod non est dignus, nõ peccat: quamquam secundum veritatem sit dignus: dum tamen iste apud se existimet se indignum. Sed tunc dicet aliquis, quod mentiri propter humilitatem non erit peccatum, cum iste mentiatur hic. Respondendum est, quod mentiri siue propter humilitatem, siue propter superbiam, peccatum est: iste tamen non mentitur: nam aliud est falsum dicere, & aliud mentiri. Falsum dicere est, cum quis aliter, quã res se habent, loquitur. Mentiri est, cum quis, contra id, quod mente tenet, ore loquitur: potest autem interdum esse falsum, & non esse mendacium, & interdum poterit esse mendacium, & non erit falsum: vt, siquis credens aliquid verum esse, illud asserat, & tamen sit falsum: nam tunc non mentitur: quia non loquitur contra mentem, & tamen falsum dicit: qa aliter res se habet. Aliquando autem aliquis mentitur, & dicit verum: vt, siquis credens aliquid esse falsum, cùm illud sit verum, asserat ipsum, vt verum: nam tunc mentitur: quia contra id, quod mente habet, loquit: nõ tñ dicit falsũ, sed verũ: qa sic res se hẽt, vt ipse loquit: iste autem de quo hic dicitur, qui se in dignum asseruit, falsum dixit; quia dignus erat: tamẽ non mentitus est: quia se indignum putabat, falsum autem dicere non est peccatum, sed mentiri. Cũ aũt quærebatur ab aliquo, an ieiunasset, vel orasset: & ille, causa humilitatis, diceret se nunquam ieiunasse, vel orasse, mentiebatur, ideo peccabat. Ratio diuersitatis inter ista est: quia cum aliquis dicit se indignũ, cum sit dignus, potest existimare se esse indignũ: eo, quod iste nunquam considerat excellentiam suam, sed defectus, propter quos iudicat indignitatem: si tamen orauit, vel ieiunauit, non potest etiam propter humilitatem existimare se non ieiunasse, nec orasse: ideo, si dixerit se nõ ieiunasse, peccabit: & istud non pertinet ad humilitatẽ: quia humilitatis est defectus considerare suos, sed non falsa asserere cõtra intentionem. Nunc autem de Dauid dicendum est, quod non peccauit dicendo hæc. Et hoc dupliciter. Vno modo, quod Dauid non dixit se indignum, sed humiliauit se, dicendo: Quis ego sum, & quæ, vita mea? &c. & istæ admirationes, vel interrogationes, quamquam communiter referantur ad significandum negationem, tamen non tantum sonant, sicut negationes: magis enim est dicere: Ego non sum dignus hoc honore, quàm si dicatur: Quis ego sum, vt K suscipiam istum honorem? quia in primo, cùm sit assertio, potest esse mendacium. Item secundo autem non potest esse, saltem ex modo verborum. Dauid autem non dixit? Ego non sum dignus, vt fiam Gener Regis, sed dixit. Quis ego sum, vt fiã Gener Regis. Secundo modo potest responderi, quod dato, q̃ Dauid dixisset se esse indignum suscipere filiam Regis, nõ peccabat: quia, quamquam esset dignus, quia tamen erat humilis, non existimabat de se aliquam excellentiam, sed considerabat omnes defectus suos, ex quibus reddebat se indignum, & in hoc non dicebat contra mentem, & consequenter non peccabat. Cum autem arguebatur, quod mẽtiri causa humilitatis peccatum est: dicendum, quod quando aliquis mentitur propriè, s. contra mentem dicens, peccat: etiam si ex humilitate agere vellet. Si tamen aliquis existimet se indignum, vel asserat, quia si credit non est peccatum, nec mendacium. Cùm vero arguebatur secundum Philosophum, quod veridicus est medium, & fictor, & hironicus sunt extrema: & extremum semper est vitiosum: Respondendum, q̃ humilis non est fictor, nec hironicus, sed veridicus. Si tamen aliquando humilis dicat de se minora, vel semper de se minora existimet, non est hironicus: quia diuersimodè hoc pertinet ad hironicum, & ad humilem. Nam humilis semper de se minora existimat: quia virtus inclinat eum ad considerandũ semper defectus suos, & non excellentiam: & sic non agit contra mentionem. Hironicus autem in habitu, & in omnibus actib. protestatur se minorem dignitate sua; ipse tamen apud se existimat se esse indignũ maioribus, quàm se dignificet, & ostendat. Item Hironicus asserit de se minora, quam sint, & cùm interrogetur de aliquo actu, negat illum de se, & in hoc mentitur agens contra conscientiam: humilis autẽ subticebit propter humilitatem, si est aliquis actus laudabilis, de quo quæritur: non tamen asseret se nõ habere, vel non egisse. Non est ergo humilis Hironicus, nec extremum, sed est medius, idest veridicus tã in rebus, quàm in verbis, quod satis consonat dictis Philosophi 2. & 4. Ethic. *Factum est autem tempus, cum deberet dari Merob filia Saul Dauid*, idest completum fuit tempus, in quo debebat dari in vxorem ad consummandum matrimonium Merob ipsi Dauid. Dicitur autem completum: quia fortè Saul dixerat Dauid Esto vir fortis, & pliare bella Domini, & dabo tibi filiam meam in tali, vel tali tempore: Dauid autem præliatus fuerat iam sæpe: & aduenerant dies illi, in quibus promiserat Saul se daturum filiam suã, ideo dare debebat. Aliter potest intelligi, quod Saul dixerat Dauid, quod faceret aliquid determinatum contra Philisthinos, & tunc daret ei filiam, vt potè, si diceret, q̃ faceret tria, vel quatuor bella, vel, q̃ occideret tot aut tot Philisthinos, sicut infra dixit de Michol, quando pro ea petijt centum præputia Philisthinorum: & Dauid illa annumerauit Regi, & tũc data est Michol: nunc autem fecerat illa bella: ideo completum erat tẽpus, quo debebat dari ei Merob. Aliter potest intelligi, quod apud Hebrẽos esset tempus determinatum, in quo nuptiæ contraherentur post sponsalia facta, &: quia iam aduenerat tempus illud celebrandarum nuptiarum, non fuit sibi data. Et hoc est aduenisse tempus. *Data est Hadrieli Molathi tæ vxor*, idest data fuit alteri viro, qui vocabatur Hadriel Molathites. Postea ille habuit ex illa filios q̃driel Molathites. Postea ille habuit ex illa filios q̃que, quos crucifixit Dauid ad petitionem Gabaonitarum, vt patet infra 2. lib. c. 21.

Mentiri, & falsum dicere differunt.

Quare Saul non dedit Merob in vxorem Dauid.
Quæstio XXX.

QVAERET aliquis, Quare Saul non dedit filiam suam Merob in vxorem Dauid? Respondendum, quod Saul nolebat honorare Dauid, sed pretendere: filiam autem suam non promiserat ei hac intentione, vt aliquando nuptiæ inter eos celebrentur, sed, vt amore celebrandarum nuptiarum exponeret se magnis periculis contra Philisthinos, & peteret: ad hoc autem constituerat sibi tempus aliquãtulum, vt in toto illo vacaret bellis, & aliquando peteret: postea autem, consummato tempore Dauid, non perierat, ideo Saul non consecutus fuerat intẽtum suum, propter quod filiam suam promiserat ei, ideo noluit eam dare: quia postquam acciperet, credidit eum non periturum, quia non cogebatur vltra pugnare, cum iam completa esset conditio: Si autem Saul promisisset filiam intentione dãdi eam, dedisset consummato tempore: solum tamen erat promissio, vt esset occasio Dauid ad pereundum. Sic dicitur supra: non sit manus mea in eo, sed sit super illum manus Philisthinorum.

Saul tripliciter peccauit dando Merob in vxorem alteri à Dauid. Quæst. XXXI.

QVAERETVR vlterius, An peccauerit Saul dando filiam suam alteri viro, cũ eam promisisset dare Dauid? Respondendum est, q̃ Saul peccauit hic tripliciter: primò: quia noluit filiam suam dare Dauid pro occisione Philisthęi: sed voluit iterum aliam conditionẽ ad habendum filiam, & sic fecit, q̃ Dauid non haberet id, quod erat sibi semel debitum, sed voluit, vt esset bis debitum. Secundo peccauit: quia non promisit filiam suam Dauid bona intentione, scilicet, vt consumaretur matrimonium, & consequeretur in eis finis coniugij, sed fecit, vt esset Dauid in scandalum, scilicet, vt moreretur desiderio nuptiarum, & quantũ ad hoc erat Saul homicida in animo. Tertio peccauit Saul: quia cũ promisisset secũda vice dare filiam suam Dauid, nõ dedit, etiã si bis esset sibi debita: licet enim Saul mala intentione promisisset filiam suam Dauid: quia tamen completio erat licita, & necessaria debebat Saul complere: grauiter enim peccauit, iam enim tota vita Saulis iniquitatibus contra Dauid plena fuit.

An matrimonium Merob cum Hadriele tenuerit. Quæstio. XXXII.

QVAERETVR vlterius, An matrimonium q̃tractum inter Hadriel Molathitem, & Merob filiam Saulis tenuerit? Aliquis dicet, q̃ non: quia si aliqua mulier contraxerit cum aliquo, & postea cũ alio contrahat, secundus contractus non tenet, nec est matrimoniũ, sed coitus adulterinus: sic aũt erat in Dauid: quia ei fuit desponsata primo Merob filia Saulis, postea autem fuit data alteri viro: ergo non tenebat matrimoniũ. Aliquis dicet in contrarium, q̃ tenuerit: quia nunc non tenet matrimonium secundum, contracto primo: eo, q̃ matrimonium est ratum, inter infideles autem non est matrimonium ratum, nec fuit à principio ratum inter Hebrẽos, vt patet extra de diuor. scilicet gaudemus, ideo licet aliqua mulier contraheret cum aliquo, poterit, eo viuente, contrahere cum alio, quia matrimoniũ nõ erat ratum. Sed dicendum, q̃ ista ratio non stat, qa inter hebræos matrimonium non erat ratũ ex hoc, q̃ dabatur libellus repudij interdũ: ex alia tamẽ parte æque ratum est, vt nunc: sed hic non fuit libellus repudij inter Dauid, & Merob: ergo matrimonium erat ratum. Quod aũt non esset libellus repudij, patet, quia fœmina nunquam habuit secundũ aliquã legem ptãtem repudiãdi virũ, sed vir habebat potestatem repudiandi fœminã: sed Dauid volebat hic Merob in vxorẽ: ergo ipsa non poterat eum repudiare. Item dato, q̃ Merob habuisset eandem potestatem repudiandi Dauid, quã habebat Dauid respectu ipsius, non potuisset repudiare eum nunc: quia repudium nõ poterat dari in veteri testamento, nisi consummato matrimonio, vt patet Deut. ca. 24. cũ dicitur: Si acceperit homo vxorẽ, & habuerit eam & cętera, idest si acceperit per sponsalia, & habuerit eam in domo sua, & in potestate cõsumata copula, tunc enim poterit scribere libellum repudij, sed nõdum erat consummatum matrimonium inter Dauid & Merob: ergo non poterat intercidere repudium, sed maneret firmum matrimonium, si aliqd erat. Dicendum ergo, q̃ totum dubium stat in hoc, scilicet, an Dauid contraxerit matrimoniũ per verba de præsenti cum Merob: licet non fuerit sibi data ad consummandum illud per copulam, vel si solum Saul promisit dare filiam suam Dauid, si pugnaret contra Philistinos: & tamen non interciderint aliqua verba inter Merob, & Dauid causantia matrimonium, vel sponsalia: sed ista intercidere debebant eo tempore, quo Dauid cõplesset conditionẽ. Si primo modo dicatur, est tenendum, q̃ nõ potuit postea cõtrahere Merob, cũ Hadriel; quia erat vxor Dauid, & ille contractus fuit adulterium, & nõ matrimonium: & hoc tenent multi Iudæorũ, scilicet, q̃ ex iure debuit dari Merob Dauid in vxorẽ, & peccauit Hadriel accipiendo eam, nec potuit eam tenere, vt verè vxorem. Si autem dicamus secundo modo, tenendum est, q̃ Saul peccauit non dãdo in vxorem filiam suam Dauid, quia ipse tenebatur quantum in se erat agere, vt filia sua acciperet Dauid in virum, quamquam nõ obligabatur cogere eam q̃sentire in illum, si nollet: & erat ipse liber à promissione, si quantum in se erat ageret rogando, vel persuadendo nihil minarum, vel timoris incutiendo: non solum tamẽ non fecit, vt filia sua acciperet Dauid in virũ, sed etiam prohibuit, ideo peccauit agẽs contra promissionem: non tamen peccauit Hadriel accipiendo Merob in vxorem, nec ipsa consentiendo in eum, vt in virum: quia nullum vinculum matrimonij inductum fuerat inter Merob, & Dauid.

Dauid nunquam contraxit cum Merob. Quæstio XXXIII.

QVAERETVR vlterius, Cũ istis duobus modis possimus opinari circa Merob, & Dauid, qs sit modus melior? Respondendum, q̃ nõ patet expresse ex litera quis modus istorum debeat teneri: tenendum tamen est, q̃ non fuit contractũ aliquod matrimonium inter Dauid, & Merob: quod patet: quia si fuisset contractum non solum Merob peccaret consentiendo in alterum virum, & Hadriel accipiendo eam in vxorem: sed etiam peccaret Dauid, si, habita opportunitate nõ repeteret illam: quia ex hoc consentiret eam adulterari. Dauid tamen nunquam eam repetijt: ergo non fuit vxor eius: repetijt tamen Michol in vxorem, vt patet infra postquã verò recessit Dauid à facie Saulis, dedit Saul in vxorẽ Michol Phaltiel, filio Lais, vt patet inf. c. 25. & ista erat violentia, & non matrimonium. Toto autem tẽpore, quo vixit Saul, non habuit Dauid opportunitatem repetendi Michol, cũ esset potens Saul, & satis sibi erat vitam posse defendere: mortuo autem Saule, cũ factus est ipse Rex super Iudam, repetijt ab Isboseth filio Saulis, dicens: redde mihi vxorẽ meã Michol, quam desponsi mihi centũ præputijs Philisthinorum: misit aũt Isboseth, & tulit eam à Phaltiel viro suo filio Lais: sequebaturq; eã vir suus plorans vsque Bahurim, vt patet infra 2. lib. c. 3. Itẽ aliqualiter colligitur hoc ex litera, quia dicitur supra. Ecce filiam meam maiorem Merob, ipsam dabo tibi vxorem tantummodo esto vir fortis, & sic nõ dixit, q̃ eam dabat, vel actualiter dedit, sed q̃ daturus erat: illud autem postea non fecit: quia aduenientе tempore, non dedit eã ipsi, sed alteri viro. Sed obijcietur: quia infra dicitur: in duabus eis gener meus hodie: ergo non solum accepit Dauid vxorem Michol,

Universidad de Deusto
Biblioteca

chol,sed etiam Merob: alioquin non esset gener in duabus, sed in vnica. Respondendū est,q illud nō intelligitur de ambabus filiabus, scilicet, q eris gener in duabus,i.dabo tibi duas filias: nam qñ istud dixit Saul,iam tradiderat Merob in vxorem Hadriel Molathitæ: & erat consummatum matrimonium inter illos: ergo nolebat dicere, q in illa esset gener illius,scilicet dando illam sibi in vxorem. Sed aliter intelligitur, vt infra declarabitur in litera. *Dilexit autem Michol.* Hic cōsequēter describit ꝓmissio secūdę filiæ,q̄ data est Dauid,vt infra patet, & dicitur. *Dilexit autem Michol filiam Saul alteram Dauid*, habebat Saul duas filias,s. Merob, & Michol, quarum primam tradiderat Hadriel Molathitæ vxorem, nūc autem Dauid dilexit minorem,s. Michol: quia illam vellet accipere in vxorem,licet primam non accepisset: & fortè:quia diligebat eam amplius,eo, quod esset pulchrior:sicut Iacob dilexit Rachelem minorem filiā Laban magis, quàm Liam, quæ erat primogenita, eo,quod Lia erat lippis oculis:Rachel autem erat decora facie,Gen. 29 c. In Hebræo dicitur hic, quod Michol dilexit ipsum Dauid:litera autem nostra innuit,quod dilexerat Dauid ipsam Michol: satis autem potuit esse facilis errandi occasio mutando literam nostram:quia solū differt in hoc, quod dicam⁹ filia altera, vel filiam alteram: quia cum Michol sit indeclinabile,& Dauid,non patet,an ponatur in recto,vel obliquo:magis tamen credendum est, quod Hieronymus transtulerit,quod Dauid dilexit alterā filiam Saulis:nam si diceretur, quod Michol dilexit Dauid,non esset aliquid ad propositum eorum,quę dicuntur in litera:nam dicitur immediatè, quod nūciatum fuit hoc Sauli,& placuit ei,dixitq;. Dabo eā illi,vt fiat ei in scandalum. Si tamen in litera diceretur,quod Michol dilexit ipsum Dauid,& non,quod Dauid dilexit ipsam Michol, non esset ad propositum,quod Saul daret eam Dauid in vxorem, dicēs: Dabo eam illi:nam si ipse non diligebat eam,quamquam ipsa diligeret eum, fortè nollet accipere eam Dauid in vxorem,& nō esset aliquid, propter quod placeret Sauli. Item:quia dixit Saul: Dabo eā illi, vt fiat ei in scandalum:si tamen Michol diligeret ipsū, Dauid non fieret ei in scandalum: sed magis ad defensionem vitæ:quia propter amorem Dauid reseruaret eum à morte,sicut fecit sequenti ca.nam pręponderauit ibi amor Dauid ad amorem paternum, & liberauit eum à morte,quamquam pater contrarium iussisset:immo propter hoc,quod Michol dilexit nimis Dauid post cōtractum matrimonium cępit magis timere,& contristari Saul, vt patet infra, in litera, s. Michol autē filia Saulis diligebat Dauid, & Saul magis cępit timere eum,s. propter illū amorem,quem sciuit filiam suam habere ad Dauid:non ergo debet dici,in litera,q̄ Michol dilexit ipsum Dauid:sed,quod Dauid dilexit Michol. Et tunc stāt ea, quæ dicuntur in litera, s. quod placuit hoc Sauli, & dixit, quod daret eam illi: nam si diligebat eam,certum est,quod vellet illam accipere in vxorem. Itē stat secundum, quod dixit Saul, s. dabo eam illi, vt fiat ei in scandalum:credidit quippe Saul,q̄ Michol non diligebat ipsum Dauid, sicut Dauid diligebat eam,& quod ipsa semper erat dilectura intēsius patrem quàm virum:& hoc modo posset per eam pater scire intentionem Dauid,& omnia, quę ageret: & sic facilius incideret in manus Saulis, sic patet sequenti cap. Cum iussit Saul filiæ suæ Michol, vt daret Dauid ad occidendum:ipsa deposuit eum per fenestram:pater tamen putauit, quod ipsa propter eū non curaret de viro,& traderet in manus illius,licet è contrario factum sit. *Et nunciatum est Saul*, s. serui ei⁹ nunciauerunt ei,quod Dauid diligeret Michol, eo, quod ostenderat ei aliqua amoris insignia:& placuit ei,s. quia putauit,quod per hoc consequeretur intētionem suam de occidendo Dauid,vt immediatè sequitur. Sed aliquis dicet,quod etiam si non esset tutum Sauli, quod Dauid diligebat Michol sequeretur idem:quia poterat promittere Saul filiam suam Michol Dauid,& tunc fieret ei in scandalum,sicut hic dixit Saul. Respondendum est, quod non intrēdebat Saul,posse consequi intentionem suam,promittendo Dauid filiam suam,nisi fortè diligeret eam: quia putabat Saul, quod cum fefellisset Dauid non dans ei filiam primam,quam promiserat,quod nollet subire aliquam conditionem, promittendo ei secundam filiam:quia crederet, quod in secunda Saul falleret fidem,sicut in prima. Cum autem sciuit, quod diligebat eam, intellexit, quod subiret quamcunq; conditionem illa,sibi promissa;ideo placuit Sauli,rā quam ex hoc consequeretur intentum. *Dixitque Saul dabo eam illi*, s. quia ipse diligit eam,dabo sibi in vxorem,& gratis eam recipiet. *Vt fiat ei in scandalum*, idest in occasionem cadendi in malum. Scandalum propriè significat offendiculum,idest lapidem,vel aliqd aliud in quo aliquis pedib. impingēs corruit, & hoc modo omnis occasio mali vocatur scandalum, & quia putauit Saul,quod matrimonium promissum, cum secunda filia esset causa mortis Dauid, dixit,q̄ esset ei in scandalum. Hoc autem poterat esse dupliciter. Vno modo, quod, quia Dauid diligebat nimis Michol,non recusaret quamcunque conditionem, etiam si grauis esset subire propter illam:ipse autem intendebat imponere ei duras conditiones:& sic perire: hoc autem erat: quia intendebat Saul petere centum præputia Philisthinorum, sicut petijt, & ad habendum illa putabat Dauid moriturum. Aliter potest intelligi, quod esset ei in scandalum, s. quia putabat,quod Michol magis diligeret patrē, quàm virum,ideo propter patrem traderet virum ad mortem,sed è contrario factum est. *Et sit super eum manus Philisthinorum*,idest dabo eam illi, vt sit super eum manus Philisthinorum, quod fieret hoc modo, s. quia peteret Saul centum pręputia Philisthinorum,& in acquirendo illa,moreretur Dauid in manibus Philisthinorum. *Dixit ergo Saul ad Dauid*, s. quia vidit Saul, quod quasi cōsecutus fuerat intentionem, fecit vocari Dauid,vt promitteret ei filiam suam,& dixit ea, quæ sequuntur. Sciendum, quod aliqui Hebræi dicunt, quod Saul dedit filiam suam Michol ad hoc, quod excusaret eum à morte, quia quotidie imaginabatur in morte Dauid,& quia nunc vidit,q̄ Deminus erat cum eo, credidit magnum peccatum esse,si illum occideret,ideo dedit ei filiam suā ad hoc, quod ipsa excusaret eum à morte. Sed hoc est penitus cōtra literam,cū dicatur: Dabo eam illi, vt fiat ei in scandalum. *In duabus eris Gener meus hodie*. Aliqui libri habent hic in duabus rebus: sed non est in Hebræo, nec est de textu: nec etiam facit ad sensum. Nam esset sensus in duabus rebus eris Gener meus, idest cum duabus conditionibus, vel faciendo duas res,eris Gener meus. Solum tamen proposuit Saul Dauid vnam conditionem,s. de centum pręputijs: sed intelligitur hoc de filiabus, s. in duabus eris Gener meus,idest in vna duarum,& hoc intelligebatur de minori. Similis modus est sæpe in scriptura: nam Iudi. c. 12. vbi nostra litera dicit Iudicauit Iephte Galaadites Israel sex annis,& mortuus est,atque sepultus in Ciuitate sua Galaad. Habetur in Hebræo:sepultus est in Ciuitatibus Galaad,idest in vna de Ciuitatibus Galaad. Nicolaus, & quidam Hebræi aliter exponunt, s. in duabus filiabus eris Gener meus: qa in prima

in prima fuisti Gener meus quantum ad sponsalia, & in secunda eris Gener meus, quātum ad spōsalia, & matrimonium. Iste sensus satis potest teneri,si accipiantur sponsalia per verba de futuro, quia ꝑ hoc non efficiebatur Merob vxor Dauid, & poterat habere alium in virum, sicut supra declaratum est. Si autem accipiantur sponsalia de prę senti,non est recipienda expositio:dicendum est ergo, quod sensus est iste,s. in duabus eris Gener meus hodie, idest,iam hodie es bis Gener me⁹:qa primò fuisti Gener me⁹ ꝑ solā ꝓmissionē, nūc aūt eris Gener meus ꝑ ꝓmissionē,q̄ consequit effectū. *Et mandauit Saul seruis suis*, s. q̄ loquerentur ad Dauid ea,quæ sequuntur; subintelligendum est hic, quod Dauid nihil locutus fuerit ad Saulem,dicens:quod vellet esse Gener illius, vel nollet. Etiam,quod Saul non posuit aliquam conditionem Dauid,sed solum dixit ei in duabus erit Gener meus:quod patet:quia infra dicitur,quod Saul iusserit seruis suis,vt loquerentur Dauid verba persuasoria ad hoc,quod acceptaret fieri Generum Regis,& scirent ab ipso,quæ erat intentio sua: q̄ sic factū est. Nam postea serui Saulis sæpe loquebantur hoc Dauid quousque ipse dixit,quod erat vir pauper, & tenuis,& non erat aptus,quod esset Gener Regis, quo cognito,Saul petiuit in donationē propter nuptias centum pręputia Philisthinorum.

Quare Saul à principio non posuit aliquam conditionem cùm Dauid, vt acciperet filiam in vxorem.
Quęstio XXXIIII.

QVAERET aliquis. Quare Saul à principio non posuit aliquam conditionem Dauid de pugnando contra Philisthinos ad hoc, quod acciperet filiam eius in vxorem, sicut postea posuit? Aliqs respondebit,quod Saul nondum conceperat conditionem illam de centum pręputijs:ideo nō posuit. Sed dicendum,quod non stat: quia antequam Saul quicquam loqueretur Dauid cognito, quod Dauid diligeret Michol,dixit:dabo eam illi, vt sit ei in scandalum, & sit super eum manus Philisthinorum: ergo iam conceperat ponere aliquam conditionem duram Dauid de pugna contra Philisthinos:& quā quam non appareat,an illam,de qua infra dicitur,iā concepisset,s. de centum pręputijs Philisthinorum, tamē necesse est dici, quod aliquam iam cogitasset: verisimilius autem est, quod illam de centum pręputijs concepisset,quàm aliquam aliam. Sed dicendum est,quod Saul iam conceperat iniquitatē contra Dauid,s. vt poneret ei conditionem de pręputijs Philisthinorum,ad hoc,quod periret: noluit tamen immediate dicere,vt occultaret intētionem suam, sed voluit,vt egrederetur verbum ad Dauid,ex quo haberet Saul occasionem ponendi istam conditionem:nam si mox, vt Saul vocauit Dauid,dixisset ei, dabo tibi Michol filiam meam,si dederis mihi centum pręputia,manifestè apparet, quod Saul quærebat malum Dauid: & ob hoc dicebat, quod daret ei centum pręputia Philisthinorum ad hoc,quod prelijs pugnans incideret in manus Philisthinorū. Volebat ergo Saul occultare intentionem suam, & ad hoc volebat,vt Dauid prius loqueretur, & ex verbis eius haberet ipse occasionem ponendi istam conditionem, & quia à principio, quasi Saul dixit Dauid in duabus eris Gener meus, Dauid nihil respondit; Saul non proposuit aliquam conditionem, sed coactus est per alios capere Dauid in sermone, vt ipse loqueretur aliquid,quo dicto haberet Saul locū proponendi conditionem, quam volebat, ex quasi extra incidenti:ideo misit seruos suos, vt loquerentur ad Dauid persuadendo ei, quod fieret Gener Regis: vt sic verbum haberetur ab eo, quibus suadentibus Dauid respondit:Ego sum vir pauper,& tenuis:quo dicto,& cognito à Saule,habuit locum Saul proponendi, q̄ volebat, & dixit ministris suis, q̄ dicerent Dauid, nō habet Rex necesse sponsalia, nisi tantum centum pręputia Philisthinorum,q̄ acceptauit Dauid:& tunc apparebat, q̄ Saul nō faceret hoc ab intentione, sed quasi ex incidēti, & sic occultabatur eius iniquitas. *Loquimini ad Dauid clam me dicentes*, idest dicatis Dauid ista,quæ sequuntur me absente. Istud dicebat Saul ad hoc,quod videretur,quod non dicebantur ista ex mandato Regis,nec de voluntate illi⁹, sed solum ministri dicebant ea, quasi ꝓcurantes bonum Dauid. Hoc autem faciebat Saul, quia si ipse diceret hæc, vel si ministri sui dicerent coram illo,appareret aliquam iniquitatem concepisse Saulem,cū nimis inflammaret ipsum Dauid ad accipiendū filiam suam in vxorem, ideo cum ministri loquerentē ista, absente Saule,nihil fraudis latere Dauid crederet in verbis. *Ecce placet Regi*, idest nimis gratus est in oculis eius.s. q̄ diligit te nimis, & pro te faceret, quodcūq; velles. *Et omnes serui eius diligunt te*. Hoc ponit ad significandum plenum fauorem Dauid in Domo Regia: Nam si Rex dilexisset Dauid,& serui eius non diligerent,ipsi nunciarent mala Regi de eo,ita, vt distrahe rent animum illius ad dilectionem eius: nūc autem omnes,qui erant in Domo Regis, diligebāt Dauid, & ipse Rex,& ideo fauor erat firmus: ex quo sequebatur, q̄ Dauid posset petere filiam Regis in vxorē, & daretur ei,atque accipere deberet. *Nunc ergo esto Gener Regis*,i. quia tantum fauorem habes apud regem, & seruos eius,esto Gener Regis,i. placeat tibi accipere filiam eius in vxorem,s. quia immediatè dabit:ista autem dicebantur, vt Dauid responderet, quod volebat eam accipere, vel diceret se esse pauperem, & ꝓp hoc ineptum ad sumendum eam: vt sic locū haberet Saul ad ponendum conditionem de centum pręputijs. *Et locuti sunt serui Saul in auribus Dauid omnia verba hæc*; quia Rex illa dixerat: & sic ipsi proposuerunt,non quasi Rex illa diceret,sed quasi ipsi loquerentur ex seipsis inquirentes bonum Dauid. *Et ait Dauid: Num parum vobis videtur Generum me esse Regis*, i. nunquid vos existimatis,q̄ parum hoc est? q. d. ita mihi persuadetis,q̄ ego vellem fieri Gener Regis: & hoc peram sicut si esse Generū Regis,esset parum:tamen multum est,s. si hoc esset,modicum fortè peterem à Rege,quia faciliter illud cōcedere deberet: & tñ: qa hoc valde magnum est,non bene suadetis,q̄ petam illud. *Ego autem sum vir pauper, & tenuis*, i. valde magnū est esse Generum Regis: quia requirit magnas facultates:ego autem nō habeo eas, cum sim vir pauper, & tenuis. Ista duo ad idem pertinēt: quia pauper est, qui pauca habet;tenuis autem, qui in substantia debilis est,sicut qui corpore attenuatur.

Dauid quare non dedit eandem responsionem seruis, sicuti Sauli, proponentibus, quod acciperet eius filiam in vxorem. Quæst. XXXV.

QVAERET aliquis, Quare Dauid non dixit hic,quis ego sum,& quæ vita mea, & quæ cognatio Patris mei:sicut supra dixit quando Saul promisit ei primam filiam suam Merob? Respondendū est,q̄ Dauid locutus est hic id penitus,q̄ sentiebat sicut,qui loquitur alicui æquali. Cum autem locutus est Sauli, fuit locutus ex humilitate,vt honoraret Regem,& ob hoc humiliauit se,quantum ad omnia,s. quantum ad personam,& genus, & substantiam dicens:quis ego sum &c Nunc autem loquebatur ministris

Universidad de Deusto
Biblioteca

nistris Saulis, coram quibus non oportebat, ꝙ se humiliaret: quia illi non erant maiores eo, sed, ꝙ loqueretur, ꝙ sentiebat: Dauid autem quantum ad meritum personæ dignus erat filia Regis: Quantum ad ꝓ geniem, etiam æqualis erat, vel talis, qui deberet suscipi: quia erat de meliori prosapia Israel: sed solùm videbatur deficiens in facultatibus, vt non posset æquiparari Regali matrimonio. Solũ ergo tetigit, ꝙ erat vir pauper, & tenuis: & sic credebat, ꝙ, quamuis quantum ad alia dignus esset: quia tamen in hoc deficiebat, stultum erat, & supra vires suas filiam Regis petere. *Et renunciauerunt serui Saul, dicentes*, i. illi familiares Saul, qui missi fuerant ad Dauid, vt caperent verbum ab eo, retulerunt Sauli, verba Dauid. Vocantur hic serui Saulis illi, ꝙ specialiter assistebant ei, & scie G bant secreta illius: quem loco primo habuit Dauid apud Saulem: sed postea Saul eum amouit à se, ne ei nocere posset, vt patet supra. *Huiuscemodi verba locutus est Dauid*, i. hæc verba, quę supra habentur: & tunc referebant ei illa. *Dixit autem Saul; Sic loquimini ad Dauid.* Istud locuturi erant ministri Regis, non quasi ex voluntate Regis, sed ex intentione sua arbitrantes hoc bonum esse, & quod Rex huic assentiret. Quamquã potest dici, ꝙ hoc dixerint nomine Saulis. Nã licet à principio illi non fuerint locuti nomine Saulis, tñ postea locuti sunt, cùm iam cognita est intentio Dauid: quia habuit tunc locum Saul proponendi conditionem suam. *Non habet necesse Rex sponsalia*, i. nõ excuses te ab hoc, quod est esse Generum Regis, ꝓpter H paupertatem: quia hoc haberet locum, si Rex peteret sponsalia, i. si peteret donationẽ propter nuptias filiæ suæ secundum statum suum: quia ad hanc tu esses impotens, sed non petit. Sed vocantur sponsalia dona, quæ dabantur cognatis sponsæ: sicut quando Eliezer seruus Abrahæ petiuit Rebeccam in vxorẽ pro Isaac filio Abrahæ, protulit munera magna omnib. cognatis Rebeccæ, Gen. c. 24. Rex autem dixit, ꝙ non habebat necessaria sponsalia: quia ipse erat p se sufficiens, & daret filiæ suæ abundantem dotẽ ꝓ se, & viro, sed solùm volebat viri probitatem. *Nisi tantum centum præputia Philisthinorum*, i. Rex non petit à te aliquid, sed solùm centum præputia Philisthinorum, quæ tibi dare leue est. I

Quare Saul petiuit centum præputia Philisthinorum, & non plura, neque pauciora. Quæst. XXXVI.

QVAERET aliquis, Quare petiuit Saul centum preputia Philisthinorum, & quare nõ pauciora, vel plura? Respondendum est, ꝙ Saul volebat, ꝙ Dauid periret in manibus Philisthinorum, iõ petebat ab eo id, ꝙ erat sibi causa pereundi: sic autẽ putabat, ꝙ in acquisitione centum præputiorum eueniret, ideo petiuit illa. Hoc patet: quia supra dixerat Saul: Dabo eam illi, vt fiat ei in scandalum: & sit super eum manꝰ Philisthinorum. Non petiuit autem Saul pauciora præputia: quia quãto pauciora petiss- K set tanto leuius esset Dauid illa acquirere: & fortè non periret, quod Saul intendebat: plura autem spõtè petissет, sed timuit, qđ putaretur hoc esse in fraudem, cùm peteretur illud, quod erat ad mortem Dauid. Item, quia appareret in hoc nequitia Saulis, & fortè Dauid recusaret conditionem, tanquam grauissimam. Sed dicetur, quare magis petiuit Saul prę putia, quàm aliquid aliud, cum multa alia posset petere, quæ indicarent ei, quod volebat? nam intentio sua erat, quod occiderẽtur centum Philisthini, & vt ipse sciret illos occisos, volebat insignia occisorum: sed ita potuisset habere signum per alias partes corporis, sicut per præputia. Respõdet Nicolaus, quod

Quare magis petijt Saul præputia, quã aliquid aliud.

hoc factum fuit propter duo. Primò, vt Saul certus F esset, quòd occidissет Philisthinos. Secundò, vt faceret eum magis odiosum Philisthinis. De primò patet: qa si iussisset duci centũ capita, vel manus dexteras, aut pedes, potuisset Dauid occidere aliquos Israelitas, & ducere partes illas ad Saulem, & tunc nesciрent, an essent Philisthinorum, vel Israelitarum. In præputijs autem non erat sic: quia non reperiebantur præputia in Iudæis: nam cùm essent omnes Iudæi circuncisi, nemo eorum habebat præputium; si ergo ducerentur coram Saule cẽtum præputia, manifestum esset, quod illa essent Philisthinorum, vel aliorum Gentilium: alioquin potuisset Dauid facere fraudem, sicut faciebat, cùm erat in Terra Philisthinorum: nam exibat ad prædandum ad extremitates Terræ Philisthinorum, & occidebat quoscunque inuenisset, ne quis posset de eo postea clamare, & cùm interrogaretur à Rege Geth, in quem exercuisset prædam, dicebat, quod in talem, vel talẽ partem Israel, vt patet infra c. 27. Sic potuisset Dauid in uadere aliquem locum in extremitate Israelitarum apud Philisthinos, non relinquens ibi aliquem, qui factum referret, & putaretur à Philisthinis factum, ipse verò acciperet inde capita, vel alias partes corporis, si non essent præputia: quia ista non poterant reperiri in terra Israel. Secundum erat, vt fieret Dauid odiosus Philisthinis: quia Philisthini detestabantur circuncisionem. Si autem Dauid acciperet præputia eorum, circuncideret illos, in quo magis dehonestabantur Philisthini plusquam si multi eorũ occiderentur, & fierent nimis infesti Dauid: quia erat occasio, vt vno animo concitati Philisthini irruerẽt in Dauid. Sciendum autem, quod Iosephus 6. Antiquitatum dicit, quòd Saul petiuit capita Philisthinorum, & Dauid abscidit sexcẽta capita, & tulit ea ad Saulem. Sed hoc falsum est: quia non petiuit capita; sed præputia: Iosephus tamen, cum scriberet Historiam Gentilibus, putauit indignum esse, quod poneretur talis petitio de præputijs: quia turpis erat, & contra honorem omnium gentium: quia circuncisionem non sequebantur: ideo capita posuit prꝓputijs, quamquam, si quis æquiuocare velit, verum dixit: quia caput ad vtrumque æquiuocatur. *Vt fiat vltio de inimicis Regis.* Istud additum fuit ad significandum causam petitionis. Nam videbatur, quod peteret hoc in fraudem, vt Dauid corrueret, ideo dixit, quod petebat hoc, vt fieret vltio de hostibus suis: ipse tamen nõ petebat ad hoc, sed ad mortem Dauid, vt patet supra. *Porrò Saul cogitabat tradere Dauid in manus Philisthinorum*, idest, quamquam diceret, quòd volebat centum præputia, vt fieret vltio de inimicis suis: tamen nolebat ad hoc, sed magis, vt moreretur Dauid in acquirendo illa. *Cumque renunciassent serui eius verba, quæ dixerat*, idest, serui Saulis annunciauerũt Dauid verba, quę dixerat Saul, s. non habet Rex necesse sponsalia, &c. *Placuit hic sermo in oculis Dauid, vt fieret Gener Regis*, idest placuit Dauid cum ista conditione fieri generum Regis: quia non erat sibi difficile ducere præputia de Terra Philisthinorum. Vnde quasi hoc nihil granitatis habuisset, ita illicò, vt propositũ est, libenter acceptauit. Hoc autem erat: quia Deus faciebat sibi cuncta facilia esse, & erigebat animum illius ad audendum omnia, contemnendumque timores. *Et post dies paucos.* In Hebræo dicitur hic. *nondum impleto tempore*, Quod exponunt de tempore, quo debebat dari Michol in vxorem Dauid, s. quod nondum impletum fuerat illud, quando Dauid descendit pro præputijs Philisthinorum. Sed hoc non stat, quia non fuerat positũ aliquod tempus, in quo Michol daretur Dauid, nisi cum ferret Dauid præputia,

putia, ideo litera Hebraica significat hic id, ꝙ nostra, A
post paucos dies: nostra tamen expressius dixit, scili
cet, post paucos dies: nam id, quod imperfectum est,
paucum est, ideo pro paucis diebus litera Hebraica
posuit tempus imperfectum. *Surgens Dauid abijt in Accaron.* Ista erat vna de quinque Metropolibus Philisthinorum, & erat Ciuitas nimis coniuncta Terræ Israel inter omnes Vrbes Philisthijm: ideo ad illã descendit Dauid. *Cum viris, qui sub eo erant*, s. cum mille viris: fecerat enim illum Saul Principem mille virorum, vt patet supra, in litera: & istos accipiẽs, iuit in Accaron. *Et percussit ex Philisthæis ducentos viros*, occidit illos pugnans cùm illis fortè, cùm pluribus ipse pugnauit, sed isti soli corruerunt: alij autem per fugam saluati sunt. *Et attulit præputia eorum*, idest circuB cidit præputia eorum ad ferendum Regi, vel abscidit aliquantam partem virgæ cuiuslibet, & tulit eã cum præputio: vt sic facilius fieret, & signum manifestius fieret. *Et annumerauit ea Regi*, idest numerauit illa coram Rege: petierat enim Rex centum, & ipse ducenta annumerauit, vt iustior videretur causa sua esse. *Vt fieret Gener Regis*, idest obtulit ista præputia, vt daretur ei filia Regis. In quo innuitur, quod añ hoc non fuerat ei data filia Regis per sponsalia de præsẽti, vel de futuro, quę cõtracta fuissent per verba Dauid, & Michol, sed solum fuerat sibi promissa: nunc autem debebat sibi tradi: nam, si ante hoc contractũ fuisset matrimonium, etiam si non consummatum esset, Dauid Gener Regis obtulit tamen præputia, C vt fieret Gener illius, ideo nondum erat Gener per sponsalia, vel matrimonium. *Dedit itaque ei Saul Michol filiam suam vxorem*, idest postquam annumerauit ei præputia Philisthinorum tradidit ei filiam, scilicet, vt contraheret matrimonium, & vt cõsumaret.

Quare dedit Saul Michol Dauid in vxorem, cum non esset intentio sua dandi. Quæst. XXXVII.

QVAERET aliquis, Cum Saul promisisset filiam suam Michol Dauid, non animo dãdi eam, sed, vt esset occasio incidendi in manus Philisthinorum, cum non inciderit acquirendo præputia, quare postea dedit illi? sic enim fecit de Merob: D nam promisit eam dare illi, si esset vir fortis contra Philisthinos, postea autem dare noluit: Respondendum est, quod Saul fecit hoc propter magnam vere cundiam: nam noluisset ei dare filiam: quia compleuerat Dauid conditionem propositam, & nõ somm compleuerat, sed etiam duplauerat ferendo duc contra præputia, videbatur nimis iniquum, quod nõ complerет promissa, potissimè: quia iam mentitus fuerat in prima filia. Si autem nunc mentiretur, ab omnibus iudicaretur reprehensibilis? voluit ergo complere. Sic ait Iosephus 6. Antiquitatum, s. Saul autem cum non haberet, vnde promissa refugeret, & mentiri pessimũ iudicaret, aut per insidias eũ occidere, cum forsitan in hoc frustrari suo cõsilio pos- E set, dedit ei filiam. Item adhuc manebat aliqualiter propositum Saulis, s. quod Michol fieret Dauid in scandalum, quia licèt propter eam non incidisset in manus Philisthinorum, poterat incidere in manus eius: verecundia tamen fuit, quæ eum magis impulit. *Et vidit Saul, & intellexit, quod Dominus esset cum Dauid.* idest hoc per experientiam vidit, & intellexit colligendo coniecturam ex factis Dauid, s. quod esset Deus cum eo: quia nullus posset talia facere, qualia ipse faciebat, nisi Deus esset specialiter cum eo. Hoc autem considerauit maximè in præputijs Philisthinorum, quia Saul petiuerat centum, tanquam aliqd nimis grauè, & Dauid ducenta facillimè obtulit: & immediatè, vt iuit in Terrã Philisthinorum, occurrit sibi vnica incursione in hostes habere illa ducenta præputia: insuper Dauid in omnibus bellis, quæ gerebat contra Philisthinos, nullum vnquam finistrum casum pertulit, scilicet, quod perirent aliqui de exercitu suo, quod erat admirabile: quia euentus belli est, vt nunc hinc, nunc inde gladius feriat, vt patet infra 2. li. c. 12. *Michol autem filia sua diligebat eum*, s. Dauid. A principio enim dilexit, & nunc amplius diligebat: quia videbat eum semper esse virum excellentiorẽ. *Et Saul magis incepit timere Dauid*, idest à principio timuit Saul Dauid, ex quo mulieres cantauerunt coram ipso: percussit Saul mille, &c. quia putabat sibi regnum auferendũ esse à Dauid fauore populi: nunc tamen magis timebat: quia, quanto amplius prosperabatur Dauid, tanto fortius timebat eum, eo, quod facilius erat Dauid persequi illum: Duo autem fuerunt hic, propter quę Saul timebat Dauid. Primum fuit: quia Deus erat cũ Dauid, i. prosperabat omnes actus eius. Secundum: quia filia eius diligebat Dauid: putauit enim à principio, ꝙ Michol magis diligeret patrem, quàm virum, & iõ esset causa Dauid pereundi: nũc autem contrarium acciderat: quia filia Saulis magis diligebat virũ, quã patrem. *Factus est autem Saul inimicus Dauid cunctis diebus*, idest ex hoc tempore in amplius Saul semper persecutus fuit Dauid: quia, quamquam aliquando videretur ei conciliari, rursus tamen persequebatur quo usque expulit eum de terra Israel. *Et egressi sunt Principes Philisthinorum*, scilicet ad pugnandum contra Dauid. Hoc enim fuit in vltionem iniuriæ de ducentis præputijs ablatis, de quibus supra. Nam Philisthini detestabantur circuncisionem: Dauid autem egressus fuit obuiam illis. Dicunt autem Iudæi, ꝙ Philisthini egressi sunt ad pugnandũ contra Israel nunc, quia sciebant, quod Dauid acceperat vxorem, quia erat lex apud Hebræos, quod quando aliquis acciperet nouiter vxorem, per vnum annum vacaret Domui suæ, & non cogeretur exire ad bellum, vt patet Deuteronom. capit. 24. putabant ergo sic de Dauid, scilicet, quod in toto illo anno non exiret ad bellum: & sic liberum esset eis pugnare, & prędari in terra Israel: Dauid tamen exiuit obuiam Philisthinis. *A principio autem egressionis eorum*, idest à principio bellorum, ex quo Principes Philisthinorum inceperunt egredi contra Israel, Dauid habuit se cum eis virili⁹, quàm omnes Israelitæ. *Prudentius se habebat Dauid, quã omnes serui Saulis*, idest in omnibus bellis, quæ facta sũt à principio egressionis Philisthinorum contra Israel, erat Dauid prudentior, quàm alij serui Saulis: in quo apparet ipsum habuisse duas magnas perfectiones, scilicet: quia animosus erat exponendo se grauibus periculis; & quia valde prudens erat in dispositione bellorum, & omnibus cautelis, quæ acquirun tur ad actum belli. *Et celebre factum est nomen eius nimis*, idest fuit nomen eius gloriosũ, scilicet, quod in omnibus Terris laudabatur de aptitudine ad bellum. Ista autem omnia ponũtur ad significandum, quomodo timeret Saul Dauid: quia, quanto prosperabatur Dauid, tanto eum magis timebat Saul: quia habebat maiorem opportunitatem faciendi deponi ipsum de Regno propter fauorem populari. Quod autem dicitur de celebritate nominis Dauid, semper increuit: nam postquam ipse factus est Rex super Israel, fecit mirabilia bella contra gentes, scilicet, Moabitas, Ammonithas, & contra Regem Damasci, & contra Idumæos, & Philisthinos, vt patet infra 2. lib. cap. 8.

CA-

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPITVLVM. XIX.

IOcutus est autem Saul ad Ionatham filium suum, & ad omnes seruos suos, vt occiderent Dauid. Porro ✣ Ionathas filius Saul diligebat Dauid valde. Et indicauit ✣ Ionathas Dauid, dicens, Quærit Saul Pater meus occidere te.

De persecutione manifesta Saulis cõtra Dauid.

In prędictis actũ est de persecutione Saulis cõtra Dauid occulta, hic agitur de persecutione eius manifesta: Saul enim desiderabat mortem Dauid: quia voluerat occultè concludere, sed, quia non valuit, curauit hoc manifestè procurare. Et diuidit in tres partes, quia primò ponitur malicia Saulis, Dauid inuadendo. Secundò, ipsum publicè banniendo. Tertiò exulem, & bannitum persequendo. Secunda infra ca. 21. Tertia in 23. Prima in duas: quia primò inuasit Dauid in se ipso. Secũdò Ionatham filiũ suum propter eum. Secunda seq. cap. Prima diuiditur in quinque partes: quia primò de consilio Ionathæ Dauid absconditur. Secundò ad gratiam Saulis ad horam recipitur. Tertiò à Saule personaliter inuadit. Quartò vxoris industria à morte eripitur. Quintò malicia Saulis à laudibus diuinis impeditur. Secunda ibi. *Locutus est igitur*. Tertia ibi. *Motum est autem*. Quarta ibi. *Misit igitur*. Quinta ibi. *Nunciatum est*.

Ordo sequentium rectus est ad præcedentia. Quæst. I.

CIRCA primum quæritur, an omnia, quæ dicũtur hic, habeant ordinem consequentem ad superiora, vel sit aliqua anticipatio, vel recapitulatio? Respondendum est, ꝙ est ordo rectus: quia in præcedenti ca. dicebatur de matrimonio Dauid, & Michol, hic autem agitur de morte Dauid, quam ꝓcurare voluit Saul occasione huius matrimonij per filiam suam. Sed tunc dicetur, An ista fuerint immediatè post præcedentia, vel interciderit aliquod tempus? Respondendum est, ꝙ paruum tempus intercidit: quia Saul desiderabat nimis mortem Dauid, nec patiebatur moras, sed, cum nõ pręualuisset, per aliquam fraudem instituebat aliam, & quia ip se putauerat, quod Dauid incideret in manus Philisthinorum acquireudo præputia, sed non inciderat, iõ verisimile est, quòd immediatè inquisiuerit aliũ modum occidendi eum, & fuit iste, qui sequitur hic: sic enim vult Iosephus 6. Antiquitatum. *Locutus est autem Saul ad Ionatham filium suum*. Volebat autem Saul occidere Dauid, & putauit, quòd nullus hoc melius poterat exequi, quàm filius suus, qui maximè compleret diligenter præcepta patris, ideo commisit ei istud opus. Sed dicet aliquis: quomodo Saul hoc dixit Ionathæ: quia Ionathas nihil tale facturus erat, cum iniuisset fędus cum Dauid, & diligeret eum, sicut animam suam, vt patet prędicti ca? Respondendum est, quòd hoc nesciebat Saul: occultè enim initum fuerat fœdus inter Ionatham, & Dauid, & non putabat Saul, quòd tantus esset amor Ionathæ ad Dauid. Cognouit tamen postea, cum respõderet sæpe Ionathas pro Dauid, & ipse Saul de hoc cõquestus est, vt patet infra cap. 22. scilicet: non est, qui vicem meam doleat ex vobis, eo, quòd suscitauerit filius me⁹ seruum meum aduersus me insidiantem mihi vsque hodie: Deus autem posuit in corde Saulis, vt ista loqueretur Ionathæ, qui reuelaturus erat Dauid. Si autem non dixisset hoc Ionathæ, sed minis-
tris, illi fortè executi fuissent, & perijsset Dauid. *Et ad omnes seruos suos*. Hoc intelligitur solum de specialibus familiaribus, alioquin toti curiæ suæ, vel omnibus Israelitis hoc iussisset: iussit tamen familiaribus suis, qui sciebant secreta eius, & desiderabant ei com placere. *Porro Ionathas filius eius diligebat Dauid valde*. Istud ponitur ad significandum impedimentum executionis: quia Saul commiserat mortem Dauid filio suo, ipse autem diligebat eum nimis. Sed nemo occidit eum, quem diligit: ergo non occisurus erat. Ionathas Dauid implendo patris præceptum. Quòd autem diligeret valde, patet: quia præcedenti cap dicitur, quòd anima Ionathæ colligata est animæ Dauid, & dilexit eum Ionathas, quasi animam suam. *Et indicauit Ionathas Dauid, dicens: Quæritu occidere te pater meus Saul*: quia diligebat Ionathas Dauid sicut seipsũ, pugnaturus erat contra omnem hominem pro eo, sicut pro seipso: quia tamen iste, qui malum moliebatur Dauid, erat pater Ionathæ, contra quem non licebat Ionathæ aliquatenus insurgere, etiam pro defensione sui ipsius: non habuit, quod faceret pro Dauid, nisi quòd reuelaret ei id, quod pater iusserat, vt sic mortem euitaret. *Quapropter obserua te quęso mane*, scilicet, mane iussum est, vt occidaris, & ministri Regis querent te ad mortem: ideo obseruat mane: non dixit autem obserua te mane, & alijs dieb. quia putabat Ionathas, quòd ipse posset flectere patrem. iuum ab ira sua sequenti die: & reconciliaretur Dauid: vnde postea non oporteret, vt se obseruaret: & tamen: quia sequenti die, antequam Rex esset per-
suas⁹ à Ionatha, ministri Regis vellent exequi, quod iusserat Saul, ideo obseruare se debebat Dauid. *Et manebis clam, & absconderis*, idest manebis absens, & absconderis. Ponuntur ista duo ad significandum diuersa: quia esse clã, significat esse absentem: sic patet præcedenti cap. scilicet, mandauit Saul seruis suis. Loquimini ad Dauid clam me, idest loquimini, me absente. Etiam debebat esse absconditus: quia si esset, & non absconderetur, ibi poterat reperiri, & occideret: nec sufficiebat, quòd esset Dauid absconditus, nisi esset absens: quia si absconderetur in Domo sua, mitteret illuc Rex ministros suos, & inde eũ raperent, sicut iterum misit, vt patet infra, in litera: sed debebat recedere de loco illo, in quo erat tunc Saul. *Ego autem ingrediens stabo iuxta patrem meum*, scilicet, ego mane stabo cũ patre meo, & ibi loquar pro te, vt excuseris à morte, & sic parcet tibi. *In agro ubicunque fuerit*, idest siue in agro fuerit, siue in vrbe, aut in quocunque alio loco, ego stabo cum eo: quia necessitas exposcit. In Hebræo habet hic. Vbicunque fueris, sed non consonat: quia Ionathas non erat locuturus Sauli in loco, vbi esset Dauid, cum ipse iussisset ei, quòd sequenti die esset clam, & absconditus: maximè: quia Saul non iret ad locum, vbi esset Dauid. Vel dato, quòd hoc contingeret, nesciebat illud Ionathas, ideo non diceret ei. stabo iuxta patrem me⁹. Ad literam Hebraicam dicendum, quod aliqua litera mutata fuit, quod facilè erat, nec quiquam opinari debet impossibile esse aliquid fuisse ꝓmutatum in Biblia Hebraica, cũ Doctores sui confiteantur interdum aliquid deficere, & aliquid mutatum esse: sic dicit Ra. Dauid Kimhi, quòd in 21. cap. Iosue deficiunt duo versus in Hebræo: & dicit illos fuisse in Biblijs antiquis: sunt autem in Biblia nostra. Aliter potest dici, quòd à principio sic fuerit scriptum in Biblia Hebræorum; & tamen hoc accipit propter improprietatem sermonis Hebraici: quia istud idioma interdum non seruat numeros, nec

nec personas, nec genera: sed est nimis barbaricum, & sic posuit secundam personam pro tertia. *Et ego loquar de te bona ad Patrem meum*, scilicet reducendo in memoriam Sauli omnia bona, quæ egisset Dauid ꝓ Israel, & probitatem illius, & innocentiam, quibus suaderi posset Saul ad non occidẽdum eum: & hoc dicturus erat Ionathas, non tãquam fouens causam Dauid, vel pro eo se gerens, sed tanquam arbiter, & medius ab ipsa æquitate ad loquẽdũ prouocatus: & tunc facilius cõsentiret dictis eius Saul, quàm, si crederet eum procuratorem esse causę Dauid: quia tũc affectus esset ad illum, & minus creditur homini de aliqua re, quando ad illam affectus est: quia affectio peruertit iudicium. *Et quodcunque videro nunciabo tibi*, idest quicquid in eo sensero, siue quòd te occidere vult, siue quòd tibi parcit, ego annunciabo tibi, vt scias, quid facere te oporteat. In hoc præsupponẽdum est, quãquam supra nihil dicatur, ꝙ Saul volens occidere Dauid, Ionathas, & Dauid, conuenerunt de loco, in quo latere deberet Dauid, vt postquã nunciaret Ionathas Sauli bona de Dauid, posset mittere ad Dauid relaturus quid in patre suo sensisset: & sic dicitur infra, quòd cũ placatus esset Saul, Ionathas vocauit Dauid & nunciauit ei omnia verba hæc: qđ non feciſſet, si nescisset locũ, in quo latebat. *Locutus est Ionathas de Dauid bona ad Saul Patrem suum*: scilicet sequenti die stetit cum Saule, sicut promiserat, & locutus est bona, idest merita Dauid, per quę posset dissuaderi Saul à malo, quod cõceperat: ista bona sũt, quæ habentur infra quid egerit Dauid, pro Israelitis. *Dixitque ad eum: ne pecces rex in seruum tuum Dauid*, scilicet, non pecces occidendo eũ iniustè: erat n. magna iniquitas, quòd homo innocens occideretur, præcipuè, quia non solùm innocens, sed etiam proficiens erat: nimis enim profecerat Israelitis, cum liberauerit eos à morte, & ab opprobrio, qđ inferebat eis Goliath per 40. dies exprobrans Israelitis, vt patet supra cap. 17. *Quia non peccauit tibi*, idest nihil iniquè egit ꝓtra te: si enim aliquam causam mortis in eo inuenisset Saul à principio, iussisset publicè eum occidi: sed nihil inuenerat: ideo conatus est eum occidere per quandam dissimulationẽ, scilicet cum esset arreptus à Dæmone, & putaretur agere per furorem. *Et opera eius bona sunt tibi valde*, idest ea, quę agit, sunt tibi vtilia: nam ipse pugnat contra hostes, & est valde fortunatus contra eos in omnibus prosperè agens, quo nihil vtilius esse potest, ideo tibi ipsi noceres, si eum occideres. Duo enim posuit hic Ionathas, quæ maxime sufficiunt ad excusandum aliquem à morte. Primum est innocentia, secũdum vtilitas: nam quãdo quis innocens est, pro nullo casu occidi debet, quod erat in Dauid. Secundum est vtilitas, quę etiam excusare debet hominem à morte. Nam dato, ꝙ interdum quis morte reus sit, si tamen nimis vtilis sit posteritati, excusat eũ politia à morte, ne ipsius mors non solum sit ei pœna, sed grauis iactura politiæ: à fortiori autem, cum in aliquo reperiãtur ista duo, iniustissimum est sibi nocere: sed Dauid vtrunque habebat: ideo valde irrationabiliter ageret Saul eum occidendo. *Et posuit animam suam in manu sua*, idest posuit ad mortem pro te. Ponere animam in manu est ponere vitam in potestate manus: & hoc est in omnibus pugnantibus: quia si bene pugnauerint animã habent, idest vitam reseruant. Si autem debiles manfuerint, vitam perdunt. Nimis ergo debebat Saul gratias referre Dauid, cum pro eo se ad mortem posuisset, & nihil maius facere poterat. *Et percussit Philisthæum*, scilicet occidit Goliath. *Et fecit Dominus Salutem magnam vniuerso Israel*, idest Deus fecit per eum magnam salutem, & liberationem Israel: erat autẽ magna salus, quia per mortem Goliath, quam ipse fecit, omnes Israelitæ liberati sunt, & prævaluerunt contra hostes suos: alioquin cum Israelitæ nimis timerent, & Goliath per quadraginta dies exprobrasset Israelitis, videbatur, ꝙ ipsi fugituri erant à facie Philisthinorum: magna ergo salus erat, quia totus status populi in hoc pendebat: & nõ dixit Ionathas, ꝙ Dauid fecit istam salutem magnam in Israel, sed quòd Deus illam fecit, quia tantum bonum non poterat procurari viribus vnius viri, vel animositate eius, sed prouidentia Dei: potissimè cùm modus pugnandi Dauid contra Goliath fuerit aliqualiter miraculosus, quia pugnauit inermis contra armatum supra capit. 17. Sed tunc dicetur: si Deus hoc fecit, quare attribuitur aliqua laus Dauid ex eo? Rñdendum est, ꝙ aliquid pertinet hic ad Deum, & aliquid ad Dauid: ad Deum enim pertinet, quòd ipse tradiderit Philisthinos in manu Israelitarum, & Goliath in manu Dauid: nã licet Dauid esset robustissimus, & animosus, & exposuisset se ad pugnandum contra Goliath, si Deus noluisset specialiter dare victoriam Israelitis, nihil sua animositas profuisset, sed magis ipse corruisset ī manus Philisthijm, Et Israelitæ à Philisthinis effugarẽtur: Deus tamen miraculosè voluit dare victoriam Dauid, & fugare Philisthinos à facie Israel, ideo omnia ista sic acciderunt. summa ergo huius facti Deo attribuenda est: ideo iste dicitur fecisse salutem in Israel: Dauid autem aliquid in hoc fecit, quia ipse ausus est pugnare contra Goliath inermis contra armatum, & exposuit huic timori, vt etiam, si contraria sors accidisset, mortem sustineret: hanc tamẽ contempsit pro Israel, ideo laudabilis fuit in hoc facto, & sic aliquid pertinuit ad eum: & ista duo Ionathas designauit in litera. Primum cum dixit de Dauid, ꝙ posuit animam suam in manu sua, & percussit Philisthæum. Secundum dicit de Deo, scilicet, & fecit Dominus salutem magnam in Israel. Quod autem aliquid attribuẽdum sit Dauid in hoc facto, satis apparet: nam, si non fuisset ipse aliqualiter laudabilis propter ea, quæ fecit contra Goliath, quanquam Deus principaliter egerit, nullus esset laudabilis, nec prænium deberet accipere pro operatione virtuosa, cum nemo bonum agere possit nec saltem velle bonum agere, nisi Deus inclinauerit eum ad hoc, & dispoſuerit ei modum, vt patet Io. 15. scilicet. Sine me nihil potestis facere, idest non potestis facere aliquod bonum, nisi ego vos inclinauero ad illud, & adiuuero ad faciendum: illi tamen, qui virtuosè agunt, laudantur, & à Deo præmia recipiunt: ideo dato, quòd Deus in aliqua operatione humana faciat id, quod principale est: tamen adhuc laudabilis est homo, qui illam facit.

Deus salutẽ cõtulit magnam Israel per Dauid.

Item aliæ operationes communes, quas homines aggrediuntur, non sunt in potestate eorum, scilicet ad quem finem perueniant, vt patet Iere. cap. 10. scilicet. Scio Domine, quia non est hominis via eius, nec viri est, vt ambulet, & dirigat gressus suos, idest non est in potestate hominis, quòd via, in qua ipse ambulare vult, sit ei prospera, vel adueniãt gressus eius ad talem, vel talem finem: sed solum homo in operatione sua, quòd aliquid agere ꝓponat, & ꝙ ad illud agendũ se exponat. De cęteris aũt nihil est sui iuris, sed iuxta illud Salomonis: Hominis est proponere, Domini aũt est dirigere vias eius, & hoc ẽt si Deus non operetur mirculosè in operatine nostra: & tamen homines pro istis communibus operationibus laudantur, si eas prospere egerint, qq̃ nõ sint in potestate eorum: ergo Dauid laudari debebat, quia se ad mortem posuit pugnando ꝓtra Philisthinos,

Universidad de Deusto
Biblioteca

listhinos, licet Deus in hoc principaliter egerit. *Vidisti, & delectatus es.* i. tu vidisti hæc omnia, quæ fecit Dauid, & delectatus es nimis, quia prospera erant, & ad vtilitatem tuam, atq; honorem: noli ergo illi tristitiã ingere, à quo delectationis materiã suscepisti.

An Saul lætatus fuerat in his, quæ fecerat Dauid. Quæstio II.

QVAERET aliquis, an verum esset, ꝙ Saul lætatus fuerit in his, quæ fecit Dauid cõtra Philisthinos? Aliquis dicet, ꝙ sic, quia qñ alicui per alterum prospera eueniũt, gaudet, ꝙ ille prospere agat: sed per opera Dauid proueniebat bonũ Sauli, ꝙa sicut dixit Ionathas, opera Dauid erant bona Sauli, ergo lętabatur in eis, quæ Dauid prosperè agebat. In contrarium videtur, ꝙ tristaretur: ꝙa ad inuidum pertinet de alterius ꝓsperitatibus tribulari: sed Saul erat nimis inuidus Dauid: ergo affligebat, qñ ꝓsperabat Dauid: sed in his oĩbus, q̃ faciebat maximè apparebat laudabilis, ergo affligebatur de illis Saul. Itẽ patet, quia Saul petiuit à Dauid centũ ꝓputia Philisthinorum, vt caderet in manus eorum, vt patet præcedenti c. & propter hoc dabat ei filiã suã. Magis ergo voluisset Saul, ꝙ incidisset Dauid in manus Philisthinorum, quã ꝙ percussisset eos, sed percussit eos: tunc ergo tristatus est de eo Saul. Itẽ Saul promisit filiam suam maiorẽ Dauid, vt esset vir fortis, & pugnaret contra Philisthinos: quia reputabat intra se, dicẽs: Non sit manus mea super eũ, sed manus Philisthinorum, vt patet præcedenti c. ergo magis lætatus fuisset Saul, si Dauid cecidisset in manus Philisthinorũ, q̃, si prosperè egisset. Respondendum est, ꝙ Saul lætatus fuit in eis, quę egit Dauid, vt patet hic in litera, s. Vidisti, & lętatus es. Patet etiã, ꝙa Saul monstrauit magnã affectionẽ ad Dauid, qñ occidit Goliath: nã non ꝝcessit ei, vt reuerteretur in domũ patris sui, vt patet ꝓcedenti c. & immediatè constituit eum Principem super viros belli, & egrediebat ad omnia, ad quæcunq; misisset eũ Saul, & erat familiaris nimis, vt patet præcedenti c. De oĩbus aũt, quę egit Dauid toto tpe illo lætatus est Saul, quia diligebat eum. Cum aũt cantauerunt mulieres: Percussit Saul mille &c. incidit indignatio magna Sauli contra Dauid, & persecutus fuit eum, factusq; est inimicus eius oĩbus diebus vitæ suæ, vt patet præcedenti c. ideo ab eo tẽpore actus Dauid videbantur Sauli abhominabiles, & quanto ꝓsperabatur Dauid, tãto amplius affligebatur Saul, quia ista est conditio hostilis. Hic autem Ionathas non loquitur de illis, quæ fecit Dauid postq̃ cantauerunt mulieres, sed de illis, q̃ priori tpe gesserat: potissimũ de pugna contra Goliath, & in hoc nimis lætatus est Saul. Hoc autem apparet ex litera, quia dr: Percussit Philisthæum. Vidisti, & lętatus es. s. in percussione Philisthęi. *Quare ergo peccas in sanguine innoxio?* i. cur peccare proponis, nondum enim peccabat, s. occidendo Dauid, sed disponebat peccare: quia miserat famulos suos, vt occiderent eũ: sic accipit Luc. 1. Qũo fiet istud? ꝙa virum non cognosco, i. proposui nunq̃ cognoscere, ꝙa manifestum est, ꝙ ipsa actualiter à nullo tũc cognoscebatur. Vel potest dici, ꝙ peccabat Saul in sanguine innoxio. s. in hoc, ꝙ proponebat occidere: quia sola voluntas faciendi malũ peccatum est. *Interficiens Dauid, qui est absque culpa.* i. proponens occidere illum, qui nihil peccauit. Quod satis apparet: quia Saul solum aduersabatur Dauid ꝓp id, q̃ cantauerant mulieres: in hoc tamen nihil peccauerat Dauid: ꝙa illę laudes non fuerũt prolatæ, eo suadente. In Hebræo habetur hic. *Interficiens Dauid inutiliter.* Interficere inutiliter est interficere sine aliqua causa: quia vtilitas pęnæ est emendatio criminũ, vel ablatio peccatorũ de terra, ne vlterius peccare valeant: in Dauid autẽ nulla pœna erat, ideo inutiliter occideret. s. nõ proueniebat aliqua vtilitas ex morte illius: quia non emẽdabatur peccatum, cùm nullũ esset, nec tollebatur peccator de terra, cùm innocens esset: litera tamen nostra significantius protulit dicens, qui est absque culpa. *Quod cum audisset Saul placatus voce Ionathæ.* id est quando ista dixit Ionathas Sauli, placatus fuit Saul à furore suo, & proposuit non occidere Dauid.

Quomodo Saul precibus Ionathę placatus est, ne occideret Dauid, licet esset iratus valde. Quæst. III.

QVAERET aliquis, quomodo Saul potuit hic placari, ne occideret Dauid, precibus Ionathæ: cum tantum eius mortẽ desideraret: potissime quia iterum rogans Ionathas pro Dauid, nõ admissus est, sed magis eum voluit Saul hasta ꝙfodere, vt patet seq. cap. ? Respondendum est, ꝙ ira Saulis contra Dauid habebat ꝝtinua incrementa: irascebatur. n. illi, quia timebat eũ, putans se Regno priuãdũ ꝓp illũ, & quia quotidie prosperabat magis Dauid, habebat causam timendi eũ magis Saul. Sic patet præcedenti c. s. & vidit Saul, ꝙ Dñs esset cum Dauid, Michol autem filia Saul diligebat eũ, & Saul magis cępit timere Dauid, & quia indignatio ad Dauid erat ꝓp timorẽ, necesse erat, vt cũ magis timeret, magis ei irasceretur, & ꝙa cũ ira intensior est, difficilior est venia, crescebat quotidie difficultas reconciliandi Saulem Dauid. Ascendit aũt gradatim: nã in prima vice, qñ Saul voluit configere Dauid cũ pariete, ira non fuit magna; iõ Saul existimans se male egisse, cessauit à furore, & nullo orante pro Dauid, reconciliatus fuit ei, vt patet ꝓcedenti c. Rursus aũt cum quotidie cresceret furor eius amplius in Dauid, iussit eum occidi, vt patet hic. Et quia grauius nũc iratus est Saul, q̃ primò, non potuit remittere, nisi oratus, Ionatha suadendo valde rõnabiliter: ꝙa tamen nondũ consummata erat nequitia eius, flexus est ad id, q̃d petebat Ionathas. Iterũ aũt grauissimè iratus est, & manifestato furore oĩbus, facta est iremissibilis indignatio: ideo licet tũc orasset, & excusasset diligenter Ionathas, facta est inexorabilis causa, sed ex hoc magis succẽsus furor Saulis, quo ei magis Ionathas orando pro Dauid, resistebat, ita vt in ipsum Jonatham ꝙflata fuerit indignatio Saulis, & conatꝰ est eũ lancea configere cũ pariete, vt patet seq. c. iõ nũc remisit Saul ꝓp Ionatham, postea aũt non remisit. Fuit quoq; alia causa diuersitatis. s. quia nunc Saul non putabat Ionatham fouere cãm Dauid, nec Jonathas se gerebat, quasi ꝓ eo, ꝙa in hoc cautus erat, & interposuit se quasi mediatorem à nullo exoratum, sed ab ipsa ratione, & æquitate tractum, & Jocutus est verba rõnabilia valde pro Dauid, iõ Saul flexus est: cũ autem ira tus fuit sequẽti c. iam cognouerat Saul, ꝙ Ionathas diligebat nimis Dauid, & ꝙ inierat cum eo fœdus, ideo non acceptauit preces illius, sed abominatus est eum, & spreuit verba eius, sicut si loqueretur Dauid. Quod autem cognosceret Saul dilectionem Ionathæ ad Dauid tunc, patet sequenti cap. nam dixit ad Ionatham iratus aduersus eum: Fili mulieris virum vltro rapientis, numquid ignoro, quia diligis filium Isai in confusionẽ tuam, & in confusionem ignominiosæ matris tuæ? si autem non cognouisset tunc confœderationem vtriusque, fortè aliqualiter fuisset flexus: vel si nunc cognouisset, fortè non remisisset indignationem: fuit tamen causa potissima quotidinanum gradua-

le incrementum furoris, & nequitiæ consummatio, quæ nunc non erat consummata. *Iurauit visit Dominus, quòd non occidetur.* Istud iurauit Saul ad dandam securitatẽ Dauid, & est modus iurandi antiquus: viuit Dominus, i. iuro per vitam Dei.

An Saul iurando nunc non occidere Dauid, peccauerit, vel fuerit periurus. Quæst. IIII.

QVAERET aliquis, An Saul peccauit nunc, vel fuit periurus, cùm iurauit non occidere Dauid? Aliquis rñdebit, ꝙ non peccauit, quia nõ occidit eũ: nam nunquam deuenit in manus eius, vt eum occidere posset. Sed in contrariũ dicetur, ꝙ quãquam Saul non occiderit Dauid, tamen peccauit, & fuit periurus, quia habebat intentionem occidendi eum, si enim aliquis iuret, non occidere aliquem, vel non nocere ei, si habuit intentionem nocendi, vel occidendi, periurus est: ideo maxime periurũ est in intentione, q̃ in operetione, ꝙa cũ aliquis iurat, obligat se per iuramentum ad faciendũ id, q̃d alias facere posset: vel ad non faciendum id, quod alias facere posset. Nihil autem est propriè in potestate nostra, nisi actus volũtatis: quia executio eius, q̃d volumus, nõ depẽdet ex potestate nostra: sed ex voluntate Dei. s. an ꝝcedat nobis agere, q̃d volumus iuxta Ierem. ca. 10. s. scio Dñe, quia non est hominis via eius, nec viri est, vt ambulet, & dirigat gressus suos: & iuxta illud Salomonis: hominis est propone re, Domini autem est dirigere viam eius. Cùm ergo in potestate nostra sit solum actus volũtatis, idest illud est, q̃d nos iuramus, siue facere, siue non facere, ideo, qui iurat alterũ non occidere, vel non nocere ei, iurat non velle occidere illum, vel aliquando disponere ad occidendũ eũ: nam ipsum occidere, vel non occidere, non est in potestate eius, qui iurat: Nãdato, ꝙ iuret non occidere, & proponat non occidere, poterit per impulsum alicuius occidere illum, de quo iurauit non occidere: vt si quis habens gladiũ in manu nihil mali agere proponat, & aliquis impellat eum super aliũ, & corruens occidat illũ. Vel si quis habens gladium impellatur à vẽto fortissimo, & irruat in alterũ, & occidat: non est ergo in potestate istius nõ occidere alium, quia in his duobus casibus est violentia absoluta, & ponit eas Arist 3. Ethicorum cap. 1. dicens, violentum simpliciter est si spiritus, i. ventus hominem alicubi tulerit, vel si cogãt homines Domini existentes. Similiter aũt nõ est in potestate alicuius occidere alterum, quia, quãquam aliquando proponat occidere illũ, fortè Deus non dabit locum. Iuramentum ergo referendũ est ad id, q̃d est in potestate nostra: sed absolutè est in potestate nostra velle occidere, vel nolle: ideo de hoc intelligitur, & sic, siquis iurauerit alterũ nõ occidere, poterit in aliquo casu eũ occidere, & non erit periurus, & tamen nullo modo poterit velle eũ occidere, quin sit periurus. Ad voluntatem ergo referendum est. Si igitur Saul voluntatem habuit occidendi David, quãquam illum nõ occiderit, periurus erat, qñ ista loquebatur. Ad declarationem autem huius ꝙrendum, ꝙ aliud est quærere, an propter istud iuramentum Saul aliquando fuerit periurus, & aliud, an Saul peccauit tunc, quando istud iurabat. Quantum ad primum, dicendum, ꝙ Saul periurus fuit ꝓpter hoc, quod iurauit, quia quandocunque ꝙs iurat aliũ non occidere, vel ei non nocere, non solum iurat non habere voluntatem tunc occidendi illum, vel non disponere ad occisionem, sed etiã ꝙ postea nihil moliatur ad occisionem illius, nisi aliq̃d de nouo subrepat: propter quod posset iustè agere contra illum, vel ad occisionem illius. Si autem postea nihil noui suboriatur iste obligabitur in eternũ nunquam nocere illi: sic ergo de Dauid, & Saule: aũt enim iurauit, ꝙ non occideret eum: si ergo non oriret aliquid postea, propter q̃d Saul posset iustè persequi Dauid, quãdocunq; moliretur eũ perse qui, erat ex hoc iuramento periurus: sed nõ fuit sub orta aliqua causa, propter q̃ postea mereret Dauid aliquid mali, & tñ Saul eum est persecutus ad mortem, ergo periurus fuit Saul ex hoc iuramento, siue à principio intenderet eum occidere, siue non. Non tamen fuit periurus immediatè, vt iurauit, sed tunc, cum primo disposuit eum persequi post iuramentum. Secundum erat, an peccauerit Saul, qñ iurauit? Aliquis rñdebit, ꝙ ex quo fuit periurus peccauit in iurando. Dicendum, ꝙ non ſtat: quia aliqui sunt periuri, qui non peccant in iurando, sed postea in agẽdo: vt siquis iuret aliquid agere, vel nõ agere, & tunc quando iurat habeat voluntatem cõplendi, quod iurat non peccat, etiam si postea non compleat, quod iurat, sed est periurus postea, quando venit contra id, quod iurat. Et sic dicendum est, ꝙ aliqui iurant, qui in iurando non peccant, sed in agendo sunt periuri. Alij autem iurant, qui tam in iurando, quam in agendo periuri sunt, & peccant. De primo casu pater in exemplo dato. De secundo appareat, vt siquis dicat, vel iuret aliquid: & qñ iurat illud, habet intentionem faciendi contrarium: iste in iurando peccat, & periurus est, & postea quoties contra iuramẽtum venire voluerit, toties periurus est. Nunc autem applicando ad Saulem, dicendum est, ꝙ, si ipse à principio, quando iurauit, habebat intentionem occidendi Dauid, non solũm fuit postea periurus, quãdo rursus eum persequi cępit, sed ẽt in iurando peccauit, & periurus fuit. Sed an Saul habuit intentionem obseruandi iuramentũ, quando iurauit, vel infringẽdi illud, dubiũ est: dicendum autẽ, ꝙ pro tunc habuit intentionẽ obseruandi illud: cùm litera dicat, ꝙ placatus est à furore suo, & reconciliatus fuit ei Dauid. Postea tamen, orto nouo furore, sine causa cępit rursus persequi Dauid ad mortẽ, vt patet infra in litera. Dicendum ergo, ꝙ Saul periurus fuit ex hoc iuramento, tamen non peccauit qñ iurauit. *Vocauit itaque Ionathas Dauid.* Dum hęc fierent, erat Dauid absconditus, & Ionathas nouerat locũ, ideo cognita volũtate patris, vocauit eũ ad introducendum coram Rege. *Et indicauit omnia verba hæc.* i. declarauit ei quid dixerat patri suo pro eo, & quomodo pater iurauerat non occidere illum. *Et introduxit Ionathas Dauid ad Saul*, scilicet quando sciuit, quòd non erat aliquod periculum introduxit illum, vt esset coram Rege: innuens, ꝙ nõ fuisset aliquis furor Regis contra eum. *Et fuit ante eum*, ideſt stetit coram Rege sicut cęteri ministri. *Sicut fuerat heri, & nudiustertius*, ideſt sicut consueuerat esse ante hoc Nudiustertius significat terium diem ante hoc, & quando aliquid dicitur factum nudiustertius, significatur, ꝙ hodie est tertius dies, quo factum est: sed hic non significatur præfixus certi temporis, sed accipitur pro aliquanto tempore præterito, & sic est communis modus accipiendi in scriptura: sic habetur Exod. cap. 21. scilicet, si bos cornupeta fuerit ab heri, & nudiustertius, ideſt ab aliquanto tempore. Sic etiam supra cap. 14. dicitur, ꝙ Hebræi, qui fuerant cum Philisthinis heri, & nudiustertius, reuersi sunt, vt essent cum Israel, ideſt illi Hebræi, qui erant ab aliquanto tempore in terra Philisthinorũ. Sic autẽ hic: immo non potest accipi heri, & nudiustertius pro tempore determinato trium dierum: quia falsa esset litera, cùm dicatur hic, ꝙ fuit coram eo, sicut fuerat heri, & nudiustertius: & tamen manifestum est, quòd nõ fuerat

fuerat heri Dauid cū Saule, quia Ionathas dixit ei: F obserua te, queso, mane,& manebis clam,& absconderis: & sic factum est: ergo illa die non fuerat cum Saule. Dicitur tñ ꝙ fuerat heri, & nudiustertius, ergo nō intelligit̄ per hoc tēpus determinatū, sed aliquantum tempus præteritum indeterminatum.

Quando reductus est Dauid per Ionatham coram Saule, vt prius erat. Quæst. V.

QVAERET aliquis, Quomodo sit verum, ꝙ Dauid steterit nunc coram Saule, sicut fuerat heri,& nudiustertius, quia à principio erat Dauid cū Saule spāliter astando semper illi, vt patet supra c. 16. ſ. Misit Saul ad Isai dicēs: stet Dauid in con- G spectu meo, inuenit enim gratiā in oculis meis: postea tamen Saul pacificatus Dauid amouit eum à se, vt patet præcedenti c. ergo iam non redijt ad illā familiaritatem, quā prius habebat. Aliquis fortè respōdebit, ꝙ Saul amouit à se Dauid, quia iratus erat illi: nunc tamen per Ionatham recōciliatus fuit: ergo reduceret eum in statum pristinum. Sed dicendum, ꝙ non stat: quia Saul non amouit à se Dauid quando erat ei iratus, sed quando fuit illi pacificatus remouit à familiaritate priori constituens illum in maiori honore, vt patet præcedēti c. ſ. amouit ergo eum Saul à se, & fecit eū tribunum super mille viros, nunc tñ eodem modo reconciliabatur Dauid, vt primo erat: & non reducebatur in maiorē amo- H rem, q̄ erat prius, sed solū pacificabatur illi, dās securitatem de vita: ideo non est verisimile, ꝙ reduceret eum ad familiaritatem, quam ab initio habuerat. Si enim illā abstulisset Saul Dauid iratus reduceret eā illi pacificatus: sed abstulit eam cum pacificatus esset: ergo non reduceret eam nunc, cū denuo pacificaretur: quia secunda reconciliatio inimicorū minores vires habet, q̄ prima: & tertia, quàm secunda, & sic consequenter de alijs. Item patet hoc, quia causa, propter quam Saul amouit à se Dauid, manebat nunc, ideo nunquam reduceret eū in pristinam familiaritatem: erat autem causa huius timor Saulis: nam cùm vidit Saul magnū esse fauorem Dauid in populo per cantum mulierum, putauit, ꝙ Dauid ali I qua die conaretur occidere Saulem, &, eo occiso, ꝙ fauorem populi efficeretur Rex, & quia ad hoc habebat Dauid nimiam opportunitatem propter magnā familiaritatem, quam habebat à principio cū Saule timuit Saul, ꝙ aliqua die aggrederetur Dauid: Consulens ergo vitæ suæ amouit à se Dauid, q̄q̄ esset pacificatus illi, & ne videretur eum grauare, vel agere ex odio, dedit ei maiorem dignitatē, vt amoueret minorem, vt patet præcedenti c. nunc tamen non desierat Saul timere Dauid, immo magis timebat eum, quàm à principio, vt patet præcedenti c. ſ. Michol autē filia Saul diligebat Dauid, & Saul magis cēpit timere eum: ergo non reduceret Saul Dauid in priorem familiaritatem, sed magis eum à se K remoueret, quàm prius quātum fieri possit: & sic dicendum est, quòd nunquam redierit Dauid in primam familiaritatem, quam habuerat cum Saule. Cum autem dicitur hic, quòd stetit Dauid corā Saule, sicut heri, & nudiustertius, non significatur specialis familiaritas, quā à principio habuit, sed quædam assistentia communis, quæ competebat omnibus de curia Saulis. Pro quo sciendum est, ꝙ omnes serui Regum, vel Dominorum assistunt aliquo modo illis, inquantum vadunt comitantes eos per viā, vel quocunque ierint, & stant in atrijs eorum seruādo eos: ista autem vocatur assistentia generalis, quæ nulli denegatur, & non continet aliquid dignitatis:

Assistētia quid est.

alia autem assistentia est specialis, qua famuli speciāliter assistunt Dominis, in quibuscunque locis sint, siue in camera, siue in alijs locis secretis, & est eis potestas loquendi Dominis quandocūque voluerint: & istud est magnæ excellentiæ. Isti autem sunt serui, qui semper dicuntur videre faciem Regis. Detalibus dicitur Esther cap. 1. quòd erant septem eunuchi primi, & proximi Duces Persarum, atq; Medorum: qui videbāt faciem Regis, & proximi post eum residere soliti erant. De his etiam dicitur supra cap. 16. Ecce Spiritus Domini malus exagitat te, iubeat Dominus noster Rex, & serui tui, qui coram te sunt, quærant hominem scientem psallere. Ibi vocantur serui, qui erant coram Rege illi, qui specialiter manebant coram eo ad differentiam aliorum, alioquin dictū fuisset indeterminatè: serui tui quærant hominem, & non serui tui, qui coram te sunt, De Dauid autem dicendum est, ꝙ à principio cum vocatus fuit Dauid à Saule, stabat coram eo familiariter nimis per secundam assistentiam: quia dicitur supra 16. cap. & venit Dauid ad Saul, & stetit corā eo, at ille dilexit eum nimis, & significatur magis ista assistentia: quia Saul orauit Patrem eius Isai, vt permitteret Dauid stare coram se, vt patet eod. cap. scilicet. Misit Saul ad Isai, dicens: stet Dauid in conspectu meo, inuenit enim gratiam in oculis meis, Habuit autem istam familiaritatem specialem Dauid ad Saulem toto tempore, quo mansit cum eo prima vice ante bellū Philisthinorū: deinde cum prognauisset contra Goliath, assumptus est ad eandē familiaritatem, & maiori affectione, quàm prius: ga prima vice permisit Saul reuerti ad Patrē suum. Desecunda autem dicitur, quòd tulit eum Saul in die illa, & non concessit ei, vt reuerteretur in domum patris sui præcedenti cap. durauit autem ista familiaritas vsque ad tempus, quo cantauerunt mulieres coram Saule: nam dicitur præcedenti cap. Egrediebatur Dauid ad omnia quæcunque miserat eum Saul, & prudenter se agebat, & acceptus erat in oculis vniuersi populi, & maximè in conspectu famulorum Saul, postquam autem mulieres cantauerūt incepit Saul abhominari, & timere Dauid, & tunc amouit eum à se, & fecit tribunum, vt patet præcedenti cap. postea vero, quanquam sæpe iratus fuerit Saul Dauid, & reconciliatus est ei: nunquam tamē restituit eum ad gradum primæ familiaritatis: & de hoc procedunt argumenta, & vera sunt. Cum autē hic dicitur, quòd Saul fecit stare Dauid ante se, sicut heri, & nudiustertius, intelligitur de familiaritate communi, quam habebant omnes serui Saulis: quia quilibet poterat stare in aula eius securus, & aliquando assistere Regi. Ad hanc vero rediit nunc Dauid: quia à multis diebus iam non habebat primam familiaritatem, & cum dicitur: sicut heri, & nudiustertius, idest, sicut erat coram Saule ex eo tempore, quo mulieres cantauerunt: quia tunc cēpit habere solam generalem assistentiam, & ad hāc nunc reductus est: quia præcedenti die etiam ista non licebat ei, cum absconditus fuisset à facie Sulis, ne occideretur.

Motum est autem. Hic ponitur tertium huius cap. in quo Dauid à Saule iterato inuaditur: nam conatus est eum configere cum pariete, & dicitur. *Motum est autem rursus bellum.* Istud bellum non fuit motum ab Israelitis contra Philisthinos, sed à Philisthinis contra Israel, quod patet: quia dicitur immediatè: Et egressus Dauid pugnauit aduersus Philisthijm. In quo innuitur, quòd primo motum fuit bellum, quàm Dauid egrederetur. Si tamē Israelitæ mouissent: quia ipse agebat oīa bella, bellū Dauid

fuisset, qui illud mouisset: quia ipse agebat oīa bella A Israelitarum tempore, quo mansit cum Saule, vt patet inf. 2. lib. c. 5. cum dixerūt oēs Israelitę ad Dauid: Ecce nos ōs tuū, & caro tua sumus, sed heri, & nudiꝰ tertius, cùm esset Saul Rex super nos, tu eras educēs, & reducens Israel: sed Dauid non mouit istud Bellum: ergo mouerunt illud Philisthini. Hebræi dicūt de isto Bello, sicut præmisimus p̄cedēti c. ꝙ Philisthini mouerunt Bellū, quia putauerunt, ꝙ Dauid non exiret obuiam eis: eo, ꝙ nouiter acceperat vxorem: oīs aūt nouus maritus habebat vnum annū, in quo non cōpellebatur exire ad Bellū: Deut. c. 24. exiuit tamen Dauid. Et dicunt Hebræi, ꝙ illud intelligebatur de Bello voluntario: istud autem erat necessarium: quia hostes inuaserant terram, ideo obligaba B tur exire ad Bellum.

An Dauid nouiter coniugatus teneretur secundum legem exire ad Bellum. Quæst. VI.

QVAERET aliquis circa hoc, cū Dauid nouiter coniugatus exierit nunc ad Bellum, an secūdum legem Hebræorum obligatus fuerit exire? Respondendum est, ꝙ lex erat. 20. & 24. c. Deut. ꝙ cū qs acciperet nouiter vxorē per annū vacaret à Bellis, & ab oībus publicis oneribus: Hebræi tamen dicunt nunc obligatū fuisse Dauid distinguentes de Bello necessitatis, vel voluntario: istud autem erat Bellū maximè necessitatis, ideo dicebant neminem C excusari. Sed falsum est, & p̄tra tenorem legis, quia etiam lex dicit, ꝙ si fuerit necessarium non impona tur ei Deuter. c. 24. ſ. cū acceperit homo nuper vxorem non procedet ad Bellum, nec ei quippiam necessitatis iniungēt publicè, sed vacabit absque culpa Dñi sui, vt vno anno lætetur cum vxore sua: nec solū erat hoc de illo, qui nouiter acceperat vxorē, sed etiam de eo, qui acceptam nondum carnaliter cognouerat: nam non cogebatur exire ad Bellū, & si exiret, debebat redire, vt patet: Deut. c. 20. ſ. Quis est homo, qui desponsauit vxorē, & non accepit eā, vadat, & reuertatur in domum suā, ne fortè moriat in Bello, & alius homo accipiat eam. Itē patet hoc, D quia non poterat esse Bellum maioris necessitatis, q̄ illud, quod egit Gedeon contra Madianitas: nā Madianitę infuderant se super terram, sicut locustę, & dissipabant oīa bona Israelitarum, vt patet Iudi. c. 6. & tamen in illo bello excusati sunt formidolosi, vt patet Iudi. c. 7. vbi Gedeon, iubente Dño, præiudicauit corā toto populo, qui formidolosus, & timidus est, reuertat: & recesserunt de Monte Galaad. 22. millia: & manserunt solū. 10. millia, sed idem iuris erat de formidoloso, & accipiente nouiter vxorē, & de illo, qui plantauerat vineam, & nondū comederat de ea, & de eo, qui ædificauerat nouā domū, & nōdū habitauerat in ea, vt patet Deut. c. 20. vbi oēs hi iubentur redire de Bello: ergo etiam si esset Bellum ne cessitatis accipiens nouiter vxorem, non tenebatur E illuc exire. Item patet hoc, quia Bellum nimiæ necessitatis erat, quod fecit Iudas Machabęus contra seruos Regis Antiochiæ, cùm illi vastarent totā terram Israel, & prohiberent obseruare legē Dei: Iudas tamen, quando pugnauit contra illos, posuit edictū de formidolosis, & accipientibus vxores, & de omnibus quatuor generibus personarum, ꝙ redirēt in Domos, vt patet. 1. Macha. c. 4. ergo etiam in Bello nimiæ necessitatis nouus maritus nō tenebatur pugnare, Dauid autem nouiter acceperat vxorē, ideo nō cogebatur: ipse tñ sponte exiuit ad Bellū, qa erat princeps virorum bellatorum: nam cōstitutus erat tribunus super mille viros, vt patet præcedēti c. sic

etiam cum contraxerat sponsalia cum Michol, nō tenebatur exire ad aliquod Bellū Deut. c. 20. exibat tñ non solū ad Bella necessaria, sed ēt ad Bella spōtanea: nā descēdit in Accaron, & p̄cussis 200. viris, tulit præputia eorum præcedēti c. vt daret ei sponsa.

Quare ponitur hic Bellum hoc Philisthinorum, cum tamen scriptura intendat ponere persecutionem Saulis contra Dauid. Quæst. VII.

QVAERETVR vlterius, Quare positum fuit hic de isto Bello, q̄d Philisthini fecerunt contra Israel, quia intentio scripturæ erat hic declarare, quomodo Saul p̄secutus fuerit Dauid, quia ex principio c. p̄cedentis vsq; ad finē libri huius, de hoc est tota materia, sed istud Bellū, q̄d mouerunt Philisthini, nihil ad hoc agit? Aliquis rñdebit, ꝙ scriptura vult enarrare non solū p̄secutionē Dauid, sed etiā oīa, quæ acciderunt tpe illo, & quia istud Bellū motum fuit eo tpe, quo Saul persequebatur Dauid, scriptura illud enarrauit. Sed hoc non stat, quia scriptura nunquam enarrat, nisi de eo, de quo intendit, nisi sit aliquid, quod pertinet aliquo modo ad illud: sic autem fuit hic: quia scriptura intendit principaliter dicere de persecutione Saulis contra Dauid: & quia ista persecutio habuit quādā originem, vel incremētum ex isto Bello, describitur hic Bellū. Fuit aūt modus, ꝙ Dauid in bello isto prosperatus est, & ex hoc Saul magis cēpit eū timere: sic dr̄ præcedenti. c. ꝙ quantomagis cognoscebat Deum esse cum eo, magis timebat illum: & qa ex victoria huius Belli magis cēpit prosperari, timuit, & abominatus est eum magis Saul, & ex hoc conatus est eū occidere, habita opportunitate, ſ. cum psalleret coram eo arrepto à Dæmone, vt patet infra, & quia illa fuit prima persecutio post p̄ciliationem factā inter Dauid, & Saulem: & illa habuit originem, ex illo Bello scriptura illud enarrauit, tanq̄ pertinens ad principalem intētionem. *Et egressus Dauid pugnauit aduersus Philisthijm.* idest imediatè, vt sciuit Dauid Philisthinos ingressos in terrā Israel, exiuit obuiā illis, ipse enim erat Dux Belli, & fuerat constitutus tribunus mille virorum vt in præcedenti c. non tñ erat obligatus nunc egredi ad Bellum: quia nouiter acceperat vxorem, & noui mariti habebant annū, in quo non obligabantur exire ad Bellum: nec poterāt eis inungi aliæ necessitates publicæ, vt patet Deut. c. 24. egressus tamē est sponte: & quia verecundū erat, ꝙ cū ipse esset princeps Belli, & accepisset vxorem filiam Regis, vt ageret Bella, ꝙ nunc irruentibus hostibus, nō exiret eis obuiā. *Percussitque eos plaga magna.* ſ. fecit magnā stragem in eis: erat. n. Deus in Dauid, & dabat ei victoriam contra omnes hostes. *Et fugerunt à facie eius,* scilicet, quia non potuerunt sustinere impetum illius, & stragem magnam, quam faciebat: nam, quanquā ipsi multi essent, Deus, qui erat cum Dauid, superabat omnes hostes. *Et factus est Spiritus Domini malus in Saul.* Hic incipit persecutio, scilicet, quia cum habuit Dæmonem arripientem Saul, conatus est occidere Dauid. Aliqui autem dicunt, quòd Saul fuit arreptus à Dæmone merito præuaricationis suæ; scilicet, quia incepit magis abominari Dauid post Bellum præcedens: & arripiebatur à Dæmone, in pœnam peccatorum suorum. Quicquid autem sit, nō ponitur hic arreptio à Dæmone tanquā pœna peccati Saulis, sed tanquam id, per quod occasionē habuit sequens p̄secutio. *Sedebat autem in domo sua,* ſ. erat Saul in palatio suo, quando arreptus est à Dęmone: nam cum esset deditus cuicunque negocio ambulans, vel sedens, arripiebat eum subito Dæmon,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& sic nunc, cum fortè sederet Saul ad aliquid agendum, Dæmon inuasit illum. *Et tenebat lanceam.* ſ. tenebat eam in manu ſua: quia declaratum est p̄cedenti c. ſemper Saul tenebat lanceam in manu, vel ſi aliquid ageret, tenebat eam iuxta ſe, ita, vt ſiue comedens, ſiue dormiens eſſet, ſiue quodcunq; aliud agēs ſemper lancea eſſet munitus: ratio autem ibi poſita eſt. *Porro Dauid pſallebat in manu ſua.* i. cum manu: nā qñcunq; arripiebatur à Dæmone, ſemp Dauid pſallebat, quia ſic leuius ferebat, & recedebat ab eo ſpiritus nequam, vt patet ſupra c. 16. vnde ꝙ ſuetus erat per ſingulos dies Dauid pſallere coram Saule, vt patet præcedenti c. *Nijuſque eſt Saul configere lancea Dauid in pariete.* i. iecit lancea ad Dauid, vt transfoderet eū, & figeret in pariete: ſic.n. ſupra fecerat c. p̄cedēti.

Quare Saul redijt perſequi Dauid poſt conciliationem. Quæſtio VIII.

QVAERET aliquis, Cum Saul pacificatus eſſet Dauid, quare redijt hic ad perſequendū eū ad mortem? Reſpondendū eſt, ꝙ Saul timebat nimis Dauid, & p̄p̄ hoc habebat eū exoſum, vt ſupra declaratum eſt: erat autem timor iſte circa rem non paruā. ſ. circa vitam, vel ſtatum: nam putauit, ꝙ Dauid aliqua die occideret eum, vel deponeret de Regno per fauorem popularem, & quia iſte timor ſem per manebat in Saule, immo quotidiè ſuſcipiebat incrementa, cum quotidiè Dauid proſperitas augeretur, ſemp manebat cauſa, vt Saul haberet Dauid exoſum: ideo, q̄q̄ aliquādo ꝙciliaretur ei, rurſus ad perſecutionem eius redibat. Interdum autem conciliabatur ei p̄p̄ eos, qui mediabant, ſicut ſupra, cùm Ionathas locutus fuit bona pro Dauid ad Saulē: & ipſe, conuictus rōnibus Ionathæ, iurauit, ꝙ non occideretur Dauid: quia tamen adhuc manebat rancor in corde, qui quotidiana ſuſcipiebat incrementa: & maxime per iſtud Bellum, quod nunc præceſſerat contra Philiſthinos, in quo proſperatus fuerat Dauid: erat autē de Saule ſicut de homine incontinente, qui nimis incitatur ad venerea: nam licet iſte interdum alijs exorantibus, aut increpantibus, vel ratione conuincentibus, ceſſet ad horam ab iniquo propoſito, tamen, quia manet ei infixus ardens ſtimulus, mox, vt deſierint deprecantes, vel increpantes, redibit ad id, quod prius intendebat: ſic enim, q̄q̄ Saul ſæpe pacificaretur Dauid, conuincente ratione, & perſuaſione: rurſus tamen ad eum perſequēdum acrius vertebatur.

Quare Saul conatus eſt nunc configere Dauid lancea, dum eſſet arreptus. Quæſt. VIIII.

QVAERETVR vlterius, Quare nunc Saul conatus fuit configere lancea Dauid, cum pariete, cùm eſſet arreptus à Dæmone, & non alio tēpore, cum poſſet hoc facere. Aliquis rñdebit fortè, ꝙ hoc faciebat, quia Dæmon, qui arripiebat eum, inclinabat illum ad perſequendum Dauid, ideo cum arriperetur, acrius perſequebat: vñ bis conatus eſt Saul occidere Dauid, cum à Dæmone torqueretur, & alias non conatus eſt, vt patet præcedenti. c. Sed dicē dum eſt, ꝙ nō ſtat, qa Dæmon, qui torquebat Saulē, non dabat ei ad immutandum cor illius ad iniquas cogitationes, ſed ad corporaliter eum vexandū; incitare autē eum ad p̄ſequendum Dauid, ad ſpirituales tentationes p̄tinet. Itē non eſt veriſimile, ꝙ iſte Dæmon ad hoc impelleret Saulem, qa iſte Dæmon dabatur à Deo, vt vexaret Saulē, ut patet ſupra c. 16. ſcilicet ſpiritus Dñi receſſerat à Saul, & exagitabat eum ſpiritus neq̄ à Dño. i. miſſus à Dño ad hoc. Non poterat tñ iſte ſpūs plus agere in Saulē, q̄ Deus ei iuberet: ſi ergo ipſe ſpāliter incitaret Saulem ad perſequendum Dauid, Deus dediſſet eū ad hoc: & conſequenter Deus directè dediſſet occaſionē ad peccatū Saulis, & ad pœnā Dauid: ſed vtrunq; eſt falſum. Itē non ſtat hoc: qa de nullo arrepticio legimus, ꝙ à Dæmone motus ſit ad iniquas cogitationes, ſed ſolū, ꝙ vexet eū corporaliter, vt patet ex toto proceſſu euāgeliorū, vbi de multis arrepticijs agit. Item adhuc, & fortius non vr̄ hoc ſtare: nam Dæmon poteſt tentare arreptitium ad aliquid iniquè agendū, qñ eum vexat: nam tentatio Dæmonis eſt ſecundū actū phātaſiæ, ſ. qa aliquas ſpecies nouas nobis in Phantaſiā præſentat, vel aliquas ibi dudū exiſtentes mouet ad hoc, ꝙ per eas habebamus nouum actum: motus autē phantaſiæ eſt quodāmodo ſpūalis, & multū diſparatus à motu corporali, & aliquo modo repugnans illi: vexatio autem à Dæmone eſt motus corporalis, & fortis, ideo, qñ fuerit motus iſte vexationis, nō p̄cipietur actus Phātaſiæ: nam ad hoc, ꝙ motus interiores ſentiantur, neceſſe eſt nos carere omnib⁹ motib⁹ exterioribus, ideo Philoſophus dixit 3. Ethic. ꝙ anima quieſcendo fit prudens, & ſapiens, i. ceſſando ab oībus motibus corporalibus: ſi tamen non repugnaret aliquo modo corporalis motus ſpirituali immutationi, nō magis fieret aīa ſapiēs ceſſando à motib⁹ corporalibus, q̄ in ipſis motibus: ergo mot⁹ corporales impediunt ſenſationē motuū ſpūalium. Itē patet hoc ex natura delectationis: nā ſecundū Philoſophum 10. Ethic. qñ ſunt duæ delectationes diſparatæ, neceſſe eſt, vna exiſtente, aliā non ſentiri, q̄q̄ p̄ſens ſit delectabile, vel, ſi ſentitur, parum ſentietur. Si autē, exiſtente aliqua delectatione, poſſit alia ſentiri, indicat iſtam primam eſſe paruā allegans exemplū Græcorum. ſ. ꝙ illi athletæ ſunt prauī, quos videdo p̄t aliquis delectari comedēdo legumina q. d. ſi delectatio in videndo athletas eſſet magna, nō poſſent videntes delectari in comedendo legumina: qa tota liter ꝙuerterentur ad ſentiendū delectationē athletarum, & non poſſent incendere alicui alteri actu: vnde de delectatione maxima, q̄ eſt in quodā genere tactus dicit. 7. Ethic. circa finem, ꝙ præſente ipſa, priuantur oēs actus aliarum potentiarū, ſed impoſſibile eſt aliquid nos intelligere, exiſtente ipſa: ſic ergo erit de motibus, ꝙ cum ſimul fuerint motus corporales, & immutationes ſpūales nō poterit quodcunq; eorum perfectè ſentiri, ſed impedietur vnum per alterum, & id, quod maius fuerit, ſentietur ſolū: cùm ergo maiores fuerint motus corporales, q̄ motus ſpirituales, nihil p̄cipiemus de immutatione ſpirituali, ſed ſolū corporalē. Quāto ergo fuerit maior exceſſus, tāto minus ſentiet, qa, ſi ſimpliciter ad ſimpliciter, & magis, ac minime, vt patet. 2. Topicorum: ſed vexatio, quam Dæmones faciunt in arrepticijs, eſt mot⁹ corporalis nimis afflictiuus: q̄q̄ ergo tūc Dæmon faciat aliquas immutationes in phantaſia, non poterunt percipi ab arrepticio: quia anima eius tota liter intendit vexationi, ſicut cum actualiter percutimur, non poſſumus vacare ſpeculationi: nunq̄ ergo Dæmon tētat aliquem ad iniquas cogitationes, quando eum arripit corporaliter vexādo: quia ſcit hoc eſſe ſuperfluum: nihil.n. proficeret, ſi tentaret. Dicendum ergo, ꝙ Saul nō incitabatur à Dæmone ad percutiendum Dauid, quando arripiebatur à Dæmone. Aliter autem, & melius dici poſſet, ꝙ quamquā Dæmon, quando arripiebat Saulem, non ſuggerebat ei, vt percuteret Dauid, tamen mouebat actua liter manus, & pedes eius ad faciendum malum cōtra Dauid, ſcilicet, vt iaceret lanceam: nam ſicut Dæmones cogunt ipſos arrepticios interdum loqui ea, quæ neſciunt, vt patet de puella phytoniſſa, quæ rñdebat de occultis Actuū. c. 16. & de Saule: q̄ prophetauit in medio domus ſuæ, qñ eum arripuit Dæmon, vt in p̄cedēti, c. ita p̄t Dæmones mouere manus, & pedes arrepticiorum qualitercūq; voluerint. Sic patet Mat. 17. c. de puero Dæmoniaco, & lunatico, q̄ ſæpe à Dæmone p̄ijciebatur in aquam, & ſæpe in ignē: cū dr̄: Dñe miſerere filio meo, quia lunaticus eſt, & male patitur: nam ſæpe cadit in ignem: & crebro in aquam. Hoc aūt non faciebat ipſe ſponte, ſed Dæmō cogebat hoc facere, qñ arripiebat eū. Itē patet de porcis, in quos miſit Chriſtus legionē Dæmonū: nam ante hoc erant porci quieti, & illico, vt Dæmones intrauerunt in illos, impetu facto, irruerunt in mare præcipites quaſi duo millia porcorū, vt patet Marci. c. 5. & Mat. 8. hoc aūt fuit, qa Dæmones mouerunt eos ad præcipitandum ſe, immò Dæmones nō poſſunt aliter vexare arrepticios, niſi mouendo aliquas partes corporis eorum: poterat ergo Dæmon arripiens Saulē, mouere manus eius ad iaciendū lanceam in Dauid. Sed dicendum eſt, ꝙ quāquam hoc ſic fieri poterat, tamen non ſic factū eſt: quia Saul ſi ſic feciſſet, non peccaſſet, quia non ipſe, ſed Dæmon agebat: peccauit tamen: ergo non impulit eum Dæmon. Item patet hoc magis: quia de prima vice, quando Saul iecit lanceā in Dauid, dicitur præcedenti. cap. ꝙ tenebat Saul lanceam, & emiſit eam putans, ꝙ configere poſſet Dauid cū pariete: ergo apparet, ꝙ ex præcogitatione, & electione egerit. De ſecunda vice patet, ꝙ etiam volens egerit, qa dicitur hic, ꝙ niſus eſt Saul configere lancea Dauid in pariete: ergo intendebat illud agere. Item patet, quia cum fugerit Dauid non percuſſus, miſit Saul ſatellites poſt eum, vt cuſtodirent ipſum, vt patet immediatè: ergo Saul ſponte egit, alioquin, cum redijſſet ad ſanam mentem, non miſiſſet ſatellites. Aliquis reſpondebit aliter, ꝙ Saul conatus eſt configere Dauid, quando arreptus eſt à Dæmone, quia tunc habebat opportunitatem, cū præſens eſſet ei Dauid, pſallens cithara, & alias nō erat præſens, Sed hoc non ſtat: quia quotidiè ibat Dauid, & ſtabat in conſpectu Regis, q̄q̄ non eſſet in familiaritate ſpeciali: ſic patet ſupra in litera, ſ. Et introduxit Ionathas Dauid ad Saulem, & fuit ante eum, ſicut fuerat heri, & nudiuſtertius: ſed heri, & nudiuſtertius conſuetus erat ſtare coram Rege, ergo etiam nunc ſtabat, & ſic poterat alias eum occidere mittendo lanceam. Sed dicendum, ꝙ Saul non tentauit mittere lanceam, niſi quando arripiebatur à Dæmone, eo, ꝙ volebat per diſſimulationem occidere Dauid, quaſi fingens, ꝙ noluiſſet: hoc autem maximè poterat qñ arripiebatur à Dæmone, eo ꝙ volebat per diſſimulationem: quia tunc fingebat ſe tanq̄ amentem, qđ etiam alij veriſimiliter credere poſſent, eo, ꝙ videbant eum Prophetare quādo arripiebatur, vt patet præcedenti. c. ergo tūc erat opportunitas ad iniquè agendum, & occultādum iniquitatem: ſi autē alias egiſſet, omnes cognoſcerent, ꝙ ab intentione agebat. Sed dicet aliquis, ꝙ non faciebat Saul propter hoc: quia iam cęperat perſequi manifeſtè Dauid: nā miſit Ionatham, & famulos ſuos, vt occiderent eū ſupra in litera. Reſpondendum, ꝙ nondum Saul aperte perſecutus fuerat Dauid, nec obſtat, quod dicitur, quia ibi non iuſſum eſt publicè, ſed in ſecreto Ionathæ filio ſuo, & miniſtris eius, qui illud ſecretè agere potuiſſent, ſi voluiſſent. Item, licet illud iuſſū fuerit: tamē nondum fuit executioni traditum, Ionatha orante, vt patet ſupra: & ſic non fuit publicata perſecutio Saulis cōtra Dauid per mandatū iſtud. Sed adhuc obijcietur, ꝙ Saul publicè mandauit Ionathæ, ꝙ adduceret Dauid ad occidendum, audientibus oībus, q̄ erant ad menſam Regis, & in palatio eius, vt patet ſequenti c. Rñdendū, ꝙ Saul aliqñ perſecutus fuit Dauid apertè, creſcēte furore; hactenus tamen nondū fuerat perſecutus apertè, ideo nunc quoq; voluit occidere Dauid per diſſimulationem, quod facere non poterat, niſi cum arriperetur à Dæmone, ideo tunc lanceam miſit.

Dauid voluit pſallere coram Saule arrepto: quia credebat ipſum reconciliatum eſſe, & quòd prius ex inſania ipſum occidere voluiſſet. Quæſtio X.

QVAERETVR vlteriꝰ, cur Dauid voluit nūc pſallere coram Saule arrepto à Dæmone, cū iterum eum pſallentem lancea configere conatus ſit præcedenti. cap? Reſponderi p̄t, ꝙ Dauid poterat credere, quòd illud factū fuiſſet per inſaniam, & nō ex intentione, quia Dæmon tunc fortè conuerteret Saulem in dementiā, cuius ſignum erat, quòd prophetabat, ideo nunc nō crederet, ꝙ iterum ad eum lanceam mitteret. Aliter etiam dici p̄t, quòd, quāquā Dauid crediderit, quòd Saul prima vice egerit ex intentione, tamen nunc credebat, quòd non mitteret rurſus ad eum lanceam, quia iam ei reconciliatus fuerat. Poſſet.n. exiſtimare, quòd, ſi Saul voluiſſet eum occidere poſt reconciliationē, cum multoties habuiſſet opportunitatem, ad hoc miſiſſet lanceam, nunq̄ tamen miſit; ergo credebat nunc, ꝙ iā non mitteret. Aliter p̄t dici, ꝙ, q̄q̄ Dauid timeret, quòd Saul eum nūc conaretur p̄figere, ſicut primo: tamen ſtabat coram eo pſallens: quia non audebat aliud agere: nam Dauid ab initio vocatus fuerat à Saule principaliter, vt pſalleret coram eo, quādo arriperetur à Dæmone: ſi ergo aliquando arriperetur, & Dauid nollet pſallere, ex hoc videretur reus mortis, & haberet Saul occaſionem occidendi eum coloratè. Oportebat ergo, quòd Dauid ageret alterū de duob⁹, ſcilicet, vel, quòd fugeret à facie Saulis, recedens totaliter de terra Iſrael, vel pſalleret coram eo, qñ arriperetur à Dæmone, q̄q̄ timeret lancea cōfigi. Recedere autem totaliter de terra Iſrael non vi ſum eſt Dauid expediens, & hoc p̄p̄ duo. Primò: qa videretur ipſe in culpa, & aliquid mali moliri contra Saulem, ſi nunc recederet, qñ erat reconciliatꝰ Sauli, & nondum mouerat quicquā Saul contra eū: Dauid tñ volebat euitare omnē ſpeciem mali. Secū dò viſum eſt inconueniens: quia, ſi recederet nunc à facie Saulis non erat rediturus, & iam non ſperaret aliquā bonū ſe poſſe habere in terra Iſrael, viuente Saule: credebat tñ Dauid, quòd adhuc furor Saulis ceſſare poſſet, per obſequia eius, & patientiā, ideo expectabat, q̄q̄ timeret vſquequo videret, an placaretur furor eius, vel fieret iniquitas conſummata. Cū autem vidit, quòd Saul penitus decreuerat occidere illū, receſſit ab eo, vt patet ſequenti. c. nunc aūt nondum hoc viderat, iō, q̄q̄ vitæ ſuæ timeret, ſtabat coram Saule, & pſallebat, cū arriperetur à Dæmone: & iſta vltima eſt melior ſolutio. *Et declinauit Dauid à facie Saul.* i. noluit ſtare coram eo: nam, cū non potuerit eum lancea percutere, credidit, quòd illicò eum iugulari deberet. fugit ergo à facie eius, ſed adhuc non fugit omnino à facie eius hac vice, qa poſtea redijt ad Saulem, vt patet ſequenti. c. *Lancea autē caſſo vulnere prolata eſt in parietem.* Ideſt, lancea errauit vulnus, ſ. qa non pcuſſit, & tranſiuit in parietē, apud quē erat Dauid: & dr̄ caſſo vulnere i. ꝙ lancea caruit vulnere, ſ. qa non potuit vulnerare. Eſt.n. caſſus participium verbi careo, & dr̄, ꝙ prolata eſt i. mota eſt, vel tranſijt. *Et Dauid fugit*, ſcilicet poſtquam lancea

Dauid noluit recedere de terra Iſrael p̄pter duo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

infixa est in pariete Dauid fugit in domũ suã: nam ibi mansit in nocte, & vallatus est à ministris Regis vt patet inf. *Et saluatus est nocte illa.* i. saluauit se à morte per fugã, de qua hic dicitur: nec tamen dicitur ꝙ penitus saluauerit se, quia solum fugit vsq; ad domum suam, & illico vallauerũt eum ministri Regis, & occisuri erant eũ, nisi rursus fugeret per fenestrã de domo: & per illam fugam saluatus est. Præsupponendum est autem hic, quamquam nõ exprimatur, ꝙ istud accidit per noctem, vel saltẽ in fine diei, sed magis credendum est adhuc, ꝙ per noctem accideret, scilicet, ꝙ Dauid esset in domo Regis per noctẽ, sicut solet fieri apud alios Reges, ꝙ non vadant cubitum vsque ad magnam partem noctis, & ibi maneãt ministri eorum coram eis: eo tẽpore noctis accidit, ꝙ arriperetur Saul à Dæmone, & psalleret Dauid, atque mitteretur lancea in eũ, & tunc fugit per noctẽ. Hoc autem significat litera, cùm dicitur, ꝙ saluatus est nocte illa, quasi innuat, ꝙ per noctem fugit: etiã quia inf. dicitur, ꝙ ministri Regis vallauerũt nocte domum Dauid, vt occiderent eum mane: si tamen hoc accidisset per diẽ, illico Saul misisset ministros suos contra Dauid. *Misit autem Saul satellites suos nocte in domum Dauid.* Sciuit enim Saul, ꝙ Dauid fugiebat in domũ suam, ideo misit confestim illùc ministros, vt eum raperent: vocantur autem hic satellites illi, qui ministrant alicui ad quodcunque: vnde satelles est nomen generale ad omnes ministros: sic enim dicit Boetius, ꝙ aliqui ambiunt latus multo satellite. i. multis ministris, vt patet. 3. de consolatione prosa. 4. Accipitur tũ satelles magis pro ministro ad malum, & sic accipitur hic. Nam isti obediebant Sauli ad malum: iuerunt autem isti per noctem, quia Dauid fugerat per noctem, vt dictum est. *Vt custodirent eum.* s. ne egrederetur domum: putauit n. Saul, ꝙ Dauid vadens in domum suam, acciperet inde aliquod apparatum ad fugiendum per noctẽ, ideo misit custodiri domum, vt non egrederetur: ipse tamẽ egressus est, vt patet infra: nã isti satellites Saulis, cùm scirent domum Dauid habere vnicam portam, custodierant illam tantũ, deposuit tamen Michol Dauid per fenestram, & fugit, illis ignorantibus. *Et interficeretur mane,* i. custodiretur per noctẽ, ne egrederetur, vt in aura occideretur.

Quare Saul fecit custodire Dauid per noctem, vt interficeretur in mane. Quæst. XI.

QVAERET aliquis, Quare Saul fecit, ꝙ obseruaretur Dauid ad occidẽdum in aurora, & noluit occidere per noctem? nam potuisset per noctẽ capere illum antequam fugeret, & occideret. Nicolaus respõdet, ꝙ hoc faciebat Saul, quia putabat tunc esse, ꝙ aliquis homo occideretur in lecto, vel per noctem. Sed dicendũ est, ꝙ Saul hoc fecit, quia Deus mouebat eum ad faciendum hoc: nam si immediatè, vt ministri Saulis iuerunt ad domũ Dauid, ingressi fuissent ad capiendum eum cepissent, quia nondũ fugerat, sed postea deposuit eũ Michol per fenestrã: Deus tamen volebat, vt non moreretur Dauid, iõ posuit in corde Saulis, ꝙ iuberet ministris suis, vt custodirent domũ Dauid vsque mane, & non raperẽt eum immediatè, & sic habuit Dauid locum fugiendi: q̃q̃ tamen Deus mouisset cor Saulis ad hoc: ipse tñ nesciebat se moueri à Deo, nec agebat pp hoc, sed ad aliam causam. Volebat. n. occidere Dauid habens aliqualem colorem occidendi: ne totus Israel clamaret contra eum, cum omnes diligerent Dauid, vt patet præcedenti cap. & quia si per noctem Saul fecisset occidere Dauid, apparuisset hoc factum esse iniquè, quia, qui malum agit, odit lucem, vt patet Iob. cap. 24. & extra de offi. deleg. c. consuluit. iõ voluit expectare vsque ad mane. Sed tunc dicet aliquis, quomodo poterat occidere Saul Dauid in aurora coloratè? nam non habebat aliquam causam mortis contra eum. Respondendũ est, ꝙ fortè Saul præconceperat mittere aliquos accusatores, qui eũ calũniosè accusarent, & aliquos testes, qui falsè deponerent super aliquo crimine, propter, quod Dauid esset reus mortis, & tũc occideretur publicè, & coloratè: sic enim fecit Iezabel Regina Israel contra Naboth Iezraelitam: nam, cùm noluisset vineã suam vendere Regi, misit Epistolã ad Seniores Ciuitatis, vt prædicarent ieiunium, & producerent falsos testes, & accusatores cõtra Naboth, quod sic est factum, & deposuerunt testes, ꝙ Naboth maledixerat Regi, & damnatus est ad lapidationem, infra 3. li. cap. 21. similia poterat facere Saul contra Dauid, & sic coloratè eum occideret.

An Saul coloratè potuisset interficere Dauid. Q. XII.

QVAERET aliquis, An etiam isto modo posset Saul interficere Dauid: & videtur, ꝙ non: q̃a populus liberaret eũ de manu Regis, ipse. n. salutem magnam fecerat in Israel, ideo populus nõ permitteret eum perire: sic factum est de Ionatha: quia, q̃q̃ per sortem deprehensus est à Deo reus, & Saul vellet eum occidere, tamen populus noluit, dicens: Ergo nc Ionathas morietur, quia fecit hanc salutem magnam in Israel? Hoc nefas est. Et dicitur: Liberauit ergo populus Ionatham, vt non moreretur supra c. 14. Dauid autẽ sic fecerat salutẽ magnã in Israel, percusso Philistheo, supra 17. c. & amplius pugnabat cõtra Philisthinos in omnibus bellis pro Israel, & prosperabatur in singulis: ideo populus nõ permitteret eum occidi, dato, ꝙ peccauisset. Respondendũ est, ꝙ nõ est simile de Ionatha, & Dauid: primò quia Saul, q̃q̃ vellet occidere Ionatham: q̃a tamen erat filius eius, afficiebatur ad eum, & non multùm desiderabat hoc: ideo illico, vt populus repugnauit ei, super hoc destitit supra cap. 14. Saul tñ habebat nimis exosum Dauid; nam detestabat eum sicut mortẽ, & plusquam Philisthinos: ideo licet populus oraret, nequaq̃ flecteretur, sed illico eum occideret. Alia etiam differentia erat: quia Ionathas nõ peccauerat: nam licèt egisset contra præceptum Patris, tñ ignorãs erat, ideo nihil mali merebatur: Saul autem opponeret Dauid, & faceret probari contra eum talia crimina, pro quibus morte videretur dignissimus, nec quisquam misereretur eius, velut, si opponeret ei aliquod crimen læsę maiestatis, vel similia, in quibus populus nollet eũ defendere. Tertia differentia, & efficacior inter Ionatham, & Dauid erat: quia, quando Saul voluit occidere Ionathã totus populus erat præsens ei in Castris, & omnes illico clamauerunt, ꝙ nõ occideretur Ionathas: nũc autem, q̃q̃ populus diligeret Dauid, non erat tamen congregatus ad hoc, ꝙ posset eripere Dauid de manu Saulis: quia erat Saul cũ curia sua in aliquo loco, vbi, etiam si ciues vellent defendere Dauid, tamen Saul cum curia prævaleret aduersùs eos. Quarta differentia Ionathæ ad Dauid fuit: quia, quando Saul voluit occidere Ionatham, nullus de toto Israel fauebat Sauli, sed omnes adiuuabant Ionatham, ideo dato, quòd conaretur Saul occidere Ionatham, per omnem modũ non prævaluisset: quia populus non permitteret: nunc autẽ contra Dauid habebat Saul multos fautores: nam ministri sui consentiebant ei in hoc: & ibant ad vallandum Dauid, & capiendum ad mortem, vt patet infra: ideo haberet nunc Saul opportunitatem occidendi Dauid adiutus à suis, q̃q̃ populus conaretur adiuuare eum. De Ionatha autem non fuit sic: Deus tamen auertit ea, quæ cogitauerat Saul ad oppositum. *Quod cum annunciasset Dauid Michol vxor sua.* i. annunciauit ei, ꝙ domus vallata esset à ministris Saulis, ideo, ꝙ fugeret. Diligebat. n. Michol Dauid nimis, ideo, q̃q̃ sciret volũtatem patris esse ad occidendum eũ, voluit eum arripere à morte, q̃q̃ satis ipsa putabat ex hoc nunq̃ virum suum ad eam amplius rediturum, cũ pater eius quotidiè illũ persequeretur. Ex hoc autem laudabilior: quia non eripiebat virum à morte, gratia alicuius vtilitatis, vel iocundę vitę, quã cùm ipso se post hæc crederet habituram: sed intenso amore, quo in eum sincerè ferebatur. Vnde propter hoc Dauid dilexit eam nimis: & postq̃ mortuus est Saul, & ipse factus est Rex super Iudam, repetiuit eam, q̃q̃ iam tradita esset alteri vito, vt patet inf. 2. lib. c. 3. *Nisi saluaueris te nocte hac, cras morieris.* i. nisi fugeris per noctem, posueris te in loco securo, occideris cras.

Michol nunciauit Dauid domum esse vallatã ministris, vt eum deprehenderent, quia vidit per fenestram. Quæst. XIII.

QVAERET aliquis, Quomodo Michol nuncia quit hoc Dauid? quia magis ipse scire debebat, q̃ illa, cùm ipse fugisset à facie Saulis, & vidisset illa, q̃ facta fuerant: ipsa autem nihil viderat. Respondendum est, ꝙ Michol non nunciauit Dauid ea, quæ facta fuerant in domo Saulis: quia ista viderat Dauid, & non Michol: sed magis credendum est, ꝙ Dauid nunciauerit Michol ea, quæ acciderant coram Rege, & quare fugerat: Michol tamẽ nunciauit Dauid, ꝙ Saul misisset ministros ad custodiendum eum, & qualiter domus vallata erat: hoc autem videre potuit Michol, quia fortè prospexit per aliquam fenestram, & vidit viros armatos in circuitu Domus, & ex hoc, ꝙ fugerat Dauid, intellexit, ꝙ veniebant illi ad vallandum, & rapiendum eum: Dauid aũt non vidit hoc: quia fortè ipse erat intra domum: & non aũsus est ponere se ad fenestram, vel respondere alicui vocanti, ne per hoc daretur occasio ad procedendum magis contra ipsum, & agendum aliquid immediatè. Quod autem reuelauerit Michol Dauid, est quia supra dicitur, ꝙ misit Saul Satellites in domũ Dauid, vt custodirent eum: & immediatè sequitur: quod cum annunciasset Dauid Michol, scilicet, annunciauit ei hoc, ꝙ custodiretur à ministris Saulis.

Quomodo sciuit Michol, quòd Saul volebat Dauid in mane interfici. Quæst. XIIII.

QVAERETVR vlterius, Quomodo Michol dicere potuit Dauid: nisi saluaueris te hac nocte, mane occideris? nam ipsa hoc nesciebat. Respondeti potest secundum Nicolaum, quod Michol cognouit hoc, quia aliquis de famulis Saulis ad hoc missis, aperuit, secretum Michol, vt saluaretur Dauid, quia famuli Saulis diligebant Dauid, vt patet præcedenti. c. Vel fortè, & melius, quia cùm Michol vidit ad portam homines armatos, quęsiuit ab eis quid hoc esset, & quia ipsa erat filia Regis, reuelauerunt ei famuli Regis secretum, honorantes eã. Sed dicendum aliter, & melius, quòd Michol non dixit hoc, tanquã certissimè cognoscens, quid dispositum esset Saul de Dauid, sed ex coniectura locuta est: nam cum sciret Dauid fugisse à facie Saulis propter lanceam emissam, & nunc videret homines armatos vallasse domum, credidit, ꝙ ad nihil aliud venerant, nisi vt caperent Dauid; & quia non irruerunt immediatè in domum, sed manebant custodientes ad portam, credidit, quod expectabant vsq; mane, vt acciperent Dauid, atque occiderent: & sic, quamquam non reuelatum fuisset sibi secretum, satis erat cognoscibile per coniecturam. *Deposuit eum per fenestram.* Videbat enim Dauid, quod non supererat sibi vita, si expectaret vsq; mane, ideo illa nocte fugiendum erat: & quia Domus vallata erat in parte anteriori, vbi erat porta, non poterat egredi per portam, ideo fecit vt Michol deponeret eum per fenestram. Præsupponendum est autem, quod satellites Regis non vallauerant totam Domum, sed solũ portam: quia sciebãt, quod non erat alia porta per, quam Dauid confugere posset: Michol autem circunspexit Domum suam per fenestras, an esset aliquis in circuitu, & ꝙ nemo erat, nisi ad portam, deposuit Dauid per fenestram: sic enim Raab Ierichontina reposuit duos exploratores per muros, vt patet Iosue ca. 2. *Porro ille abijt,* idest recessit à loco, non sentientibus hoc custodibus: quia Dominus dirigebat viam eius. *Et aufugit,* scilicet, eũ do in Ramatha ad Samuelem, & ibi mansit cum eo, vsquequo Saul iuit in Ramatha, vt patet inf. *Atq; saluatus est,* idest posuit se in loco securo per fugam, & iam nõ timebat postquam egressus est de loco. *Tulit autem Michol statuam,* idest quandam figuram hominis: & hoc ad ponendũ in lecto, vt repræsentaret Dauid, vt patet infra; statua autem dicitur imago corporea, & dicitur: statua à stando: quia per se stat, & non est sicut pictura, vel imago, quæ depicta est in superficie alterius rei: & p se stare nequit. In Hebræo dicit hic. *Tulit Theraphin.* Aliqui Hebręi exponunt Theraphim, idest idolum. Et istum sensũ secutus est Hieronymus, dicẽs. Tulit statuam: quia statua est idolum, & tunc dicũt, quod Michol colebat aliquod idolũ ad figuram magnã humanam, & illud posuit in lecto. Sed hoc non stat: quia, cum Dauid esset vir Religiosissimus, non erat verisimile, quod permitteret vxorem suam colere idola. Item dato, quod habuisset Michol aliquod idolum, quod coleret, non posuisset illud in lecto: quia illud ponebat, vt famuli Saulis venientes viderent illud. Ipsa tamen, si coleret idola, nollet, quod aliquis videret idola sua: quia tunc lapidaretur, vt patet Deuteronom. cap. 17. vel, etiam si non lapidaretur: quia erat filia Regis, increparetur nimis: non ergo poneret idolum, potissimè cum ad hoc quæcũq; res habens magnitudinem aliquantam sufficeret, vt repræsentaretur humanum simulachrum. Aliqui autem dixerunt sicut refert Ra. Abben Ezra, & Ra. Dauid Kimhi, ꝙ erat Astrolabium ad scienda futura, & illud posuit in lecto. Sed hoc improbat Ra. Abben Ezra: quia Astrolabium non est talis figuræ, vt possit poni ad repræsentandũ magnam effigiem, cum Astrolabium sit planum, & circulare: humanum autem simulachrum est altum, & oblongum. Potest etiam hoc improbari: quia dicunt, quod erat illud Astrolabium ad sciendum futura: nunquam tamen est Astrolabium ad aliquid, sed solũ ad considerandũ motus Cœlestes, qui ratione naturali comprehendũtur. Ra. Abraam Abben Ezra dicit, quod ista statua erat quædam Imago magna hominis, facta de ligno ad recipiendum virtutem Cœlestem: ẽ enim Abben Ezra nimis magicus, & superstitiosus: magi enim faciunt aliquas imagines ligneas, vel maximè metallinas in certis temporibus ad recipiendum virtutem Cœlestem, quod ex quadam parte Astrologicum est, sed ex maiori parte, est magicum: similes autem credidit Abben Ezra fuisse in tempore

Cuiusmodi esset statua quam Michol posuit in lecto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

re Dauid, & ꝙ aliquam earū habuerit Dauid in domo sua: simile etiam dicit fuisse de dijs Laban, pro quibus accusauit Iacob, ꝙ furatus fuisset eos, Gene. c. 31. Sed istud non stat, quia sicut colere idola erat superstitiosum, & contra legem: ita etiam facere tales imagines vt. Deuter. 16. c vbi iubetur, ꝙ non plātabitur arbor, vel luc⁹ apud altare. Exponit Abbenezra de istis imaginibus. Dauid ergo non haberet eas in domo, tanquam lege prohibitas. Sed dicendum est, ꝙ ista statua, vel Theraphin erat aliquod lignum rotūdū, & longum, vel aliquid aliud, quod posset pānis inuolutū hominis iacentis effigiem declarare. Nam nō apparebat illud simulachrū, vel Teraphin; sed opertū erat pannis, & pellis caprarū erat ad caput: ideo sufficiebat, ꝙ esset quodcūq; habens magnitudinem, etiam si non haberet humanam similitudinem. Dicendum ergo, ꝙ non fuit idolum, sed aliquod lignum, vel alia res habens longitudinem, & latitudinem similem corpori humano, ita, vt posset illud aliqualiter representare. Sed tūc dicetur qualiter vocatur statua, vel Theraphin, quod est nomen Idoli? Dicendum ꝙ littera nostra posuit statuam, in Hebreo habebatur Theraphin, & non poterat ei dari nomen correspondens, nisi statua: littera autē hebraica posuit Theraphin: ga Theraphin significat Idolum, vel simulachrum: & sic ponit Idolum simulachrum alicuius rei, quę colitur, ita istud, quod ponebatur in lecto, ponebatur, vt esset simulachrum Dauid dormiētis: & sic vocatur Theraphin nō ad colendū, sed ad representandū: & ꝓprie significat Theraphin simulachrum corporeum ad differentiam imaginū planarum, quę sunt superficiales: ideo littera nostra dixit statuam, & non imaginem: quia statua est corporea, imago est plana. *Super lectū suum*, idest super lectum Dauid: quia ponebatur ad significandū Dauid iacentem. Vel refert ad Michol, scilicet, quòd posuit simulachrum super lectū suū, scilicet Michol: & erat lectus ille Michol, & Dauid: ibi enim ambo dormiebant, cùm essent coniuges. *Et pellem pilosam caprarum posuit ad caput.* Ista pellis fuit posita ad representandum caput, & pilos Dauid, ideo dicitur, quòd erat pilosa propter capillos. Potest autem significare in Hebræo dictio, quæ hic ponitur aureale, vel ceruicale, quod vocatur almohada: & sic Hebræi contra exponunt: & tunc innuunt, quòd esset istud aureale suppositum capiti illius simulachri, sicut supponit capiti humano dormiendo. Sed non stat, ga tunc innuerent caput illius simulachri esse extra vestimenta: sed non est cōueniens: quia tunc immediatè appareret fraus Michol, sed debebat esse caput velatum, vt conspicere tur effigies humana sub integumentis, & nihil de ea extra pateret, ne posset illicò falsitas argui. Aliq dicunt, ꝙ erat vter positus ad caput, qa ista dictio est multū æquiuoca. Iosephus aūt 6. Antiquitatū dicit, ꝙ posuit Michol sub vestimentis iecur caprę palpitans, vt ęgrotū dormientē simularet: quasi stertentē, vel spirantē, & respirantē: & ita dicit, ꝙ primi nūcij missi à Saule decepti fuerūt verè putātes, ꝙ ibi esset Dauid, & hoc maximè indicaret palpitatio iecoris. *Et operuit eā vestimentis*, refert hoc tā ad statuā, q̄ ad pellē caprarū: vtrūq; n. posuit sub vestimētis. s. sub stramentis lecti, q̄ gnaliter vocātur vestes. Aliquid tamen de pelle caprarum intelligendum est, quòd erat discoopertum, alioquin frustra poneretur.

Quare Michol posuit statuam in lecto, cum Dauid iam fugisset. *Quæstio XV.*

QVAERET aliquis, Ad quid Michol posuit statuam in lecto: quia ista videbantur ad liberandum Dauid à morte: iam tamen liberatus fuit quando deposuit eum per fenestram, & fugit? Respondendum est, quòd proficiebat ad salutem Dauid: nam credidit Michol, quòd, cum Saul esset nimis inquietus ad occidendum Dauid, mitteret immediate nūcios, vt tollerent eū de domo, q̄q̄ nunc, non introibant, sed obseruabant portā. Si aūt introirent, & non inuenient Dauid sciētes eū fugisse, illico pſecuti fuisset illū p oīa itinera, & cōprehēderet, antequam veniret Dauid ad aliquem locū, in quo saluaretur. Voluit ergo Michol designare, ꝙ Dauid erat in domo, ad hoc ꝙ non persequerentur eū serui Saulis, sed haberet potestatem fugiendi quo vellet. Et ad hoc finxit eū ęgrotare, et iacere in lecto, ponens simulachrum illius. s. statuam, & pellem caprarū, vel iecur palpitans, vt ait Iosephus: & tūc nuncij venientes ad Saulem, videntes lectum cum simulachro, crederent ibi iacere Dauid, & non viderent fallaciam, quia Michol prohiberet eos accedere, dicēs, ꝙ erat ęger, & sic putarent semper ibi esse Dauid. Et si aliquando cognosceretur fraus hoc esset sero, & iam Dauid habuisset spatium fugiendi quo vellet. Sed obijciet aliquis, quòd ista non profuerūt: ga nūcij Saulis iuerūt ad domum Michol, & reperierunt fraudem: ipsa tamen putabat, ꝙ non citò reperiret, & interim posset fugere Dauid. Casus autem superueniens non tollit quin ipsa prudenter egerit. Vel aliter dici potest, ꝙ ista fraus profuit, quia nūcij Saulis eūtes primo ad inquirendū Dauid, non cognouerūt fraudem, sed putauerūt Dauid ęgrotare, ꝓpter simulachrū, quod viderūt: &, hoc susceptor, ediderūt ad Saulem, deinde in aurora misit Saul alios nūcios, vt ait Iosephus, vt ducerēt Dauid in lecto, & illi inuenerūt simulachrum, & tūc cognita est fraus. Profuit ergo ista fictio ad hoc, quòd Dauid haberet tēpus fugiendi.

An peccauerit Michol ponendo statuam in lecto. *Quæstio XVI.*

QVAERET aliquis, An Michol peccauerit ponendo illud simulachrū in lecto ad repręsentandum ibi iacere Dauid? Aliquis respondebit, ꝙ sic: quia in hoc Michol mentiebatur, significans sibi esse Dauid, cum non esset: ergo peccabat. Item patet hoc: quia secūdum Aristo. 2. Ethicorū: veridicus est habitus medius circa veritatem in actionibus, & in verbis. Ex quo apparet, ꝙ veritas non solū est in voce, sed etiam in humana representatione: sicut ergo non est veridicus, ꝙ falsa loquitur: ita nō erit veridicus, ꝙ falsa representat in operatione. Et qa Michol falsa representauit, peccauit ꝺ veritatē. Respōdēdū est ꝙ Michol, nō peccauit, q̄q̄ habuit volūtatē decipiendi, & decepit Saul, & seruos eius: quia opus suum erat honestum. s. quia volebat per istū modū eruere virum suū ab iniusta oppressione potentiū, & aliqui eum inquirebant iniustè inquirebant, & licitum est, ꝙ aliquis veritatem dissimulent per operā: sicut aliquis iustus finis, propter quem dissimulari debeat: negare tamen in verbo veritatem, vel exprimere falsitatem, peccatū est semper, et hoc nunq̄ conceditur. Quod autem simulatio concedatur, patet supra cap. 16. quia ibi iussit Deus Samueli facere simulationem dicens: Vitulum de armento tolles in manu tua, & dices: ad immolandum Domino veni: ipse tamen non ibat principaliter ad immolādū, sed simulabat hoc, vt non occideret eū Saul: nā, cum Deus dixit ei, quòd iret in Bethlehem, respondit: audiet enim Saul, & interficiet me: & tūc iussit ei Deus facere simulationem: licuit ergo Michol hoc facere, cum haberet parem causam. s. ne moreretur Dauid vir suus. Cum autem arguebat, quòd Michol peccabat, eo quòd volebat significare, quòd Dauid esset in lecto, cùm non esset. Dicendū quòd non peccabat: qa mentiri non se habet tam determinatè in rebus, sicut in verbis: nam verba naturalia signa sunt eorū, quæ in anima concipiūtur, vt patet. 1. Perihermenias: operationes autem non sunt datę ad significandū conceptum, ideo, quamquam aliquis palliet conceptum per exteriores operationes, non mentitur, vel saltem non peccat ſæpe, potissimè cū operationes exteriores sint signa ęquota, & nemo debet putare sufficienter collegisse intentionem alicuius ex opere, qa quod aliquis existimabit factū ad vnā intentionē, alius existimabit al alteram: secus autem est in vocibus: qa sunt signa vniuoca, ideo quando quis concepit cōtra id, quod voces significant, semper mentit: & cū dicitur, ꝙ habuit intentionem decipiēdi Michol ideo peccauit: dicendum ꝙ non stat, qa ipsa volebat decipere ministros Saulis, habens iustam causam decipiendi. Si vero ad nocendū eis esset deceptio, peccatū esset cū fraude: nūc autem Michol proficiebat alicui, quia conseruabat vitam Dauid per istam fraudem, & nemini nocebat, qa non preiudicabat iuri alieno, ideo iuste poterat decipere. Ad secūdum, quādo arguit, ꝙ veritas, secundum prophetam, non solū consistit in verbis, sed etiam in opere, ideo simulatio peccatū est. Respondendum est, ꝙ veritas propriè natura liter consistit in verbis, qa ista sunt signa data ad cōceptus exprimendos. Et cum mentiri sit in falsa representatione, siue habitudine signi ad signatum, in eo propriè erit mendaciū, in quo est propriè expressio ceptuū. Et qa in verbis est naturalis, & propria expressio, ibi erit propriè mendaciū, & veritas operationes autem non sunt datæ ad significandū conceptus, sed homines introducūt ex vsu, vt comprehendant conceptiones mutuas per opus. Nam in moralibus magis creditur operi, q̄ sermoni iuxta Aristo. 10. Ethicorū 1. cap. ob hoc ergo, non solum decuit homines rectè se habere in sermone ad significādū verum, vel falsum, sed etiam in operatione, & ob hoc Philosophus dicit veritatem esse habitū medium circa operationes, & verba, sed non æqualiter peccat in istis: nam, cū aliquis in verbo aliter exprimit, quàm cōcepit, semper agit iniuriam ipsi veritati, cùm voces sint naturaliter ordinatę ad significandum conceptus, ideo etiam si mendaciū non vergeret in dānū alicuius, peccatū est, sicut est in iocosa: Cùm autem in operatione, vel habitu exteriori aliquis significat aliud, quàm intendat, non præiudicat ipsi veritati, quia non sunt operationes positæ ad signandum conceptus naturaliter, sicut voces, sed poterit præiudicare alicui, cū homines conficuerint per operationem iudicare animo, aliorū. Si ergo non præiudicetur alicui in simulatione, peccatum non est. Istud autem satis apparet, quia Deus in nullo casu iubet, vel consentit mēdacium: simulationem tamen in aliquo casu concedit, & in aliquo vetat. Cum enim aliquis pro iusta causa simulat, vtuperabilis non est; sed iubet simulationem, vt patet supra. 16. ca. Si autem non habet causam simulandi, sed est in præiudicium aliorum: vt, siquis per simulationem habitus, vel operis velit sibi procurare aliquam dignitatem, vel lucrum quodcūq; ei impertinens: si per simulationem hoc agat, peccat; quia præiudicat iuri alieno: & isto modo vitupe ratur simulatio: sic enim est in Hypocritis, quos Christus redarguit: Mat. c. 7. dicens: Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimētis ouium, intrinsecus autem sunt Lupi rapaces. Michol autem habuit iustam causam simulandi, ideo non peccauit *Misit autem Saul apparitores, qui raperent Dauid.* i. misit alios ministros, vt raperent Dauid de domo. Et dicūtur apparitores p̄cones, vel executores iustitiæ: hos autem misit, vt ducerent Dauid, quasi reū alicuius criminis mandato iudicis.

Quare Saul misit apparitores, vt caperent Dauid. *Quæstio. XVII.*

QVAERET aliquis, Quare nūc Saul misit apparitores ad rapiendum Dauid: quia supra iusserat, quòd ministri obseruarent domum, & nunc mutauit sententiam? Respondendum, ꝙ hoc potuit facere Saul propter duo: primò, qa putauit insufficientem custodiam esse, ti solū ministri sui obseruarent portam: quia posset Dauid per aliquam fraudem fugere, sicut factum est: vt ergo nox, quæ est apta ad faciendum malum, non esset sibi occasio fugiendi, voluit, vt immediatè eum ducerent, ideo misit apparitores. Secūdò potest dici, ꝙ hoc factū est propter inquietudinem cordis Saulis: tantum n. desiderabat mortem Dauid, ꝙ nunquā credebat eā posse videre: ideo licèt sciret vallatum esse eum ministris suis, & crederet, quòd in mane eū posset occidere: tamen adhuc inquietum cor suum non sistebat in hac sentētia: sed iussit, vt illicò duceretur ad eum, & sic occideret eum immediatè si vellet, vel ipse in custodia sua reseruaret: ideo, etiā si nulla alia causa fuisset, sola inquietudo cordis Saulis erat ad hoc causa.

Licèt prius Saul voluisset occultè occidere Dauid, vt conseruaret famam; tamen post ex intenso odio volebat publicè eum interficere. *Quæst. XVIII.*

QVAERETVR vlterius, Quare Saul volebat nunc publicè occidere Dauid: nam supra conatus est per dissimulationem illum occidere, & nunquam apertè eum potuisset manifeste occidere, nūc autem aperte iubebat illum occidi? Respondendū est, quòd Saul timebat nimis Dauid, ideo desiderabat intensè eius mortem, & quia erat ardens desiderium, præponebat illud honori suo, & famæ. s. non curans, an in executione huius rei infamaretur, vel non: dum tamen consequeretur desideratū à principio, tamen quia fama sua erat sibi cara, voluisset eum occidere per dissimulationem, vt putaret egisse nolens: & sic fuit primò, quando arreptus à Dæmone, misit lanceam in eum; præcedenti cap. Et qa sic non valuit per promissionem vtriusq; filiæ, conatus est tradere Dauid in manus Philisthinorum. e.c. sic autem non profecit desiderium Saulis, sed potiè contrario prosperabatur semper magis Dauid, & timebat eum Saul: ideo rursus conatus est confingere lācea Dauid, cum à Dæmone arriperetur: sed nec sic valuit sup in littera. Euacuatis ergo oībus fraudibus, & Machinamentis Saulis contra Dauid: quia adhuc desiderium occidendi illum, non cessabat, sed quotidie augebatur: præposuit illud famæ & honori, & diffiniuit palàm occidere Dauid, cùm diffideret per fraudes illum occidere posse. *Et responsum est, quòd ægrotaret*, idest venientibus apparitoribus respondit Michol, ꝙ Dauid ægrotabat. Præsupponendum est aūt, ꝙ Michol duxit apparitores ad lectum, & demonstrauit eis simulachrū Dauid iacentis, & cū Iecur caprę palpitaret secūdum Iosephū crediderunt verè, ꝙ ibi iaceret Dauid, non tamen accesserunt ad dormientem: qa non erat eis dubium, quin ibi esset,

cùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

cùm esset illud simulachrum nimis exprimens veri tatem hominis dormientis. Etiã: quia Michol prohiberet eis tangere Dauid, & ipsi propter reuerentiam illius non tangerent: quia erat filia regis.

Verisimile fuit Dauid ęgrotare aliqua noua ægritudine, & hoc crediderunt nuncij Saul. *Quæstio XIX.*

QVAERETur aliquis, Quomodo erat verisimile, quòd Dauid ægrotaret: qa nũc ipse venerat fugiens de domo Saulis, & illico missi fuerant apparitores post eum, in tam breui autem spatio posset languere, ideo non erat responsum Michol verisimile? Respondendum est, quòd verisimilè fuit lãguere Dauid, alioquin Michol non respondisset sic, cum in omnibus his prudẽter se haberet potissimè: quia licèt ipse putasset hoc esse verisimile, si non esset aliqualiter verisimile, non credidissent illud nũcij Saulis, neq; ipse Saul: vtriq; tamen crediderunt. De nuncijs patet: quia ipsi responderũt Sauli, ꝙ Dauid ægrotaret. De Saule autem patet: quia dixit, ꝙ afferrent Dauid in lecto. Si autem, non credidisset, ꝙ languebat Dauid, non diceret, quòd adducerent in lecto: sed aliter vinctũ ducerent: fuit ergo verisimile hoc omnibus. Modus autem erat: quia Michol non dicebat, quòd Dauid languebat aliqua longa ægritudine, ad quàm exigeretur, quòd ex multis diebus esset inualidus, sed dicebat, quòd nouiter euenisset ei aliqua immutatio morbi, qđ verisimile erat. s. quòd per timorem incidisset ei aliquod morbidũ: sicut multi per timorem efficiũtur barbati subito, & iam repertum est in diebus nostris aliquem fuisse factum subito canum per nimium timorem ingloriationis, cùm immediatè ante hoc esset iuuenis, & nigros haberet capillos: ita ergo aliqua febris potuisset arripere Dauid ex timore, vel aliud simile: propter quod decidisset in lecto.

Ob timorẽ qdam barbã emiserunt.

Non fuit ita verisimile dicere, quòd Dauid dormiret sicut quòd ægrotaret. *Quæstio XX.*

QVAERETur vlterius, Quare non respondit Michol, quòd dormiebat Dauid. Nam sic poterat per simulachrum positum in lecto significari homo dormiens, sicut homo ægrotans? Respondendum est, quòd Michol non respondit hoc: quia non erat verisimile: nam Dauid ante hoc fuerat quasi in mortis articulo missa ad se lancea, & ob hoc concito gradu fugerat in domum suam: nõ ergo erat verisimile, quòd talia pericula euadens: quæ tamen non penitus euaserat, in lecto iaceret tanquam nulla eum cura morderet. Si ergo hoc respondisset Michol, putassent fraudem esse: & inquisiuissent lectum, & deprehenderetur falsitas. Item nõ dixit hoc, vt magis occultaretur, quod volebat: quia si dixisset, quòd dormiebat: dato ꝙ esset hoc verisimile immediate accessissent ad eum nũcij, vt eũ raperent non curantes, quòd dormiret. Cum autẽ dicitur ꝙ ægrotabat: non accederent ad eum propter ægritudinem, & sic celaretur fraus. Item dictũ fuit hoc: quia dato, quòd nuncij Saulis non accessissent ad simulachrum Dauid, cum diceretur eis, ꝙ dormiebat, tamen Saul illico mitteret, vt duceret: & sic non haberet spatium fugiendi. Cum autem responderetur, quod ægrotabat, credidit Michol, ꝙ non curaret mittere rursus pro illo, putans, quòd cum ægrotaret, fugere non posset: & sic daretur locus Dauid ad fugiendum, & tempus magnum, qđ non fieret, dicto quòd dormiret.

An Michol peccauerit, dicendo Dauid ægrotare. *Q. XXI.*

QVAERETVR vlterius, An Michol peccauit, dicendo ꝙ ægrotaret Dauid? Aliquis respõdebit, ꝙ non peccauit Michol ponẽdo simulachrũ in lecto ad significãdũ, ꝙ ægrotaret Dauid: ergo ex eadẽ causa diceret, ꝙ non peccauit, dicens illum ægrotare: quia sicut primum fuit ad eruendũ à morte Dauid, ita & secundum? Respondendum est, ꝙ non est simile: quia primum fuit simulatio, q̃ est in rebus, cum veritas occultatur per aliquam paliationem. Secundũ fuit expressio falsitatis, & mentiri, occultare autem veritatem multoties licitum est, vt supra fuit declaratum; exprimere autem falsitatem nunquã licèt: quia primum interdum nõ est mendacium; secundum autem semper est mendacium. Ideo dicendum, ꝙ cum mendacium omnibus modis fit illicitum, peccauit Michol mentiẽdo hic? fuit tamen istud mendacium solum peccatum veniale: quia fuit officiosum. s. ad vtilitatẽ alicuius, & in nullius præiudicium: quia quanto vtilitas, quæ procuratur per mendacium, maior est, tanto est minor culpa mendacij, cum fuerit istud mendacium pro euitanda morte innocentis, fuit paruũ peccatum, non tamen potest tolli, quin aliqđ fuerit: & licèt peccauerit hic Michol, non tamen tollit quin aliquid meruerit apud Deum: quia cùm peccato veniali bene stat mereri: secus autem cũ mortali. Sic patet de obstetricibus Aegypti, quæ per mẽdacium euadere fecerunt omnes pueros Israelitarum, quos iusserat Pharao in ipsa partus effusione necari, & quia obstetrices non necaueruut eos mentientes, Deus benefecit illis, vt patet Exo. c. 1. s. Benè ergo fecit Deus obstetricibus: & quia timuerũt obstetrices Deum, ędificauit illis domos. Sic etiam fuit in Raab Ierichontina, quæ abscondit duos exploratores Israelitarum Iosue c. 2. & per mendacium fecit illos euadere· propter quod benefecit illi Deus, & toti cognationi suæ inter Israelitas: Iosue c. 6. Nã ipsa accepta est in vxorem à Principe tribu Iuda. s. Salmon, & ex ipsa dignatus est descẽdere Saluator, vt patet Mat. c. 1. Michol autem similiter bonum fecit, & ex bono Zelo: ideo dicendum est, ꝙ meruit.

Inter peccata venialia dari gradus: nullum tamen accedit ad mortalis grauitatem. *Quæstio XXII.*

QVAERETVR vlterius, Cũ obstetrices Aegypti peccauerint venialiter, & Raab Ierichõtina, & Michol, cuius earũ fuit peccatũ maius? Respondendum est, quòd ad hoc prę supponi debet de peccato veniali, quòd sicut in mortali est dare peccatum maioris & minoris culpę, ita etiam in veniali, licèt nullum veniale etiam maximum, accedit ad qualitatem culpæ cum aliquo mortali, etiam si sit minimum: quia sicut est in naturalibus, quandocumque aliqua se excedunt secundum speciem, impossibile est indiuiduum vnius speciei accedere ad perfectionẽ indiuidui alterius speciei; licèt vnũ sit perfectissimum in sua specie, & aliud imperfectissimum in sua, sicut homo imperfectissimus sit excellentior leone perfectissimo. Cuius ratio est: quia indiuidua diuersarum specierũ excedunt se substantialiter, cùm quælibet species addat gradum perfectionis essentialis ad alteram speciem: inter indiuidua tamẽ eiusdem speciei est in æqualitas perfectionis, saltẽ accidentaliter; ita ergo licèt nullum peccatum veniale sit æquale alicui peccato mortali; tamen venialia non sunt inter se inæqualia: vt potè, cum quis mentitur officiosè, est peccatum veniale; si tamen

si tamen mentiat̃ pro defendendis rebus, maius peccatum est; quàm si mentiatur pro defendenda vita, & vtrũq; est veniale, & officiosum. De hoc latissimè dictũ est Iosue c. 2. Vbi positę fuerũt sex regulę ad cognoscendũ differentiã mendaciorũ in magnitudine, & puritate culpæ: potuit ergo maius, vel minus esse mendaciũ Michol, q̃ obstetricũ, vel Raab. De mendacio autem obstetricum, & Raab in comparatione mutua declaratum fuit Iosue c. 2. s. quòd magis peccauerit Raab, quàm obstetrices: nunc autem restat de comparatione mendacij Michol ad vtrumq;. Dicendum primò de comparatione mẽdacij Michol ad obstetrices, quòd potest esse mendacium officiosum minus dupliciter. s. intensiuè, vel extensiuè: intensiue quidem: quia per vnum mendacium potest procurari maius bonum, quàm per alterum, vt quia per vnum conseruant res, & ꝑ aliud vita: extensiuè autem mendacium est minoris culpæ, inquantum per vnum procuratur bonum plurium, & per aliud bonum paucorum. Comparãdo primo modo mendacium Michol, & obstetricum est æquale quantum ad aliquid, & quantum ad aliquid inæquale: æquale quidem: quia obstetrices per mendacium excusauerunt mortem paruulorũ innocentum, Michol quoq; excusauit mortem Dauid: quia erat innocens: erat autem inæquale quantũ ad aliquid: qa licèt obstetrices excusauerunt mortem innocentum, tamen illi nondum erãt viri boni, nec quicquam profecerant populo: Michol autem excusauit mortem Dauid: qui non solum erat innocens, sed etiã erat vir bonus, & nimis vtilis populo: ipse enim eripuerat totũ Israel de manu Philisthinorum percutiendo Goliath supra c. 17. & præterhoc, egrediebatur ad omnia bella Israelitarum, & prosperabatur negocium in manu eius. In hoc ergo valde excellebat opus Michol opera obstetricũ, & consequenter mendacium eius erat minoris culpæ, quàm mendacium obstetricum. Si autem comparetur extensiuè vtrumq; mendacium, Dicendũ, quòd mendacium obstetricum fuit leuioris culpę: eo quòd ipse per mendacium suum pluribus profecerunt, Michol autem vni soli: valde enim magna multitudo paruulorum Israelitarum saluata est per mendacium obstetricum, quæ alias perijsset, ergo mendacium obstetricum erat minus isto modo. Sed tunc dicetur, cùm mendacium obstetricum esset minoris culpæ extensiuè, & mendaciũ Michol esset minoris culpæ intensiuè, qđ erat simpliciter minoris culpæ? Respondendum est, quòd hic non potest fieri ꝓpria cõparatio, eo ꝙ est æquiuocum, & in æquiuocis nõ certificatur excessus: potest tamen aliqua comparatio fieri, licèt larga. Verbi gratia, vt siquis diceret de duobus hominibus, qs sit albior, esset comparatio in vniuoco: quia vniuocat eis albedo, & tũc põt notificari quãtũ quilibet illorum excedat alium: potest tamen interdum fieri comparatio ī æquiuoco: vt si quis quæreret de duobus hominibus, quorum vnus esset albus, & alius niger, an iste esset magis albus, quàm ille esset niger, & tunc est comparatio in æquiuoco: qa non æquiuocatur vtriq; albedo, aut nigredo; sed vni conuenit albedo, & alteri nigredo: non potest ergo nunc directè notificari quantitas excessus, sed poterit indirectè. Verbi gratia: accipiendo albedinem vnius, & sciendo gradus intensionis, & accipiendo nigredinem alterius cum suis gradibus intensionis: si ille, qui habet albedinem est albus in 20. gradibus, & ille, qui est niger, habet nigredinem in 25 gradibus. Dicendum est, quòd ille est magis niger, quàm iste sit albus: ita ergo erit hic, quia comparare aliquid, quod est extensum, & aliquid, qđ est intensum secũdum magis, & minus, est comparare in æquiuoco: aliquo modo tamen poterimus reperire quid illorum sit melius, vel magis inculpabile: verbi gratia. si aliquis per mendacium liberet vnum hominem à morte, & alius per mendacium liberet bona duorum hominum à perditione: primum est magis intensiuè, simpliciter tamen loquẽdo, melius est vnũ hominem innocentem à morte eruere, quàm eripere à perditione bona duorum hominũ: poterit autem accidere è contrario, scilicet, quòd est maius extensiuè sit melius simpliciter, vt siquis per mendacium excuset innocentem à morte, & alius per mendacium excuset à perditione bona omniũ hominum, qui sunt in eodem regno. Primum est maius intensiuè, secundum est maius extensiuè: simpliciter tamen magis est meritorium conseruare à perditione bona omnium hominum, qui sunt in eodẽ regno, quàm liberare à morte vnum hominem innocentem. Sic autem poterat hic comparare: nam Dauid erat melior, & vtilior regno Israel, quàm 20. vel 30. de paruulis, quos liberabant à morte obstetrices Aegyptiorũ, ideo si solum 20. vel 30. eripuissent à morte per mendaciũ suum obstetrices Aegypti, magis fuisset excusabile mendacium Michol, quàm mẽdacium obstetricum: quia Dauid plus valebat, quàm 20. vel 30. paruuli: & etiam si essent viri, sic patet inf. 2. li. c. 18. s. siue media pars ex nobis ceciderit, non satis curabunt: quia tu vnus pro 10. millibus computaris: hoc enim dixit Ioab. Si ergo Dauid computabatur pro 10. millibus, tantum meruisset, qui liberaret Dauid à morte, sicut qui liberaret 10. millia virorum de popularibus. Si ergo existimemus paucos fuisse paruulos liberatos per mẽdaciũ obstetricum, dicemus fuisse minus peccatum Michol, quàm obstetricum; si autẽ fuerunt valde multi, minus peccatum esset obstetricum, quã Michol. Quid autem horum dicendum sit, dubium est. Satis videtur dicendũ ꝙ fuerit maius peccatum Michol, quàm obstetricum, eo ꝙ Israelitarum maximam multitudinem obstetrices à morte liberauernnt. Quod colligitur Exo. c. 1. s. Bene ergo fecit Deus obstetricibus, & creuit populus, cõfortatusq; est nimis: ideò est per hoc, quod fecerunt obstetrices mentiendo pro Israelitis, populus creuit nimis: qnia nullus de masculis occidebatur. Si autem quasi æqualiter prę ponderarent bonum intẽsionis ex vna parte, & bonum extensionis ex alia, relinquendum est arbitrio boni viri prudentis, quid illorum maius, vel minus iudicet: nam quia agibilia humana habent indiffinitam differentiam inter se propter plures particularitates, vt patet 1. Ethi. circa finem, relinquitur arbitrio boni viri determinare de illis, nec potest dari lex: ideo Aristo. 2. Ethi. non posuit determinationẽ īmediatè, in qua est virtus, sed dixit, ꝙ mediũ est illud in operatione, qđ sapiens. i. vir prudẽs determinauit· nã sententiæ istorũ ẽt sine probatione æquipollent demonstrationibus aliorum in mathematicis, vt patet 6. Ethi. Si autem consideretur mendacium Michol in comparatione ad mendacium Raab Ierichontine, non est totaliter simile: quia mẽdacium Raab fuit culpabilius mendacio obstetricum, vt declaratum est Iosue cap. 2. Dicendum tamen hic, quòd ista duo mendacia possunt considerari dupliciter, vel extensiuè, vel intensiuè. Si extensiuè, dicendum, quòd fuit minus culpabile mendacium Raab: quia ipsa per mendacium suum liberauit à morte duos exploratores Hebręorũ: Michol autem liberauit vnicum virum. Si autem consideretur intensiuè, excusabilius fuit mendacium Michol,

Peccatũ Michol fuit excusabilius, q̃ Raab Ierichontine.

chol, quia Dauid erat melior, & vtilior populo Israel, q̃ quilibet de illis duobus exploratoribus. Sed tunc dicerent, quid istorum est simpliciter culpabili?
Dicēdum, q̃ hic est comparatio in æquiuoco: sicut supra dicebatur: tamen potest aliqualiter cognosci: & erit modus, s. si Dauid, qui erat vnic⁹, erat melior populo Israel, q̃ illi duo viri, vel è contrario. Vnde dicendum est, q̃ mendacium Michol fuit excusabilius, q̃ mendacium Raab: quia Dauid prævalebat illis duobus viris, quos eripuit Raab à morte; immo etiam multis alijs viris prævalebat: quia infra 2. li. c. 18. dicitur: Tu autem pro 10. milib. computaris. Itē habuit aliquam causam Michol ad eripiendum Dauid, quam non habuit Raab ad eripiēdum viros exploratores: nam Dauid erat maritus Michol, quem ex lege Dei tenebatur diligere super omnes hoīes, cum vir, & vxor sint vna caro, ideo debebat se exponere quibuscunque periculis pro vita illius saluā da: Raab autem non erat obligata ad aliquid duobus viris exploratoribus: potissimè cum ipsa sine culpa potuisset eos perdere ad mortem: quia erant hostes patriæ: sed noluit eos perdere. Item Michol obligabatur defendere Dauid à morte quantum posset: quia erat innocens: Raab autem non obligabatur eripere exploratores: quia non erant innocentes: nam licèt secundum Deum innocentes essent: quia erant ministri bellorum Dei, tamen secundum leges politiarum erant rei mortis: non ergo obligabatur eos occultare Raab, cum essent digni morte, secundum legem Ierichontinam: quia ad perdēdum vrbem illā venerant. Excusabil⁹ ergo fuit peccatum Michol, quàm mendacium Raab. *Rursusque misit Saul nuncios.* Præsupponendum est hic, q̃ nuncij isti introierunt in domum Dauid, & dixerūt Regi, q̃ egrotabat Dauid; quia viderūt simulachrum in lecto: Saul autem non contentus ex inquietudine cordis sui, putans, q̃ adhuc recedere posset Dauid, misit iterum prolo. *vt viderent Dauid*, ideſt isti nuncij iuerunt, vt viderent certissimè Dauid: nam primi viderunt simulachrum in lecto, & non curauerunt amplius perscrutari, an esset Dauid. Secundi autem iuerunt, vt certè cognoscerent, an ille esset Dauid, & adducerent eū. *Dicens: afferte eum ad me in lecto, vt occidatur.* Hoc dixit: quia credidit verum fuisse, q̃ Dauid ægrotaret, & qa per se venire nō poterat, iussit, vt saltem in lecto adduceretur, & hoc, vt occideretur, s. q̃ nō differretur occisio eius ad alios dies: quia putabat fraudem sibi fieri ex mora. *Cum autem venissent nuncij*, s. isti, qui portaturi erant Dauid in lecto ad Saulem. *Inuentum est simulachrum super lectum.* Etiam primi nuncij simulachrū viderunt super lectum, sed non deprehenderunt esse simulachrum, quin potius putauerūt esse Dauid: isti autem secundi inuenerunt simulachrum, s. scientes, q̃ esset simulachrum, & non Dauid. In quo supponendum, q̃ isti discooperuerunt simulachrum, vt inde educerent Dauid ad portandum coram Rege: & ablatis vestimentis, inuenerunt simulachrum, ideſt lignum illud, vel aliquid alterum, quod ponebatur ad similitudinem Dauid iacentis. *Et pelles caprarum ad caput eius*, ideſt pellis erat posita loco capitis: quia simulachrum non habebat caput, vt posset reddere effigiē capillorum: pellis autem posita loco capitis, capillos aliquos patentes extra lecti ferramenta, indicabat. Si autem accipiatur pellis pro ceruicali, sicut accipiunt plurimi Hebræorum, est sensus, q̃ erat pellis ad caput, ideſt sub capite illius simulachri, sicut esset solent ceruicalia sub capite humano.

An serui Saulis, qui iuerunt ad rapiendum Dauid, peccarent?
Quæstio XXIII.

QVAERET aliquis De istis seruis Saulis: qui ibāt ad rapiendū Dauid, vt morerer, an peccabant? Aliquis respondebit, q̃ non: quia isti erant meri executores, qui tenebantur obedire præcepto Regis, & merus executor non debet partes audire, sed solum exequi, quod iussum est: sed istis erat iussum ducere Dauid, ergo non debebant ipsi iudicare, an rectè fieret, sed solum obedire? Respondendū est, q̃ erāt meri executores, potest dupliciter respōderi. Vno modo, quod non faciebant, tanquam executores, & imperati: sed magis faciebant ex desiderio, vt complacerēt Sauli: sciebant enim, quod Saul desiderabat nimis occidere Dauid, ideo, vt isti venirēt in gratiam Regis, sponte operam dabant, vt hoc facerent: sic enim patet de Doeg Idumæo: qui sponte renunciauit Sauli de Dauid: nam inf. cap. 23. dr: Omnes aduersum me coniurastis, & non est, qui renunciet mihi, maximè cum filius meus fœdus inierit cū filio Isai, non est, qui vicem meam doleat ex vobis, nec qui annunciet mihi. Et dicit immediatè, quòd respondit Doeg Idumæus: vidi filium Isai in Nobe cum Achimelech: ille. n. non dixit ibi rāq̃ compulsus: quia Saul non inquirebat ab eo, sed dixit, vt cōplaceret Regi. Simile etiam fuit de Ziphæis: nam ipsi venerunt ad Saulem dicentes. Dauid latitat apud nos in locis tutissimis: nunc ergo sicut desiderauit anima tua, vt descēderes, descende: nostrū aūt erit, vt tradamus eum in manus Regis inf. cap. 23. Vnde Dauid conquestus est semel Sauli, q̃ homines incitabant eū contra se inf. ca. 26. s. Si Dominus incitat te aduersum me, odoret sacrificium, si autem filij hominum, maledicti sunt in conspectu Domini. Sic ergo erat de istis seruis: quia non faciebant solum hoc tanquam iussi, sed vt sponte operantes contra Dauid, propter Saulem, & tūc nimis grauiter peccabant. Si autem dicatur, q̃ isti erant meri executores. s. q̃ non faciebant hoc sponte, sed ut imperati à Saule. Dicendū est, q̃ adhuc isti peccabant, q̃q̃ non ita graviter, sicut primo mō. Cum verò dr, q̃ merus executor non dēt iudicare, verum est, hoc audiēdo partes, & sniando: dēt tñ penes se iudicare de negocio sibi iniuncto, an dēat illud exequi: nam si mandatum erroremintolerabilem contineat, non dēt merus executor obedire: peccabit. n. si pp aliquam compulsionem obediat, vt porè si Princeps, vel Iudex iuberet alicui executori, q̃ occideret aliquem: quia nō vult dare sibi oīa, quæ hēt, vel quia non maledixit Deo, non tenet obedire, sed potius ipse dēt sustinere mortem, q̃ iussa exequi: sic n. serui Saulis semel noluerūt ei obedire: quia iniusta mandabat notoriè, s. quando iussit, q̃ occiderent oēs Sacerdotes Dei sine eā: nam nullus voluit eos tāgere, sed postea Doeg Idumæus trucidauit eos, infra c. 22. Sic ēt Mauricius, cū legione Thebæa noluit obedire præcepto Imperatoris, quando iussit ei colere Idola, & comedere de sanctificatis; nam tunc mori se permiserūt, & trucidari in medio aliorum ministrorum Imperatoris, ne hoc facerent. Quandocunq; ergo præceptum continet manifestè aliquod crimen, quodcunq; illud sit, non tenetur merus executor obedire: si aūt mandatū iustum sit, dēt obedire simpliciter. Si verò sit dubium, nisi nimis conscientia remordeat executorē ppaūctoritatē iubētis, dēt illud exequi: hic aūt manifestè cognoscebant oēs serui Saulis Dauid esse innocētē, iō, cū susciperēt p̄ceptū Saulis p̄tra eū, susciepiebant ad exe-

ad exequendum aliquid, quod continebat intolerabilem errorem, ideo peccabant. *Dixit Saul ad Michol.* Subintelligendum est, q̃ cū nuncij Saulis repererūt simulachrum in lecto, videntes se illusos, retulerūt hoc regi, qui vocari fecit Michol, vt de hoc redderet rationem. *Quare sic illusisti mihi?* s. faciendo simulachrum in lecto. *Et dimisisti inimicum meum, vt fugeret?* cum potuisses retinere Dauid, vt moreretur, dedisti ei locum fugiendi: duo fecit hic Michol, de quib⁹ conqueritur Saul: primum erat, q̃ permisit Dauid fugere, & hoc dicit Saul: Dimisisti inimicum meū. Secundum erat, q̃ post recessum Dauid, Michol posuit simulachrum in lecto, vt fallerentur illi, qui inquirēt Dauid: & de isto dicit: Quare sic illusisti? Istud primum solum vocatur illusio: nam secundum, q̃q̃ cederet ad offensam Saulis, tamen non erat illusio. Quod autem poneretur simulachrum erat illusio: quia sic deciperetur ipse, & omnes serui sui. Dixit autem, quare dimisisti inimicum suum? nam erat Saul inimicus Dauid, vt patet precedenti c. s. Factus est Saul inimicus Dauid cunctis diebus. *Et respondit Michol ad Saul.* Volebat Michol satisfacere pro se, ne videretur in culpa contra patrem. *Quia ipse locutus est mihi. Dimitte me*, ideſt Dauid mādauit mihi, q̃ dimitterē eum, s. q̃ deponerem per fenestram. *Alioquin interficiā te*, ideſt si non dimiseris, occidā te: hoc. n. verisimile erat, q̃ Dauid timens iuberet vxori, vt dimitteret eū sub interminatione mortis. In Hebræo habetur hic. *Ad quid vis, vt interficiam te?* In quo innuitur, q̃ Dauid dixisset Michol, q̃ dimitteret eum: &, q̃ ipsa aliqualiter renuisset: & tunc dixit ei Dauid. Ad quid vis, vt interficiam te? q. d. si non dimittis me, interficiam te: ad quid ergo vis, vt interficiam te? Sed ad idem redit cum litera nostra.

Quare Michol interrogata à patre, cur dimisisset fugere Dauid, non respondit rationem veram.
Quæstio XXIIII.

QVAERET aliquis, quomodo Michol non respondit Sauli id, quod debebat respondere, sed mentita est: habebat enim pro se conuenientem responsionem: nā cum dixit ei pater. Cur illusisti mihi, sic poterat dicere, quòd non erat illusio: quia non fiebat ad illudendum, sed ad conseruandum vitam viri sui. Cùm verò dixit Saul, quare dimisisti inimicum meum, vt fugeret, poterat respondere Michol, quòd hoc licebat ei: quia erat vir suus, & tenebatur eum diligere plusquam patrem, & omnes alios; cum scriptura dicat, Gene. capitu. 2. Propter hanc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Et sicut hoc dicitur de viro respectu fœminæ; ita ēt intelligendum est de fœmina respectu viri, quòd debeat diligere virum super omnem hominem. Nam vir caput est mulieris, & vir diligendo vxorē suam seipsum diligit, vt patet ad Ephe. cap. 5. Ita ergo è contrario vxor diligendo virum, seipsam diligit: sed tenetur quilibet ad dilectionem sui ipsius plusquam alicuius alterius, siue patris, siue matris: ergo vxor debet diligere virū super patrem, & matrē viri, q̃ patris, & matris: sic ergo Michol conservando vitam viri sui contra voluntatem patris sui, & mandatum, non inferebat ei iniuriam, quia vtebatur iure suo. Dicendum tamen, quòd Michol noluit sibi respondere: quia ista responsio quanquam esset iuridica, erat dura, & cuicunque patri etiam non irato videretur intoleranda, præcipuè cum Saul esset animo concitatus, & habita parua occasione ne contra filiā, puniuisset eā: ista aūt magna occasio erat: ideo licèt Michol habuisset veram, & iuridicā responsionem, verba tamen sua quodam mendacio colorauit: quia sic ei expedire visum est.

Quare Michol non negauit se scire Dauid esse inimicum Saulis. *Quæst. XXV.*

QVAERETVR vlterius, quare Michol nō respondit aliter: nam Saul dixit. quare dimisisti inimicum meum, vt fugeret? poterat autem ipsa respondere, quòd nesciebat eum esse inimicum regis, immò putabat esse carissimum, & propter hoc eum fecerat generum suum: si autem cognouisset eum esse hostem detinuisset. Respondendum est, quòd Michol non putauit hanc responsionem esse verisimilem: nam Saul erat inimicus Dauid, cum dicatur præcedenti capit. quòd factus est Saul inimicus Dauid omnibus diebus: monstrauerat etiā Saul istam inimicitiam in multis: quia bis conatus fuerat eum lancea configere: sæpe etiam eum irrationabilibus periculis exponi fecit, & misit seruos suos contra eum, præcipuè nocte illa, qua Michol dimisit Dauid: nō ergo erat verisimile Michol ignorasse, quòd Dauid esset hostis Saul: ideo si sic respōdisset, existimaretur fraus. Sed adhuc aliquis dicet, quòd poterat Michol respondere se nesciuisse de istis inimicitijs: sic enim respondit Achimelech sacerdos, quando Saul dixit ei: Quare coniurastis aduersum me tu, & filius Isai, & dedisti ei panes, & gladium, &c. Respondit Achimelech: Quis est in omnibus seruis tuis, sicut Dauid fidelis, & gener regis? num hodie cepi consulere pro eo Dominum? absit à me: ne suspicetur rex aduersus seruum suū rem huiuscemodi in vniuersa domo patris mei: nō enim sciuit seruus tuus quicquam super hoc negocio, vel modicum, vel grande, vt patet inf. capi. 22. Sic autem erat verum, quòd ille nesciebat aliquas inimicitias esse inter Saulem, & Dauid: & respondit illud tanquam verisimile: ergo sic potuit respondere Michol. Dicendum est, quòd ista responsio erat verisimilis pro Achimelech, sed non pro Michol: quia ista hostilitas, quā habebat Saul ad Dauid, erat ex valde multis diebus, ideo nondum manifestata erat in toto regno: Achimelech autem habitabat in vrbe Nobe, quæ distabat ab vrbe Galaad, in qua semper morabatur Saul, ideo verisimile erat, quòd istud negocium ignoraret. De Michol autem secus erat: quia ipsa morabatur in vrbe patris sui in curia, & sciebat omnia, quæ quotidie fiebant in curia, & indicabantur ei à ministris regis, & præcipuè ipse Dauid, qui erat vir eius, reuelaret ei mala, quæ patiebatur à patre ipsius, cùm sciret se diligi ab illa: vnde non erat aliquatenus verisimile ignorasse Michol istas inimicitias: noluit igitur sic respondere, ne rea crederetur.

An Michol propter timorem non fuerit ausa confiteri veritatem. *Quæst. XXVI.*

QVAERETVR vlterius, an propter timorem Michol respondent ea, quæ habētur hic, & non ausa fuerit confiteri veritatem? Aliquis dicet, quòd non poterat timere Michol: quia cum fœmina esset, nō erat ei pater suus aliquod malum inflicturus, potissime quia causam iustam habebat hoc faciendi, cùm esset Dauid vir suus?

Respondendum est, quòd propter duo non respondit Michol directè, scilicet, propter verecūdiā, &

& propter timorem. De verecundia apparet: quia quanquam ipsa plus diligeret virum, quàm patrẽ; tamen quia coram patre, & publicè confiteretur se plus diligere virum, quàm patrem, verecundũ erat ipsi, & patri eius. Fecit etiam propter timorem: nã verisimiliter timere potuit mortem à patre, vel exhæredationem, aut aliam magnam pœnam, cum pater esset nimis concitatus contra Dauid. Quod patet ex eo, quod fecit contra filium suum Ionathã: nam Saul plus diligeret Ionatham, quàm Michol, cum Ionathas esset primogenitus eius successurus in regno, vt patet sequenti c. & erat gloriosus vir inter omnes Israelitas opere belli. Michol autem erat fœmina paruę vtilitatis: quia tamen respondit Ionathas pro Dauid quare morietur? quid fecit? arripuit Saul lanceam, & conatus est interficere Ionatham, ut sequenti c. A fortiori ergo, si Michol respõdisset se eripuisse Dauid, quia diligebat eum plusquã patrem suum, cùm essent ista verba contumeliosa, pater faceret eã occidi, vel alia pœna plecteret: quia fœmina erat: timens ergo verisimiliter Michol declinauit à veritate.

Responsio Michol fuit verisimilis, quo ad vnam partem interrogationis patris, non tamen quo ad secundam: sed Deus confudit intellectum Saulis, vt non aduerteret.

Quæstio XXVII.

QVAERET aliquis, an ista respõsio Michol esset verisimilis ad hoc, q̃ pater non irasceretur ei. Respõdendũ est, q̃ Michol duo fecerat, & de vtroque conquerebatur Saul, scilicet, quia illuserat ei faciendo simulachrũ, & quia dimiserat inimicum suum fugere. Responsio autẽ Michol erat verisimilis ad vnam partem, sed non ad aliam, scilicet inquãtum dicebat Saul, q̃ Michol dimiserat inimicum suum, verisimiliter responderet, q̃ Dauid dixisset ei: Dimitte me, alioquin interficiã te: nã falsum est, q̃ ista dicta fuerint, eo, qđ Michol sponte dimisit Dauid: si tamen ipsa renuisset, verisimile est, q̃ Dauid diceret ei: dimitte me, alioquin interficiã te. Sed quantum ad aliam partem de illusione per simulachrum, non erat aliquatenus verisimilis responsio. Et hoc siue dicatur, q̃ simulachrũ fuerit factum antequam recederet Dauid, siue postquam recessit: nam si postea factum est, manifestum est, quòd Michol faciebat hoc sponte, & non ex timore: quia iam non erat ibi Dauid, qui posset eam compellere per timorem mortis: si autem dicatur q̃ simulachrum factum fuisset antequã Dauid fugeret, si Michol inuita hoc fecisset, recedente Dauid, illico abstulisset simulachrum de lecto, sed reliquit ibi quousque venerunt ministri regis, & delusi sunt semel per illud: ergo non faciebat ex timore. Item adhuc maius, quod hic fecit Michol, fuit, quia veniẽtibus nuncijs regis, vt raperẽt eum, respõdit, q̃ ęgro tabat, & sic regi relatum est, vt patet in litera: hoc tamen non poterat fieri ex timore, sed ex voluntate fauendi Dauid. Sed aliquis dicet, q̃ Michol posset respondere, quòd ista dederat ei Dauid in mandatis, & ipsa iurauerat illa obseruare per timorẽ, ideo licet ipse fugisset, illa hoc fecit. Sed adhuc non stat istud: quoniam Saul intelligebat, quòd si per timorem præstitisset iuramentum de faciendo aliquid, non deberet illud obseruare: & dato, q̃ obligaret, volebat ipse, quòd filia eius pateretur periurium pro eo, vt reuelaret sibi hostem: potissimè, quia non poterat obligari per iuramentum ad mentiendum: ideo istæ non erant excusationes pro Michol coram patre suo: præsertim cum ipsa nihil horum allegauit, sed solum pro vna parte respondit, referens Dauid dixisse: Dimitte me, alioquin interficiã te: Saul autẽ placatus est ista responsione, quasi esset legitima, quia Deus confudit intellectum illius, vt nõ aduerteret ad rationem Michol, & persuaderetur. Hoc enim Deus fecit pro Michol, quia cum ipsa ex vera dilectione fecisset ista pro Dauid, qui erat seruus Dei, Deus pro illa voluit patrem suum esse persuasum, quanquam responsio sua non esset efficax ad suadendum.

Michol licet mentita sit Sauli non tamen mortaliter peccauit.

Quæst. XXVIII.

QVAERETVR vlterius, an Michol mentita fuerit hic, & an peccauerit mentiendo. Respõdendum ad primum, quòd mentita est, quia ipsa dixit Sauli, quòd Dauid dixerat ei: Dimitte me, alioquin interficiã te: erat tamen falsum, quia potius ipsa consuluit Dauid, vt fugeret, vt patet supra in litera, scilicet, quod cum annunciasset Dauid Michol vxor sua, dicens: Nisi saluaueris te nocte hac, cras morieris, deposuit eum per fenestrã. De hoc etiam ait Iosephus sexto Antiquitatum, Michol filia regis, cognita voluntate patris Dauid, indicauit dubiam spem eius vitæ conspiciens, & de anima sua pariter diffidens: nec enim se credebat posse habere vitam, si eius fuisset amore priuata, eique dixit: Non te hic coniux inueniat sõlis ortus: nam te vlterius non videbo, sed fuge citius, dum tibi præbet nox fugæ præsidium: faciatque tibi Dominus hunc longiorem: scito enim te à patre, si inuentus fueris, occidendum. Quo dicto, eum per fenestram deposuit. Ad secundum cum dicitur, an peccauerit mentiendo. Aliquis respondebit, q̃ peccauit venialiter, eo q̃ erat mendacium officiosum, sicut supra responsum est, quando quærebatur, an peccauerit, dicendo, quòd Dauid ægrotabat. Sed dicendum est, quòd istud non est simile ad aliquid præcedens: quia omnia illa fecit Michol pro vita Dauid liberanda: istud autem, quod nunc faciebat, non erat pro vita Dauid, quia qualitercunque ipsa responderet, nihil nocebat Dauid, sed erat ad liberandum se à morte, vel à verecundia: nam si verum erat, quod respondisset, dicens se fecisse, quia diligebat magis Dauid, quàm patrem suum ipsa pudore confunderetur, & patri suo videretur illata contumelia: timebat etiam præter hoc, mortem, vt supra declaratum est: ideo vt seipsam liberaret ab his, mentita est: non est autem simile, cùm quis mentitur pro defendenda vita alterius, aut rebus, vel pro defensione vitæ suę, & rerum suarum: ideo quanquam in alio sit peccatum veniale, in seipso tamen forte erit mortale. Hic tamen veniale est, quòd fuerit veniale, cùm per illud intenderit vitam suam seruare, & alias desperabat de ea. Sic etiam in quolibet, si sit innocens, & per vnicũ mendacium vitam suam conseruare possit, & alias sciat hoc impossibile esse mentiri, veniale erit: melius tamen erat, quòd permittert se mori innocens, quàm quòd mentiretur pro saluatione vitæ. In alio autem secus est, quia fiquis velit occidere alterum innocentem, vel deflorare virginem inuitam, & ego per vnicum mendacium possim vtrunq; eorũ excusare, melius est, q̃ mẽtiar, & peccem venialiter, q̃ q̃ occasione mei scelus perpetretur: quocunq; tñ modo res se habeat, minus aliquis peccat, cum pro defensione vitę alterius, q̃q vtrũq; veniale fuerit, & ita fuit hic Michol, quia supra peccauit venialiter, quando dixit, q̃ Dauid ægrotabat, nunc etiam venialiter peccauit, quando mentita est pro se: maius tamen est istud mendacium, q̃ id, q̃ supra habebatur. *Dauid autem fugiens saluatus est*, idest Dauid per fugam saluauit vitam suam, s. quia non potuerunt eum comprehendere ministri Saulis. *Et venit ad Samuelem in Ramatha.* Habitabat enim Samuel in Ramatha: quia ibi habitauerat pater eius Elcana, vt patet sup. c. 1. & 2. postea etiam cum Samuel esset Iudex Israel habitabat in Ramatha, & ibi construxit altare sup. c. 7. Nũc verò habitabat ibi: quia postquam Saul peccauit contra Amalecitas non implendo p̃ceptũ Domini, noluit Samuel manere cum eo, sed recessit in vrbem suam in Ramatha, & non vidit eũ vltra, vsque in diem mortis suæ, vt patet sup. c. 15.

Quare fugit Dauid ad Samuelem.

Quæst. XXIX.

QVAERET aliquis, quare fugit Dauid in Ramatha, ad Samuelem magis, quàm ad alium locum: poterat enim fugere ad cognationem suam in Bethlehem, vbi omnes cognati sui, & consanguinei tribules adiuuarent eum, sicut postea factum est: nã cùm iterum fugit à Saule, congregati sunt ad eum omnes cognati sui, infr. c. 22. Respondendum est, q̃ non fugit ad cognatos suos in Bethlehem: quia sciebat, q̃ cum Saul persequeretur eum ad mortem, faceret inquiri vbi erat, & quia magis suspicarent eũ esse in Bethlehem inter cognatos suos, mitteret illùc Saul, & acciperet eum inde. Cùm autem iuit in Ramatha, non posset suspicari Saul, an illùc iuisset: quia nesciebat aliquam causam esse, pp quam iret Dauid in Ramatha, præsertim cùm non esset Ramatha in Tribu Iuda, de qua erat Dauid, sed ī Tribu Ephraim, vt patet sup. c. 1. & ibi declaratũ est. Item nesciebat Saul aliquam amicitiam, vel familiaritatem cõtractam inter Dauid, & Samuelem, vt ad eum ire deberet, & sic non misit illùc ad inquirendum eum quousq; à casu à quibusdam nũciatum est ei, q̃ esset Dauid in Ramatha. Alia ratio fuit, vt iret in Ramatha, quia ibi erat Samuel, qui eum vnxerat in Regem, & volebat ei enarrare omnes angustias suas, quas patiebatur à Saule, vt consuleret Dominum pro illo, & quia non erat aliquis, qui ita congruè facere posset, sicut Samuel, fugit ad eum in Ramatha. Et hoc apparet, quia immediatè dicitur, q̃ nunciauit ei oĩa, quæ fecerat sibi Saul. Cùm verò dr: quomodo non conuenerunt cognati Dauid ad eum, sicut conuenerunt iterum, cum confugeret? Dicendum, q̃ nunc non expediuit: quia cognati Dauid nõ debebant cõuenire, nisi ad custodiam Dauid, & repugnandũ Sauli: hoc autem nolebat facere Dauid, quousq; totaliter sciret peruersam esse sententiam Saulis: nũc aũt nondum hoc cognouerat, sed proponebat adhuc redire ad Saulem: nam postea reuersus est, vt patet sequenti c. ideo non decuit, vt nunc congregaret cognatos suos ad resistendum Sauli. Postea autem cõgregati sunt ad eum, infra c. 22. quia tunc recesserat Dauid totaliter à Saule animo non redeundi ad eũ: quia iam cognouerat eius sententiam esse peruersam, ideo recepit cognatos suos in adiutorium suum contra Saulem.

Samuel toto tempore vitæ suæ fuit occupatus in bonis.

Quæstio XXX.

QVAERET aliquis, quid faciebat Samuel in Ramatha? Respondendum, q̃ vita Samuelis sẽper fuit occupata in bonis, cùm ipse vir sanctus esset: à principio enim Natiuitatis suæ fuit vita eius hęc: nam mater sua vouit eum Domino, vt maneret semper coram illo, tenuit tamen eum apud se vsque dum ablactauit ipsum, & tũc duxit eum coram Heli summo Sacerdote, & obtulit eum Domino, sup. c. 1. Ibi autem mansit ministrãdo coram Domino, vt patet sup. c. 2. & 3. s. Samuel autem ministrabat ante faciem Domini puer accinct⁹ Ephod lineo. Istum autem modum viuendi habuit Samuel dùm vixit Heli, s. q̃ semper ministrauit coram eo, & viuente illo, fuit propheta, & qa Heli erat Iudex Israel, vt patet sup. cap. 4. mortuo illo, electus fuit Samuel in iudicem, eo q̃ cognitus fuerat, viuente Heli, tanquam propheta fidelis in toto Israel, vt patet sup. ca. 3. s. & cognouit vniuersus Israel à Dan vsque Berſabeę, q̃ fidelis Samuel propheta esset Domini. Iudicauit autem ipse Israel annis 20. vt colligitur supra c. 7. & in toto isto tempore erat nimis solicitus circa totum Israel, & quolibet anno circuibat totam terram Israel, & faciebat principale iudiciũ in tribus locis, s. Bethel, Galgala, Masphat. Cùm verò finiuisset hunc circuitum, veniebat in Ramatha, quæ erat vrbs sua, & ibi quiescebat in parte residua anni, vt iterum inciperet sequenti anno circuire totum Israel, vt patet sup. c. 7. Istum modum habuit p̃ 20. annos, quibus potuit circuire terram: postquam verò senuit, & non poterat commodè discurrere p̃ omnia loca, sicut primo consueuerat, fecit duos filios suos iudices, qui iudicabãt in Berſabee: ipse aũt mansit in Ramatha, sup. c. 8. Deinde filijs suis declinantibus ad auariciam, clamauerunt Israelitę, & venientes seniores ad Samuelem, petiuerunt super se regem, e. ca quibus Samuel post paucum tempus dedit regem Saulem, quo dato, cessauit Samuel iudicare Israel: Erat tamen multoties cũ Saule ad ostendendũ ei quid facere deberet, ne erraret in lege Domini, & iusserat ei, q̃ quandocunque accideret sibi aliquid graue, descenderet in Galgalam, expectans Samuelem 7. dieb⁹, & ipse veniret illùc ad dicendũ quid facere deberet, vt patet supr. c. 10. Istum modũ habuit Samuel, s. vacandi circa regimen regni, vsq; ad tempus, quo peccauit Saul pp Amalechitas: tũc enim recessit Samuel à Saule, & nunquam redijt ad eum postea tota vita sua, vt patet sup. c. 15. s. & non vidit Samuel vltra Saulem, vsque ad diem mortis suæ: ex eo autem tempore mansit Samuel in Ramatha, deposito omni negocio regni, vacans contemplationi tantum. Habebat nanque secum multos prophetas, qui semper vacabant diuinis laudib. Sic enim patet infra, in litera, s. Qui cum vidissent Cuneum prophetarum vaticinantium, & Samuelem stantem super eos, factus est in illis spiritus Domini. Hunc modum tenuit Samuel postea vsque ad mortem suam, s. q̃ esset Princeps prophetarum in laudibus diuinis, & postea in eodem loco mortuus est, nõ post multum tempus, dum adhuc Saul persequeretur Dauid, vt patet infr. c. 25. s. Mortuus est aũt Samuel, & congregatus est vniuersus Israel, & planxerũt eũ, & sepelierunt in domo sua Ramatha. Cùm aũt Dauid iuit ad Samuelem nunc in Ramatha, inuenit eũ vacantem laudibus Dei, & cum eo ipse vacauit: omnes quoq; nuncij missi à Saule inuenerunt Samuelem in hoc negocio, & ipsi quoque cum eo incęperunt Deum laudare, vt patet infra in lra. *Et nunciauit ei omnia, quæ fecerat Saul*, s. oĩa mala, quę molit⁹ fuerat contra ipsum ex die, quo cœpit eũ habere exosum. Credendũ est aũt, q̃ fecerit Dauid, vt Samuel consuleret p̃ eo Dñm, qd agere dẽret, & q̃ cõsilio ei⁹ rediret ad Saulẽ: qa nõdũ cõsũmata erat nequitia Saulis. *Et abierunt ipse, & Samuel, & morati sunt in Naioth.* Nõ est ītelligẽdũ, q̃ ipsi soli illùc iuisset: qa ẽt iuit cũ eis Cuneus

Universidad de Deusto
Biblioteca

neus prophetarum. Quod patet: quia nuncij Saulis F
venientes ad Samuelem inuenerũt eum in Naioth
ſtantem ſuper Cuneum prophetarum, ergo illi inue-
rant illùc: ſed fit mentio ſolũ de Samuele, & Dauid:
quia iſti erant præcipui. Non eſt autem intelligẽdũ,
q̃ Naioth ſit aliquis locus diſtinctus à Ramatha, ſed
eſt intra Ramatha: nam dicitur infra. Ecce Dauid ẽ
in Naioth, in Ramatha: ſed erat Naioth aliqua pars
vrbis, in qua manebat Samuel cùm alijs prophetis,
ſicut in Gabaà erant prophetæ in ſuperiori parte Ci
uitatis in colle: vnde, quando iuit Saul reuertens à
Samuele, habuit prophetas ſibi obuios deſcẽdentes
de colle, vt patet ſup c. 10. illum. n. collem elegerant
ſibi ad vacandum diuinis laudibus: ita hic elegerat
ſibi Samuel Naioth in Vrbe Ramatha, vt ibi cũ alijs G
prophetis Deũ laudaret: ſic autem accipiũtur inter-
dum duo nomina locorum, quæ ſignificant vnum
locum, ſicut Cariathiarim, & Gabaa. Nam videtur,
q̃ iſta ſint duo loca, ſup. c. 7. & tamen ſunt vnus lo-
cus, vt ibi declaratum eſt. *Nunciatum eſt autem.* Hic po
nitur quintum huius, c. in quo Dauid per importu-
nitatem Saulis à diuinis laudibus impeditur, ſ. quia
erat cum prophetis laudando Deum, & propter ad-
uentũ Saulis, vnde fugit, vt patet ſeq. c. in principio.
Nunciatum eſt autem Sauli à dicentibus. Subintelligendũ
eſt, q̃ cum fugit Dauid à facie Saulis, fecit cũ inqui-
rere Saul, vt occideret illum, & non repertus eſt in
locis, in quibus ipſe ſuſpicabatur: quia non erat ali-
qua cauſa, propter quam illùc deberet ire Dauid, vt H
ſupr. declaratum eſt in quadam q̃one. Accidit tñ, q̃
venerunt quidam de Ramatha ad Saulem à caſu, &
illi nunciauerunt eſſe ibi Dauid. Et dicitur, q̃ nũ cia-
tum eſt à dicentibus, ideſt non ab illis, quos ipſe mi-
ſit: quia nullos adhuc miſerat, ſed à dicentibus, ſ. per
famam hoc nunciatum eſt. *Ecce Dauid in Naioth, in Ra
matha.* Iſtud eſt, q̃ nunciatum fuit: & non ſolum fuit
dictum ſibi de Vrbe, ſed etiam ſpecialiter de loco vr
bis, ſ. q̃ erat in Naioth. Aliqui Hebræi dicunt, q̃ Na-
ioth ſit hic nomen appellatiuum, & ſignificet pul-
chritudinem: dicunt autem, q̃ Samuel, & Dauid, &
alij prophetæ erant in Naioth, ideſt in pulchritudi-
nem, ſ. conſiderando de pulchritudine mundi, i. de
Templo fabricãdo per Salomonem, q̃ erat pulchri- I
tudo mundi, ſ. in quo loco fururum erat. Sed hoc ri-
diculum eſt: ſuperfluum autem erat iſta cogitare: qa
adhuc nullus propheta ſciebat, an aliquod Templũ
Domino ſtabiliter conſtruendum eſſet; ſed putabãt
variandum eſſe de loco ad locum, ſicut tunc fiebat.
Item neceſſe eſt, q̃ accipiatur hic Naioth pro loco:
quia infra dicitur, q̃ abijt Saul in Naioth, in Rama-
tha: Saul tamen non conſiderabat de illa pulchritu-
dine, ſed ſolum ibat, vt perſequeretur Dauid: ergo
Naioth locus erat, præſertim, quia ibi dicitur: Abijt,
& abire eſt motus localis, ideo debet determinari p
nomen ſignificans locum, & determinantur per Na
ioth, ergo eſt locus. *Miſit ergo lictores Saul, vt raperent Da
uid*, ſ. poſtquam cognouit eſſe Dauid in Ramatha, K
miſit illùc lictores, vt tollerent inde Dauid ad occi-
dendum: dicũtur autem lictores, ſ. ſacrificantes à li-
tando: quia litare eſt ſacrificium facere. Hic tamen,
& communiter vocantur lictores illi, qui ferunt en
ſes, vel arma ad executores iuſtitiæ, & ſunt miniſtri
iudicũ, vel regum. Hoc autem miſit Saul, vt ſi vellet
ſe Dauid defendere, vel aliquis vellet eum adiuuare,
iſti poſſent armis inuadere illos. Fuerũt etiam miſſi,
vt videretur, q̃ Dauid ducebatur ad mortem iuridi
cẽ: quia iſti, qui erant executores iuſtitiæ, ducebant
eum. *Qui cum vidiſſent Cuneum prophetarum vaticinan-
tium*, i. viderunt multitudinem prophetarum lau-
dantium Deum cum Samuele.

Quomodo prophetæ in Ramatha vaticinabantur.
Quæſtio XXXI.

QVAERET aliquis. Quid iſti prophetæ va- Prophe
ticinabantur, vel quomodo? Reſpondendum re quid.
eſt, q̃ iſti non propriè prophetabant, ſed laudabant
Deum. Pro quo conſiderãdum eſt, q̃ prophetare eſt
dicere aliquid occultũ, q̃ alij hoĩes neſciunt: & hoc
ſit à Deo, ſiue ab alio ſpũ. Vnde illi, qui arripiuntur à
Dæmone, quia loquuntur aliqua, quæ alij hoĩes ne-
ſciunt, & Dæmones illa reuelant per ora arrepticio-
rum, dñr prophetare. Sic patet ſup. c. præcedenti de
Saule, cùm dicitur: Inuaſit ſpũs Domini mal⁹ Saul,
& prophetabat in medio domus ſuæ: & ille non mo
uebat à Deo. Accipere aũt prophetiã, prout ad Deũ
pertinet, ſtat dupliciter: vno modo dicitur prophe-
tia per modum denũciationis alicuius futuri: & iſto
mõ vocamus propriè prophetas quatuor maiores,
& 12. minores, quorum ſcripta habentur in canone
Bibliæ. Alio modo accipitur prophetia, vt pertinet
ad laudem Dei, & ſic omnes vacantes diuinis laudi-
bus quantum ad aliqua altiſſima, vel occulta, dicunt Prophe
prophetare. Sed hoc ſtat dupliciter, nam quidam p- ta duplic
phetant: quia Deus immittit illis ſpũm propheticũ, iter.
vt ſciant dicere aliquas laudes Dei mirabiles, quas
alius nullo mõ ſcirent. Aliquando prophetant lau-
dantes Deũ p Doctrinam, ſ. quia didicerunt facere
cantica ad laudẽ Dei: & q̃q̃ non incidat in eos ſpũs
Dñi, p doctrinam prophetant. De primo mõ patet
in Dauid, qui fecit plurimos Pſ. Hoc tñ non p aliquã
doctrinam, cũ paſtor eſſet, ſed ſolũ per ſpũm Dñi, q̃
directus eſt in eo à die vnctionis ſuæ, vt patet ſup. c.
16 ſic ẽt prophetauerunt nuncij Saulis, qui ante ne-
ſciebant prophetare, nũc aũt facto in ſe ſpũ Dei, pro-
phetauerũt, vt patet hic. Idem fuit de Saule: nam ir-
ruit in eum ſpũs Domini, & prophetauit, vt patet. ſ.
& ſup. c. 10. De ſecundo mõ apparet in cantorib. tẽ-
pli Salomonis, q̃ oẽs dicebãtur prophetare, vt patet
1. Paral ca. 25. non tamen erant oẽs illi hẽntes ſpũm
prophetiæ à Deo: qa inter eos ponunt alig doctores
in laudibus diuinis, vt patet eo. c. ea tñ, q̃ ſciunt pro-
pheticè, non ſunt p doctores. Etiam quia quidã di- I
cebant eſſe ſapientiores alijs. De hoc magis dictũ eſt
ſup. c. 10. De his verò prophetis, qui erant cũ Samue-
le, dicendum eſt, q̃ non prophetabant per modum
enunciationis alicuius futuri, ſed ſolũ p modũ lau-
dis: nã nihil ꝓficeret, q̃ illi vacarent ſimul enũciatõi
futurorũ: nam hoc mõ prophetia nihil prodeſt, niſi
cum enunciat ei, pro quo, vel contra quẽ eſt: vel cũ
ſcribit ad eruditionẽ poſterorũ; ſicut fecerunt oẽs p
phetæ, quorum ſcripta hñr in canone veteris teſtã.
Iſti tñ erant ſimul prophetando, ergo nõ propheta-
bant enunciando aliquid futurum: quia ſic vnus p-
phetaret oĩbus, & alij ſubticerent: oẽs tñ ſimul pro-
phetabant, & poſtea ẽt nuncij Saulis, q̃ venerunt, p-
phetauerunt cum eis: ergo non prophetabant enun
ciando aliquid futurum: quia ſic eſſet confuſio pro-
phetantium, ſed prophetabant laudando Deum, &
ſimul laudabant: ſicut, cũ multi in eodem choro cã
tãt. Sed tunc manet dubiũ, an iſti hẽrent ſpũm ꝓphe-
ticum ad canendum laudes Dei, vel canerent p eru-
ditionem humanam. Reſpondendum eſt, q̃ non eſt
inconueniens dicere, q̃ omnes iſti haberẽt ſpiritum
Dei ad canendum laudes: magis tñ vr dicendum, q̃
iſti per doctrinam canerent, ſ. quia ſemper vacabant
laudibus Dei, & erudiebantur ad ſciendum facere
carmina. Pro quo conſiderandum, quòd in veteri
teſtamento, cũ eſſet vnicus locus ſanctuarij, omnes
homines, qui volebant vacare cõtemplationi, & di-

uinis laudibus, non poterant conuenire in templũ A
illud, ſed fiebant diuerſa collegia per terram Iſrael,
& in quolibet eorum erãt multi viri, qui ſpecialiter
vacabãt contemplationi, in comparatione ad alios
homines, ſicut nunc ſunt Religioſi in comparatio-
ne ad populares: & iſti in illis collegijs vacabant ſtu-
dijs ſapientiæ, & doctrinæ, & diſciplinæ legis, & addi
ſcebant facere cantica diuinę laudis, & illa faciebãt.
De his erant aliqua collegia tempore Samuelis, &
omnes, qui erant in illis vocabantur prophetæ. Fuit
autem vnum in Gabaa in colle, ad quem venit Saul,
quando dimiſſus fuit à Samuele; & dicitur, q̃ Saul,
& puer ſuus venerunt ad prædictum collem, & exijt
Cuneus prophetarum obuius ei, & inſiluit ſuper eũ
ſpiritus Domini, & prophetauit, vt patet ſupra c. 10. B
Aliud collegiũ erat in Ramatha, de quo hic, & erãt
multi prophetæ ibi laudantes Deum. Quod aũt iſti
prophetarent per doctrinam, apparet: quia dicitur,
q̃ ſtabat Samuel ſup eos, ideſt docebat illos prophe-
tare: ſi tamen illi haberent hoc per ſpiritum Dei, ne
mo doceret eos, ſed illa ſolum prophetarent, ad quę
ſpiritus Dei illos moueret. *Et Samuelem ſtantem ſuper
eos*, ideſt viderunt, q̃ Samuel ſtabat ſuper prophetas
illos, ſ. erudiendo eos: quia ipſe erat Doctor diuinæ
laudis. Vel erat ſuper eos, ſ. q̃ erat Princeps eorum:
nam etiam ſi dicatur, q̃ iſti habebant ſpiritum pro-
pheticũm, poterat Samuel ſtare ſuper eos: ſed tunc C
non ſtabat, vt docẽs eos, ſed, vt principans: quia ipſe
erat honorabilior inter oẽs prophetas, & antiquior.
Et factus eſt etiam in illis ſpiritus Domini, ideſt non ſolum
fuit ſpiritus Domini in alijs prophetis ad prophetã-
dum, ſed etiam in nuncijs Saulis: ex quo innuitur,
q̃ aliqui de illis, qui prophetabant cum Samuele, ha
bebant ſpiritum propheticum, & non prophetabãt
per doctrinam, cum ponatur hic (etiam) quæ eſt di-
ctio copulatiua. Poteſt tamen referri iſta copulatio
non ad ſpiritum propheticũ, ſed ad actum prophe-
tãdi, vt dicatur, q̃ factus eſt ſpiritus Domini in iſtis,
& prophetare cæperunt, etiam ſicut alij, ideſt non ſo
lum alij prophetabant, qui non habebant ſpiritum
propheticum, ſed etiam iſti, qui illum habebant: ſed
prior ſenſus eſt melior: quia hic ponitur bis. *Et pro-
phetare cæperunt etiam ipſi*, ſ. iſti, qui miſſi erant à Saule, D
cæperunt canere laudes Dei, ſicut oẽs alij ꝓphetæ.

*Quomodo factus eſt ſpiritus Domini in nuncios Saulis, qui
venerunt in Ramatha, vt caperent Dauid.*
Quæſtio XXXII.

QVAERET aliquis. Quomodo factus eſt in
iſtis ſpiritus Domini, vel quid ſit fieri in eis ſpiri
tum. Reſpondendum eſt, q̃ iſti nuncij Saulis
erant viri ſimplices, quantum ad actum prophetiæ:
nunquam enim prophetauerant, neque habebant
doctrinam humanam, per quam ſcirent prophetare:
nunc quoque non ibant cum intentione prophe
tandi, ſed, vt caperent Dauid ad mortem: Deus aũt E
immutauit intellectum, & voluntatem eorum ſu-
pernaturaliter: intellectum quidem dando eis quan
dam illuſtrationem ad temp⁹, & ſciendo ea, q̃ prius
neſciuerant: vnde iam ſapientes erant ad formandũ
cantica diuinæ laudis: immutauit quoque voluntа-
tem eorum, vt vellent prophetare, ſicut mente no-
uerant, & vellent manere cum illis prophetis, q̃ erãt
cum Samuele. Quod ſic factum eſt, quia non curaue
runt amplius regredi ad Saulem, nec rapere Dauid,
q̃q̃ eſſet coram eis, ſed manebant pacifici, atque ſi ad
nihil veniſſent, niſi ad prophetãdum. *Quod cum nuncia
tum eſſet Sauli, miſit alios nuncios.* Subintelligendum eſt,
q̃, cum iſti primi nuncij prophetaſſent, morati ſunt
in Ramatha aliquot diebus, quorum mora admira-
tus Saul, miſit aliquem, qui ſciret, quid faciebant illi
nuncij, & ille vidit eos prophetantes, nunciauitque
Sauli, & tunc miſit alios nuncios, vt raperent Dauid.

Saul miſit alios nuncios, vt caperent Dauid. Quæſt. XXXIII.

QVAERET aliquis. Quare mittebat Saul alios
nuncios, propter hoc, q̃ primi prophetabant?
Reſpondendum eſt: quia Saul putauit iam illos non
proficere intentioni ſuæ: nam ipſe mittebat eos, vt
raperent Dauid, & cum eſſet Dauid coram eis, nihil
nocebant ei, nec ſaltem verbo, & ſic mens eorũ mu
tata erat. Vnde ſiue hoc factum eſſet à Deo, qui mu-
taſſet voluntatem eorum, ad nolendum rapere Da-
uid, & intellectum ad prophetãdum: ſiue hoc factũ
eſſet per aliquam colluſionem, vel pactum, non ꝓfi-
ciebant illi nuncij Sauli, qui ardebat, vt duceret Da-
uid coram ipſo ad occidendum. *Prophetauerunt autem
& illi*, i. etiam iſti ſecundi nuncij prophetauerunt, ſi-
cut primi, & manſerunt cum Samuel, & alijs pro-
phetis, nec nocuerunt Dauid.

Quomodo etiam iſti ſecundi nuncij prophetauerunt.
Quæſtio XXXIV.

QVAERET aliquis. Quomodo iſti ſecundi
nuncij prophetauerunt: videtur enim, q̃ nullo
modo debuiſſent prophetare, dato, q̃ eis Deus infũ-
diſſet ſpiritum propheticum: quia iſti ibant, vt rape-
rent Dauid: & ſciebant, q̃ primi nuncij prophetaſ-
ſent, & propter hoc nõ executi fuiſſent mandatum
Saulis: ideo ipſi habebant voluntatem non prophe-
tandi, licèt Deus infunderet eis ſpiritum prophetи-
cum: ſpiritus autem iſte eſt quædam illuſtratio ſuper
naturalis ad cognoſcendũ aliqua, quæ aliter cogno
ſci non pñt: ſed ea, quæ ſunt in intellectu nõ pñt co-
gere voluntatem: ergo non compellerentur iſti ad
prophetandum, q̃q̃ haberent ſpiritum propheticũ.
Rñdendũ eſt, q̃ ad hoc, q̃ iſti ꝓphetarent, requirebã-
tur duo. Primum erat, q̃ haberent quandam cogni-
tionẽ ſupernaturalem. Secundum erat, q̃ haberent
voluntatem prophetandi ea, quæ cognouerant. Pri
mum habebat per ſpiritum propheticum. Secundũ
autem non erat per iſtum ſpũm, nam liberum erat
prophetæ proferre ea, q̃ Deus reuelabat ſubticere:
nam cum intellectus, & voluntas ſint duæ potẽtiæ
diſtinctæ id, q̃, in vna fuerit, non põt mouere alterã,
cogẽdo ad aliquid ſed ſpũs propheticus pertinet ad
ſolum intellectum, ergo qui habet illum, q̃q̃ nõ poſ
ſit intelligere ſm illum, põt tñ velle non loqui ea, q̃
intellexerit, eo, q̃ velle loqui nõ ꝓtinet ad ĩtellectũ,
ſed ad voluntatẽ, iõ, ſi Deus nihil dederit alicui, niſi
ſpũm propheticũ, nõ põt iſte cogi ad ꝓphetãdũ. Deº
tñ interdũ cogit hoĩem ad loquẽdũ ea, q̃ nõ vult: ſic
.n. fuit in Balãã, q̃ conabat, vt malediceret Iſraelitis,
& cũ vellet maledicere, Deus mouebat linguã eiº ad
bñdicendũ. Et q̃q̃ ſæpe oraſſet, vt ꝓmitteret maledi-
cere, nunq̃ poterat, vt patet Nu. c. 23. & 24. & Deu. c.
23. Sic aũt hic Deus infundebat iſtis nũcijs ſpũm ꝓ-
pheticũ. Et ſi iſtũ ſolũ infundiſſet, nunq̃ ꝓphetaſſẽt;
qa intentio eorũ erat, vt caperent Dauid ad occidẽ
dũ, cũ ad hoc miſſi eſſent. Sed dicẽdũ, q̃ aliqd inſup
addebat, q̃ ꝓtinebat ad voluntatẽ, ꝓ q̃ non ſolũ iſti
ſciebant ꝓphetare, ſed ẽt volebãt, & actualiter ꝓphe
tabãt: iſtũ aũt poterat eẽ dupliciter. Vno mõ, q̃ Deº
moueret linguas eorũ, ẽt ipſis nolẽtib. & ꝓphetarẽt.
Alio mõ, q̃ Deus immutauit voluntatem eorũ nõ
cogendo eam, ſed faciendo, quòd appareret ei valde
bonũ prophetare, & ↄtrariũ huius eſſe valde malũ;

Dupliciter poterat immutari volũtas nũcio rũ à Deo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ideo cū magno desiderio prophetabant, tanq̄ adipiscentes aliquod bonum. Et istud secūdum verisimilius est: nam si primum solum fuisset, q̄q̄ isti cogerentur prophetare, tamen eorū peruersa voluntas non cessaret, & sic semper vellent rapere Dauid, & conarentur eum rapere, nisi poneretur, ꝙ Deus impediret: & dato, ꝙ impediret, cum volūtas nequam perseueraret, ipsi redirent ad Saulem, non tñ redibant, sed manebant in Dei laudib. cum alijs prophetis: iō dicendum est, ꝙ Deus fecerit, ꝙ appareret eis valde bonum prophetare, & manere cum alijs prophetis, in diuinis laudibus, nec rapere Dauid. *Et rursum Saul misit tertios nuncios.* Postquam enim vidit, ꝙ secūdi nūcij non redibāt, misit aliquem sciturū, quid agerent: & responsum est, ꝙ prophetarent, iō cū iam sciret illos nuncios nihil sibi proficere, misit tertios nuncios. *Qui & ipsi prophetauerunt*, i. ēt Deus dedit spiritū propheticum tertijs nuncijs, sicut omnibus priorib. & prophetauerūt: nec additur aliquid alterum: quia subintelligendum est, quòd cum isti prophetarent, non capiebant Dauid, nec hoc volebant, sed desiderabant manere in diuinis laudibus.

Istos nuncios fecit Deus prophetare propter duo.
Quæstio XXXV.

QVAERET aliquis. Quare Deus faciebat, ꝙ omnes isti nuncij prophetarent? Respondendū est, ꝙ factum est propter duo. Primum fuit, vt Deus miraculosè fauere ostenderetur Dauid, vt sic desisteret vellet Saul ab iniquitate sua, & publicè se videret confusum: nam, ꝙ Deus faceret omnes nūcios Saulis prophetare, euidēs miraculum erat: ꝙ autem fieret hoc, propter Dauid, ad quem capiendum ibant, ēt erat manifestum: iō sic debuisset Saul erubescere de iniquitate sua, cùm Deus publicè repugnaret ei, sed non dedit ei Deus cor intelligens, vt à malo diuerteret. Secundò fuit data ista prophetia pp liberationem Dauid: nam illi nūcij, qui veniebant, solum ibant, vt raperent Dauid: si autem Deus non impediuisset illos aliquo modo, rapuissent eum ad mortem, ꝙ Deus nolebat: iō dedit illis, ꝙ prophetarent, & immutaretur cor eorū, vt nollent rapere Dauid, sed manere cum prophetis, nec redire cum responso eius, ad quod missi fuerant. Sed tunc dicet aliquis, quòd hoc sufficiebat factum fuisse in primis nūcijs, scilicet, ꝙ dum illi prophetarēt, Dauid fugeret inde, & non possent eum rapere, stetit tamen ibi semper postea quousq; venit Saul, & prophetauit fugit Dauid: nec potuit eum tunc persequi Saul: ita debuisset facere, dum primi nuncij prophetarent. Dicendum est, ꝙ hoc facere Deus voluit ad confusionem Saulis: nam si primi nuncij prophetassent, & eis prophetantib. fugisset Dauid, putasset Saul, ꝙ illud fuerat factum per collusionem, vt haberet Dauid locum fugiendi, & sic nō crederet, ꝙ Deus repugnabat ei, sed erat humana fraus: idem autem si expectasset Dauid dum prophetassent solum primi, & secundi, & fugisset, prophetantib. tertijs, putaret Saul fraudem esse. Quod patet: quia ēt si ter nūcios misisset, & prophetassent omnes: nunquam tamen credidit, quousque ipse iuit, & pariter prophetare coactus est, iō decuit, vt non fugeret Dauid ad primos nuncios prophetantes, sed expectaret aduentū Saulis, & tūc fugeret.

An isti nuncij Saulis postea semper prophetarunt.
Quæstio XXXVI.

QVAERETVR vlterius, An isti nuncij Saulis, quibus Deus dedit spiritum propheticum, prophetauerint semper, vel mā serit spiritus ille ad aliquid paruum tempus. Respondendum est, quòd prophetia est aliquid pertinens ad intellectum, non tamen est penitus, sicut habitus intelligēdi, aut sicut actus: magis tñ assimilatur actui intelligendi, q̄ habitui: nam quicunq; hēt habitū illū, continuè hēt, siue dormiat, siue vigilet, quousque habitus ille penitus corrumpatur. In prophetis aūt non est sic: quia, ēt si loquamur de maximis prophetis, non habuit aliqs eorum continuè actum propheticum, sed aliq̄n ꝙphetabant, & aliq̄n nesciebant prophetare. Sed tūc aliquis dicet, ꝙ ista obiectio de actu prophetādi nulla est: nam sic est in habentib. habitum, q̄q̄ semper illū hēant, tñ nō semper hñt habitum illius: ita ergo de propheta, q̄q̄ nō semper habitualiter propheret, poterit hr̄e semp spūm propheticū, & sic erit, sicut habitus. Rūdendum, ꝙ non stat: quia, q̄n quis hēt habitū quēcunque, dato, ꝙ actualiter fm illū non operetur, pōt tñ operari, q̄ncunq; voluerit. Prophetę tñ non habebant sic: quia aliq̄n volebant intelligere ꝙ quam propheticè, & non poterant: postea aūt Deus reuelabat eis: sic patet de Moyse, qui fuit maximus prophetarum: ipse nāque multoties dubitauit super aliquib. negocijs, sicut patet de qōne filiarū Salphaad, vbi cùm nesciret rūdere, q̄siuit à Domino, Num. c. 27. Iterum ēt quærentib. eisdem puellis, nesciuit respondere quousque consuluit Dominum, Num. c. vltimo. Multoties quoq; super alijs dubitationibus solitus erat consulere Dominum, Nu. c. 7. vbi dr̄, ꝙ q̄ndocunque volebat consulere oraculum, i. habere responsum à Deo, introibat in Sancta Sanctorum, & audiebat vocem loquentem ad se de medio Cherubim: si tñ Moyses semper hr̄et spūm propheticū, q̄q̄ non semper actualiter prophetasset, posset ꝙphetare, quando vellet, sed non prophetabat semper, q̄n volebat: quia sic non oportuisset, ꝙ aliquando consuleret Dominum: ergo non semper habebat in se spūm propheticum: simile patet de Eliseo, qui fuit valde magnus propheta, & duplicatus est in eo spūs Eliæ, vt patet infra 4. lib. cap. 2. Iste tamen non semp habebat spiritum propheticum: nam semel quæsierunt ab eo Rex Israel, & Iuda de euētu belli, & nesciuit immediatè respondere, sed dixit, adducite mihi psaltem, cumq; caneret psaltes, facta est super eū manus Domini: ergo vr̄, ꝙ tunc descendit spiritus propheticus, & ante non erat in eo, vt patet infra 4. li. ca. 3. Item iste Eliseus semel vidit hospitam suam venientē ad se, & nesciuit ad quid veniebat: & dixit, ꝙ Deus non reuelauerat ei, vt patet inf. 4. li. c. 4. f. Ait homo Dei: dimitte illam: anima enim eius in amaritudine est, & Dominus celauit à me, & non indicauit mihi. Si tamen semper habuisset spiritū propheticum, non ignorasset id, ꝙ ante ignorabat: ergo non habebat illum. Item non potest dari spiritus propheticus habitualiter: quia habitus est circa aliquod genus, iō si nus obiecti, & est determinatus per illud genus, iō si Deus dedisset alicui spiritum propheticum habitualiter, per illum sciret de aliquo genere prophetare, & non de rebus alterius generis: & non posset dari spiritus iste, nisi circa vnam rem: quia res prophetabiles sunt contingentes, & non habent inter se connexionem aliquam necessariam: sicut fit in speculatiuis, quę necessaria sunt: vnde licèt per vnum genus artis in speculatiuis, potest aliquis iudicare de omnibus, quæ pertinent ad illud genus, & erit iudicium certissimum, sicut qui habet habitum, circa inquisitionem Eclypsis, per eundem habitum sciet inquirere omnes Eclypsas futuras certissimè: si autem aliquis habeat habitum iudicatiuum, circa aliquod contingens, non iudicabit certissimè de omnibus, quæ

quæ sunt illius generis, per illum habitum: quia incontingentia habent infinitam variabilitatem. Cognitio tamen prophetica est certissima, & necessaria, nec obstat, siquis dicat, ꝙ habitus prudentiæ est vnicus, & est de omnib. agibilius, quæ pertinent ad vitam totam, vt patet 6. Ethi. c de prudentia: nā prudentia est habitus non necessarius: nam aliq̄n p eam bene iudicamus, & aliq̄n fallimur. Cognitio aūt prophetica non se habet ad vtrumlibet, sed est determinatè, & necessariò vera, ideo impossibile est dari aliquem habitum, per quem contingentia cognoscantur determinatè: & si diceremus aliquem habitum esse de his, non esset vnus habitus ad cognoscendas multas res contingentes, sed vnus habitus ad vnam rem: & sic necesse esset, ꝙ propheta, qui haberet spiritum propheticum, si ille spiritus esset vnicus, non posset cognoscere, nisi vnam rem contingētem, & illam eandem semper cognosceret: vnde si deberet cognoscere ille ꝙpheta alias res nouas, necesse esset, ꝙ infunderētur ei noui habitus, & illos nō haberet, nisi q̄n infunderentur. Si aūt aliquis deberet de oīb. prophetare, oporteret, ꝙ singulariter infunderētur ei habitus circa res singulas: Hoc tñ est falsum, & val de inconueniens. Item: qa adhuc non poterant vocari isti habitus: quia habitus non determinant per vnitatem actus, sed per vnitatem obiecti: & est aliquid, per ꝙ possumus cōtinuè habere nouas cognitiones: per spiritum aūt propheticū, si esset habitualis, non possent haberi nouæ cognitiones, sed illam vnicam rem, quam aliquis semel cognouit, illā semper cognosceret: nec poterat habere cognitiones rerum multarum contingentium simul, nisi per actualem illuminationem: istud aūt non pertinet ad habitum, sed ad actum: non ergo hñt prophetæ aliquem habitum propheticū manentem, per quem cognoscant omnia, vel saltem multa, sed recipiūt nouam illuminationem, q̄ncunq; debent aliquid intelligere, & illa esse per modum actus. Aliquis aūt obijciet, ꝙ possit aliquis habere habitualiter cognitionē contingentium, i. ꝙ hēat aliquem habitum, per quem possit cognoscere quęcunq; contingentia: sic. n. erat de anima Christi: oia. n. futura contingentia actualiter semper cognoscit, & cognoscebat, dum erat in vita mortali, nec ponit aliquis fuisse in eo tales illuminationes, sicut dicitur de prophetis, sed erat cognitio manens: ergo habitualis. Respondendum est, ꝙ anima Christi habebat, & habet cognitionē omnium contingentiū futurorum: nec tamen hēt hoc per habitum, nec est possibile haberi per habitū, sed habet cognitionem illam in verbo, & in illo ēt cognoscebat, dum esset in vita mortali: quia semp fuit comprehensor: si tñ anima Christi saltem ad horam priuaretur cognitione illa, q̄ est in verbo, & daret̄ ei q̄cunq; cognitio habitualis quātumcunq; miraculosa, impossibile erat, ꝙ certissimè cognosceret omnia futura contingentia, sed posset cognoscere aliqua per actualem Dei illustrationem, & elcuationē, sicut in prophetis fit, qua illustratione cessante, nihil cognosceret. Patet ergo, ꝙ spiritus propheticus nō fit habitus: rursus non est spiritus propheticus, sicut vnus, & idem actus: quia vnus act⁹, postquam semel desierit, impossibile est eum, vel aliquid eius esse: spiritus tamen propheticus aliquando est in prophetis, & postea desinit, & iterum est: modum tamen habet actus non vnius, sed multorū, s. quia nūc prophetæ habent vnam illuminationem, qua cessante, & ipsis ad alia diuertentibus, aliā rursus hr̄e pñt. Nūc verò ad qōnem dicendū, ꝙ si spūs propheticus esset habitus, cū semel alicui datus esset, ex natura sua, deberet semper manere, nisi per dissuetudinem operationis aboleretur, sed non est habitus, iō impossibile est, ꝙ semper maneat: quia tunc prophetæ nunq̄ diuerterent ad aliquem alium actū: sed hoc nunq̄ fuit in aliquo hoīe, dū adhuc mortalis esset: quærere ergo, an maneret semper spūs propheticus in istis, vel non: nō est quærere, an semper actualiter manserit, sed, an multoties posit hoc habuerint, & non ꝙphetauerint, solum, q̄n fuerunt, nunc coram Samuele. Aliqui nāq; dicūtur isto mō semper prophetasse, vt patet de 70. viris, qui electi sūt in adiutorium Moysi pro regimine populi: nā de eis dr̄ Nu. 11. Cumq; requieuisset in eis spūs, prophetauerunt, nec vltra cessauerunt: manifestum est tñ, ꝙ isti aliq̄n cessabant ꝙphetare, s. cum dormiebant, vel q̄n capiebant cibū: ergo ēt si aliquis non semper actualiter prophetaret, dum tñ per multos dies interpollate propheret, dicitur semper prophetare. Si autem isti nūcij, postq̄ recesserunt à Samuele, multotiens prophetauerūt, dicetur spūs propheticus semper mansisse in eis: in hoc tamen dubium est, quia, quacunque istarū partium dara, nō est aliquod inconueniens: magis tñ vr̄ dicendum, ꝙ isti nunq̄ prophetauerunt, nisi quando fuerunt cum Samuele: quia Deus non dabat istis spiritum propheticum ꝙp aliquid aliud nisi, vt non tenerent Dauid, & vt manifestaret̄ iniqtas Saulis: istud tamen solum factum est coram Samuele, ergo non erat opus, ꝙ isti prophetarent, nisi ibi. Dicendum tñ, ꝙ omnes nuncij Saulis prophetauerunt quousque venit Saul, siue primi, siue secūdi, siue tertij: & hoc, vt, quando Saul veniret, reperiret omnes prophetās, & manifestè appareret illud à Deo euenisse. Si autem primi, & secundi nuncij recessissent, manentibus sibi solis tertijs, credidisset Saul, ꝙ illud fiebat in fraudem: nam saltem, cū illi nuncij cessarent prophetare, debuissent capere Dauid, & non capierunt: vt ergo cognosceret, ꝙ hoc fiebat à Deo, manserunt ibi omnes nūcij prophetantes, vsque ad aduentum eius: & postea credendū est, quòd post recessum Dauid omnes simul desierint prophetare, tam Saul, q̄ nuncij sui. Sed aliquis obijciet, quòd isti nunquam cessauerint prophetare: quia, quando Deus aliquid confert cuiquam, nūquam illud ei aufert, nisi deme reatur: dato, quòd cesset ille finis, ad quem datū fuit illud, sicut probatum fuit illud Exod. cap. 31. De Beseleel, & socijs suis, quibus Deus dedit artem supernaturaliter, vt scirēt facere ea, quæ prius nesciebāt, & hoc fuit, vt fabricarent tabernaculum: finita tamen fabricatione, non cessauit ille habitus, sed semper habuerunt habitum artis, quem Deus infudit. Cùm ergo spiritus propheticus fuerit datus istis nūcijs Saulis propter causam dictam: quanquam illa cessauerit, videtur, quòd manserit spiritus propheticus. Respondendum est, quòd Deus nunquam aufert id, ꝙ semel dat, nisi quis demereatur, q̄n illud, q̄d datur, est per se manens, scilicet, quòd sine aliqua operatione miraculosa manere possit in illo, cui datum est. Si tamen id, quod datum est, non possit manere, nisi semper Deus miraculosè conseruet, finita operatione, ad quam illud est, non manebit: & sic patet differentia in præsenti: nam Beseleel, & socij sui receperunt habitum artis supernaturaliter, ille autem ad causationem suam exigebat miraculum, & tamen ad conseruationem non: quia postquam aliquis habitus inest animæ, ex natura sua habet, quòd maneat, nisi per contrarios actus corrumpatur, vel per cessationem operationum desinat, ideo quanquam cessaret fabricatio tabernaculi, habitus infusus à Deo Beseleel maneret, nisi illum Deus auferret: Deus tamen non aufert quod dedit, ideo semper maneret. Isti autem nuncij Saulis receperūt

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſpiritum propheticū qui non eſt habitus, ſed actus, ſ. quædam illuſtratio ſupernaturalis, qua intellectus prophetę mouetur à Deo: & quia non poteſt manere iſta illuſtratio, niſi quandiu Deus actualiter illuſtrat, requiritur ſemper miraculum quandiu aliquis prophetat: & quia Deus non facit miraculum niſi ad aliquem finem, habito illo fine, ceſſabit miraculum: & quia in iſtis nuncijs Saulis finis prophetiæ erat, qui dictus eſt: & iſte fuit habitus in aduentu Saulis, & fuga Dauid, ideo Deus non operaretur vltra miraculosè illuſtrando iſtos, ſed non poteſt propheta prophetare, niſi per actualem illuſtrationem Dei: ergo ceſſante illa, neceſſe eſt, ꝙ ceſſaret ſpiritus propheticus in iſtis. Cū aūt objicit, ꝙ Deus non tollit id, ꝙ dedit, concedendū eſt: ſic. n. fuit in iſtis: quia Deus nihil abſtulit eis, ſed deſijt operari miraculosè: non tñ fecit aliquid plus in Beſeleel, q̄ in iſtis: ſed differebat: quia, ꝙ collatum eſt Beſeleel, erat per ſe manens, ideo Deo non conſeruante, manſit: ꝙ aūt iſtis collatum eſt, non erat manens, ideo Deo non conſeruante, perijt. Quod autem in iſtis, ceſſauerit ſpūs propheticus, apparet per ſimile; quia Deus contulit ſpiritum prophetiæ Sauli, quando receſſit à Samuele die, qua vnctus eſt, ſupra c. 10. & hoc erat ad ſignificandū, qūo eligebatur in Regem auctoritate Dei: habito aūt illo fine, qui per vnicum actum habebaṫ, ceſſauit ſpiritus propheticus: nam ex illo tpe nunq̄ poſtea Saul prophetauit, vſque nunc, qñ coactus eſt à Deo prophetare. Quod patet: quia cum prophetauit, hinc exiuit prouerbium: Nū Saul inter prophetas? vt patet infra, ꝙ dicebatur ex quadam admiratione: ſi tñ ex illo tpe, quo primo Saul prophetauit conſueuiſſet multoties prophetare, non exiret ꝓuerbiū de eo, nec admirarentur videntes: nunquam ergo ex illo tpe prophetauerat: ſic igitur hic nunquā prophetauerunt nūcij Saulis, nec ipſe Saul poſt hoc: quia hic completum eſt id, ad ꝙ prophetabant. *Et iratus iracundia Saul*, ideſt iratus fuit nimis Saul: quia iſti nuncij prophetabant, & non capiebant Dauid. Erat tamen iſta iracundia irrationabilis: quia illi inuiti prophetabant. Et dato, ꝙ conarentur non prophetare, Deus illos cogebat ad prophetandum, ſicut fuit de Balaam, qui cum ſępe conatus fuiſſet maledicere Iſraelitis, & nūquam potuiſſet, dixit ad eū Rex Moab: Decreueram q̄dem magnificè honorare te, ſed Deus priuauit te honore diſpoſito. Reſpondit Balaam: nonne nuncijs tuis, quos miſiſti ad me, dixi: ſi dederit mihi Balac plenam Domum ſuam Argenti, & Auri non potero præterire ſermonem Domini, vt vel boni q̄d, vel mali proferam ex corde meo, ſed quicquid Dominus dixerit, hoc loquar? Num. c. 24. Iraſcebatur tamen Saul: q̄a putabat iſta fieri per colluſionem. *Abijt autem ipſe etiam in Ramatha*, i. poſtq̄ nulli de Trib. nuncijs redierunt, ipſe Saul iuit illūc: & non dicitur hic abijt in Ramatha, i peruenit illūc, ſed abijt, ideſt incœpit ire: nam poſt hoc dicitur, ꝙ interrogauit in quo loco ſunt Samuel, & Dauid: & reſponſum eſt, in Naioth, in Ramatha. Et dicitur immediatè, ꝙ ipſe iuit in Naioth, in Ramatha: ergo nōdum illuc iuerat, ſed incipiebat ire. *Et venit ad ciſternā magnam, quę eſt in Soccoth*, i. apud vrbem Soccoth. Eſt Soccoth Ciuitas in terra Iſrael, de qua dicitur Iud. c. 8. ꝙ Gedeon occidit 77. viros Principes Soccoth, & contriuit eos, cum ſpinis, & tribulis. Eſt autem duplex Socchot in terra Iſrael: vna erat in ſorte Iudæ, de qua habetur Ioſue c. 15. & de illa dicitur, ſupra c. 17. ꝙ caſtra Philiſthinorum erant inter Soccoth, & Azecha: alia Socchot erat in terra duarum tribuū, & dimidiæ in ſorte Gad, vt patet Ioſue, c. 13 ſed iſta, de qua hic dicitur, videtur, ꝙ fuerit Soccoth, quę eſt in Tribu Iuda, quia cū Saul eſſet in Tribu Beniamin ad eūdum in Ramatha, quæ erat in Tribu Ephraim, non erat tranſiturus per terram Iudæ: ꝙ patet conſiderando ſitum ſortium Tribuum Iſrael, de quibus Ioſue. a. c. 13. vſque ad 20. Saul autem non introiuit nunc in vrbem Soccoth, ſed apud quandam magnā ciſternā, quę erat iuxta Socchot, quę ſiuit à quibuſdam de Dauid. *Et interrogauit, & dixit: in quo loco ſunt Samuel, & Dauid?* Ante hoc. n. ſciebat Saul, ꝙ Samuel, & Dauid eſſent in Ramatha, cùm ter miſiſſet illūc nuncios, & nunc quoq; ipſe directè illuc ibat, cùm dicatur ſupra: abijt ipſe in Ramatha, ſed interrogauit, vbi eſſent Dauid, & Samuel, q̄a putauit, ꝙ cū cognitum eſſet à Saule, eos eſſe in Ramatha, timerent, & fugerent inde: ideo quæſiuit, an ad aliquem aliū locum declinaſſent. *Dictumque eſt ei: ecce in Naioth, ſunt in Ramatha.* Non enim declinauerunt ad alium locū, ſed manſerunt ibi quouſque venit Saul. *Et abijt in Naioth, in Ramatha*, i. incepit ire de Soccoth, in Ramatha. Et non accipitur, abijt, i peruenit: quia poſt hoc dr̄, ꝙ incepit prophetare, vſq; dū veniret in Naioth.

Saul iuit in Ramatha, vt caperet Dauid, & non miſit plures nuncios: quia putauit eos facturos, ſicut alij.
Quæſtio. XXXVII.

QVAERET aliquis. Quare Saul non miſit alios nuncios, ſed ipſe iuit? Reſpondendum, ꝙ ipſe mittebat nuncios de familiaribus ſuis, qui eū nimis diligebant, & videbantur facturi quantū poſſent, ſed non fecerunt, ꝙ ipſe volebat, ideo cū non redijſſent primi, putauit illos colluſiſſe cum Dauid: & miſit ſecundos, qui cum non feciſſent, quod ipſe volebat, nec etiam tertij, putauit, ꝙ iam nulli de miniſtris ſuis ei ſeruaret veritatem, ſed omnes facerent colluſionem cum Dauid. Hoc autem opinabatur Saul: nam infra, ca. 22. hoc dixit: Omnes coniuraſtis aduerſus me, & non eſt, qui mihi renūciet: maximè, cùm & filius meus fœdus inierit cum filio Iſai: non eſt, qui vicem meam doleat ex vobis, nec eſt, qui renunciet mihi. Ita igitur opinatus eſt hic, ꝙ iſti nuncij colluſerant cum Dauid, & omnes alij, ſic facturi erant, ideo ſuperfluū erat eos mitti, ſed ipſe ꝓ ſe iuit.

Saul iuit: quia exiſtimauit nuncios ſuos non prophetare.
Quæſtio. XXXVIII.

QVAERETVR vlterius. Quare Saul ire voluit ad tenendum Dauid: nam cū miſiſſet nuncios ter, & omnes coacti fuiſſent à Deo prophetare, credere debebat, ꝙ etiam ipſe cogeretur, nec poſſet tenere Dauid, præcipuè, cū ipſe ſciret conditionem ſpiritus prophetici, ſ. ꝙ aduenit homine non perente, & etiam ſi nolit: cū iam habuiſſet ſpiritum propheticum die, qua vnctus eſt in Regem, vt patet ſupra cap. 10 Reſpondendum eſt, ꝙ Saul exiſtimauit, ꝙ iſti non verè prophetabant, ſed per colluſionem omnes faciebant, eo, ꝙ diligenter Dauid: præſertim, cum Ionathas iniuiſſet fœdus cum Dauid, & credebat, ꝙ ille inducebat omnes ſeruos ſuos, vt nemo ꝓſequereṫ Dauid, quanquam hoc iuberet Saul, ſed fingerent ſe obedire mandatis illius, quod ſatis ipſe Saul expreſſit, dicens: quod omnes coniurauerant contra eum, infra cap. 22. Voluit ergo ipſe ire, vt teneret Dauid. Hoc autem aliqualiter patere pōt: q̄a Saul iratus fuit nimis, cū oēs nuncij prophetauerūt: ſi tamen exiſtimaſſet, quòd illi verè à Deo cogebantur prophetare, non iraſcetur ſciens, quòd ipſi in hoc nihil mali merebantur, cum Deus eos cogeret. Aliter dici poteſt, quòd quanquam intelligeret, ꝙ omnes

Soccoth Ciuitas.

omnes iſti coacti fuerint prophetare, tamen volebat illūc ire, putans, ꝙ ipſe non cogeretur propheta re, & licèt ſimile eſſet de eo, & de alijs, & quilibet, q̄ rectè iudicaret, poſſet cognoſcere, ꝙ etiam Samuel cogendus eſſet prophetare: tamen iniquitas cordis ſui non ſinebat eum rectè iudicare: malicia namq; peruertit iudicium, & facit ignorare in particulari, vt patet 6. Ethi. in fine. Sic enim fuit de Balaam, cui' cum eſſet nimis peruerſa intentio ad maledicendū Hebræis, quamquam aliquando Deus repugnaſſet, illi conabatur iterum maledicere: dixerat enim ſibi Deus, ꝙ non maledíceret Iſraelitis. Num. cap. 22. & tamen ter conatus eſt maledicere: & faciebat diuerſas cęremonias ſacrificiorum, vt Deus eum permitteret maledicere Iſraeli, ſed nunquam permiſit, vt patet Num. 23. & 24. cap. Cùm ergo nimis eſſet peruerſa intentio Saulis contra Dauid, quamquam ſciret omnes alios coactos ad prophetandum; adhuc ipſe conatus eſt illūc ire.

Quare Samuel, & Dauid non receſſerunt de Ramatha, cùm ſciret Saul venturum. Quæſt. XXXIX.

QVAERET aliquis. Quare Samuel, & Dauid non declinauerunt de Vrbe Ramatha, cum toties veniſſent nūcij Saulis ad tenendum Dauid, & ſatis veriſimile erat ipſum Saulem venturum fore? Reſpondendum eſt, ꝙ non receſſerunt inde: quia nihil proficiebat receſſus: nam quocunq; iret Dauid, Saul perſecuturus erat illum. Sic enim dixit ipſe Saul, infra ca. 23. ſ. quod ſi etiam ſi in terra ſe obſtruxerit: perſcrutabor eum in cunctis milibus Iuda: & ipſe Dauid dixit Sauli: egreſſus eſt Rex Iſrael, vt quę rat publicè vnum, ſicut perſequitur Perdix in montib. infra ca. 26. Cùm ergo Dauid ſciret, ꝙ Saul perſecuturus erat cum in omni loco, non proderat fuga de vno loco ad alterū, niſi fugeret extra Terram Iſrael: hoc autem nondum deliberauerat facere Dauid quouſque ſciret completam eſſe maliciam Saulis, ideo non expediebat, quòd fugeret de Ramatha. alia cauſa, & potiſſima erat: quia videbat Dauid, ꝙ Deus faciebat miracula pro eo, cum eſſet in Ramatha, & non poterant ei nocere hoſtes. Si aūt ad aliū locum recederet, neſciebat, an Deus ibi eum ſic vellet liberare, ideo nolebat fugere, dum Deus miracula faciebat. Aliquis tamen obijciet, ꝙ Samuel, & Dauid tentabant Deum in hoc: nam, quando quis per prudentiam, vel opus humanum poteſt ſe à morte eripere, ſi nolit facere, quod poteſt, expectās diuinū miraculum, vel ſi ſe exponat alicui periculo, expectans, ꝙ Deus illum liberabit, tentat Deum, vt patet Matth. cap. 4. cùm dixit Dæmon Chriſto, ꝙ dimitteret ſe de Pinnaculo. Reſpondit Chriſtus, ꝙ non erat Deus tentandus: ſed Samuel, & Dauid poterant fugere de Ramatha, & ſaluari. Expectare ergo, ꝙ Deus faceret pro eis miracula, tentare Deū erat. Reſponderi poteſt dupliciter: vno modo, ꝙ non tentabant Deum: quia non putabant ſe poſſe alio modo euadere: ſciebat enim Dauid, ꝙ ad quēcunque locū fugeret, comprehenderet eū Saul, niſi Deus ipſum liberaret: & quia hic per miracula liberabat, cautius fuit hic manere: ſi tamen putaſſet, ꝙ ad alium locū fugiens, eſſet omnino ſecurus, fugere debuiſſet. Aliter autem reſponderi poteſt, & melius, ꝙ non debet aliquis ſe exponere periculo, vel omittere facere, ꝙ poteſt via humana, expectans, ꝙ Deus illum liberabit per miraculum: ſi tamen Deus incipiat aliquem liberare miraculosè à periculo, ipſo non ſe exponēte, non tenetur fugere illud periculū, ēt ſi poſſet via humana deuitare illud: q̄a ibi non eſt tentatio Dei, cùm iſte non ſe exponat periculo expectās, ꝙ Deus eum liberet, ſed antequam credant ſe eſſe in periculo, vel aliquid expectet Deus, incipit eum liberare: ſic fuit de Dauid: quia, quando ipſe à principio venit in Ramatha, non ſe expoſuit alicui periculo manendo ibi, quouſque iſtud cognitū eſſet à Saule: venientibus autem nuncijs Saulis, vt caperent Dauid, cępit eſſe in periculo, & tunc fugiturus erat, niſi Deus miraculum feciſſet, ſed mox, vt venerunt nūcij, Dauid nihil aduertente, nec expectante aliquod miraculū, Deus fecit prophetare nuncios: quia ergo Deus faciebat miraculum ad eripiendum eum à periculo, non tenebatur fugere de illo periculo, quandiu durabat miraculū: & ſic fecit: quia, q̄q̄ ter veniſſent nūcij Saulis, nunquam fugit Dauid, quouſque venit Saul. Credendum eſt ēt, ꝙ hoc non fecerit Dauid ſine reuelatione Dei: quia, cùm eſſet Dauid cum Samuele, credēdum eſt, ꝙ conſuluerit Samuel Dominum pro Dauid: & ille reſponderit, ꝙ maneret Dauid. *Et factus eſt etiam ſuper eum ſpiritus Domini*, ideſt venit ſuper eum ſpiritus prophetię, ſicut venerat ſuper omnes alios, quos miſerat, & ex eadem cauſa venit, ſ. vt nō poſſet tenere Dauid. *Et ambulabant egrediens*, i. ambulabat ad ingrediendum. Nondū enim ingrediebatur in Ramatha, ſed veniebat de Soccoth in Ramatha. *Et prophetabat vſque, dum veniret in Naioth*, ideſt ibat prophetando antequam accederet ad Naioth. Hoc aūt fuit ſpeciale in eo: nam alij, ſ. nuncij ſui, nunquam prophetauerunt, vſquequo venirent in Naioth, coram Samuele, Saul autem incępit prophetare anteq̄ illūc veniret. Hoc autem fuit ad confuſionem illi', & ad indicandum proteruiam ipſius, qui putabat, ꝙ ipſe non prophetaret ſicut alij, & q̄a alij coacti fuerant prophetare immediatè, vt ſteterunt coram Samuele, ipſe autem, antequam intraret in Vrbem, cępit prophetare. Quantum autem fuerit ſpatiū, ſ. an prophetauerit ex Soccoth, vſq; Ramatha, vel pauloante Vrbem cęperit prophetare, non apparet: ſatis autem eſt, ꝙ incęperit antequam veniret in Ramatha. *Et ſpoliauit ſe, etiam veſtimentis ſuis.* Hoc poteſt dupliciter intelligi vno modo, ꝙ ſpoliauit ſe, ēt veſtimentis ſuis, i. ꝙ oēs alij, qui prophetabāt, ſpoliauerunt ſe, & ēt Saul ſpoliauit ſe. Aliter poteſt intelligi, ꝙ non ſolū Saul prophetauit, ſed ēt ſpoliauit ſe veſtibus. Et hoc erat in eo, ſuper omnes alios: quia nullus de alijs ſpoliauit ſe, ſed ſolum prophetabat. Non intelligitur, ꝙ ſpoliauit ſe veſtib., quaſi nulla ci oīno veſtis manſiſſet, ſed ſolū ſpoliauit ſe veſtib. ſuperioribus, quę erant regalia inſignia, & illis ablatis, dicebaṫ eſſe nudus. Dicit autem Nicolaus, ꝙ hoc fecit Saul, vt deponeret veſtes regales, & aſſumeret veſtes ſimiles religioſis laudantibus Deū: ſic enim fecit Dauid, qui veſtitus Ephod lineo procedebat ante Arcā cantans in organis laudes diuinas, infra 2. li. c. 6. pp. ꝙ deſpexit eū Michol, dicēs: Quàm glorioſus fuit: hodie Rex Iſrael diſcooperiens ſe corā Ancillis. Et hoc: q̄a depoſuerat regalia inſignia. Hoc tamen non ſtat in ſimilitudine: quia hic præſupponiṫ, ꝙ Dauid ab intētione mutauerit veſtes ſuas, vt acciperet veſtes ſimiles veſtib. prophetarū: Saul tñ nihil horū agebat ab intentione, ſed extra mentē poſitus: quia Deus eum ad hoc cogebat. Itē non eſt ſimile, ꝙ inducit de Dauid: quia ille ex deuotione accinctus eſt Ephod: Saul aūt non erat deuotus inter ꝓphetas: quia ibat illūc nequiſſima intentione, ſ. vt teneret Dauid, & cū pro poſito nō ꝓphetādi. *Et cœcinit nudus tota die illa, & nocte.* i. Saul cātauit tota die, & nocte, & fuit nudus: in hoc enim, ꝙ dicit, cęcinit ſignificatur, quod iſta prophetia non erat de annunciatione futurorum, ſed erat de laudib. diuinis: quia annunciatio futurorū non

Saul ſpoliaſſe ſeveſtimentis ſuis, dupliciter intelligi poſſe.

Universidad de Deusto
Biblioteca

erat cantare, Saul autem cantabat. Idem intelligendum est de omnibus alijs, qui prophetabant, scilicet, q̃ prophetia sua erat canendo laudes Dei: Sic apparet 1. Paralipom. cap. 25. de Leuitis, de quib. dicitur, quòd prophetabant in Organis, & Citharis, ideſt, canebant laudes Dei in istis instrumentis. Dicitur aũt Saul nudus, non, quòd penitus nud⁹ esset: quia hanc ignominiam eius non tolerasset Samuel, & alij, qui cum eo erant, sed erat nudus; quia spoliauit se vestibus, quib. semper vtebatur, scilicet, regalib. insignijs, relictis alijs vestibus inferioribus: ille tamen vocatur nudus, qui non habet omnes vestes, quas habere solet. Sciendum, q̃ vbi litera nostra dicit hic, nudus, litera Chaldaica dicit, super cinerem, ſ. q̃ Saul prophetabat iacens super cinerem: sed melius habet litera nostra. Dicit autem Ra. Abra. Abben Ezra, qđ Saul spoliauit se, eo, q̃ nesciebat, quid agebat. Vult enim, q̃, quando spiritus irruit in prophetas, priuantur omnibus sensationibus, & nesciũt, quid agunt, ideo aliquando spoliant se, vel faciunt alia, quę non sentiunt. Inducit exemplum de Balaàm, qui cadebat in Terram, quando prophetabat, Num. cap. 24. Sed dicendum est, q̃ spiritus propheticus non cogit prophetam carere omni sensatione, nisi forte detur ei, hoc in pœnam, sicut est in arrepticijs: & hoc nunquam erit, nisi in prophetis malis. Et sic fortè erat in Balaam, qui erat nequissimus. Vel, quando prophetia est de altissimis, & fit in ecstasi: nam tunc necesse est carere omni sensatione, sicut fuit in Paulo, Actuum 9. & secunda ad Corin. c. 10. non ergo erat conditio prophetarum, vt in Terram caderent, cũ prophetarent. In Saulem autem hoc factum est, propter confusionem suam, vt, cum desineret prophetare, reperiret se nudum. In alijs autem, scilicet in nuncijs suis, non fuit hoc factum. Dicitur etiam, q̃ tota die, & nocte illa cecinit. In quo innuitur, q̃ solum durauit Saul prophetando die vno, & nocte vna. Nam post hoc non cecinit, nec fuit nudus. De omnibus autem alijs dicendum, q̃ prophetauerunt semper quousq; venit Saul, & quando ipse cessauit prophetare, omnes alij cessauerunt: iam tamen Dauid fugerat de Naioth, quando cessauerunt isti prophetare: nam intelligendum est, q̃ mox, vt Dauid vidit Saulem prophetantem, fugit putans, q̃ haberet bonum locum fugiendi, dum prophetabat Saul, & in illo die, & nocte potuisset satis fugere: postquam vero cessauit Saul prophetare, habuit intentionem iniquam, sicut à principio, & tunc, si ibi fuisset Dauid, tenuisset eum. Sed Deus non permissurus erat, q̃ cessaret Saul à prophetia, dum maneret Dauid in Naioth. De nuncijs autem Saulis, & de ipso Saule dicendum est, q̃ non semper prophetabant dũ erant in Ramatha: quia interdum dormiebant, & interdũ capiebant cibos: Deus tamen sic eorũ voluntatem mutauerat, vt non solum vellent cum illis prophetis canere Dei laudes, sed etiam penit⁹ eligebant eorum vitam quantum ad omnem cęremoniam, & si manssisset eis eadem mens semper, voluissent vitam prophetarum: illi autem prophetæ, qui erant cũ Samuele, videntes, q̃ hoc à Deo fiebat ad liberationẽ Dauid, non prohibebant illos secum stare, nec vetabant à cibis suis, & reliqua communicatione quousque desierunt prophetare; nam tunc ipsi sponte recesserunt. *Et Prophetauit cum ęteris coram Samuele*, ſ. Saul erat permutatus mente, & iam prophetare cœperat antequam venisset ad Samuelem. Cũ verò omnes alios prophetare vidit, adhæsit eis, & prophetauit cũ illis coram Samuele, qui erat Princeps inter prophetantes. Sed aliquis dicet, contra hoc esse, qđ habetur supra, cap. 15. quia ibi dicitur, q̃ postquam Samuel recessit à Saule, non vidit eum vsq; ad diem mortis suæ: & tamen hic vidit, cum prophetaret coram eo. Respondendum est, sicut habitum fuit supr. cap. 15. vbi de hoc quæstum est. *Vnde exiuit Prouerbiũ: Num & Saul inter Prophetas?* ideſt: quia nunc Saul prophetauit, stans cum prophetis vna die, & vna nocte, versum est in Prouerbium ab omnibus: Num Saul inter prophetas? hoc dicitur per modum admirationis? q. d. admirabile est, q̃ Saul sit inter prophetas, eo, quòd ipse non erat propheta, nec consueuerat vacare huic exercitio.

Prophetæ nó carent omni sensatione.

Quare nunc exiuit hoc Prouerbium; Num & Saul inter Prophetas. Quæstio. XL.

QVAERET aliquis, Quare nunc introductũ fuit Prouerbiũ de Saule inter Prophetas: quia iam iterum exierat Prouerbium, vt patet, supra ca. 10. Et quare magis de Saule exiuit istud Prouerbiũ, quàm de omnib. alijs, cũ etiam omnes alij prophetauerint, & nullus eorum ante hoc cõsueuerat prophetare? Respondendum est, ad primum, q̃ nũc exiuit Prouerbium de Saule: quia nunc prophetauit, & non competebat ei ex officio, nec ipse consueuerat vacare vitæ prophetali, & nunc vacabat, vt videbat toto corde. Nicolaus autem aliter introducit literã, ſ. q̃ Saul erat nimis indeuot⁹, & hoc cognoscebant omnes Israelitæ: nunc verò adhæserat prophetis, q̃ semper vacabant deuotioni, & diuinis laudib⁹: ideo admirabantur omnes, q̃ tam peruersus homo adhęsisset deuotioni. Vnde admirantes dicebant: Num Saul inter Prophetas? Cũ autem dicitur, quare nũc exiuerit istud prouerbium, cum prius exiuisset. Respondendum est, q̃ istud prouerbiũ exiuerat in principio Regni Saulis, ſ. antequam eligeret in Regem. Ab illo autem tempore, vsque nunc Saul nunquam prophetauerat, & transierant multi anni interme-dij, ita, vt iam nunquam videretur prophetaturus. Cũ autem nunc prophetauit, admirati sunt omnes Israelitæ, sicut à principio admirati fuerãt in prima eius Prophetia: quia ita nunc erat insipiens circa diuinas laudes, sicut à principio. Cum autem dicitur: quare prouerbium exiuit de Saule, & non de alijs, cum etiam alij prophetarẽt. Respondendum est, q̃ Israelitæ, tam de Saule, quàm de cœteris admirati sunt. De Saule tamen specialiter exiuit Prouerbiũ, quia ad eum magis attenderunt, quàm ad reliquos, cum ipse esset præcipuus: quia Rex: posset autem secundum intentionem Nicolai, aliter introduci, ſ. q̃ admiratio fuit hæc propter nimiam indeuotionem Saulis: & quia inter omnes, q̃ missi fuerant ad tenendum Dauid, nullus erat tam indeuotus, vt Saul: de ęo magis admiratio fuit, quàm de cœteris.

Dubitatio. Resp.

CAPITVLVM XX.

FVGIT autem Dauid de Naioth, quæ est in Ramatha, venienſque locutus est, coram Ionatha. Quid feci? Quæ est iniquitas mea? & quod pecca tum meum in patrem tuum? quia quærit animam meam? Qui dixit ei: Absit à te, nõ morieris.

2. q. 1. c. Ieiunia.

Dicto in superiorib. qualiter Saul persecutus fuerit Dauid, hic agitur qualiter persecutus fuerit Ionatham propter Dauid. Et diuiditur in quinque partes: quia primò ponitur ipsius Dauid petitio. Secundò ipsius Ionathæ concessio: Tertiò consecutionis executio. Quartò Saulis indignatio. Quintò Dauid, & Ionathæ lachrymabilis separatio. Secunda ibi. *Et ait Ionathas.* Tertia ibi. *Venerunt Kalendę.* Quarta ibi. *Ira tus autem Saul.* Quinta ibi. *Cumque illusisset.*

Ordinem eorum, quæ sunt in hoc ca. ad præcedentia, rectum esse. Quæstio I.

CIRCA primum de ordine huius ad præcedẽtia, quæritur, An sit continuus ordo, vel aliqua transmutatio, & an multum temp⁹ interciderit inter ea, quæ habentur supra, & hic. Vel ista fuerint facta immediatè post illa? Respondendum ad primũ, q̃ hic est rectus ordo: nam Dauid timens Saulem, fugit in Ramatha, & stetit ibi quousque vidit Saulem persequentem, & tunc recessit, & stetit cum Ionatha: & subsecutæ fuerũt aliæ pśecutiones. Sed præcedenti capit. agitur de statione Dauid in Ramatha vsquequo venerit illùc Saul. Hic autem agitur de fuga Dauid de Ramatha: ergo fuit istud post illud. Ad secundũ dicendum, q̃ istud fuit immediate post illud: quia Saul venit in Ramatha, & ibi solum stetit vna die, & vna nocte, quibus prophetauit, vt patet præcedenti cap. ſ. Cœcinit Saul nud⁹ tota die, & nocte: & dum hoc fierent, recessit Dauid de Ramatha, ne postquam Saul desineret prophetare, teneret eũ: ergo immediatè, vt Saul venit in Ramatha, factum est quod habetur hic, ſ. quòd fugerit Dauid.

Nicolai opinio circa introductionem literæ. Quæstio II.

QVAERETVR vlterius, Circa introductionem istius literę: Nicolaus enim dicit, q̃ postq̃ Saul receperat Dauid in gratiam, vt patet præceden ti cap. & hoc præcib. Ionathæ, recessit Ionathas pro aliquibus negocijs à patre suo, & sic ignorabat quomodo pater suus inuaserat postea Dauid, & quęsiuerat mortem eius, primò lanceam mittens ad ipsum. Secundò nuncios destinans ad vallandum domum eius. Tertiò eundo in Ramatha, tam per se, quàm p nuncios, ideo Dauid venit ad Ionatham denũcians eis quomodo Saul quæreret eum occidere, vt, si fortè Ionathas posset placare patrem suum, si nondum erat peruersa intentio eius totaliter: in hoc aũt non est aliquod dubium, quin Dauid venerit ad Ionatham, vt conquæreretur de Saule, & inquirens si forte haberet aliquod remedium. Sed cum dicit Nicolaus, q̃ Ionathas recesserat à patre suo, & non viderat ista, quæ facta sunt, dubium est. Videtur autem confirmari aliqualiter intentio eius: quia dicitur infra: Absit à te, non morieris: istud dixit Ionathas. Si tamen ipse fuerat præsens, quando Dauid sustinuit mala præcedentia à Saule, non dixisset hoc. Videtur ergo, q̃ ignorabat. Item: quia dicit infra: nec enim faciet pater meus quicquam, vel grande, vel parũ, nisi prius indicauerit mihi; & tamen illa, quæ facta sunt, non indicauerat: quia alioquin non fuisset Ionathas ignorans hæc: ergo Ionathas nõ erat pñs. Dicendum tamen est, q̃ licèt ista litera sit satis intricata, tamen videtur, q̃ Ionathas ista sciuerit, quæ facta sunt: & istud, q̃ dicitur hic de Dauid, q̃ conquestus est Ionathæ: non videtur intelligendum, q̃ factum sit immediatè, vt fugit de Ramatha, sed, q̃ prius stetit coram Saule, & aliquomodo fuit ei reconciliat⁹, sicut alijs vicib. fiebat. Rursus autem Dauid videns, q̃ ea moliebaẽ insidias Saul, &, q̃ iam maiorem opportunitatem haberet ad occidendum eum, quàm prius, & cautius in hoc se gereret, noluit expectare præsentiam periculi, sicut alijs vicibus expectabat, sed fugit ad Ionatham, ſ. secretè accedendo ad eum in illa vrbe, in qua erat Saul, & conquestus est, q̃ Saul quæreret animam eius; & ad sciendum hoc, factum est experimentum, quod infra habetur, ſ. q̃ lateret Dauid in agro in die Kalendarum: & per hoc Ionathas posset cognoscere intentionem patris: & secũdũ hoc ponentur duę fugæ Dauid, vna de Ramatha, quando erat ibi Saul prophetans, & alia de præsentia Saulis ad Ionatham. Si autem istud non ponatur, non poterit aliqualiter saluari litera: nam Dauid dixit ad Ionatham. Ecce Kalendæ sunt crastino, & ego ex more, sedere soleo iuxta Regem: & ibi dixit, quòd requireretur sessio sua: & tũc responderet pro eo Ionathas: si tamen ista fuga fuisset immediatè, vt Dauid fugit de Ramatha, & nondũ reconciliatus fuisset Sauli, nullo modo quæreret Saul de eo, dicens: vbi est filius Isai, & cur non venit ad mensam hodie, nec heri? Dauid tamen putauit se requirendum, & Saul requisiuit eum, cur non veniret, ergo videtur, q̃ in dieb. præcedentib. Dauid consueuisset esse coram Rege, alioquin frustra requireret eũ Saul, cum ipse illum à se fugasset, & postea redijsset. Item præcipuè patet hoc: quia Saul dixit. Cur non venit filius Isai, nec heri, nec hodie ad vescendũ? ergo solum defecerat duob. dieb. de mensa Regis, & alijs dieb. præcedentib. venerat: hoc autem modo reconciliatus est Sauli. Item patet hoc: quia Dauid dixit Ionathæ, vt dimitteret eum abscondi in agro, vsque ad diem tertium, & postea exiturus erat Ionathas de Vrbe ad indicandum ei voluntatem Saulis: ergo videtur, q̃, quando ista fiebant, Ionathas, Saul, & Dauid erant in eadem Vrbe, & non fugit Dauid ad locum, in quo erat Ionathas, ad quem miserat pater. Item patet: quia Dauid dixit Ionathę, q̃ respõderet pro eo Sauli, q̃ erant victimæ in Bethlehem: ideo recesserat illa die, & non venerat ad mensam Regis: sic enim respõdit Ionathas Sauli ex parte Dauid: rogauit me obnixè, vt iret in Bethlehem, & ait: dimitte me quoniam sacrificium solenne est in Ciuitate, & vnus de fratrib. meis accersiuit me: non tamen diceret Ionathas, q̃ Dauid dixerat: dimitte me, ideſt, da mihi licentiam eundi: nisi fuisset Dauid ante hoc cum Ionatha, & cum Saule in vrbe eadem. Si autem aliter intelligeretur secũdum Nicolaum, necesse erat, q̃ ista petitio licentiæ referretur ad tp̃s illud, in quo erat Dauid in curia Saulis, antequam Saul conatus fuisset eum lãcea percutere, & ipse fugisset in Ramatha. Sed hoc absurdum est, ideo necesse est literam sic exponi de duplici fuga Dauid, &, q̃ ista facta sunt post aliam reconciliationem Saulis, & Dauid. Cũ autem allegatur pro positione Nicolai, q̃ Ionathas erat absens, quando ista fiebant: quia dixit: absit à te, non morieris: dicendũ, q̃ intelligitur hoc de fuga secunda: nam primas inimicitias, & damna, quæ inferre conatus fuit Saul Dauid, omnes cognoscebant, & ipse Ionathas, ideo non referebat se Ionathas ad illa, sed ad ea, quæ facta sunt postea, facta reconciliatione inter Saulem, & Dauid: tunc enim cępit Saul occultè insidiari Dauid, & non reuelauit hoc Ionathæ. Dauid tamen illud sensit, Ionathas verò dixit: absit à te, non morieris: quia nesciebat, q̃ aliquid trctaretur in damnum Dauid, cum post reconciliationem nihil palàm fecisset Saul: immo si exponatur ista litera secũdum sententiam Nicolai, non erat conueniens respõsio Ionathæ: quia, cum ipse esset absens, deberet prę sumere aliquid potuisse fieri post eius recessum in damnum Dauid, ideo nõ debuisset

Universidad de Deusto
Biblioteca

debuisset respondere: absit à te, non morieris: Nunc autem confidenter hoc respondebat, quia ipse præsens fuerat, & sciebat, quæ fiebant, nihil tamen horum sensérat. Item, cum dixit Ionathas: nec enim faciet pater meus quicquam, vel grande, vel parum, nisi prius indicauerit mihi: exponi debet, vt dictum est. s. q̃ facta reconciliatione inter Saulem, & Dauid, nihil sensérat moueri Ionathas cõtra Dauid, & credidit, q̃ nihil faceret pater eius ipso nesciente. Si tamen absens esset, non bene respondisset, dicens, q̃ pater suus nihil faceret sine eo, quia, eo absente, nõ poterat consulere ipsum. *Fuit autem Dauid de Naioth, quæ erat in Ramatha.* s. cum vidit Dauid Saulem venientẽ ad capiendum ipsum, & prophetãtem cum alijs, putauit, q̃, cum desineret prophetare, teneret eum, & occideret: ideo dum ille prophetabat, fugere voluit, habuitque spatium fugiendi: quia Saul prophetauit die, & nocte, vt patet præcedenti. c. & dicitur, q̃ fugit de Naioth, quia ibi erat cum Samuele, & alijs ꝓphetis: hic autem significatur, q̃ Naioth sit locus, & sit quædam pars vrbis Ramathę, quia dicit̃. De Naioth, quæ erat in Ramatha.

Quare fugit Dauid à facie Saulis de Ramatha, & non stetit, sicut venientibus nuncijs. Quæst. III.

QVAERET aliquis. Quare fugit Dauid, veniẽte Saule, cum Deus faceret miraculum pro eo, scilicet, quia prophetabat Saul, & non poterat tenere eum, & sicut stetit, venientibus alijs nũcijs, quanquam venirent ad tenendum eum, quia omnes ꝓphetabant: ita potuisset stare, veniente Saule, quia ẽt ille prophetauit. Respondendum est, q̃ non decuit, q̃ maneret Dauid in Ramatha, præsente Saule: quia Deus non fecerat, q̃ prophetaret Saul ad hoc, q̃ maneret ibi Dauid, quia Saul non erat semper prophetaturus, sed prophetauit, vt non teneret Dauid illicò, vt accederet ad Cuneum prophetarum. Etiam, vt haberet Dauid tempus fugiendi, dum prophetabat Saul, & ob hoc Deus fecit, q̃ prophetaret vna die, & vna nocte, quia interim poterat Dauid fugere ad securum locum. Venientibus autem nuncijs Saulis, non fugit Dauid, & forte ex consilio Samuelis, vt magis confunderetur Saul, scilicet, q̃ ipse veniret, & cogeretur prophetare, sicut cęteri: nec solũ, vt alij, sed etiam plus, quia alij prophetauerunt post quam accesserunt ad Cuneum prophetarum, Saul autem prophetare incępit antequã introiret in Ramatha, prędcedenti. c. Veniente autem Saule, & confuso, credendum est, q̃ Samuel consuluerit Dominum pro Dauid, & ipse responderit, q̃ fugeret inde.

Quare, qui venerunt cum Saule, non tenuerunt Dauid. Quæstio. IIII.

QVAERETVR vlterius, quare illi, qui venie bant cum Saule, non tenuerũt Dauid, quam prophetaret Saul. Aliquis respondebit, quòd nullus veniebat cum Saule, sed ipse fugiens seruos suos, venerat solus in Ramatha. Hoc tamen non est verisimile, quia famuli regis non paterentur, q̃ solus abiret. Dicendum ergo, q̃ fortè omnes, qui veniebant, cum Saule, prophetauerunt, quia illi habebant animum tenendi Dauid, cum scirent Saulem ad hoc venire: sicut ergo De⁹ coegerat omnes prios res nũcios Saulis prophetare, ne tenerẽt Dauid, ita, & nunc cogeret prophetare eos, qui veniebant cũ Saule, quanquam litera non faciat de eis mentionem: & sic nemo posset tenere Dauid. Aliter etiam potest dici, q̃ solus Saul coactus fuit prophetare, quia

Confuta. Alia rñ.

Alia rñ.

cùm omnes, qui ei aderant, vidissent eum prophetare, cognouerunt hoc à Deo fieri: ideo nemo eorum ausus est manum mittere in Dauid, nec hoc desiderauit: timebant enim, q̃ Deus eis aliquid mali infligeret, si hoc attentarent. Sic enim, cùm iussisset Saul seruis suis, q̃ irruerent in sacerdotes Domini, nemo eorum ausus est, quia sciebant esse iniustum. inf. cap. 22. *Veniensque locutus est coram Ionatha* i. quando venit de Naioth primò venit ad Ramatham, quia diligebat eum, & volebat, q̃ ipse tractaret reconciliationem eius cùm Saule. Nicolaus autem intendit, q̃ Ionathas non erat nunc in loco, vbi erat Saul, sed in loco, ad quem miserat eum pater. Non tamen stat, quia mansérat Ionathas in loco, vbi erat curia Saulis, dũ iret Saul in Ramatha: Dauid aũt prius redijt ad vrbẽ illã, q̃ Saul, eo, q̃ Saul ꝓphetauit vna die, & vna nocte: Dauid aũt fugit mox, vt vidit Saulẽ, vt supra dictũ est. *Quid feci?* s. propter, quòd merear mortem? quasi dicat, nihil: & tamen pater tuus quærit animã meam. Hic subintelligendum est id, quod supra dicebatur. s. q̃ Dauid steterit cùm Ionatha, & deinde reuerso Saule de Ramatha, reconciliauit ei Ionathas Dauid, quod Saul tunc leuiter acceptauit, eo, q̃ videbat, q̃ Deus adiuuerat Dauid cogendo prophetare ipsum, & omnes nuncios suos. Sed post hoc redijt Saul ad priorem rancorem, & conabatur occulte occidere Dauid, de quo nihil nouerat Ionathas, & tunc Dauid fugiens ad Ionatham, conquestus fuit ei, dicens ista, quæ habentur hic. Cum aũt fugit de Naioth ad Ionatham, licèt aliquid conquestus fuerit, non tamen fuit conquestio, quæ habetur hic, vt supra, probatum est. *Aut quę est iniquitas mea, & quod peccatum meum in patrem tuum?* Ista omnia ad idem pertinent: & est exaggeratio sermonis ad aggrauandum factum, quæ propriè pertinet ad illos, qui conqueruntur, & quia per pluralitatem verborum abundãtius significant, quod intendunt; iniquitas autem, & peccatum pro eodem accipiuntur hic, quanquam possent aliqualiter distingui: nã iniquitas est propriè malicia cordis, & pertinet ad illos, qui malũ ex intẽtione agũt: peccatũ aũt significat quẽcũq; errorem, vel defectũ, siue ex malicia fiat, siue alias. *Quia quærit animã meã.* i. quęrit me occidere. Anima. n. accipit hic vita, sicut accipit Io. 12. & Mat. 16. c. f. Qui vult animã suam saluam facere, perdet eam: quod nõ potest accipi de anima, sed de vita. Et dicitur, q̃ quærit, i. inquirit ad perdẽdum eam: hoc intelligebat Dauid de occulta machinatione Saulis contra eum, quia moliebatur eum nunc fraudulenter occidere. *Qui dixit ei.* s. Ionathas ad Dauid. *Absit à te, nõ morieris* i. nõ erit hoc, quod dicis, quia non occidet te pater meus. Nicolaus intelligit, q̃ Ionathas erat in loco semoto ab vrbe patris sui, & ignorabat quid fecisset pater suus post recessum suum ab eo: ideo dixit hoc. Sed hoc præsuppositum Nicolai iam ablatum est, ideo dicebat hoc Ionathas, quia post reconciliationem Dauid, & Saulis, nihil tractari viderat contra eum, & putabat, q̃ nihil fieret, sed Dauid ex priori timore etiam nunc timeret. *Nec enim faciet pater meus quicquã grande, vel paruum, nisi prius indicauerit mihi.* i. 'non timeas, q̃ aliquid moliatur contra te pater meus, quia nihil vnquam pater meus agit sine consilio meo. Si ergo aliquid contra te agere conaretur; dixisset mihi: sed nõ dixit: ergo nihil conatur. In hoc verum dicebat Ionathas: quia ipse erat vir prudens, animosus, & industrius: &, præter hæc, Saul magis cõfidebat ei, quã cęteris, quia erat filius eius: ideo quęcunque ageret, illius consilio agebat: quod patet, quia etiam quando voluit supra occidere Dauid, Ionathæ, & ministris suis hoc iussit præcedenti. ca. ita ergo nunc credebat

debat Ionathas, q̃ quicquid deliberaret contra Dauid indicaret ei. *Hunc ergo celauit à me pater meus sermonem tuum?* Debet legi interrogatiue. q. d. cum pater meus omnia, quæ acturus, est mihi reuelet: nunquid hunc solum sermonem à me celaret? q. d. non est verisimile, quod concluditur immediatè. s. *Nequaquam enim erit istud.* i. ideo nullo modo est secundum, q̃ suspicaris, scilicet, q̃ pater meus quæreret te occidere, quia iam mihi indicasset.

Quomodo Ionathas ausus est dicere, quòd pater suus nihil ageret, eo in consulto, contra Dauid, cum multa alia egerit. Quæst. V.

QVAERET aliquis. Quomodo Ionathas dicebat, q̃ pater suus nihil ageret, eo inconsulto, cum prius lanceam misisset in Dauid, & postea misisset seruos suos ad domum illius, vt raperent eum, & postea persecutus est eum in Ramatha: hæc tamen non reuelauit Ionathæ, quia alioquin Ionathas impediuisset hoc fieri, sicut cum Saul Ionathæ iussit, q̃ occideret Dauid: ipse autem conuertit Saulem ad contrarium. s. vt diligeret Dauid, vt patet præcedenti. c.? Respondendũ est, q̃ secũdum præsuppositum Nicolai, dici posset, q̃ Ionathas erat consiliarius patris sui, & omnia ei reuelabat, quæ acturus erat: nũc tamen recesserat Ionathas à Saule, & non fuit ibi, qñ conatus est eum lancea percutere, nec quando misit seruos, vt caperent eum in domo, nec quando persecutus fuit eum in Ramatha: ideo non potuit ei pater ista indicare. Quia tamen istud præsuppositum Nicolai supra improbatum est, dicendum erit, q̃ Ionatas erat præsens, quando ista fiebant, tamen non potuit ea impedire. De missione lanceæ dicendum, q̃ istud non præcognouerat Ionathas, quia Saul indicabat Ionathæ ea, quæ facturus erat, quando præcedente consilio aliquid faciebat: missio autem lanceæ non fuit sic, quia illa missa est, cùm arreptus fuisset Saul à Dęmone: ipse tamen nesciebat, quando arripiendus erat, ideo nihil de hoc præconsiliatus fuerat, sed cùm arreptus fuit, videns opportunitatẽ occidendi Dauid, dissimulatè misit lanceam. De nũcijs autem missis ad vallandum domum Dauid, dicendum est, q̃ Ionathas cognouerit, nequiuit tamẽ placare patrem, quia incanduerat furor eius nimis. De nuncijs etiam missis in Ramatha ad tenendum Dauid, dicẽdum est, q̃ Ionathas cognouerit, sed nec istud prohibere potuit: satis tamen agebat, vt non comprehenderetur Dauid. Simile enim fuit postea in alijs persecutionibus, quas fecit Saul contra Dauid: nam Ionathas non poterat prohibere patrẽ ab iniquitate: iam enim nolebat eum exaudire: sed ibat Ionathas cum Saule, quando ibat ad persequẽdum Dauid, & quantum poterat agebat, ne caperetur: sic patet, inf. ca. 23. cum Saul voluit ire in Ceilam ad tenendum Dauid, & Ionathas occultè abijt ad confortandum Dauid contra patrem: cùm dicitur: Et surrexit Ionathas, & abijt ad Dauid in syluam, & confortauit manus eius in Deo, dixitque illi, ne timeas, nec enim inueniet te manus Saulis patris mei: nõ tamen poterat ei quicquã aliud agere: ita ergo in prętcritis malis, quanquã sciret Ionathas, quę fiebant, tamen non poterat prouidere in illis.

Noluit Saul Ionathæ reuelare, quòd vellet occidere Dauid, quia sciebat, quòd fuisset conatus impedire eum. Quæstio. VI.

QVAERET aliquis, cum Saul rursus conarẽ occidere Dauid, cur non dixit Ionathæ? nam solitus erat dicere omnia: etiam præcedenti. c. dixit ei, q̃ vellet occidere Dauid, & commendauit ei hoc negocium. Respondendum est, q̃ Saul desiderabat nimis occidere Dauid, & abstinebat se ab omnibus, quæ possent eum in hoc impedire: libenter autem filio indicasset istud, sed sciebat, q̃ diligeret Dauid, & magis impediret, quàm adiuuaret, ideo subticuit. Quòd autem cognosceret dilectionem Ionathæ ad Dauid, patet infr. nam dixit Saul ad eum: Fili mulieris virum vltro rapientis: nunquid ignoro, quia diligis filium Isai in confusionem tuam, & ignominiosæ matris tuæ? vt patet, infra, in litera. Nam postea consecutus est Saul de Ionatha, q̃ propter istam dilectionem Dauid haberet locum insidiandi ei, vt patet, inf. c. 22. s. Non est, qui mihi renunciet, maximè cum filius meus fędus inierit cùm filio Isai, non est, qui vicem meã doleat, eo, q̃ susciterit filius meus seruum meũ aduersum me insidiantem mihi vsq; hodie: nimis ergo de cętero cauebat se Saul à Ionatha, cùm ageretur de Dauid: & ob hoc non solũ nõ reuelabantur ea, quæ pater agere vellet contra Dauid, sed etiam si aliquid videret fieri contra Dauid, non audebat orare patrem, vt desisteret, cũ iam conatus fuisset semel Saul percutere Ionatham lãcea: quia defendebat causam Dauid, vt patet, inf. in litera. Sed hoc solùm faciebat Ionathas, pro Dauid de cętero. s. q̃ si aliquid sciret contra eum tractari, mittebat illud nunciari Dauid, vel ipse ibat ad illum, vt patet inf. ca. 23. hoc autem obiecit Dauid contra Ionatham, cùm dixit Ionathas: hunc ergo sermonem celauit pater meus tantum à me, nequaquam erit istud. Dixit Dauid: scit profectò pater tuus, quia inueni gratiam in oculis tuis: & dicet, nesciat hoc Ionathas, ne fortè tristetur. Sed tũc obijcietur, quomodo ergo commisit Saul Ionathæ, q̃ occideret Dauid, vt patet præcedenti. ca.? Respondendum est, q̃ tunc Saul nesciebat, an Ionathas diligeret Dauid, iõ putauit, q̃ ageret, quod pater iubebat. Postea autem cognouit, vt patet, infra. in litera, & infra. cap. 22. ideo postea nunquam reuelauit ei, quanquã à principio reuelasset. *Et iurauit rursum Dauid.* Intelligẽdum est, q̃ à principio iurauit Dauid Ionathæ, q̃ ista vera erant, quæ proponebat: Ionathas aũt non credebat, quia pater nõ reuelauerat ei, ideo iurauit rursus Dauid, vt crederet Ionathas, & tunc credidit. *Et ille ait.* scilicet, Dauid, cuius est totus iste sermo continuat⁹. *Scit profectò pater tuus, quia inueni gratiã in oculis tuis.* Istud posuit Dauid ad reddendum dictum suum verisimile, & infirmandum sententiam Ionathæ, qui dixerat, q̃ nihil pater eius agebat sine consilio ipsius: hoc autem nequaquam indicauerat ei: ergo nihil erat. Respondet Dauid, q̃ Saul sciebat, q̃ Ionathas diligebat Dauid: ideo non reuelauit ei hoc, ne tristaretur. Dixit autem Dauid, q̃ sciebat hoc Saul, quia aliqua prędcesserant, per q̃ cognosci poterat nimius amor Ionathæ ad Dauid: vnde non solùm hoc cognoscebat Saul, sed etiam, q̃ Ionathas inierat fędus cũ Dauid, vt patet. infr. in litera, & inf. c. 22. dixit etiam: ga inueni gratiã in oculis tuis, & dixit: quia diligis me. Quanquam ista duo idem sint, quia diligere, & diligi æqualitatem importat: inuenire autem gratiam in oculis alicuius dicit habitudinem subiecti ad Dominum, vel cuiuscumque minoris ad maiorem. Dauid autem humiliaret se, quanquam sciret se diligi à Ionatha, non dixit, q̃ diligebatur, sed q̃ inuenerat gratiam in oculis Ionathæ. Inuenit autem seruus gratiam in oculis Domini quandocunque omnia, quæ facit seruus, Domino recta videntur, & ex hoc eum diligit: sic enim nos dicimur habere gratiã Dei gratificantem, quando nobis existentibus in charitate,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tate, omnia opera nostra Deo recta videtur, & acceptat ea. *Et dicet: nescíat hoc Ionathas, ne fortè tristetur.* i. pater tuus dicet apud se, ꝙ non vult te scire intentionem eius contra me, ne tristeris de malo, quod mihi cogitat. Non propriè dicitur hic, ne tristetur: sed magis debet dici ne impediat, quia si Saul intenderet, ne contristaret Ionatham, non procuraret occidere Dauid, cum ex hoc cognosceret Ionathã maximè contristandum, sed solùm aduertebat Saul, ne impediretur in proposito suo, & quia Ionathas posset impedire, si sciret, deliberauerat Saul nõ dicere hoc Ionathæ. Ex hac litera maximè probatur, quod supra dicebatur de duplici fuga Dauid, & ꝙ istud, qđ hic dicitur, non fuerit immediate postquam rediit Dauid de Ramatha, sed post reconciliationem eius cum Saule, alioquin referretur hoc ad præterita mala, quæ fecisset Saul Dauid, sicut exponit Nicolaus, scilicet, de missione lanceæ, & persecutione in Ramatha, & non de aliqua persecutione præsenti. Sed hoc falsum est: quia id, de quo loquitur hic Dauid, aliquid præsens erat, & in fieri: quod adhuc restabat implendum: cùm dicat: dicet pater tuus: nescíat hoc Ionathas, ne fortè tristetur, ergo necesse est, ꝙ ponatur aliqua noua machinatio Saulis ꝓtra Dauid post reditum de Ramatha, quæ nondum completa erat quando dicebat Dauid ignorare Ionathã, & de qua conquerebatur: quia poterat sibi inferre malum: de præteritis autem nihil curabat, quia illa abierant.

Quinimo. Aduerbium iurandi est, & significat Dauid, ꝙ quanquam Ionathas non crederet ei: tamen secundũ veritatem, sic erat: & hoc affirmat, quinimo, *Viuit Dominus, & viuit anima tua.* Modus iurandi est i. iuro per vitam Dei, & per vitam tuam, ꝙ pater tuus vult me occidere: Iurauit autem hic Dauid per vitã Dei, & per vitam Ionathæ; quia ista duo erant, quibus propositis, maximè Dauid obseruaturus erat veritatem Iuramentum nanque in confirmationem eorum, quæ dicuntur, inducitur, & ob hoc in iuramento nominantur talia, propter, quæ homo maximè debeat veritatem seruare: Huiusmodi sunt duo, scilicet, id, cui aliquis maximè reueretur, & id, quod maximè diligit: propter primum homines iurant ꝓ Deum, quia nihil excellentius eo est, nec cui magis reuereri debeamus. Sic etiam iuramus per vitam regum, quia inter omnes homines excellentissimi sunt: sic iurauit Ioseph contra fratres suos: Gen. 42. scilicet, alioquin per salutem Pharaonis exploratores estis Sic etiam dixit Apostolus ad Hebræ. ca. 7. & habet extra de iureiuran. ca. & si Christus. s. homines per maiorem suum iurant: & omnis controuersiæ illorum finis est iuramentum Quantum ad hoc iurauit Dauid per Deum, dicens: viuit Dominus Secũdum est id, quod homines maximè diligunt, & illo nominato, veritatem seruãt, &, quia homines nihil magis diligunt, quàm seipsos, consueuerunt multi homines iurare per vitam suam. Sic etiam multi iurant per vitã filiorũ suorũ, quia eos nimis diligũt, &, quia Dauid significabat se diligere Ionatham super omnia, iurauit per vitam illius.

An peccauerit Dauid iurando per vitam Ionathę.
Quæstio. VII.

QVAERET aliquis. An peccauerit Dauid iurando per vitam Ionathæ: & videtur, ꝙ sic, qa Christus interdixit talia iuramenta. Nam Matt. c. . dicitur, ꝙ non est iurandum per cælum, nec per terram, nec ꝓ Ierosolymã, nec per caput, nec per capillos, nec aliquid alterum: & generaliter per omnem creaturam: Dauid autem iurauit hic per vitam Ionathæ: & illa erat creatura, ergo peccauit? Respondendum est, ꝙ Dauid non peccauit hic, nec obstat, quod habetur Matt. ca. 5. Nam illud introductũ fuit ad tollendum iuramenta superflua Hebræorum: putabant enim quidam Hebræi, ꝙ iurare per Deũ, erat secundum se aliquid bonum: dumtamen obseruaretur iuramentum, ideo frequentabant iuramẽtum, putantes se aliquid mereri iurando per Deum, dum tamen obseruarent: hoc autem putabat, quia dicitur Deut. c. 6. Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies, ac per nomen illius iurabis. Putabant ergo, ꝙ sicut timere Deum, & seruire ei, erat per se aliquod bonum: & erat actus frequentabilis: ita iurare per nomen Domini erat aliquid meritorium, dumtamen obseruaretur, ideo Christus abstulit istã frequentationem iuramenti, non solùm dicens illicitum esse periurium, sed etiam illicitũ esse frequenter iurare. Quòd autem dictum est, ꝙ iuraretur in nomine Domini, non fuit dictum, quasi inducendo homines ad iurandum, sed prohibendo, ne iurarẽt per nomina idolorum. s. ꝙ si aliquando iurauturi essent, non iurarent per nomen idoli, sed per nomen Dei, quia Deus valde abominabatur, ꝙ iurarent per nomina idolorum, vt patet Exo. c. 23. s. omnia, quæ dixi vobis custodite, & per nomen externorũ Deorum non iurabitis, nec audietur ex ore vestro: non tamen prohibuit Christus omne iuramentum in verbis suis, quia tunc non solùm iuramentum per creaturam, sed etiam iuramentum per Deum vetuisset. Quod patet Mat. ca. 5. s. Dictum est antiquis: non periurabis: reddes autem Domino iuramenta tua, ego autem dico vobis, non iurare omnino. Ergo etiam per Deum iuraturi non erant, cum iste sit aliquis modus iurandi: solùm ergo vetitum est ibi iuramentum non necessarium. Quando autem necesse fuerit iurare. s. quia aliter nobis non creditur, licitum est iurare: immò si aliquis recusauerit, tãq illi citum, censetur hæreticus. Est tamen obseruãdum, ꝙ quãdo expedierit iurare, melius est iurare per nomen Domini, quàm per nomen creaturarum: nam cum in iuramẽto exhibeatur quidam honor ei, per quem iuratur. s. quia promissa obseruantur propter illum, melius est hunc honorem Deo exhiberi, quã alicui creaturę, quia iuramentum semper fit, per id, quod excellentius est, vt patet ad Hebræ. ca. 6. Dauid autem iurauit hic per creaturam. s. per vitam Ionathæ, quæ erat creatura, ideo videbatur iuramẽtum illicitum, sed non fuit. Primo, quia in statu veteris testamẽti erat frequentatum istud iuramentum, & nondum fuerat prohibitum, ideo licitè fiebat: quod patet ex verbis Christi Mat. cap. 5. scilicet. Antiquis dictum est, non periurabis, reddes autem Domino iuramenta tua: ego autem dico vobis, nõ iurare omnino. q. d. antiqui solùm habuerunt in præcepto, ꝙ non periurarent. & ꝙ complerent id, quod iurarant: ego autem dico non iurare omnino. i. ꝙ non frequentetur iuramentum. Sed ad doctrinam nouam, quam dedit Christus in nouo testamento, non tenebantur Hebræi in veteri testamento: ergo non peccabant, quanquam iurarent per creaturam: dico tamen non periurarent. Aliter potest responderi, ꝙ dato, ꝙ illud præceptum fuisset positum in veteri testamento, tamen non peccaret Dauid in hoc iuramento, quia non iurauit principaliter per creaturam, sed per Deum iurauit: Deinde per creaturam, cùm dixit: Viuit Dominus, & viuit anima tua. Alter potest dici, ꝙ cùm iuramentũ introducatur ad hoc, ꝙ credatur alicui, cui alias non crederetur, debet fieri iuramentum per illud, per quod magis creditur: dumtamen non sit aliquid prohibitum, sicut iurare per nomina idolorum: &, quia fortè Dauid sciebat, ꝙ Ionathas crederet ei magis iurando per vitam ipsius, quàm si solùm iuraret per vitã Dei, ideo iurauit per vitam Ionathæ, iurando semper principaliter per vitam Dei. *Quia vno tantum, vt ita dicam, gradu ego, morsque diuidimur.* i. nõ est inter me, & mortem, nisi vnus gradus, vel vnus punctus. q. d. ego iuro tibi, ꝙ Saul ita me persequitur, ꝙ inter me, & mortem parum distat. Dixit autem, vt ita dicam, quia ista est correctio. s. quando aliquis loquitur id, quod nõ est verum, vel saltem non est proprium, vt referat se ad modum loquendi aliorum, dicit, vt ita dicam. s. nõ erat verum, ꝙ Dauid, & mors distinguerentur vno gradu: quia gradus, vel punctus significat quandam interpositionem secundum locum, mors autem nõ potest ab aliquo distare loco, quoniam mors nunq̃ est, quando homo est. Distantia autem semper præsupponit existentiam distantium: ideo retulit se ad modum loquendi, quo id, quod parum distat, dicit distare vno gradu: mors autem parum videbat distare à Dauid secũdum existimationem suam, ideo dicebat, ꝙ vno gradu tantum ipse, & mors distinguebantur: & hoc erat propter fraudulentiam Saulis, qui abscondit è tunc moliebat occidere Dauid, & breuiter occidisset, nisi ipse nunc sibi cauisset. *Et ait Ionathas ad Dauid.* Cum toties Dauid iurasset Ionathæ sibi adesse periculum, & adduxisset ad hoc rationes persuasorias: credidit Ionathas Dauid, & permisit ei facere quicquid vellet. *Quæcunque dixerit anima tua mihi, faciam tibi.* i. quia sic est, ꝙ pater meꝰ persequitur te, dicas quid vis: & quodcunque dixeris ad salutem tuam, ego libenter faciam. Hic autem accipitur anima non pro vita, nec pro homine, sed pro anima, vel volũtate. s. quicquid desiderat cor tuum dicas, & ego faciam, hoc autem dicebat Ionathas, quia diligebat nimis Dauid, & paratus erat pro eo facere quicquid vellet, & istud est secundum, in quo ponitur petitionis concessio. *Dixit autem Dauid, ad Ionatham.* Hic ponitur modus, per quem Dauid voluit cognoscere, an Saul totaliter diffiniuisset eum occidere, & Ionathas inquisiturus erat per istum modũ veritatem. *Ecce Kalendæ sunt craſtino.* i. dies sequens est dies Kalendarum. s. initium Mensis, & mane poterit inuestigari snĩa Saulis magis, q̃ alijs diebus. Pro quo considerandũ, ꝙ apud Hebræos mensescõputantur lunationes. s. ab ortu lunę in alterũ ortũ, sicut cõputant Arabes, vt dicit Alfraganus 1. c. libri sui. Et, quia tunc, quando incipit lunatio, est luna sub radijs solis occultata, & non videtur: vocatur defectio lunæ, vel neomenia, quod idem est: quia dicitur neomenia à neos, quod est nouum, & mene, quod est defectus, quasi nouus defectus. s. quia tunc luna nouiter deficit à lumine. In isto autem die neomeniarũ faciunt Hebræi festiuitatem: & vocatur festum neomeniarum, vel Kalendarũ. De neomenia patet Psa. 80. s. Buccinate in neomenia tuba insigni die solẽnitatis vestrę. Aliquando vocantur Kalẽdæ, vt patet Num. ca. 10. & 29. aliquando autem vocantur simul Kalendæ, & neomeniæ, vt patet Isaiæ c. 1. s. Neomeniam, & Sabbatum, & festiuitates alias non feram: antiqui sunt cętus vestri: Kalendas vestras, & solennitates vestras odiuit anima mea. Nomen tamen Kalendarum non est proprium, sed translatum à mensibus solaribus Latinorum: nam cum Hebræi inciperent menses per defectum lunæ, & neomenia signi ficet hoc, debent vocari festa ista Neomeniæ. Kalendæ autẽ nullo modo conueniunt istis festiuitatibus, dę autẽ quia in mensibus Latinorum habentur Kalendæ absolutè: in alijs autem diebus. Secundò Kalendas. Tertiò Kalendas, &c. vocauit Hieronymus initia mensium Hebræorum Kalendas. Sciendum aũt, ꝙ dies Kalendarum erat valde solennis apud Hebræos, & iocundabantur die illo in cibis, & potibus, & quacumque lætitia: ideo Dauid venturus erat ad mensam Regis ea die, & per hoc poterat cognosci sententia Regis: vnde ipse elegit hunc diem.

Festum neomeniæ, quam solennitatem contineat.
Quæstio. VIII.

QVAERET aliquis. Quæ solennitas erat neomenia apud Hebræos? Respondendum est, ꝙ Deus istituerat Israelitis aliqua festa, in quibus eum colerent specialiter: & sunt ista. s. Sabbatum, neomeniæ, festum Azymorum, Pentecostes, festum Tabernaculorum, festum clãgoris, festum expiationis. Sabbatum autem, & neomenię erant festa, quæ sæpe fiebãt in anno. s. qualibet Hebdomada, & in principio cuiuslibet mensis. Alia autem festa accidebãt solùm semel in anno. s. festum Azymorum, & Phase die. 14 mensis primi: festum Pentecostes quinquaginta diebus, post festum Azymorum. s. mense tertio, vt patet Leui. ca. 23. & Nume. 28. festum clangoris erat die primo mensis septimi. Festum expiationis erat die 10. mensis eiusdem: festum Tabernaculorum erat die 15. eiusdem mensis, vt patet Nume. ca. 29. In istis diebus fiebant sacrificia, de quib. patet Leuit. c. 23. & Num. 28. & 29. In festo autem Kalendarum erant sacrificia specialia. s. debebant offerri duo vituli, & vnus aries, & septem agni anniculi cum libamentis suis. Num. cap. 28. Hoc autem erat si in die Kalendarum non accideret alia festiuitas: si tamen esset sabbatũ in Kalẽdis iungebantur sacrificia Sabbati cũ sacrificijs Kalendarũ. Erãt aũt sacrificia Sabbati, vt offerrentur duo agni anniculi in mane, & duo in vespere, ea. c. Etiam si accidisset aliud festum iungebantur sacrificia illius festi, sicut dies clangoris erat semper in Kalendis septimi mensis: & dupli cabantur ibi sacrificia neomeniæ, & Kalendarum. Equalia autem vtraque erant, vt patet Num. ca. 29. sic autem erat quantum ad omnia alia festa, si aliqđ accideret in Kalendis. Sciendum, ꝙ in Kalendis fiebant gaudia, & pulsabatur in tubis argenteis ad solennitatem festi, vt patet Num. c. 10. s. Si quando habebitis epulum, & dies festos, & Kalendas: canetis tubis super Holocaustis, & pacificis victimis. Sic etiam patet Psal. 80. s. Buccinate in neomenia tuba.

Diuersa festa Israelitarum.

Kalendę an essent dies vacatiua. *Quæst. IX.*

QVAERETVR vlterius, An Hebræi vacarẽt ab operibus in die Kalendarum? Videtur, ꝙ nõ quia inter omnia festa à Deo posita nihil fuit ductũ de vacatione Kalendarum, in alijs. n. dicebatur qũd vacandum erat ab operibus, in quibusdam plus, & in quibusdam minus, vt patet Leui. 23. & Num. 28. & 29. c. De Kalendis autem nihil est dictum, nisi, ꝙ fierent sacrificia in eis. Item patet, quia distinguuntur Kalendæ contra alios dies festos, qui erant vacatiui: si tamen calendæ essent vacatiuæ, non distinguerentur. De hoc patet Num. cap. 10. s. Si quando habebitis epulum, & dies festos, & Kalendas: vbi scriptura voluit calendas esse diem festum. Est tamen manifestum quantum ad sacrificia, ergo non est festum tanquam ad vacationem. In contrarium videtur, ꝙ esset dies vacatiua: quia vocatur dies excellentis festiuitatis, vt patet Psal. 80. s. buccinate in Neomenia tuba insigni die solennitatis vestræ. i. in ista die est solennitas vestra insignis. i. excellens: si tamẽ non esset vacatiua, non esset insignis: quia quælibet

alia

alia festiuitas esset insignior. Item patet hoc de illa F muliere, quę iuit ad Eliseum ꝓ filio mortuo, à qua quæsiuit vir suus: quam ob causam vadis ad eū? hodie non sunt Kalendæ, nec Sabbatum, vt patet infr. 4. lib. ca. 4. in quo innuitur, ꝙ Kalendæ erant vacatiuæ. s. quia mulier illa ire debebat ad prophetam die, qua vacare posset apud eum: ideo dixit vir suus: nō est Sabbatum. s. in quo vacari debeat. Posuit etiā Kalendas cum Sabbato: ergo voluit esse similes illas in vacatione? Respondendum est, ꝙ Deus instituit Kalendas apud Hebræos solùm ad sacrificia, ideo non iussit in eis vacari ab opere, sicut ab alijs festis. Hebræi tamen ex deuotione, & ad augmentandū cultum diuinum constituerunt inter se Calendas esse vacatiuas ab opere: nam, quanquam non licebat He G bræis diminuere festiuitates, quas Deus posuerat, licebat tamen eis augmentare: sic enim patet de festiuitate enceniorum, quę seruabatur inter Iudęos, vt patet Io. ca. 10. s. Facta sunt autem Encenia in Ierosolymis, & Hyems erat. Etiam seruabatur apud Hebræos festum purificationis. s. quando gentiles Tęplum Domini polluerūt, & Iudas Machabæus illud purificauit, & fecit obseruari per singulos annos magnam festiuitatem purificationis, vt patet. 2. Mach. c. 1. s. Facturi igitur quinta, & 20. dies mensis Casleù purificationem templi necessarium duximus significare vobis, vt vos quoque agatis. Sic facta est etiam postea festiuitas diei Mardochei. s. quando Hebræi occiderunt hostes suos: & iussum est, ꝙ esset iste dies H epularum partes, & pauperibus munuscula largiren tur. Susceperunt autem hunc diem Iudæi in solenne ritū die. 15. mensis Adar, qui est. 12. de hoc Esther. c. 9. licebat ergo Iudæis augmētare cultum Neomeniæ faciendo illam diem vacatiuam, quanquā Deus non iussisset. Et sic erat tempore Saulis: quod apparet infr. in litera, cum dixit Ionathas ad Dauid: cras Calendæ sunt, & requiretur sessio tua vsque perendie: descendas ergo festinus, & venies in locum, vbi celādus sis in die, quo operari licet. Ex quo apparet, ꝙ in die Calendarum non licebat operari: quia Ionathas dicebat, ꝙ staret Dauid absconditus die Calendarum vsque perendie. i. vsque ad sequētem diē, in quo operari licebat: ergo videtur, ꝙ præcedenti I die, s. Calendarum non licebat operari, alioquin frustra illud poneretur, si vterque esset dies non vacatiuus: & quia Hebræi hoc inter se instituerant, obligabantur iam ad vacandum in die Calendarum. Sic enim Dauid in Psal. vocauit Neomeniam diem solennitatis insignis. i. excellentis: quia non solū erant sacrificia, sed etiam vacatio à laboribus. Hoc etiam modo dictum est, infr. 4. lib. cap 4 non sunt Calēdę, nec Sabbatum, exponendo vtrumque quantum ad vacationem. Sic autem postea obseruatum est. Nūc quoque plurimi Hebręorum Neomenias obseruāt, & faciunt festiuitatem magnam. Vnde Augustinus increpat fœminas Hebręorum, dicens, ꝙ fœminæ Hebræorum melius nerent, vel aliquid operis face- K rent, quàm in Neomenijs suis impudicè saltarent. Patet ergo Neomeniam fuisse diem vacatiuum. *Et ego ex more sedere soleo iuxta regem ad vescendum.* Quia Dauid erat gener regis, veniebat ad mensam illius. Dixit autem, ꝙ ex more sedere solebat coram rege, ꝙ intelligitur dupliciter. vno modo, ꝙ solebat sedere ex more. i. ꝙ quotidie consuetus erat sedere ad mensam regis. Aliter, ꝙ erat assuetus sedere ad mensam in magnis festiuitatibus: & quia sic erat Neomenia, rex inquireret de eo cur non veniret illa die ad mensam. Quocumque ergo modo intelligatur, stat intētio Dauid. Nam si quotidie solitus esset ad mensam regis sedere, requireret eum illa die: præsertim, quia

Kalendarum dies erat vacatiua non ex præcepto Dei, sed Hebręorum deuotione.

erat dies solennis. Si intelligatur secundo modo, ētstat intētum Dauid. s. ꝙ rex inquireret eum illa die, quia consuetus erat omnibus festiuitatibus venire ad mensam regis. Quid autem verius sit horum, nō apparet, videtur tamen magis dicendū, ꝙ quotidie, vel quasi quotidie veniret ad mensam regis: quia infra, in litera dixit Saul ad Ionatham: cur non venit filius Isai nec heri, nec hodie ad vescendum? non tamen erant illi duo dies festiui, sed vnus tantum, scilicet, dies Calendarum, & in alio operari licebat: ergo non solum in festis: sed etiam in profestis diebus solitus erat Dauid sedere ad mensam regis. Dixit ēt ꝙ solebat sedere iuxta regem. Non est autem intelligendum, ꝙ sederet coniunctus illi, quia Abner sedebat iuxta regem, vt patet, infra, in litera, & Ionathas ex alia parte, Dauid autem post Ionatham. Et sic, quia erat vnic⁹ intermedius, dicebāt sedere Dauid iuxta regem: dixit autem hoc ad significandum, ꝙ rex cognosceret eum nō veniſſe ad mensam. Si enim Dauid consuetus esset sedere distans à rege, vt circa finem mensæ: quanquam non veniſſet ad mensam, rex non cognouisset hoc, quia tamen sedebat iuxta eum, non poterat ignorare quando non veniret. *Dimitte ergo me, vt abscondar in agro.* i. da mihi licentiam, ꝙ abscondar in agro vsque ad duos, vel tres dies, in quibus inquiras sententiam patris. *Vsque ad vesperam diei tertij.* i. & manebo abscōditus vsque ad tres dies. s. in die Calendarum, & in duobus sequentibus.

Dauid voluit latere in agro, non in vrbe, ne Saul sibi poneret insidias. Quæst. X.

QVAERET aliquis. Quare Dauid voluit abscondi in agro, & quare vsque ad tres dies: videtur enim, ꝙ potuisset in vrbe latere, & sufficisset sibi vnus dies ad latendum, quia tūc cognosceretur sententia Saulis? Respondendum est ad primum, ꝙ Dauid noluit latere in vrbe, quia timebat sibi ab insidijs Saulis. Iterum enim cum fugit Dauid à Saule, descendit in domum suam, & illicò Saul misit seruos suos, vt vallarent domum, & tenerent Dauid: ipse autem cum periculo euasit, vt prædictū est. Etiam cum esset in Ramatha Saul misit nuncios, vt tenerent Dauid: & ad vltimum ipse iuit, quia ibi erat locus vallatus muris, in quo eū tenere posset: in agro autem non poterat sic tenere: vnde postquam cępit Saul persequi Dauid, considerabat quando esset in loco munito, & tunc gaudebat quasi ibi eum facilter capere posset, Sic patet infr. c. 23. quando nuncium est Sauli, ꝙ venisset Dauid in Ceilam: ait enim Saul, tradidit eum Dominus in manus meas: cōclusquādo audiuit Saul, ꝙ recesserat Dauid de Ceila, noluit exire contra eum, quanquam prius iussisset viris suis descendere ad bellum contra Dauid infr. 23. ca. ideo voluit nunc Dauid latere in agro, existimans, ꝙ, cùm Saul eum absentem sciret esse, iuberet inquiri in domo sua, vt comprenderet: in agro autem cōprehendi non poterat: quia erat locus euadendi. Ité dato, ꝙ comprehendi posset, non tamen sciret Saul vbi eum inquireret, ideo ibi esset magis securus, quā in vrbe. Ad secundum, cum quęrebatur, cur per tres dies voluit latere, dicendum, ꝙ Dauid putauit, ꝙ in vno die fortè non posset cognosci sententia Saulis: in duobus autem, vel tribus diebus poterat cognosci: quia fortè accideret, ꝙ in vno die non respiceret Saul ad absentiam Dauid: in duobus autem, vel tribus respiceret: ideo, si vnico die lateret, nihil proderet

ret ad inquirendum sententiam Saulis: sic enim postea euenit. s. ꝙ Saul in primo die nihil quæsiuit de absentia Dauid putans, ꝙ euenisset ei, ꝙ nō esset purificatus, aut mūdus: in secundo autem die post Kalendas, cum apparuisset rursus vacuus locus Dauid, quæsiuit Saul dicens. cur non venit filius Isai nec heri, nec hodie ad vescendum? vt patet infr. ergo debuit accipere Dauid duos, vel tres dies ad latendum. *Si requisierit me pater tuus.* i. dicens: cur non venit ad mēsam Dauid? Nō dicebat hoc Dauid quasi dubitaret, an Saul quæsiturus esset pro eo, quia satis credebat, ꝙ inquisitur⁹ esset, cū eum ad mortem quęreret, sed ponit hic similiter ex modo locutionis. Sed tūc diceret aliquis, si accideret, ꝙ in his tribus diebus, quib⁹ latebat Dauid, non quæreret aliquid de eo Saul, qđ B signum esset? Respondendum, ꝙ nihil directè apparebat de eo, quod Dauid volebat. s. an bene, vel male sē haberent res suæ: indirectè tamen apparebat, ꝙ nullum periculum esset Dauid, vt infra dicetur. *Respondebis ei.* Quanquā Saul non erat inquisiturus specialiter ab aliquo de Dauid: volebat tamen Dauid, ꝙ Ionathas responderet pro eo: quia aliter non posset cognosci sententia Saulis.

Quare voluit Dauid Ionatham respondere ad interrogationem Saulis de eo. Quæst. XI.

QVAERET aliquis. Quare Dauid volebat, ꝙ Ionathas responderet pro ipso, cùm ex hoc se- C queretur, ꝙ Saul magis irasceretur cōtra Ionatham, & contra Dauid, sciens, ꝙ Ionathas fouet causam illius: sic. n. inf. accidit: nam, cum respondisset Ionathas ꝙ Dauid, iratus Saul dixit Ionathę: Fili mulieris virum vltro rapientis, nunquid ignoro, quia diligis filium Isai in confusionem tuam, & ignominiosæ matris tuæ? Post hoc autem cum Ionathas adderet respondere pro Dauid, conatus est Saul eum lancea percutere, vt patet infr. Respondendum est, ꝙ Dauid nolebat, vt responderet Ionathas pro eo, tanquam fouens causam ipsius: sed tanquam vnus de assistentibus mensæ regis, quia rex perebat in communi de Dauid: Ionathas autem sciebat vbi esset: poterat ergo respondere tanquā vnus D de illis, ad quos fiebat quæstio: & tunc rex non iraceretur: Sic accidit præcedenti cap. nam cum Saul di posuisset occidere Dauid, Ionathas interposuit verba pro eo: non tanquam fouens causam illius, sed tanquam ab ipsa iustitia motus, & tunc Saul iurauit, ꝙ non occideret Dauid: nunc autem Saul iratus fuit Ionathæ, nō quia ista respondebat, sed quia sciebat eū fouere causam Dauid, vt patet ex verbis suis. inf. s. Nū quid ignoro, quia diligis filium Isai in confusionem tuam? Sed dicet aliquis, cum Dauid sciret Saulem esse conscium fęderis initi inter ipsū, & Ionatham, credere debuisset, ꝙ irasceretur Ionathæ tāquam fouenti partes Dauid: ideo non debuisset committere hoc. Quòd autem hoc sciret Saul, patet, sup. cū dixit Dauid Ionathæ. Scit profectò pater tuus, quia inueni gratiam in oculis tuis. Respon- E dendum est, ꝙ Dauid sciebat Saulem esse cōscium, & ꝙ ex hoc posset habere causam irascendi contra Ionatham: quia tamen Ionathas erat filius eius, & illi charissimus, putauit, ꝙ propter hoc non tantum exardesceret furor Saulis, vt irasceretur Ionathæ. Aliter dici potest, ꝙ, quāquam Dauid suspicari posset, ꝙ Saul irasceretur Ionathæ tanquā fauenti causam illius, tamen voluit, ꝙ Ionathas pareretur patri iram patris contra se, vt ipse cognosceret sententiam Saulis: in hoc enim maximè nota erat iniquitas Saulis contra Dauid, si etiam filio suo charissimo iraſceretur propter Dauid. Nunquam tamen existimauit Dauid, ꝙ tantum incandesceret furor Saulis, vt lancea conaretur Ionatham percutere, ꝓpter eum. Si autem hoc suspicaretur, prælegisset penitus recedere in terram philisthinorum, nunq̄ rediturus in terram Israel, q̄ amicissimum sibi Ionatham exponere indignæ morti: Ionathas quoq; nō suspicatus fuit hoc. s. ꝙ pater suus tā grauiter ei irasceretur respondenti pro Dauid, ideo se exposuit huic consilio, alioquin subticuisset. Aliter dici pōt, ꝙ Dauid voluit, ꝙ Ionathas pro eo responderet, si sciret, ꝙ irasceretur Saul: quia aliter non poterat cognosci sententia Saulis, nisi Ionathas pro eo responderet. *Rogauit me Dauid, vt iret celeriter in Bethlehem.* i. nō putes, ꝙ fugerit, vel absconditus sit, quia de licentia mea recessit, & quia posset rex obijcere: cur ergo nō petiuit ab eo licentiam eundi in Bethlehem? respondit Ionathas, ꝙ erat iturus celeriter, ideo nō potuit, scilicet, quia tempus recessus instabat, & non potuit stare cum rege ad petendum licentiam: petiuit aūt à Ionatha. Vel dī, celeriter. s. pro breui tēpore. s. ꝙ velociter iturus erat, & immediatè rediturus: ideo pro vno, vel duobus diebus absentiæ non oportebat peti à rege licentiam, secus autem, si multis diebus māsurus esset extra curiam. *Quia victimæ solennes ibi sunt.* Subditur hoc, quia fortè Saul putaret falsum esse, ꝙ diceret Ionathas, & ꝙ Dauid recedebat ex alia causa: ideo subiuncta est causa, quare iuerit in Bethlehē, C scilicet, quia erant victimę solennes ibi contribuliū Dauid, ad quas rationabile erat ipsum ꝓperare, cū ēēt de honoratissimis in tota tribu. Erat aūt excusatio, ista verisimilis: qa ista absentia erat pro die Kalēdarum, & illa dies apud Hebręos erat magnarū victimarum, & epularum, vt sup. dictum est. Verisimile ergo erat, ꝙ vocatus fuisset Dauid à contribulib⁹ suis ad victimas. *Omnibus contribulibus eius.* i. victimæ istæ sunt inter cognatos suos: & sic, quia omnes de illa cognatione maximè colebant illum diem Kalendarum, decens erat Dauid ire illùc. Vocātur aūt hic contribules i. cognati propinqui: nam non accipitur propriè contribulis, quia tunc significat oēs, qui sunt de eadem tribu: non erat autem sensus, ꝙ omnes, qui erant de tribu Iuda illa die, congregarentur ad faciendum sacrificium in Bethlehem: sed solum intelligitur de propinquis Dauid. In Hebræo habetur hic. *Victimæ dierum sunt ibi.* Et vocātur victimæ dierū victimæ solennes. s. quia isti dies sunt specialiter assignati à cognatis Dauid, vt faciant in eis victimas: ideo faciebant illas solenniter, & sic vocātur solennes. Sic enim habetur sup. c. 1. vbi dicitur de Elcana, quando ascendebat ad templum, & offerebat sacrificium solēne: nam ibi habetur in Hebręo, sacrificium dierum: litera tamen nostra transtulit, solenne, quia hoc clarius est.

An Dauid peccauerit petendo à Ionatha, vt diceret falsum patri pro eo. Quæst. XII.

QVAERET aliquis, An Dauid peccauit hic dicendo ista Ionathæ? Aliquis dicet, ꝙ peccauit, quia mentitus est. Sed hoc non stat, quia Dauid non mentitus fuit hic, cum nihil assereret, sed suadebat Ionathæ, vt mentiretur pro eo, iō peccatum mendacij si aliquod erat, debebat scribi Ionathæ, & non Dauid. Dicetur tamen, quod peccauit Dauid, non quidem mentiendo, sed inducendo Ionatham ad mentiendum, quia peccare, & peccati occasionem præbere vtrunque peccatum est. Sed aliquis dicet, ꝙ adhuc Dauid non induxit hic Ionatham ad mentiendum, quia fecit id, quod orabat

Iona-

Ionatham.ſ.ꝙ iuit in Bethlehem ad victimas: vnde aliqui dicunt,ꝙ ſatis potuit hoc facere Dauid: nam tres dies fuerunt,in quibus latere debebat Dauid,vt patet,ſup.in illis autem poterat Dauid ire, & redire in Bethlehem: quia propinqua erat ciuitas illa,cum Bethlehem eſſet in tribu Iuda, & ciuitas, in qua erat Saul,eſſet in tribu Beniamin: erant autem iſtæ duæ ſortes coniunctæ. Sed hoc non eſt dicendum: nam, an poſſet ire, & redire Dauid in tempore ita breui eundo ad victimas Calendarum, non conſtat, quia neſcitur an Bethlehem,& Gabaa,vbi erat Saul,multum diſtarent,nec valet confirmatio.ſ.quia ſors Iuda,& Beniamin erant coniunctæ: nam licet iſtæ vrbes ſecundum latitudinem ſortium fortè non multum diſtarent:poterant tamen ſatis diſtare ſecundū longitudinem, vt,ſi vna eſſet in parte orietali vnius ſortis, & alia in parte occidentali alterius. Item dato,ꝙ potuiſſet Dauid ire in Bethlehem, non erat veriſimile,ꝙ iuiſſet:quia ipſe dixit,ꝙ volebat ſe abſcōdere in agro tribus diebus: ergo nō iret in Bethlehē. Alioquin ſequerentur duo inconuenientia,primū, ꝙ Dauid mentiretur Ionathę,quia dixit,ꝙ volebat celari tribus diebus in agro,& tamen non manebat ibi,ſed ibat in Bethlehem.Secundum inconueniens erat,quia ſic fortè impediretur id, quod intendebat Dauid.ſ.ꝙ,Ionathas veniret in agrum ad locum,vbi latebat Dauid, & annunciaret ei ſententiam Saulis. Poterat autem accidere, ꝙ Ionathas in die Calendarum propter aliquid emergens vellet loqui Dauid, & ſi ipſe iuiſſet in Bethlehem, non reperiret eum,ꝙ erat cōtra intentionem Dauid.Item patet hoc,quia Ionathas dixit ad Dauid: cras Calendæ ſunt,deſcendes feſtinus in locū,vbi celandus ſis in die, quo operari licet:& ſedebis iuxta lapidem, cuius nomen eſt Ezel. Ergo Ionathas volebat, ꝙ Dauid immediatè deſcenderet ad latibulum ante diem Calendarum, & maneret ibi vſquequo iret ad eum ipſe,& ſic non debebat ire in Bethlehem. Item patet, ꝙ ſic fecerit Dauid,quia infr.dicitur: Abſcōditus eſt ergo Dauid in agro,& venerunt Calendæ.Deinde habetur,infr. ꝙ quando Ionathas exiuit ad agrum,Dauid latebat in loco,quem Ionathas dixerat:ergo non deſcendit in Bethlehem ad diem Calendarum, ſed manſit abſconditus in agro ante Calendas,& poſt.Item dato, ꝙ potuiſſet Dauid celeriter ire in Bethlehem,nullo modo expediebat,ſed magis erat cōtra intentionē: quia fortè aliquis eum in itinere reperiret,& ſic cognoſceret de eo Saul: maximè quia in oībus his Dauid ſolus erat,& quicunque eum reperiret,obſtupeſceret, ſicut obſtupuit Achimilech ſacerdos videns eum ſolum, vt ſequenti cap. & putans eum fugere à facie Saulis,indicaret ei:& tunc Saul cognoſceret Ionathā mentiri.ſ.ꝙ non iuiſſet Dauid ad victimas, ſed iuiſſet fugiēs: nō decuit ergo,ꝙ Dauid iret in Bethlehē,ſed,ꝙ maneret illis dieb. in agro abſcōditus: ſic factum eſt. Tunc autem manet argumentum.ſ. an Dauid peccauerit perſuadendo Ionathæ, q mē- K tiretur pro eo?Dicendum eſt autem,ꝙ peccauit,ſed venialiter ſolum,eo ꝙ iſtud fuit mendacium officioſum ad eripiendum vitam Dauid: A peccato autē veniali nō oportet excuſare patres ſanctos veteris teſtamenti: cum interdum etiam illi mortaliter, & grauiter peccauarint, ſicut fuit in ipſo Dauid: præſertim,quia Apoſtoli, qui perfectiores fuerunt patribus veteris teſtamēti nec in parum non excuſentur à peccato veniali, vt patet prima Ioa. cap.1.ſ.Si dixerimus,ꝙ peccatum non habemus,ipſi nos ſeducimus,& veritas in nobis non eſt. Quod exponitur de peccato veniali. Sed dicendum eſt, ꝙ quanquam Dauid peccaret hic venialiter: tamen magis peccauit,quàm Michol,quando pro eo mentita eſt, dicēs eſſe ægrotum:magis etiam peccauit,quàm obſtetrices Aegypti,quæ mentitæ ſunt pro paruulis Iudęorum. Ratio eſt, quia mendacium officioſum quanquam veniale ſit, tamen interdum leuius, & interdum culpabilius eſt: & hoc,quia quanto id,pro quo mendaciū eſt, maius eſt, mendacium eſt leuius:ſicut minus peccat,qui mentitur pro ſaluanda vita alicuius, quàm, qui mentitur pro ſaluanda tota ſubſtantia eius: & cum aliquis mentitur pro ſaluanda vita alterius,tanto mendacium illud minus eſt, quanto mors inferenda certior eſt atque propinquior:& ga paruuli Iſraelitarum habebāt mortem propinquā, niſi obſtetrices mentitę fuiſſent,Dauid quoque erat circundatus anguſtijs mortis, niſi Michol mentita fuiſſet:nunc autem non agebatur, vt Dauid eueret à morte,quia ſine mendacio poterat fugere, & liberari,ſed agebatur ad ſciēdum ſententiam Saulis cōtra Dauid.ſ.an vellet eum occidere,vel non,ne Dauid incautus aliqua die caderet in manus Saulis: ga ergo agebatur de morte magis remota culpabilius erat hoc,quàm mēdacium Michol,& obſtetricum, *Si dixerit:benè*.i.ſi Saul dixerit,benè factum eſt: quando Ionathas reſponderet,ꝙ iuerat ad feſtum Calendarum in Bethlehem.*Pax erit ſeruo tuo*.i.ſignum eſt,ꝙ mihi eſt pax, qui ſum ſeruus tuus.ſ. ꝙ non intendit me occidere. *Sin autem fuerit iratus*.ſ.quando reſponderis ei pro me,ſi iratus fuerit tibi, quia reſpōdes,vel mihi, quia receſſi: aut dolet, ꝙ non habet me præſentem.*Scito,quia completa eſt malitia eius*.i. ꝙ hoc ſcies, ꝙ iniquitas eius contra me iam peruenit ad finem. Dicitur autem completa malicia alicuius, quando ad malum maximum peruenit:ſic autē erat de Saule:nam cum eſſet Dauid innocens, & ipſe perſequeretur eum,qualitercunque ei moleſtus eſſet,malum agebat:nunquam tamen malitia eſſet conſummata quouſque totaliter diffiniret occidere Dauid, quia iſtud erat maximum malum, quod ei infligere poterat: & ſic Ionathas poterat habere certitudinem de ſententia Saulis,& renunciaret eam Dauid.

Signum datum à Dauid Ionathæ ad Saulis ſententiam cognoſcendam conuenienter poſitum fuit. Q. XIII. I

QVAERET aliquis, an iſtud ſignum poſitum à Dauid ad inquirendum ſententiam Saulis conuenienter poſitum fuerit? Reſpondendum eſt, quòd ſic: de prima parte patet, quia ſi Ionatha reſpondente pro Dauid, Saul diceret.bene,ideſt, bene factum eſt: manifeſtè appareret, ꝙ ipſe non habebat exoſum Dauid: nā non poſſunt aliqua bene videri alicui,ſi illa exoſa habeat.Si tamē Saul diceret, ꝙ benè feciſſet Dauid vadens in Bethlehem, approbaret factum illius, & bene ſi videret: manifeſtè ergo apparebat,ꝙ diligebat eum,vel ſaltē non habebat ipſum exoſum. Hoc autem tenet niſi in duobus caſibus. Primus eſt, niſi quis ab ipſa ratione euidentiſſima propter verecundiam inducatur ad approbandum id,quod odit: ſed tunc ſatis apparere poteſt, an ſponte approbet,vel proprer rationē vrgentem,& verecundiam: & hoc,quia affectus hominis quodammodo in vultu manifeſtatur, ſaltem ex aliqua coniectura ſiquis prudenter inſpicit: ideo ſi quis ſponte factum alicuius approbat,quædā hilaritas,& exultatio vultui eius ineſt:nec ſolum approbat, ſed etiam laudat, & exaggerat verbis inducēdo rationem aliquam,cur illud approbandum ſit. Qui verò ratione ipſa vrgente, & verecundia inducitur ad approbandum, ꝙ odit, quandam triſtitiam, & mordacitatem in vultu, & verbo patitur,etiā ſi diſſimulare

mulare velit: nam nimietas paſſionis non ſinit omnimodam diſſimulationem,cum ex abundātia cordis neceſſe ſit os loqui. Luc.6.cap. ineſt etiam,quòd illi,qui ſic approbant,non laudant,ſed ſolum approbant: nec approbationem ſuam verbis,aut rationibus exaggerant: ſed ſi paſſio increuerit, potius quibuſdam verbis mordaciter dictis, quod approbant obnubilare conantur. Si autem Saul hoc faceret, Ionathas aſpectuturus erat, & tunc non conſideraret ſententiam regis tanquam bonam,ſed vt prauā: quia illud benedicere maledicere erat. Sicut dixit Iob: Ne fortè peccauerint filij mei, & benedixerint Deum in cordibus ſuis. Iob ca.1. ſic etiam vxor iob dixit ei: Adhuc tu permanes in ſimplicitate tua,benedic Deo, & morere.i.maledic. Iob. cap. 2. Secundus caſus eſt, quando quis ex diſſimulatione conatur aliquid approbare,quod odit, licèt verecundia, & ratio eū non vrgeant: & ſic eſt in hypocritis,& in omnibus, qui intendunt lucrum, vel aliquem finē alium vtilitatis, quia interdum fingunt ſibi placere, quod oderunt,& ſibi diſplicere, quod diligunt:iſtud aūt non conueniebat Sauli:quia nō intendebat per diſſimulationem aliquid acquirere: præcipuè cum iam manifeſtè perſequi Dauid, & petere eū ad mortem cępiſſet. Item,quia iſte modus non conuenit, niſi hominibus, qui habent animum purè liberum, ſcilicet,ꝙ non ſunt affecti ad aliquam partem,ideo poſſunt faciliter fingere pro vtraque, quod placet, vel quod diſplicet: & non poterit cognoſci ex vultu eorum,an ſimulent: qui tamen paſſionatus eſt ad aliquam partem, licet conetur diſſimulare approbando contrariam partem, non valet quando aliquid in vultu, aut verbo appareat, per quod pateat ipſum diſſimulare. De Saule autem ſic erat, quia affectus erat nimis contra Dauid in furore, ideo diſſimulare non poterat approbando, quod oderat:alia autem pars magis manifeſta eſt,ſcilicet,ſi reſpondēte Ionatha pro Dauid, iraſceretur Saul: nam tunc euidens erat, ꝙ eū habebat exoſum,cū ꝓ bono opere iraſceretur illi: conueniens ergo ſignū dedit Dauid Ionathę ad inquirendum ſententiam patris ſui.

Si Saul nihil reſpondiſſet Ionathæ ſignum fuiſſet, quòd celaret furorem. Quæſt. XIIII. D

QVAERETVR vlterius, an ſufficienter fuerit datum ſignum, & quid faciendum eſſet ſi Saul nihil dixiſſet poſtquam reſpondiſſet Ionathas: vel cur Dauid non dixit Ionathæ quid intelligeret, ſi pater ſuus nihil inquireret. Reſpondendum eſt,ꝙ ſignum conuenienter datum eſt,vt patuit: ſi autem nihil reſpondiſſet Saul poſtquam Ionathas pro Dauid locutus fuiſſet, non erat bonum ſignum: nam innuebatur, ꝙ celabat furorem ſuum,quem concepérat contra Dauid: & tunc redibat in idem, ac ſi iraſceretur, quanquam hoc magis apparere debebat ex vultu: nam ſi Ionatha loquente pro Dauid, nihil reſponderet Saul, & vultus eius hilaris maneret,& tranquillus:ſignum erat,ꝙ non oderat illum: E ſi autem turbaretur vultus eius cum quadam mordacitate, ſignum erat,quòd oderat Dauid, & tunc idem erat ac ſi manifeſte iraſceretur: Dauid tamen non poſuit iſtam particulam,ſcilicet,ſi nihil reſponderet: quia putauit hoc non euenturum, & colligebat hoc modo ſcilicet,quia vel Saul nimis eum exoſum habebat, vel nullo modo eum oderat. Apparebat hoc,quia vel Saul haberet Dauid exoſum conſiderans,ꝙ ei poſſet regnum auferre propter fauorē populārem,& tunc deteſtaretur eum vſque ad mortem, nec pro tali re poterat eſſe paruum odium cū

eſſet de toto ſtatu perſonæ: ſi autem non reſpiceret hęc,non haberet odiū aliquem,ſaltem paruulū ꝓtra Dauid,ſed diligeret eū ꝓ beneficijs præteritis,ſicut à principio nimis dilexerat: quo dato,ſi ſtaret primū, non poſſet Saul ſubticere, quia cum nimis iraſceretur Dauid,non poterat ſe continere,ꝙn aliqua verba furoris loqueretur,reſpondente Ionatha. Si aūt eſſet ſm,non erat veriſimile,ꝙ Saul ſubticeret,ſed laudaret bonū factū eius,quē diligebat: iō non dedit Dauid mediū inter hæc duo.Si aūt dicatur quid intelligere debebat Ionathas,ſi Saul in oībus diebus abſentię Dauid non quæreret pro illo:dicendū,ꝙ directè nullū ſignū erat, ſed indirectè erat ſignū boni:nam ſi Saul in tribus diebus ſciens Dauid abſentem,non curaret inquirere vbi eſſet:vel ſi non curaret aſpicere,an ibi eſſet,erat ſignū, ꝙ non faciebat Saul mentionem aliquam de Dauid in bonū, aut in malum, ſed negligebat eū tanquā rē minimā nullius momēti ad bonū,vel ad malū: nam de magnis bonis ſolicitā mentionē facimus:de magnis aūt malis, quæ nobis obeſſe poſſunt,adhuc magis ſoliciti ſumus. De quo ergo nulla mentio fit, neceſſe eſt eſtimare illud nullius momenti, ſi aūt hoc eueniſſet in Saule,apparebat,ꝙ nullo modo diligeret Dauid: nec aliqualiter eū odiſſet,& caueret ſe ab eo,tanquam à nociuo, & ſic ſecurus poterat eſſe Dauid apud Saulem.Cum aūt dr̄,cur Dauid nō dixit Ionathę qd intelligeret,ſi pater eius non inquireret pro eo:Dicendū,ꝙ Dauid C non putauit hoc eſſe veriſimile: nā Dauid erat magnus in domo Saulis,cū ēēt gener regis,neceſſe erat, ꝙ fieret de eo mentio magna in bonū,vel malū: in bonū quidē, ſi Saul nō eſſet hoſtis Dauid:in malum aūt,ſi maneret in hoſtilitate, in qua cęperat eū perſequi.Nō ergo dedit aliquod ſignū Ionathæ, ſi pater ſuus nihil loqueret: nā erat nimis ſolicitus Saul de Dauid: iō immediatè in die Kalendarū quærere volebat pro eo,ſed ceſſauit ex cauſa,vt patet infra.

An Dauid peccauerit accipiendo ſignum ex verbis Saulis. Quæſtio. XV.

QVAERETVR vlterius,an Dauid peccauerit hic accipiēdo ſignū ex verbis Saulis. Aliquis dicet, ꝙ ſic:quia conſiderare aliquid,futurum eſſe, vel non euenturū ex verbis alicuius pertinet ad quādam ſpeciem auguriorum, quæ vocatur omen: & iſtud eſt, quando quis intendens aliquid,reſpicit ad verba alterius: & ex illis iudicat quid futurum ſit in ſua cauſa. Hoc augurio vtebantur gentiles: ſic patet infra, 3. lib.ca.20. cùm iuerunt ſerui Benadab regis ad regem Iſrael, dicentes: Seruus tuus Benadab dicit: Viuat oro te anima mea: & ille ait: Si adhuc viuit frater meus eſt, qđ acceperunt viri pro omine, & feſtinanter rapuerunt verbū ex ore eius, atque dixerunt. Frater tuus Benadab viuit. Sic etiā fecit Timotheus princeps quorundam Gentilium pugnantium contra Iudam Machabæum, ſcilicet, ait Timotheus principibus exercitus ſui cū appropinquauerit Iudas ad Torrētem,ſi tranſierit ad nos, non poterimus ſuſtinere eum,ſi verò timuerit tranſire poterimus aduerſus illum, vt patet 1. Machab. cap.5. Iſta tamen auguria, & omnes cęremonię gētium vetabantur Iudeis, vt patet Leui. cap. 18.ſcilicet: Non facietis iuxta morem regionis Chanaā, ad q̄ introducturus ſum vos,nec iuxta conſuetudinem terræ Aegypti,in qua habitaſtis,& Iere.c.10.dicitur: Hæc dicit Dñs.iuxta vias gentium nolite diſcere, & à ſignis Cęli nolite metuere. Aliquis reſpondebit,ꝙ inquirere ſignum rerum agendarum ex verbis alterius, vel ex factis illicitū eſt, cum ſit ſpecies augurij:

Universidad de Deusto
Biblioteca

& gentiles in hoc erant superstitiosi: Dauid tamen non fuit hic superstitiosus: quia forte præmissa oratione,& cum timore Dei quæsiuit istud signum: sic enim fecerunt alij viri sancti, qui excusantur à peccato: sic enim fecit Eliezer seruus Abrahæ, qui voluit accipere signum de puella, quæ tradenda erat in vxorem Isaac per verba, quæ responderet ei de dando potum illi, & chamelis suis: Gen. 24. capit. Excusatur tamen à peccato, quia non fecit superstitiosè, sed præmissa oratione, & confisus de Dei bonitate,dicens: Domine Deus Domini mei Abraham, occurre obsecro mihi hodie, & fac misericordiam cum Domino meo Abraham, &c. sic etiam Ionathas quæsiuit signum ex verbis Philisthinorũ, quando voluit pugnare contra eos, scilicet, quòd si dicerent: Manete, donec transeamus ad vos, nõ ascẽderent ad eos: si autem dicerent: Ascendite ad nos: erat signum, quòd Deus tradiderat illos in manu eorum, supra 14. excusatur tamen à peccato, quia non superstitiosè, sed confidens, quòd Deus eum eriperet, hoc dixit: nam primum dixit ad armigerũ suum: Transeamus ad stationem incircuncisorum horum, si fortè faciet pro nobis Dominus, quia nõ est difficilè Deo saluare in multitudine, vel in paucis, vt patet eod. cap. sic autem de Dauid intelligendum esset, cum vir sanctus foret, quòd non superstitiosè, sed prẽmissa oratione, hoc egisset. Dicendum est, quòd Dauid non peccauit accipiendo signũ ex verbis Saulis, nec tamen oportet responderi, sicut supra respondetur, quia si Dauid quęsiuisset signũ, sicut inquisiuit Eliezer, vel Ionathas, oportebat eum taliter excusari: non tamen quæsiuit tale signum. Pro quo considerandum, quòd cum aliquis ex verbis alterius, vel ex factis signum accipit, aut accipit signum pro his, quæ euenire debent, aut pro his, quæ homo ille agere intendit. Primo modo, vt siquis subito consideret verba alterius, & & propter illa iudicet aliquid euenturum esse, vel non: vt siquis apud se cogitabat de aliquo negocio, quod tractabatur, an concluderetur, & vidit alium hominem à longe loquentem ad alterum, & dicentem, non, vel non erit, aut malum est, & ex isto iudicat, quòd negocium non finietur, & isto modo est superstitio, & augurium. Sic vtebantur gentiles. Ionathas, & Eliezer isto modo quęsiuerunt signum, vt patet: applicando verba eorum, & fuisset peccatum in eorum inquisitione, nisi excusarentur, quòd fusis ad Deum præcibus, hoc egissent. Secundo modo aliquis quærit signum ex verbis alterius ad iudicandum quid ille facturus est, & hoc modo non est illicitum, quia verba sunt data in signum eorum, quæ concepimus, vt patet 1. Perihermenias. Quanquam ergo aliquis non loquatur directè id, quod intendit, vir prudens potest colligere ex substãtia verborum, & modo proferendi, & vultu proferentis qd ille intendat: quærere ergo intentionẽ alicuius, per ista signa non est superstitiosum, sed prudentiale, dum tamen ista signa non accipiantur, vt certissima, vel ineuitabilia, ita quòd quis audeat affirmare de alio istud, vel illud facturus est, quia vidit talia, vel talia signa. Sed debent accipi ista signa ad causandum præsumptionem, & ad hoc, quòd quis sibi caueat à malo, quod putat alium intendere: sic fuit in Dauid: quia ipse non quærebat signum alicuius rei euenturæ ex verbis Saulis, sed quærebat, quid ipse intenderet contra Dauid ad hoc, quòd indicaret, an sibi securum erat manere apud Saulem, vel non: ideo non oportet per aliquam viam inquisitam excusare Dauid à peccato in hoc, quia non solum ipse non peccauit, sed etiam quicunque alius vir hoc egisset, non peccaret. *Fac ergo misericordiam in seruum tuum:* idest mecum, qui sum seruus tuus. sem per Dauid vocabat se seruum Ionathæ, quanquam esset amicus, & leuir eius: & hoc vt humiliaret se, & magis semper afficeretur ad eum Ionathas. Misericordia autem, quam petebat Dauid, erat, quod Ionathas renunciaret ei sententiam patris, & non faueret patri in malo. Patet hoc, quia supra dixit Dauid: Si dixerit benè, pax erit seruo tuo, idest, mihi: sin autem fuerit iratus, scito, quod completa est malitia eius, scilicet, volendo me occidere. Et nunc dicit: Fac ergo misericordiam in seruum tuum, idest, cum aliquod signum istorum cognoueris in patre tuo, rogo te, quòd facias mecũ misericordiam, scilicet, renunciando mihi sententiam patris tui: ista autem erat magna misericordia, quia per hoc Dauid mortem fugeret: si autem esset sibi occulta sententia Saulis, posset incidere in manus eius. *Quia fœdus Domini me famulum tuum inire fecisti.* Hic ponitur causa suasiua, vt Ionathas hoc faceret: volebat enim Dauid persuadere, & non erat opus, quia Ionathas diligebat Dauid, sicut animam suam, plusquam patrem suum; & pro eo faceret quæcunque, sicut dixit supra: Quæcunque dixerat anima tua mihi, faciam tibi. Dauid tamen loquebatur persuasiue ex amaritudine cordis sui, quia videbat se circumplexum laqueis mortis. Erat autem ista suasio conueniens, scilicet, Ionathas fecerat, quòd Dauid iniret fœdus cum eo de seruanda dilectione in ęternũ, ideo debebat reuelare ei sententiam Saulis. Potest autem ista litera dupliciter introduci: vno modo per modum amoris, scilicet, ego eram seruus tuus, & non eram dignus, vt mecum fœdus inires, quod fit ex maximo amore, nec saltem, vt me diligeres, placuit tamẽ tibi ex immensitate bonitatis tuæ me cum fœdus inire: exoro ergo per ineffabilia viscera amoris tui, vt mei miserearis. Est autem ista suasio efficax inter amantes: nihil enim potentius esse potest inter eos. si verè se diligunt, quàm ipse amor, quo in alterutrum ardent: si ergo efficaciter suadere volunt, oportet, vt amor sit medium suadendi. Aliter potest introduci ista litera tanquam de iure, vel obligatione, scilicet, quòd Dauid innueret Ionatham obligatum esse ad reuelandum ei sententiam Saulis: quia quando fœdus inierunt, promiserunt mutuum amorem obseruare in æternum: & quòd in alterutrum ad mortem se pro conseruatione exponerent: & quòd malum, quod aliquis de alio tractari sciret, impediret, & ei reuelaret. Istæ enim clausulæ, & plures aliæ apponi solent, cum initur fœdus: sic etiam patet, quia infra in litera, cum Ionathas iterum fœdus iniuit cum Dauid, promisit ei reuelare malum, quod contra eum tractari sciret. Sic autem dicebat hic: Fœdus me inire fecisti, idest, quia fecisti mecum fœdus, obligaris ad reuelandum malum, quod contra me tractari sciueris: fac ergo misericordiam reuelando mihi. Vocatur autem fœdus Domini, quod iniuit Ionathas cum Dauid, qa in illius positione inuocatum fuit nomen Domini. Vel dicitur fœdus Domini, quia tale fœdus ponebatur inter Deum, & homines. Sic enim Dominus iniuit fœdus cum Abraham de dando sibi terram Chanaam. Gen. capit. 15. Israelitę quoque quando promittebant aliquid obseruare propter Deum, faciebant fœdus. Sic patet Ierem. capitu. 34. quando Israelitæ promiserunt tempore Sedechiæ regis, quòd dimitterent seruos suos Hebræos, & diuiserunt vitulum, & transierunt per diuisiones medias. *Si autem in me aliqua iniquitas est, tu me interfice.* Istud ponebatur ad magis inclinandum Ionatham, quasi dicat, oro, vt mihi sententiam patris tui reueles, & si fortè aliqua iniquitas est in me, propter quam ego merear, quòd hoc mihi non reueles, sed quòd cadam in manus Saulis, interfice tu me, & non facias, quod cadam in manus patris tui, non reuelando mihi sententiam eius. Ista autem sunt verba nimis inclinatiua, quæ frangunt cor humanum, quando generosum est, & prouocat ad lachrymas: quia ista sunt verba hominis constituti in vltima amaritudine, cui cor generosum naturaliter miseretur, etiam si hostis ille fuerit. *Et ad patrem tuum ne introducas me.* scilicet, tradendo me in manus illius, vt occidat me. Hoc dicebat Dauid, ne Ionathas faueret sententiæ patris sui: nam tunc ipse conaretur per fraudem inducere Dauid ad Saulem, vt occideretur. Vel saltem poterat ei occultare intentionem Saulis, & sic faceret illum cadere in manus eius, vtrunque autem orabat Dauid, ne fieret: & qa Dauid ponebat animam suã in manu Ionathę, poterat eũ Ionathas faciliter tradere in mortem, ideo enim nimis orabat, vt eius misereretur. Dixit autẽ Dauid, quòd Ionathas eum occideret, & non introduceret ad patrem suum, quia si moriendum foret, eligibilius erat Dauid mori manibus Ionathę à quo nimis diligebatur, quàm mori manibus Saulis, qui eum nimis exosum habebat. Ista enim omnium hominum conditio est, quòd præeligant mori manibus amicorum, quàm inimicorum: sic enim patet in Tragædia. 4. Senecę, cui⁹ nomen est Hippolytus: nam cum ibi Hippolytus simulasset velle occidere Phędram, ipsa dixit: Hoc est, quod nimis opto, amãtis mori manibus. Causa autem est, quia cum aliquis hostem habet maximum, bonum est ei capere vindictam: de illo, & quia quilibet hosti suo maximum malum vult, nollet, quod de eo caperet vindictam. caperet tamen si eum occideret: ideo eligibilius est alicui mori bis si possibile foret manu alicuius viri ignoti, quàm mori manibus hostis: vel saltem subijci potestati illius. Erat tamen Saul hostis acerrimus Dauid omnibus diebus, vt patet supra c. 18. Item cum hostis nimis exosum habeat hostem, animis crudeliter in eum ageret, concessa seuiendi potestate: amicus autem, cum diligat amicum, nõ seuiet in eum, sed potius malis eius compatitur, ideo si quis manibus amici sui caderet, & hoc per alium quam causam esset simpliciter necessarium, non sequiret in eum: sed cum lachrymis eum occideret: eligibilius ergo est cuicumq; mori manibus amici sui, quàm hostis.

An peccauit Dauid dicendo Ionathę, vt potius eum occideret, quàm introduceret ad Saul, si esset iniquitas in eo.

Quæstio. XVI.

QVAERET Aliquis an peccauit Dauid dicendo Ionathæ, quòd occideret eum, & non introduceret ad patrem suum. Respondendum est, quòd non peccauit: quia non dixit hoc hac intentione, vt eum Ionathas occideret, quia sciebat, qp nullo modo Ionathas hoc facturus erat, sed magis ipse pro illo vitam suam exponeret, vt patet immediatè, cum dixit: Absit hoc à me: tanquam esset valde detestabile. Item Dauid non dixit simpliciter: Tu me interfice, sed dixit: Si aliqua iniquitas in me est, tu me interfice: sciebat tamen Dauid, qp nõ erat in eo aliqua iniquitas contra Saulem, vel Ionatham, propter quam deberet occidi: ideo non vouit simpliciter occidi, nec hac intentione hoc dixit: sed solùm, vt efficacius flecteret Ionatham ad pietatem. Si tamen dandum foret, qp existente aliqua iniquitate in Dauid, vel nulla existente, deberet occidi à Ionatha, vel Saule, præeligeret occidi à Ionatha, quàm à Saule.

An Dauid peccasset desiderando interfici à Ionatha, si non posset mortem effugere.

Quæst. XVII.

QVAERET aliquis, an si daretur, qp Dauid capt⁹ fuisset, ita vt nequaquã posset euadere mortem per manum Saulis, si diceret Ionathæ, tu me interfice, an peccaret. Respondendum est, quòd sic, quia, quòd aliquis sustineat mortem, peccatum nullum est, sed interdum est meritum: quod tamen eam desideret, & petat, peccatum est: sic autẽ esset, si Dauid diceret. Tu me interfice. Item patet hoc in illis, qui timore mortis inferendę ab alijs, se occidũt. Nam si quis existimet se ab alio nimis torquendum, & vt immanitatem tormẽtorum effugiat, seipsum occidit, nimis peccat. Nec solum hoc, immo etiam siquis se occidat, ne alij eũ occidãt, & illudãt ei, peccat: sicut fuit de Saule, qui dixit armigero suo. Percute me, ne forte veniant incircuncisi isti, & interficiant me illudentes mihi, infra, vlti. cap à fortiori ergo cum Dauid peteret occidi à Ionatha, vt leuiter puniretur, & non pateretur immania, occisus à Saule, qui accerrimus hostis erat, peccabat.

Item non solum peccabat Dauid, quia petebat, quod illicitum erat, sed etiam, quia faciebat, qp Ionathas peccaret: nam inducebat illum ad occidendum eum: Ionathas tamen non poterat licitè occidere Dauid, cum non esset iudex eius. Considerandum etiam, quòd non solum peccat aliquis, si petat occidi ab eo, qui nõ est iudex ei⁹, sed ẽt siquis morte dignus sit, & petat occidi ab eo, qui iudex est peccat. Debet. n. aliquis patienter mortẽ tolerare, si iuste inferatur, & ab eo, qui iudex est, & in hoc meretur. Non tamen licèt ei, quòd ipse petat mortem à iudice, dicens se esse morte dignum, quia siquis se occideret, siue ille dignus esset morte, siue non, peccaret tunc si aliquis dignus morte petat à iudice, qp eum occidat, cum aliàs iudex non cognosceret, nec eum occisurus esset, peccat mortaliter, quia ipse seipsum occidit, cum aliàs moriturus non esset. Item dato, quòd iudex aliàs eum occisurus esset, si tamen ipse petat occidi, peccat mortaliter, quia directè agit ad mortem suam: nulli autem licèt, quòd directè sit causa totalis mortis suæ: ergo nec secundum partem, quia esse causam mortis suę directè secundum totum, vel secundum partem, non differt, nisi secũdum magis, & minus, idest, esse maius peccatum, vel minus peccatum. Siquis tamen se occidat, etiam si mortem dignus sit, peccat mortaliter: ergo qualitercunque directè sit causa mortis suæ etiam si non totaliter, peccabit: sed petere mortem, est aliqualis causa, saltem quantum ad ipsum petentem: etiam si aliàs illa euentura esset: ergo peccabit mortaliter, qui mortem petit, etiam si iliam mereatur. Sic ergo esset hic Dauid.

Et ait Ionathas. Hic ponitur tertium huius cap. scilicet, Ionathæ concessio. Petit enim Dauid ab eo quendam modum conseruationis vitæ suæ, quẽ Ionathas obtulit se procurare. *Absit hoc à me.* Potest referri ad duo. Vno modo, quia supra dixit Dauid: si aliqua iniquitas in me est, tu me interfice: Ionathas autem dicit. Absit hoc à me, scilicet, qp ego interficiam te, vel introducam ad patrem meũ, vt te occidat: aliter põt exponi referẽdo ad exhortationẽ Dauid: suadebat enim Dauid Ionathæ, vt si cognosceret sententiam patris contra illum, quòd reuela-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ret ei. In quo innuebat se aliqualiter dubitare, an Io F
nathas vellet reuelare Dauid sniam Saulis, vel faueret patri suo, tacendo sententiam eius: Ionathas autem hoc à se excludit, dicēs: Absit hoc à me, scilicet, vt ego cognoscam sententiam patris mei contra te, & non indicem tibi. Istud autem tenet litera sequens, scilicet. *Nec enim fieri potest.* ideſt impossibile est, quod si cognouero sententiam patris mei esse contra te, non reuelem hoc tibi. Hoc autem non dicebat Ionathas simpliciter impossibile, sed impossibile ex præsuppositio, scilicet, tanta erat dilectio Ionathæ ad Dauid, quòd repugnabat, quòd, illa existente, Ionathas cognosceret aliquod malum cōtra Dauid, & non declararet ei. *Vt si certè cognouero completam esse malitiam patris mei contra te, non annunciem tibi.* G
Malitia Saulis dicebatur iniqua voluntas de persequendo, & nocendo Dauid: ilta autem malicia esset completa, quando veniret ad summum malum, & istud erat mors Dauid, quia nullum ei magis malum infligi poterat. Dixit autem Ionathas, si sciret completam esse malitiam Saulis, quia, quin aliquam maliciam concepisset contra Dauid non dubitabatur: si tamen non esset completa scilicet, quòd disposuisset occidere illum, non erat tale, propter quod deberet recedere Dauid à curia Saulis: quia omnia alia mala, & molestias sustineret Dauid præter mortem, vt non recederet à terra Israel, nec cogeretur dimittere vxorem suam carissimam Michol: & diuidi à dulcissimo amico suo Ionatha. Mortem autem pro H
nullo toleraturus erat, quia per eā potius ab his omnibus separabatur. De morte ergo, siue de consummata malitia, per quam mors infligenda foret, locutus fuit Ionathas. Dixit etiam: Si cognouero certissimè: nam si respicerentur leues suspitiones, poterat quis suspicari contra Saulem, quòd vellet occidere Dauid cum aliquando eum occidere voluisset: per certitudinem tamen hoc non patebat: ideo dixit Ionathas, si cognosceretur certissimè malicia Saulis; nam si cognosceretur sola leui suspitione, non erat propter hoc fugiturus Dauid de curia Saulis. Etiam dixit hic Ionathas de malitia Saulis, quòd reuelaret eam illico, vt cognosceret: sed non est intelligendum, quòd solam maliciam reuelare deberet, sed etiam si cognosceret voluntatem Saulis bonam esse erga Dauid, reuelaturus erat. Sic patet infra, vbi iurauit Ionathas, quòd si bene Saul iudicaret de Dauid, reuelaret ei, & si male eodem modo. Item patet per signum, quod dedit Ionathas Dauid de missione saggitarum, scilicet, quòd si diceret puero: Sagittæ vltra te sunt, erat malū Dauid, & recedere debebat. Si autem diceret citra te sunt, erat bonum eius, & debebat venire. Dixit tamen hic Ionathas de sola malitia Saulis: quia in hoc vertebatur magis status Dauid scilicet, quod reuelaretur ei iniquitas Saulis consummata contra eum, q̄ quod reuelaretur bona sententia: nam si esset iniquitas consummata, & non reuelaretur, poterat K
periclitari Dauid cadendo in manus Saulis. Dato tamen, q̄ non reuelaretur ei sententia bona, non erat periculum: quia etiam si immediatè non cognosceret, poterat postea eam cognoscere: nam si Saul eum exosum non haberet, mitteret pro eo, vt reduceret in statum pristinum. *Respondítque Dauid ad Ionatham.* Cognito, quod Ionathas paratus esset reuelare Dauid sententiam patris sui, voluit hic Dauid scire quomodo hoc fieret, dicens. *Quis annunciabit mihi, si quid fortè responderit pater tuus durè de me?* ideſt, dato, quod velis annunciare mihi sententiam patris, quis annunciabit illam, vel quomodo annunciabitur.

Cap. XX.

Quare petijt Dauid à Ionatha, quis renunciaret ei voluntatem patris, cum iam dixit se reuelaturum.
Quæstio XVIII.

QVAERET aliquis, quare Dauid hoc quæsiuit à Ionatha, cum iam ille dixisset, q̄ si cognosceret sententiam patris sui esse contra Dauid, reuelaret illud ei. Respondendum est secundum Nicolaum, quòd difficile videbatur, q̄ filius regis veniret ad ipsum in agro, quia alij comitarentur eum, & posset inde sequi periculum, quia viderent Dauid illi, qui venirent cum Ionatha: & hoc annunciarent Sauli, quòd autem Ionathas non iret, sed per alium renunciaret Dauid sentētiam Saulis, non erat tutum Dauid, qui habebat suspectos omnes de domo Saulis, præter Ionatham, scilicet, quia quilibet eorum vellet accusare Dauid coram Saule, vt complaceret ei. Sed dicendum est, q̄ in rētio Dauid fuit, quòd Ionathas per seipsum inquireret patris sententiā, & ipse per se annunciaret Dauid. Posuerat autem ad hoc modum, scilicet, vt ipse lateret in agro vsque ad tres dies: nihil autem vltra dixit: volebat enim exprimere, quòd in illis tribus dieb⁹ Ionathas inquireret sententiam Saulis, & ipse iret in agrum ad reuelandum solus. Erubuit tamen hoc ei dicere, tum quia Ionathas habebat ire incomitatus; tum, quia cùm Dauid humiliaret se, vt seruus Ionathæ, erubescebat dicere Ionathæ, quòd iret ad eum in agrum: quanquam ergo aperuerit materiam, vt posset Ionathas intelligere quid vellet Dauid: tamen non prorsus explicuit, volens, quòd Ionathas hoc declararet, offerens se ad eundum in agrum. Sic enim faciunt illi, qui erubescunt aliquid petere, quod petunt: nam non expresse, sed p
circūlocutionem illud innuunt: Ionathas autē intendebat per se exire in agrum, & incomitatus: quia oportebat sic fieri ad salutem Dauid: non tamen illud penitus expressit, sed dixit, quòd si cognosceret malitiam patris sui, renunciaret illam Dauid: & quia verba erant ambigua, scilicet, an Ionathas per se I
renunciaret, vel per alium: & renunciare per alium erat periculosum, voluit Dauid, quòd Ionathas explicaret quomodo hoc fieret. Nec tamen ausus est Dauid nunc dicere Ionathæ, quòd ipse exiret in agrum: sed rursus quæsiuit à Ionatha quis ei hoc renunciaturus esset, vt sic Ionathas cogeretur magis explanare intentionem suam, & Dauid non cogeretur erubescere petendo ab eo, quòd ipse solus ad renunciandum iret: nunc autē respondit Ionathas, q̄ ipse descenderet in agrum, vbi lateret Dauid, & p
sagittas daret sibi signum sententiæ Saulis, vt patet infra: dixit autem hic Dauid, quòd quis annunciaret ei, si quid durum Saul loqueretur de ipso: non tame volebat Dauid solum annunciari sibi, si aliquod durum de eo sententiasset Saul, sed etiam: si aliquod bonū. Dixit tamen de duro, quia quanquam bonū
non renunciaretur e, non erat per se periculum: malum autem, quod de eo sententiasset Saul, si non annunciaretur ei, esset illi causa mortis. De duro ergo solum dixit. *Et ait Ionathas ad Dauid.* Hic voluit Ionathas totaliter explicare Dauid quomodo renunciaret ei sententiam Saulis. *Veni, & egrediamur in agrum.* Cum ista loquerentur Ionathas, & Dauid erant in vrbe Gabaa, vbi erat semper habitatio Saulis: ad loquendum autem de modo liberationis Dauid: voluit Ionathas, quòd essent in agro, vt ibi liberius loquerentur.

Quare

Quare Ionathas voluit cum Dauid egredi in agrum.
Quæstio: XIX.

QVAERET aliquis, quare Ionathas voluit, q̄ egrederentur in agrum ipse, & Dauid ad loquendum de modo occultationis, & renunciationis. Respondet Nicolaus, quòd hoc factum est, vt Ionathas ostenderet Dauid locum, in quo lateret, vt cum ipse Ionathas iret ad reuelandum sententiā patris, sciret latibulum. Sed hoc non stat, quia si ad hoc solum moueretur Ionathas sufficienter agere potuisset stando in vrbe: nam tam Ionathas, quā Dauid cognouerat terram confinem Gabaa, & vbi essent latibula, ideo potuisset dicere Ionathas Dauid: Latebis in tali, vel tali loco: etiam si non monstraret sibi præsentialiter. Item adhuc patet hoc magis, quia quanquam exiuerint in agrum Dauid, & Ionathas, tamen non accesserunt ad locum, in quo latere debebat Dauid: nam Ionathas ei illum ad oculum demonstrauit. Quod patet infr. ſ. Descēdes festinus in locū, vbi celandus sis, & sedebis iuxta lapidē, cuius nomen est Ezel: si autem ad oculum demonstrasset Ionathas Dauid locum, in quo latere debebat, non dixisset ei: Sedebis iuxta lapidem, cuius nomen est Ezel: sed iuxta istum lapidem, vel illum sedebis: ergo non demonstrauit sibi ad oculum, nec nunc accesserunt ad locum illum: quia lapis Ezel distabat aliquantulum ab vrbe: Ionathas autem, & Dauid solum exiuerunt extra muros. Quod patet, quia cum essent ambo in agro, dixit Ionathas Dauid: Descendes festinus, & venies in locum, vbi celandus sis: ergo vltra locum, in quo nunc erant: erat aliquantulum distans lapis Ezel, vbi latere debebat Dauid. Egressi tamen sunt in agrum Ionathas, & Dauid, quia volebat Ionathas loqui cum Dauid aliqua verba, quæ nolebat audiri ab aliquo in vrbe: erant enim sibi omnes ministri regis suspecti: & hoc tam propter Dauid, quàm propter seipsum. Propter Dauid quidem, quia cum Saul desideraret occidere Dauid, & omnes ministri sui hoc scirent, volebant ei complacere, ideo quodcunque audirent tractari inter Dauid, & Ionatham, reuelarent Sauli, & quia hic agebatur de latibulo Dauid, si serui Saulis cognouissent, reuelassēt ei, & mitteret illac antequam Ionathas descenderet ad eum, & incautum raperent Dauid. Hoc autem erat maximum discrimen: noluit ergo, quòd ab aliquo sciretur, ideo exierunt in agrum, vbi nullus eos loquentes audiret. Secundò erant suspecti Ionathæ omnes serui Saulis propter seipsum. Ipse enim diligebat nimis Dauid, & Saul eū valde habebat exosum: ideo si ministri Saulis viderent, quid tractaret Ionathas cum Dauid, & nunciarent Sauli, haberet etiam exosum Ionatham: sic enim accidit, quia postea cognouit Saul magnam amicitiam Ionathæ, & Dauid: & dixit ad Ionatham nimis iratus: Fili mulieris virum vltro rapientis, nunquid ignoro, quia diligis filium Isai in confusionem tuam vt patet infra, & quia postea respondit Ionathas pro Dauid, conatus est Saul eū lancea percutere. Hoc autem volebat cauere Ionathas, quia durum erat filio incidere in odium patris. Volut ergo caute age re, ne quis de ministris Saulis cognosceret quid inter se loquerentur Dauid, & Ionathas: præcipuè, quia Ionathas volebat inire fœdus cum Dauid, & iniuit, vt patet infra, in quo innuebatur, quòd Ionathas cum Dauid coniurabat contra omnem hominem propter fœdus: & si hoc Saul cognosceret, animis irasceretur. Vnde valde conquestus est, quando istud cognouit, vt patet infra 22. ca. scilicet. Non est, qui mihi renunciet, & omnes coniuratis aduer-

A sus me, maximè cum filius meus fœdus inierit cum filio Isai: expediens ergo fuit egredi in agrum ad loquendum. *Cumque exiissent ambo in agrum.* scilicet, extra mœnia vrbis, non longe ab vrbe: nam magis distabat locus latibuli Dauid, vt patet infra, in litera, & ex supradictis. Sciendum autem, quòd ex quo nunc Dauid egressus est cum Ionatha de vrbe, nunquam postea redijt in domum suam, nec ad vxorē suam, sed semper fuit profugus, quia Saul semper eum persecutus fuit, & quia egressus est Dauid simpliciter in agrum cum Ionatha, neutro ferente arma, quæ secum ferret, nec etiam gladium, ideo quādo venit ad Achimelech sacerdotem profugus, petiuit ab eo gladium, quia nullum ferebat, & accepit gladium Goliath, vt patet sequenti cap. *Ait Ionathas ad Dauid.* Hic incepit Ionathas tollere dubiū, quod Dauid videbatur habere scilicet, an Ionathas vellet ei indicare sententiam patris sui, & vt crederet incepit iurare ei, vt sequitur. *Domine Deus Israel: si inuestigauero sententiam patris mei crastino, vel perendie.*
Ista est imprecatio scilicet, si inuenero sententiam patris mei, & non indicauero eam Dauid, rogo Deū Israel, vt alia, & alia mala mihi faciat. Dixit aūt: si inuestigauero, ideſt, si inuenero: nam Ionathas nihil inuestigabat, sed spectabat, quando pater suus loqueretur, & per hoc cognosceret sententiam eius. Etiam patet, quia dixit, crastino, vel perendie: nam si aliquid Ionathas inuestigaret, non diceret crastino, vel perendie: quia ipse immediatè inciperet inuestigare quousque reperiret sententiam patris. Dixit tamen crastino, vel perendie: ergo refertur ad intentionem, & non ad inuestigationem. Item dicitur crastino, vel perendie: quia nesciebat Ionathas an castrino, ideſt, in die Kalendarum, qui erat dies sequens, vel perendie, ideſt in alia die sequenti post Kalendas, posset reperire sentētiam patris, quia hoc dependebat ex inquisitione, quam faceret Saul de Dauid: & si non inquireret in die Kalendarum, non poterat scire Ionathas sententiam vsque perendie: & sic accidit, quia Saul non quæsiuit pro Dauid in die Kalendarum, sed in sequenti, vt patet infra in literra. Dicitur autem perendie dies sequens post B
cras, & est aduerbium temporis, significans tempus futurum. Et dicitur perendie compositum ex per, & vnus, & dies, ideſt, per vnam diem: & inde dicitur perendino, ideſt, moror per vnam diem. Vel dicitur, perendie, quasi perempta vna die, ideſt, finita, & sic accipitur hic, scilicet, quòd ille dies, qui est post cras finitum, vocatur perendie, quia iam peremptum est cras, ideſt, finitum. *Et aliquid boni fuerit super Dauid.* ideſt, si pater meus habet bonam intentionē erga Dauid. In hoc apparet, q̄ non solū debebat Ionathas reuelare Dauid sniam patris sui de eo, si esset in malū, sed ēt si esset in bonū. Supra tñ dicebaṫ solū de malo, quia illud erat magis necessariū reuelari. *Et non statim misero ad te.* ſ. ad denunciandū tibi: *Et notum tibi fecero.* ſ. quid pater meus intendat. *Hæc faciat Dominus Ionathę, & hæc augeat.* i. Deus faciat mihi talia, & talia mala, & insuper alia addat. Iste modus iurandi erat apud Hebræos. Sic patet, supra, c. 3. cum dixit Heli ad Samuelē. Hæc faciat tibi Deus, & hęc addat, si absconderis à me sermonem. Sic etiam Dauid iurauit infra, cap. 25. Hæc faciat Dominus inimicis Dauid, & hæc addat, si reliquero, &c.

Quomodo dixit Ionathas mittere ad Dauid, cum infra dicat se descensurum ad eum. Quæst. XX.

QVAERET aliquis, quomodo Ionathas dixit hic, quòd si aliquid boni esset super Dauid, q̄

Universidad de Deusto
Biblioteca

illico commiteret ad eum ad locum, vbi lateret: cũ infra dicatur, quòd Ionathas descensurus erat in agrum ad Dauid. Aliquis respondebit, quòd Ionathas inuestigaturus erat sententiam Saulis, siue in bonum, siue in malũ: & si aliquid boni inuenisset, missurus erat ad vocandum Dauid per nuncios. Si autem aliquid mali esset, ipse per se descenderet ad eum. Ratio differentiæ est, quia si aliquid bonũ sententiaßet Saul, non erat periculum, siue Ionathas iret ad nunciandum hoc Dauid, siue quicumq; alius. Si autem sententia esset in malum, erat periculum, si aliquis præter Ionatham, descenderet, quia ille posset indicare Dauid ipsi Sauli, & per illud periclitaretur. Item ipse solus descensurus erat. Ista differẽtia aliqualiter colligitur ex litera, qa hic dicitur: si aliquid boni fuerit super Dauid, & non statim misero ad te, & infra dicitur: si perseuerauerit patris mei malitia aduersum te, reuelabo aurem tuam, & dimittam te, scilicet, ipse Ionathas per seipsum. Sed dicendum, quòd ista responsio non stat, quia infra dicitur, qꝑ Ionathas descẽsurus erat ad locum, apud quem lateret Dauid: & si diceret puero: sagittæ vltra te sunt, erat signum, qꝑ sententia erat mala. Si autem diceret: sagittæ intra te sunt: erat sententia bona: ergo siue in bono, siue in malo Ionathas erat descensurus: & sic dicendum est, qꝑ ipsæ promisit illùc descendere ad omnem euentum. Cum autem dicitur hic: & non statim misero ad te: intelligendum est, quòd hoc dixit Ionathas à principio, cum descẽderunt in agrum, & nondum plenè erat determinatus modus renunciationis. Postea autem pepigit Ionathas fœdus cum Dauid, & concordatum est de modo: promisit Ionathas, quòd ipse descenderet ad renunciandum Dauid quicquid eueniret bonũ, vel malum. *Si autem perseuerauerit patris mei malitia aduersum te.* Dixit hoc Ionathas, quia Saul iam ab aliquot diebus exosum habebat Dauid, & dicebatur contra eum habere malitiam. Si autem nunc haberet eam, illa esset perseuerans. Non est autem intelligendũ, qꝑ si malitia Saulis perseuerauerit contra Dauid, qꝑ ob hoc Ionathas faceret ea, quæ sequuntur hic: nã dicitur: Reuelabo aurem tuam, & dimittam te, vt vadas in pace: non tamen dicturus erat Dauid, qꝑ recederet, quanquam malicia Saulis perseueraret, si non venisset ad complementum. Sic patet supra. ſ. Nec fieri potest, vt si certè cognouero completam esse patris mei malitiam contra te, nõ annunciem tibi: sic aũt intelligitur hic, scilicet, nõ solum de malicia perseuerante, sed etiam de completa. *Reuelabo aurem tuam.* ideſt, declarabo tibi. Reuelare aurem est facere, qꝑ aliquid audiat auris, quę non audiebat: & sic est, cum quis aliquid nouiter alteri annũciat: & simile habetur supra, cap. 9. cum dicitur: Dominus autem reuelauerat auriculam Samuelis ante vnam diem antequam veniret Saul, ideſt, denunciauerat ei. Et sic intelligitur hic. *Et dimittam te, vt vadas in pace.* ideſt, dabo tibi licentiam recedendi totaliter. Hoc dicebat Ionathas, quia si Saul diffiniret occidere Dauid, non poterat conuenienter manere Dauid in curia eius, sed Ionathas dimitteret eum, ideſt, diceret ei, quòd recederet. *Et sit Dominus tecum, sicut fuit cum patre meo.* scilicet, si oportuerit te recedere, oro, vt Deus tecum sit, in omnibus adiuuando te, sicut adiuuit patrem meum. Intelligebat enim Ionathas, quòd Deus vellet exaltare Dauid ad regnum: ideo dicebat, quòd Deus esset cum eo, sicut fuit cum patre suo, ideſt, sicut adiuuit patrem suum, ita, quòd ipse prius existens in statu valde paruo, postea sublimaretur ad regalem honorem: ita fieret in Dauid, quòd quãquam esset in paruo statu, Deus eum sublimaret ad regnum. Dicebat etiam hoc, quia si Dauid esset præsens Ionathę, quanquam aliquid aduersum accideret ei, Ionathas semper illi succurreret: si aũt absens esset, non posset ei in aliquo proficere, iõ commendabat eum soli Deo, vt dirigeret viam illius. *Et si vixero, facias mihi misericordiam Domini.* ideſt, si finitis negocijs tuis, ideſt, persecutionibus, veneris ad statum magnum, miserearis mihi: hoc autem dixit Ionatas, quia putabat, quòd Dauid erat futurus magnus vir.

Quare Ionathas dixit Dauid, quòd misereretur eius, Quæstio. XXI.

QVAERET aliquis, quare Ionathas dixit, quòd misereretur eius Dauid, si viueret: nã misereri pertinet ad illum, qui est in potestate respectu illius, qui deuenit ad miseriam: Ionathas autem erat primogenitus Saulis, ad quem de iure regnum veniebat post patrem: Saul quoque dixit illum post se regnaturum, vt patet infr. ſ. Omnibus enim diebus, quibus filius Isai vixerit super terram, non stabilieris tu, neq; regnum tuum: ergo intelligebat eum regnaturum esse: nullus autem maior status est, quàm regalis, ideo cum Ionathas futurus esset rex, non erat opus, qꝑ misereretur ei Dauid, sed potius Ionathas misereri deberet Dauid: Respondendum est, quòd à principio cum Saul cęperit persequi Dauid, nesciebat, an ille futurus esset rex, vel an vnctus esset in regem: postea autem cognitum est, qꝑ eum vnxisset Samuel, & quòd Deus promisisset ei dare regnũ Israel, ideo tunc Saul cępit eum magis timere, & qa Deus faciebat omnes actus Dauid prosperos, quam alias difficiles essent, omnes credebant, quòd Dauid regnaturus esset post Saulem, & nullus de stirpe Saulis futurus esset rex. Quòd autem hoc putaret Saul, apparet infr. ca. 24. cum dixit. & nunc quia scio, quòd certissimè regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Israel, iura mihi in Domino, ne deleas semen meum post me: sic etiam intelligebat omnis Israel, quia quando Abigail apparuit coram eo, vocauit eum regem, & dixit, quòd Deus constituturus erat eũ in ducem super Israel, vt patet infra cap. 25. Ionathas quoque cognescębat, quòd Dauid futurus esset rex, & non ipse, ideo voluit, quòd Dauid misereretur ei, scilicet, non deprimendo statũ eius: nam non putabat, quòd ipse esset rex: sed volebat, quòd poneret eum in aliquo gradu honoris, vt patet infr. cap. 23. cùm dixit Ionathas ad Dauid, ne timeas; nec enim inueniet te manus Saul patris mei, & tu regnabis super Israel, & ego ero tibi secundus. Et quia postquam Dauid efficeretur rex, timebat, quòd vellet occidere omnes de genere Saulis propter odium Saulis. ideo voluit, quòd promitteret ei Dauid facere misericordiam cum ipso. *Si verò mortuus fuero.* scilicet, si antequam cadat à regno pater meus, ego mortuus fuero, iam non poteris misereri mihi, sed misereberis filijs meis. *Non auferes misericordiam tuam à domo mea in sempiternum.* i. semper misereberis domus meæ: & hoc in sempiternum, ideſt, quandiu vixeris, & filij mei vix erint, atque cæteri posteri. Vocatur autem hic domus ipsa posteritas: non solum in filijs, sed etiam in nepotibus, & cæteris: volebat autem Ionathas, quòd non solùm misereretur Dauid filijs eius, sed etiam nepotibus, & pronepotibus, & omnibus generationibus eius, quę viuerent tempore Dauid.

An Dauid seruauerit misericordiam cum domo Ionathę. Quæstio. XXII.

QVAERET aliquis, an Dauid obseruauerit istam misericordiam, cum domo Ionathæ: nam cum ipso non potuit obseruare, cum mortuꝰ fuerit in bello antequam peruenirent Dauid ad statum regalem, mansit tamen progenies Ionathæ, cũ qua potuit obseruari, scilicet, filiꝰ eius Miphiboseth. Et dicendum est, quòd seruauerit misericordiã ad domum Ionathæ: nam cum esset Dauid rex super Israel, quæsiuit, an aliquis superesset de stirpe Ionathæ: & inuentus est Miphiboseth, qui claudus erat vtroque pede: fecit tamen Dauid eum ad se adduci, vt semper staret in conspectu illius, & comederet in mensa eius, vt patet infra 2. lib. cap. 9. fecit quoque, quòd omnis hęreditas, quę pertinuerat ad Ionathã, traderetur Miphiboseth. Iterum etiam fecit misericordiam magnam cum illo: nam Gabaonitæ petierunt, vt darentur sibi posteri Saulis ad occidendum: & concessit Dauid omnes, qui supererant de nepotibus eius: solus autem Miphiboseth filius Ionathæ liberatus est à Dauid propter Ionatham, vt patet, in fr. 2. li. ca. 21. solum autem visus est agere Dauid dure cum Miphiboseth, quando accusante seruo eius eum, Dauid concessit ei omnem hæreditatem, quã dederat Miphiboseth: & postea cognito, quòd falsè eum accusasset, non restituit ei hæreditatem, sed fecit, quòd seruus, & Dominus diuiderent hæreditatem ex equali: sed an in hoc peccauerit, & egerit cõtra pactum initum cum Ionatha infr. 2. lib. cap. 19. dicetur, vbi de hoc agitur. *Aut si non fecero.* Ista sunt verba Ionathæ dicentis, quòd si nunc ipse seruauerit misericordiam apũd Dauid, seruet eam Dauid ad eum, & ad domum suam in æternum. Et si ipse nũc non obseruauerit, Deus eradicet eum de terra, & intelligitur hoc de reuelatione sententiæ Saulis descẽdendo ad eum in agrum ad nunciandum bonum, si sit malum. Et non habetur ista literra in hebræo, nec est de textu, quanquam in quibusdam Biblijs habeatur, sed quia est ad expositionem textus, aliqui eam fortè interposuerunt textui, cum esset prius inter linearis. *Quando eradicauerit Dominus inimicos Dauid vnum quenque de terra sua.* Ista litera est de textu, & sequitur post illam: Non auferas misericordiam tuã, &c. dicebat enim Ionathas, quòd auferretur ipse de terra, si non seruaret veritatem ad Dauid, & dixit hoc, quia existimabat, quòd Deus daturus erat aliquando magnum principatum Dauid, & perituri erant omnes hostes eius Deo faciente: tunc autem dicit, quòd sicut illi perituri sunt, ita ipse pereat, si non seruauerit veritatem, & misericordiam cum Dauid. *Auferat Ionatham de domo sua.* ideſt, etiam pereat Ionathas de domo sua, sicut omnes alij hostes Dauid perituri sunt, & non accipitur hic, quòd pereat Ionathas de domo sua, scilicet, quòd ipse moriatur, & nõ maneat in domo sua, quia ista pęna solum erat, si Dauid peruenisset ad regnum, viuente Ionatha, cũ perituri essent hostes Dauid: Si tamen mortuus fuisset ante sublimationem Dauid, quanquam nõ obseruasset nunc veritatem ad eum, non esset sibi pęna: ideo intelligendum est, quòd Ionathas imprecaretur sibi hic pęnam, siue moreretur ante eradicationem hostium Dauid, siue non: & est tolli eum de domo sua, ideſt, fieri, quòd non maneat aliquis in domo eius, nec sit aliquis, in quo posset conseruari nomẽ illius in tota posteritate sua. Ista est enim pęna grauissima, scilicet, quando non solum aliquis moritur, sed etiam tota posteritas sua perit: nec est aliquis, in quo maneat nomen illius, vel memoria.

Alph. Tost. super 1. Regum.

Cum enim aliquis moritur, & manent filij, in quibus conseruatur nomen stirpis eius, non dicitur ille mortuus. Sic patet Ecclesia, cap. 30. scilicet. Mortuus est pater eius, & nõ est mortuus, reliquit enim filium similem sibi. Cum autem non manet aliquis de stirpe illius, in quo sit memoria eius, nec succedat ei, dicitur penitus mortuus: & istud est propriè auferri nomen alicuius de domo sua, ideſt, quòd nõ maneat ipse, nec aliquis de stirpe sua loco eius. Sic accipitur Nume. capit. 27. cum dixerunt filiæ Salphaad: Pater noster mortuus est in deserto, & hic non habet filios mares: cur tollitur nomen illius de familia sua, & hoc dicebant, quia nullus accipiebat possessionem loco eius. Si autem alicui daretur possessio ei debita, dicebant iam non auferri nomẽ eius de familia sua, ita dicebat hic Ionathas, scilicet, quòd auferretur de domo sua, ideſt, quòd non maneret ipse, nec aliquis de posteris suis succedens sibi, in quo seruaretur nomen eius. *Et requirat Dominus de manu inimicorum Dauid.* Ista sunt verba Ionathæ orantis, quia Deus puniat omnes hostes Dauid requirens malum, quod fecerunt: & in hoc imprecatur contra se, quia si ipse non seruaret nunc misericordiam cum Dauid, esset hostis illius: ideo orabat, quòd Deus requireret omne malum de manibus hostiũ Dauid, & consequenter de manu eius, cũ ipse in hoc efficeretur hostis Dauid. Ista litera non habetur in Hebræo, nec est de textu, vt supra dictũ fuit de illa: Aut si non fecero, sed à quibusdam ad expositionem addita est. *Pepigit ergo Ionathas fœdus cũ domo Dauid.* ideſt, non solum Ionathas locutus est in agro Dauid de liberatione sua, sed etiam pepigit ibi fœdus cum eo, vt seruaret semper misericordiam ad domum Ionathæ: & Ionathas quoqne ad Dauid, & ad posteros suos, si superuiueret: & non dicitur hic, quòd pepigit fœdus cum Dauid, sed cum domo Dauid: quia non solum Ionathas promittebat seruare veritatem, & misericordiam ad Dauid in persona sua, sed etiam ad omnes, qui pertinerent ad familiam eius, vt si superuiueret Ionathas viuentibus filijs, & nepotibus, Dauid seruaturus erat ad eos misericordiam. Hoc factum est, quia etiam Ionathas petiuit, vt non solùm Dauid obseruaret misericordiam cum eo, sed etiam cum filiis suis, vt patet supr. scilicet. Si vixero facies mihi misericordiã: si verò mortuus fuero, non auferes misericordiam à domo mea.

Quare Ionathas nunc iniit fœdus cum Dauid, cum iam prius inierat. Quæst. XXIII.

QVAERET aliquis, quare Ionathas nunc inierit fœdus cum Dauid: quia iam inierat. vt patet supra, cap. 18. sufficiebat autem semel iniri, quia illo semel fiebat obligatio ad omne tempus, & ad omnem casum: cum in fœdere iniendo ponantur clausulæ generales, quæ includunt omnem euentum: & non potest aliquid emergere, vel incidere de nouo, propter quod necesse sit fœdus iniri iterato: nisi fortè fuerit initum super aliqua re particulari. Fœdus autem, quod iniuit prius Ionathas cum Dauid, erat generale, ideo non oportebat illud replicari. Sed adhuc aliquis dicet, quòd illud fuerit speciale, scilicet, solum super aliqua clausula: nunc autem Ionathas voluit, quòd fieret generale, scilicet, quòd nunquam auferret misericordiam ab eo, nec à Domo sua. De fœdere autem prius inito non põt patere, an fuerit generale, vel speciale, cũ litera nihil dicat: ideo habebunt isti locum proteruiendi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed adhuc dicendum, quòd non ſtat: nam hic fecit Ionathas fœdus generale cum Dauid, quod extendebatur ad omne tempus, & ad omnes clauſulas: & tamen hoc non obſtante, iterũ fœdus cum eo iniuit poſtea, vt patet infra capit. 23. cum dicitur, q̃ Ionathas abijt ad Dauid in Syluam, & percuſſit vterq; fœdus coram Domino: illud autem fœdus non fuit poſitum quaſi iſtud: quia hic poſitum eſt ſpeciale, vel in aliquo diminutum, cũ eſſet nimis generale, ſed fuit iteratum ex alia cauſa. Ita ergo, quanquam illud fœdus, quod à principio fuit inter Ionatham, & Dauid ſupra cap. 18. fuerit generale, iteraretur iſtud hic. Dicendum igitur, q̃ Ionathas ſæpe iniuit fœdus cũ Dauid: ter enim legitur iniuiſſe. Primò in die illa, qua percuſſit Philiſthæum ſupra cap. 18. Secundò pridie Kalendarum, quãdo agebatur, an Dauid recederet à Saule, vel maneret cum eo: & de hoc habetur hic. Iterum autem inierunt fœdus, ſ. cum Dauid iam eſſet profugus à facie Saulis, de quo infra cap. 23. Fuit autem iſta iteratio fœderis non ex neceſſitate, quaſi vnum fœdus non ſufficeret: nam ita obligabatur Dauid Ionathę per vnicum fœdus, ſicut per mille, velut ſiquis in aliqua cauſa iuraret de veritate dicenda, non magis obligaretur, ſi milleſies iuraret, quàm ſi ſemel. Faciebat tamen hoc Ionathas propter duo, ſ. ex amore, & ex quodam timore: amor tamen præcipuus erat. Duo nanque fœdera inita cum Dauid ex amore fuerunt, & potiſſimè primum: nam tunc nihil mali ſuſpicabatur ſibi futurũ, vel ſemini ſuo Ionathas, nec putabat exaltandum Dauid ad ſtatum regium. Ex nimio tamen amore dignatus eſt inire cum eo fœdus. Sic patet ſupra capit. 18. ſ. Factum eſt, cum compleſſet loqui Dauid ad Saul, anima Ionathæ colligata eſt animę Dauid: & dilexit eum Ionathas, quaſi animam ſuam. Et poſtea ſequitur, q̃ inierunt fœdus Ionathas, & Dauid: diligebat enim, eum quaſi animam ſuam. Iſtud autem ſecundum fœdus fuit initum aliqualiter ex timore, ſ. quia Ionathas iam cognouerat Dauid exaltandũ ad regium principatum, & nullum regnaturum de ſtirpe Saulis, iã timens, ne Dauid propter odium Saulis deleret omnes de ſtirpe eius, & conſequenter omnes de ſtirpe Ionathæ, voluit cum eo inire fœdus, vt patet ſupra, ſcilicet. Si vixero facies mihi miſericordiam: ſi verò mortuus fuero, non auferes miſericordiam tuam à Domo mea. Sed adhuc iſtud ſecundum fœdus magis fuit ex amore, quàm ex timore, vt patet infra, ſcilicet. Et addidit Ionathas deierare Dauid, eo, q̃ diligeret eum, ſicut enim animam ſuam, ita diligebat illum. Tertium autem fœdus magis iniuit Ionathas ex quodam timore, & cautela futurorum, quàm ex amore: quod apparet: quia poſt iſtud ſecundum fœdus initũ, ſemper faciebat Ionathas Dauid memorem, vt ſeruaret illud: ſic patet infra cum Ionathas daret Dauid ſignum recedendi, vel manendi, & ſubiunxit. De verbo autem, quod locuti ſumus ego, & tu, ſit Dominus inter me, & te vſq; in ſempiternũ. Et iterum infra in litera, cùm Ionathas diceret Dauid, q̃ recederet: ait. Vade in pace, quecunque iurauimus ambo in nomine Domini, dicentes: Dominus ſit inter me, & te, & inter ſemen meũ, & ſemen tuum, vſque in ſempiternum: q. d. iſta ſemper maneant firma. Toties tamen repetere idem timentis eſt, vel non confidentis verbis alterius. Putabat autẽ Ionathas aliquid proficere ſibi iſta federa multiplicata: quia primum quanquam eſſet firmum, tamen erat aliquid propter, quod videretur alicui infirmum: ſic enim eſt in omnibus iuramentis, ſ. q̃ ſi aliquid nouum innaſcatur, de quo ante non eſt quid cogitatum, vel repugnet alteri iurantium, ſoluatur iuramentum: velut ſi duo inuicem iurent de nunq̃ repugnando in alterutrum, ſi vnus eorum fidem frangerit, poteſt alius licitè fidem frangere: ita cũ à principio fœderis initi inter Ionatham, & Dauid, Saul diligeret Dauid: deinde immeritò Dauid conatus eſt eũ ſæpe occidere Saul, & multas ei moliebatur inſidias, ideo videbatur ruptum fœdus ad Ionatham, cũ eſſet filius Saulis. Et hoc quidem verum eſt, ſi Ionathas fauiſſet patri ſuo ad mortem Dauid: nunquam tamen fauit, ſed magis repugnauit ſemper quãdiu potuit: ideo non erat fœdus ruptum: quia tamen Dauid poſſet exiſtimare, quod ſicut, contra Saulem habebat iuſtam vltionem: ita etiam haberet contra omnes de ſemine ſuo, voluit Ionathas prouidere huic denuo fœdus iniendo, ne poſſet dicere Dauid, quod fœdus non tenuerat, eo, quod poſt illud fuerãt multa contra eũ attentata ex parte Saulis: nam poſt omnia illa iſtud fœdus iniebatur, quod extinguebat actionem, vel exceptionem omnem, ſi qua oriri poterat Dauid ex illis. Iterum autem Ionathas fœdus iniuit cũ Dauid, ſ. poſtquam totaliter fuit profugus à Saule, & iſtud eodem modo fuit ad tollendũ omnem exceptionem Dauid. Poterat enim dicere, q̃ etiam ſecundum fœdus non tenuerat: nam poſt illud multa fuerunt attentata: fuit enim initum ſecundũ fœd⁹, quando nondum conſtabat, an malitia Saulis completa eſſet contra Dauid, vt patet hic. Poſtea autem apparuit malitiam eius eſſe completam, vt patet infra, in litera: & cœpit apertè perſequi Saul Dauid per vrbes, & montes ſicut perſequeretur publicum hoſtem: quæ nunquam egerat ante ſecundũ fœd⁹ initum; ideo cum iſta poſtea attentata fuerint, videbatur ruptum eſſe ſecundum fœdus. Voluit ergo fœdus tertium inire Ionathas, de quo infra c. 23. Et poſt illud nõ fuit aliquid nouum attentatum, ex parte Saulis: quia non fuit eum aliter perſecutus poſtea, quàm prius perſecutus fuerat, ideo putauit ſufficere illud fœdus, alia etiam cauſa fuit, quare Ionathas multoties fœdus iniuit cum Dauid: quia poſſet putaret primum ſufficere de iure, credidit tamen, quod plus timeret Dauid irrumpere fœdus, ſi ſæpe initum fuiſſet, quàm ſi ſolum ſemel. Sic enim fieri ſolet in iudicijs, vel in contractibus, quanquam aliquis fecerit iuramentũ de ſeruando veritatem, vel fidelitatem alicui: tamen, cum non veniunt ſpeciales cauſæ, vel plures articuli, ſæpe petitur iuramentum iterari, vt ſic magis timeatur deieratio, & veritas obſeruetur.

Ionathas ter iniuit fœdus cũ Dauid.

Cauſa replicandi fœdus.

Licet non pateat, an ſeruauerit cæremonias federis Ionathæ, & Dauid: tamen credendum eſt, quòd ſic.

Quæſtio XXIV.

QVAERETVR vlterius, an ſeruauerint hic Ionathas, & Dauid cęremonias fœderis: ſunt autem in fœdere iniendo cęremonię, quod aliquod animal diuidatur per medium, & inientes fœdus tranſeat per medium diuiſionum, vt patet Gen. cap. 15. & Ier. 34. Reſpondendum eſt, q̃ non patet, an hoc fecerit Ionathas, & Dauid. Dicendum tamen, quòd ſatis veriſimile eſt, quòd hoc egerint. Et hoc, quia ille, qui timet ſe fraudari in aliquo contractu, vel non ſeruari ſibi veritatem, diligenter attendit ad omnes cæremonias, vt contractus efficiatur validus. Ionathas autem faciebat iſtud ſecundum fœdus aliqualiter propter timorem, vt dictum eſt: & quia cæremonia, quæ in fœdere maximam firmitudinem præſtare videbatur, erat, quod tranſirẽt inter diuiſiones inientes fœdus, ideo non eſt veriſimile, quòd Ionathas illam omiſerit: quia aliàs putaret poſſe ſibi obijci fœdus non fuiſſe validum: quia non fuerunt obſeruatæ cæremoniæ eius: immò iſta videtur cauſa præcipua, propter quã voluerit egredi Ionathas in agrum ad loquendum cum Dauid, ſ. vt ibi poſſent facere cæremonias fœderis occidẽdo, quod cũq; animal tranſeundo inter diuiſiones: nam licet verba occultè dici poſſent in vrbe: iſta tamẽ cæremonia vix poterat fieri, quin ab aliquo ſciretur: iõ egreſſi ſunt in agrum, vbi nemo conſcius eſſet. *Etre quiſiuit dominus de manu inimicorum Dauid.* Iſtud non pertinet ad hiſtoriam: ſed ſcriptor libri illud introduxit ad ſignificandum id, quod poſtea factum eſt: nam Ionathas imprecatus fuerat, quod requireret Dominus de manu inimicorum Dauid. Hic autem interponitur, quod poſtea ſic acciderit, ſ. quod Deus requierit de manu inimicorum Dauid, ſ. quod omnia mala, quę fecerunt Dauid, Deus requiſiuit ab eis puniendo eos pro illis: quia intelligitur hoc de Saule, & adiutoribus ſuis: nã Saul in bello mortuus eſt, cũ tribus filijs ſuis: & hoc Deus faciebat in vindictam ſcelerum Saulis, vt patet infra c. 28 poſteritas quoq; eius propter ipſum punita eſt: nam ſeptem nepotes eius, petentibus Gabaonitis, occiſi ſunt, ſolo Miphiboſeth manente propter Ionatham, vt patet infra 2. lib. cap 21. Hebræi autem aliter exponunt iſtam literam referẽtes hoc ad Dauid, ſ. quod hoſtes Dauid accipiantur hic pro ipſo Dauid: & eſt ſenſus, quod requiſiuit Dominus de manu hoſtium Dauid, ideſt de manu Dauid, ſ. quòd ipſe iſtud fœdus cum Ionatha initum violauit: & Deus puniuit eum propter hoc. Adducũt autem ad hoc, quòd, quando Siba ſeruus Miphiboſeth accuſauit Dominum, & tradita ẽ ei vniuerſa poſſeſſio Miphiboſeth, poſtea autem, cũ patuiſſet fraus, & debuiſſet Dauid reſtituere Miphiboſeth poſſeſſiones integraliter, dixit ei: Tu, & Siba diuidite poſſeſſiones infra 2. lib. capit. 19. Vnde dicit Ra. Sa. quod quando dixit Dauid: Tu, & Siba diuidite poſſeſſiones, venit quædam vox à Deo, dicens: Roboam, & Ieroboam diuident regnum, eo, q̃ Dauid fregerit iſtud pactum, quod erat inter eum, & Ionatham, & poſteros eorum. Et cùm dicitur hic, quod dictum fuit, requiſiuit Dominus de manu inimicorum Dauid, & non de manu Dauid, fuit hoc ad reuerentiam Dauid, ſicut mater maledicens filio ſuo ex ira, ſubdit immediatè: huic lapidi dico, vel huic parieti, & ſimilia: ſic etiam Iob. cap. 2. dicitur: Benedic Domino, & morere, ideſt maledic. Et non ponitur ibi: maledic, propter reuerentiam Dei. Sic etiam Dauid locutus eſt, iuſtra cap. 25. cum ait: Hoc faciat Dominus inimicis Dauid, ideſt hoc faciat Dauid: q̃ manifeſtum, quòd ibi non iurabat de hoſtibus ſuis, ſed de ſe. Aliter autem dicunt, quod poteſt intelligi, ſcilicet, requiſiuit Dominus de manu inimicorum Dauid, ideſt requiſiuit violationem iſtius fœderis de Dauid: & hoc per manus inimicorũ eius: & hoc, q̃ Ieroboam, & alij inſurrexerũt contra Salomonem, & poſtea contra filium eius Roboam ad diuidendũ regnum. Et iſti fuerunt inimici Dauid, ideſt poſteritatis eius. Sed iſte ſenſus Hebræorum non ſtat. Primò: quia ipſi innuũt, quod Dauid peccauerit faciendo, quod Miphiboſeth, & Syba diuiderent inter ſe poſſeſſiones: & quòd in hoc violauerit fœdus: nam non apparet, an peccauerit Dauid in hoc, præſertim cum infra 3. lib. ca. 15. dicatur, quod Dauid non declinauit ab omnibus, quæ præcepit ei Dominus cũctis diebus vitæ ſuę, excepto ſermone Vriæ Hethei. Sed iſtud non fuit pertinens ad id, quod factum eſt, contra Vriam. Ergo non peccauit in hoc Dauid, quanquam, an hoc verum ſit, infra 2. lib. cap. 19. declarabitur. Item dicunt, quod propter peccatum violationis pacti huius Deus fecit, quod regnum ſtirpis Dauid diuideretur. Sed hoc nimis falſum eſt. Nã iſtud factum eſt propter peccatum Salomonis, immo ſi non fuiſſet propter Dauid, Deus non reliquiſſet aliquid de Regno in ſtirpe Salomonis: ſed totũ tranſiſſet ad Ieroboam. Sic patet infra 3. libr. cap. 11. Hæc dicit Dominus. Ecce ego ſcindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi. 10. Tribus, porro vna Tribus remanebit ei, propter Dauid ſeruũ meum, eo, quòd dereliquerit me, & adorauerit Deum Sidoniorum. Et ſæpe hoc repetitur eodem cap. & eodem lib. cap. 15. ergo non fuit requiſitum aliquid de manu Dauid propter violationem iſtius fœderis. Cũ aũt dicit Ra. Sa. q̃ audita ẽ vox de Cęlo &c. vt dictũ eſt. Rñdendũ eſt, quod hoc eſt nimis ficticium: ſicut multa alia cõſueuit fingere Ra. Sa. in quibus minoris auctoritatis eſt, quàm rude vulgus in fabulis ſuis, præcipuè cũ hic præſupponat contra Sacram Scripturam, vt probatum eſt. Cũ aũt dicunt, q̃ dr̃ de manu inimicorũ Dauid, i. de manu Dauid, errant: quia præſupponunt falſum, ſ. quod requiſitum fuerit iſtud fœdus de manu Dauid. Item errant, quia exempla ſua non applicantur ad expoſitionem iſtã: nam cùm dicitur de matre maledicente filio: huic lapidi dico, vel huic parieti, non eſt ſimile: quia illa mutat ibi verba, eo, quòd vellet, quod id, quod filio dixit, non eueniret ei: ſi autem optaret, quod ei eueniret, non mutaret verbum. Scriptura tamen ſecũdum ſenſum iſtorum dixit, quod requiſitum fuerit malum iſtud de manu Dauid: ergo non eſt ſimile, q̃ mutata fuerint hic verba. Item cum dicunt de eo, q̃ habetur Iob. capit. 2. ſ. Benedic Domino, & morere, non eſt ſimile: quia ibi poteſt accipi propriè benedictio pro benedictione: & tamen aliquando benedictio ex modo loquentis, vel ex intentione eius eſt, tanquam maledictio, & peccatur in illa. Hoc modo locutus eſt Iob de filijs ſuis, dicens: Ne fortè peccauerint filij mei, & benedixerint Deum in cordib. ſuis Iob. cap. 1. Hic autem nihil tale eſt. Item cum dicitur de iuramento Dauid infra cap. 25. dicendum, quod non eſt ſimile: q̃ quando aliquis vult imprecari ſibi malum: quia ſeipſum diligit, non vult per nomen ſuum imprecari ſibi malum: quia ſeipſum diligit, ſed exprimit nomen hoſtis, quaſi timens, q̃ ſi per nomen ſuum imprecetur, eueniet ei id, quod imprecatur. Cum tamen aliquis de alio loquitur imprecando malum, vel referendo, non mutat perſonam, ſed ſcriptura hic loquebatur de Dauid, & non ipſe de ſeipſo. ergo non eſt ſimile, quod mutarẽt nomen, & ponerentur hoſtes ſui pro eo. Non ergo poteſt ſtare ſens⁹ Hebræorum: quia prętęr omnia iſta, nimis alienus eſt à modo loquendi. Sed ſtandũ eſt in primo ſenſu. *Et addidit Ionathas deierare Dauid,* ideſt prętęr iuramenta, quæ ſupra præſtiterat Ionathas Dauid hic præſtitit aliud: intelligitur iſtud de fœdere inito: quia in quolibet fœdere præſtatur iuramentum. Ionathas autem iam primum fœdus inierat cũ Dauid ſupra ca. 18. in quo iuramentũ intercidit. Nunc quoque ſecundum fœdus iniuit, in quo identidem iuramentum fuit, ideo additum eſt hoc iuramentũ ad prędecedens. Aliqui enim intelligunt, quod Ionathas deierauit Dauid, ideſt coegit eum ſibi iurare, vel induxit ad iurandum. Sed non eſt iſte ſenſus: Nõ enim concordat litera ſequens, ſ. eo, quod diligeret eum, ſicut animam ſuam. Nam non cogit aliquis alium iurare ſibi: quia diligit eum, ſed magis, quia eum timet, ſ. quod non obſeruabit ſibi veritatem. Sed eſt ſenſus, quod Ionathas deierauit Dauid, ideſt iurauit ei ſeruare miſericordiam, & veritatem, & non accipitur hic deierare pro periurio, ſicut communi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

muniter accipitur: sed deierare pro solo iuramẽto, vel deierare, idest valde iurare, quia ex magna affectione iurabat Ionathas. *Et quod diligeret eum*, idest nõ addidit iurare illi, nisi: quia diligebat. Est sens⁹, ꝙ Dauid orauerat Ionatham, vt obseruaret misericordiã ad eum. Ionathas autem non cogebatur ab aliquo iurare super hoc, nec etiam Dauid hoc petierat: ga tamen Ionathas diligebat valde Dauid, vt certificaret eum, fecit aliud iuramentũ ei supra id, ꝙ primo fecerat, s in priori fædere. *Sicut enim animam suam, ita diligebat illum*. Hic declaratur dictum præcedens, s. ꝙ Ionathas diligeret Dauid, & non solum diligebat, sed leuiter, vel remisse: sed intẽtissimè, s. sicut aĩam suã: i. sicut vitã suã, nihil aũt poterat magis diligere, q̃ vitam suã. De hac dilectione Ionathæ ad Dauid, quomodo tanta esset, & cur, magis declaratum est supr. cap. 18. in principio. *Dixitque ad illum Ionathas*: Hic cõcordat de modo, quo Ionathas renunciaturus erat Dauid sententiam patris sui, & non quærente aliqd Dauid Ionathas à seipso dixit, quid agere intẽderet, vt sequitur. *Cras Kalendæ sunt*, idest prima dies Mensis, quę erat apud Hebræos in noua lunatione, sicut apud Arabes, & vocatur magis Neomenia, sicut supra dictum est. *Et requireris*, idest inquiret pater meus de te. Dicebat hoc Ionathas, quia Saul quæreret in mensa pro Dauid, cur non veniret. *Requiretur enim sessio tua, vsq; perendie*. Istud ponitur ad declarationem quomodo, s. requirendus esset Dauid: & innuitur, ꝙ non requireretur directè, sed requireretur propter sessionem: nam Saul videret Cathedram Dauid vacuam ad mensam, ideo quæreret vbi esset. Dicitur autem vsque perendie, idest vsque ad diem sequentem post cras, quia non solum in die Kalendarum, sed etiam in die sequenti quæreretur. Potest hoc intelligi disiunctiuè, vel copulatiuè, s. requiretur sessio tua cras, vel requiretur perendie. Putabat enim Ionathas, quòd fortè Saul in die Kalendarum non respiceret, quia tunc nouiter incipiebat deficere Dauid de mensa regis. In die tamen secundo respiceret, & sic factum est: quia in die Kalendarum nihil quæsiuit Saul de Dauid: in sequenti autem, quęsiuit, vt patet infra in litera. Potest etiam intelligi copulatiuè, s requireris cras, & requireris perendie, quia cũ nulla die illarũ venturus esset Dauid ad mensam, ga in agro abscondendus erat: requireret eum Saul in qualibet earum. Sed tunc dicetur: quare magis Saul requisiturus erat Dauid, vsque perendie, quàm vsq; ad alios dies sequentes. Aliquis respondebit, ꝙ hoc fieret, quia in illis duobus diebus venturus erat Dauid ad mensam regis, & in sequentibus non: quia illi duo dies erant festiui, ideo in eis solum requireret. Sed dicendum est non multum stare: quia si in duobus diebus Dauid non veniret ad mensam regis, q̃ q̃ in sequentibus diebus non esset ex more venturus, si tamen in primis duobus nesciuisset vbi erat, non desineret q̃rere pro eo in diebus sequentib quousq; sciret vbi esset, putans, quod per absentiam suã aliquas fraudes moliebatur Sauli. Sed magis dicendum est, ꝙ Saul quæsiturus erat Dauid, quousq; inueniret sententiam de eo, sed vsque perendie poterat inuenire eam: quia tunc Ionathas responderet ꝙ Dauid, ideo solum vsq; perendie inquirendus erat. *Descendes ergo festinus*. Finito consilio Ionathæ, & Dauid, dixit Ionathas, ꝙ iret Dauid ad locum, vbi lateret, ex quo apparet, ꝙ non exierunt in agrum Ionathas, & Dauid ad hoc, ꝙ Ionathas indicaret ei vbi latere deberet: quia tunc non diceretur. Descendes festinus, s. vt non videretur ab aliquo, qui posset postea respondere Sauli, ꝙ vidisset Dauid in tali, vel tali loco. *Et venies in locum, vbi celandus fis*. idest venies ad lapidẽ Ezel, de quo sibi dixerat Ionathas, ꝙ lateret ibi. *In die, quo operari licet*, i. latebis ibi in die profesto, q̃ nõ est vacatiuus, sed licèt operari. Iste autẽ erat dies post Kalendas, in quo iam licebat operari. Ex hoc autem apparet, ꝙ dies Kalendarum erat vacatiuus, alioquin non diceretur hoc: frustra enim esset, cùm nullus dies de illis esset vacatiuus. Sciendum, ꝙ Nicolaus vult, ꝙ essent duo dies vacatiui. s. dies Kalendarum, & sequens. Hoc autẽ innuit: quia Ionathas dicebat Dauid esse celandum die, quo operari licet: sed iste erat dies tertius, quia in eo iturus erat ad ipsum Ionathas ad locum latibuli: ergo duo dies præcedentes vacatiui erant. Sed dicendum est, ꝙ solum erat dies Kalendarum vacaturus ex consuetudine Iudæorum: quia in eo fiebant specialia sacrificia: sequens autem dies nihil pertinebat ad sacrificia, nec vnquam obseruari iussum est, ergo non obseruabatur, nisi dies Kalendarum. Poterat tamen accidere, ꝙ dies sequens post Kalendas esset vacatiuus, si Kalendę essent sexta feria: & sequens dies esset sabbatum, alioquin solę Kalendæ erant vacatiuę. Qđ aũt nunc sic accidisset, non erat inconueniens, nõ tamẽ patet ex motiuo Nicolai, quia licèt esset, si solum latuisset Dauid in tertia die, quo ad eum venit Ionathas: si aũt latuit oĩbus tribus diebus, non apparebit, an dies sequẽs post Kalẽdas fuerit vacatiuus, vel nõ.

Opi. Nic. ꝙ in principio iudæis Iudæorum erant duo dies vacatiui.

Quare Saul magis in illis duob. diebus quæsiturus erat de Dauid, quàm in alijs.

Quare dixit Ionathas, quòd Dauid celandus erat in die, in qua operari licet. Quæst. XXV.

QVAERET aliquis, quare dixit Ionathas, ꝙ Dauid erat celandus in die, qua operari licèt, quia etiam ante illum diem celandus erat. Aliquis fortè respondebit ex præsuppositio Nicolai, ꝙ in die Kalendarum, & sequenti nõ latuit Dauid: sed iuit in Bethlehem ad solennitatem. Deinde tertia die stetit in agro in loco latibuli, & illa die ad eũ venit Ionathas. Sed hoc non stat, quia Dauid immediatè, vt recessit à Ionatha, iuit ad locum latibuli, & stetit ibi ante Kalendas, vt patet supra in litera, scilicet descendes festinus in locum, vbi celandus fis: & hoc dicebat Ionathas, quando Dauid erat cum eo ante Kalendas: ergo descẽsurus erat immediatè ad latibulum, cum dixit: Descendes festinus, alioquin non dixisset sic: sed solũ ibis, quo volueris: & in die, quo operari licet, latebis. Item non stat, quia inf. dicitur. absconditus est Dauid in agro, & venerunt Kalendæ: ergo prius absconditus fuit Dauid, quàm venirent Kalendæ: non igitur latuit solũ in die tertio, quo operari licebat, sed etiam in diebus præcedentibus ex tempore, quo recessit à Ionatha. Dicendũ est igitur, ꝙ Dauid non iuit in Bethlehem ad solennitatem, neque descendit in aliquem alium locum, quia sic poterat videri ab aliquo, qui renũciaret Sauli de eo, sed stetit in loco latibuli ex tempore, quo recessit à Ionatha vsquequo ad eum redijt Ionathas die tertio, & vocatur hic dies, quo operari licèt, dies secundus post Kalendas: quia sola dies Kalendarum obseruabatur. Dixit tamẽ Ionathas, ꝙ celãdus erat Dauid die, qua operari licebat, dato, ꝙ in alijs celandus erat. Et hoc propter duo: primò, quia volebat Ionathas, ꝙ esset Dauid occultus, ne quis eum videret: & si fortè aliquando recederet à lapide Ezel, vagando per agros, & videret eum quispiam, debebat occultari tempore illo, quo videri poterat: istud autem erat in die, quo operari licebat. i. die non vacatiuo, quia in præcedenti die Kalendarum nemo eũ poterat videre, etiam si vagaretur per agrum apud lapidem Ezel: ideo magis debebat latere die, quo operari licebat, quàm die Kalendarum: quanquã sem-

per lateret. Patet hoc, quia lapis Ezel erat longè ab Vrbe Gabaa, in qua erant Saul, & Ionathas. In die autem festo non licebat alicui Iudæorum progredi extra locum, in quo habitabat vltra mille passus. Sic enim dicitur Actuum cap. 1. quòd Mons Oliueti est iuxta Ierusalem Sabbathi habens iter, idest tantum distans, quantum licebat Iudæis ambulare in Sabbatho: est tamen illud spatium vnius milliarij, siue mille passuum, vt patet in libro terræ sanctæ: & ab eis, q̃ viderunt locum, sic refert: si ergo lapis Ezel distabat ab vrbe plusquã vno milliario, nullus Hebræus die Kalendarum illùc accedebat propter festiuitatem, & sic quanquam Dauid non lateret solicitè, sed vagaretur per agros iuxta lapidem illum, nullus eũ viderat, die autem, quo operari licebat, transibãt homines hinc inde, siue inter agentes, siue ad opera sua, & tunc solicitè latere debebat Dauid, ne videretur à transeuntibus: & sic expressum est de die, quo operari licet. Alia causa fuit, vt Ionathas certissimè reperiret Dauid apud lapidem Exel nam quãquam iussus erat latere Dauid apud lapidem Ezel, poterat tamen aliquantulum inde digredi, dumtamen caueret, ne ab aliquo videretur, & quia si veniente Ionatha, digressus fuisset Dauid à lapide Ezel, nesciret eum Ionathas inquirere, nec posset renunciare ea, quæ sensérat de patre: ideo Dauid manere debebat apud lapidem diebus illis, quibus venire posset Ionathas: non erat autem venturus Ionathas die Kalendarum, quia etiam si illa die sententiam patris agno uisset, non erat venturus ad nunciandũ Dauid, quia non licebat ei illa die propter solennitatem tantũ digredi ab vrbe: licebat tamen in diebus non vacatiuis, s. post Calendas: ideo in omnibus diebus sequẽtibus post Calendas latere debebat Dauid diligẽter, quia poterat Ionathas venire sequenti die post Calendas, vt si cognouisset sententiam patris die Calẽdarũ, vel veniret tertio die, si non cognosceret sententiam vsque ad diem post Calendas, ideo latere debebat Dauid in die, quo operari licet, s. in die sequenti Calendas, & in omnib⁹ posterioribus vsque quo veniret Ionathas ad eum. *Et sedebis iuxta lapidem, cuius nomen est Ezel*. Erat enim aliquis lapis magnus, vel rupis famosa in terra illa, ideo nomen habebat. Sic enim aliqui lapides famosi habent nomen, vt patet Iudi. cap. 20. vbi dicitur, quod sexcenti viri de Beniamin fugientes ad solitudinem sederunt iuxta lapidem, cuius vocabulum erat Remmon. Sic etiam infra 3. lib. cap. 1. dicitur, quòd Adonias filius Dauid, cum voluit regnare, fecit conuiuiũ, & victimas iuxta lapidem Zoeleth, qui est propinqu⁹ fonti Rogel. In litera Chaldaica dicitur, quod erat quidam lapis magnus positus in directionem itineris, & sic volũt Hebræi. Sed hoc non stat pp duo. Primò, ga si posit⁹ fuisset ibi ab hoĩb⁹ ad aliqd, nõ poterat eẽ magn⁹ lapis, ita vt cõueniẽter posset ibi latere Dauid: necesse est enim lapidem magnum, vel rupem esse, in qua aliquis conuenienter lateat. Secundò non stat: quia si esset lapis positus ad directiones itinerantium, necesse erat, quod positus fuisset in via, vel iuxta viam, ibi tamen non conuenienter lateret Dauid: quia in diebus, quibus operari licebat, videretur ab omnib. transeuntibus. Nec valet, si dicas, quod illis diebus digrederetur à lapide, ne videretur: quia hoc magis vetuit Ionathas, dicens, quod in die, quo operari licèt, sederet iuxta lapidem Ezel. Dicendum ergo, ꝙ non erat aliquis lapis ab hominibus positus ad viarũ directionem, sed erat aliqua rupes, vel magna moles saxea immobilis, quæ aliquantulum distabat à via, & ibi poterat conuenienter latere Dauid.

Vnde habuit, vel quid de cibo Dauid in his diebus, quibus latuit apud lapidem. Quæstio XXVI.

QVAERET aliquis, quid Dauid habebat de cibo in his diebus, quibus latuit apud lapidem: quia non redibat in vrbẽ ad sumẽdos cibos, nec quisquam veniebat de vrbe ferens ei quippiam: noluit enim quenquam scire latibulum suum, præter Ionatham: & ob hoc ipse solus cum puerulo descendit annunciaturus sententiam Saulis Dauid. Aliquis respondebit, quod Dauid quanquam non rediret in Vrbem, in qua erat Saul, tamen ibat in aliqua loca vicina, & inde habebat cibos. Sed hoc non stat: quia erat contra intentionem Dauid: volebat enim latere, ne quis eum videret. Si autem descendere ad aliqua loca pro cibis, videretur: & cũ esset cognitus à toto Israel tanquam vir honorabilis, & gener regis, si videretur ab aliquo solitarius, faceret de se suspitionem, & posset annunciari Sauli: non ergo descendebat in aliqua loca. Aliquis autem dicet, ꝙ Deus dabat Dauid ibi cibum supernaturaliter, sicut factum est de Elia, quia cum ipse profugus esset à facie regis Achab tempore magnæ famis, sedit abscõditus iuxta Iordanem, & Deus mittebat ei per coruos quotidie panem, & carnes in mane, & Vespere, vt patet infra 3. lib. ca. 17. sic ergo fieret nunc de Dauid, cum esset vir sanctus, & lateret ex necessitate. Respondendum est, quod non stat, quia cum hoc esset magnum miraculum, si fuisse, scriptura illud enarrasset, sicut retulit de Elia, non tamen retulit: ergo non est verisimile fuisse. Item miracula nunquã fiunt sine necessitate: si ergo Dauid poterat cõgruè habere cibos aliunde, Deus non mitteret ei cibos supernaturaliter. Elias autem non poterat habere pro toto illo tempore cibos, nisi supernaturaliter, cum non auderet venire ad aliquem populum timore regis Achab, ideo Deus dedit ei supernaturaliter cibos. De Dauid secus erat. Dicendum ergo, ꝙ Dauid tulit secum de vrbe aliquid, quod posset ei qualitercunque sufficere ad illos tres dies, quia non putabat se pluribus posse latere. Sed dicet aliquis, quod nihil secum tulerit, quia postquam concordatum est de fuga eius ad latibulum non redijt in vrbem: nã ipse, & Ionathas egressi sunt in agrum ad iniendum fædus, & vt concordaretur de modo latendi Dauid. Cum autem exissent non redijt Dauid in vrbem, sed dixit ei Ionathas. Descendes festinus, & venies in locum, vbi celandus sis: ergo non potuit redire in vrbem ad ferendum secum cibos. Respondendum est, quod postquam exierunt in agrum Ionathas, & Dauid, in vrbem prius tñ, q̃ exirent, sumpsit Dauid secum aliquid ad cibos pro tribus diebus, quia iam diffinierat, quod tribus diebus lateret, vt patet supra, s. Dimitte ergo me, vt abscondar in agro, vsque ad vesperam diei tertij. Et sic haberet secum cibos, quia credendum est, quòd aliter non iret ad locum latibuli, cum sciret aliunde non posse se habere cibos. *Et ego tres sagittas mittam iuxta eum*. Istud est signum, ꝑ quod notificari debebat Dauid intentio Saulis. Qđ autem dicitur de tribus sagittis, non referebat, an essent tres, vel plures ad significandum aliquid: sed voluit Ionathas, quod essent tot. Dicitur autem, quod mitteret iuxta lapidem sagittas, vt Dauid latens in lapidem, audiret vocem Ionathæ dicẽtis ad puerũ. Vltra te sunt, vel citra te sunt, ad intelligendum sententiam Saulis. Si autem distans esset iactus sagittarum à lapide, nihil audiret Dauid: & sic non profecisset signum datum: erat tamen missio sagittarum citra lapidem, quia si transirent lapidem, puer videret Dauid latentem, cum iret pro sagittis, quod nolebat Io-

bat Ionathas: hoc autem apparet, quia infra dicitur, F cum abijsset puer, surrexit Dauid de loco, qui vergebat ad austrum, ideſt, quòd erat ille locus, in quo latebat Dauid, magis meridianus, quàm locus, vbi sagittæ proiectæ sunt: & sic erat vltra sagittas lapis. *Et iaciam quasi exercens me ad signum*, ideſt, ego iaciam sagittas ad locum certum, quasi vellem exercitare me in arte sagittaria ad percutiendum signum.

Quare Ionathas dedit signum sagittarum Dauid, cum posſ locutus sit cum eo. Quæstio XXVII.

QVAERET aliquis, quare Ionathas dedit istud signum de sagitis mittendis, cum ip se postea locutus fuerit Dauid, & nuncia G uerit ei sententiam Saulis, vt patet infra Nicolaus respondet, quòd hoc fortè factum est, quia Ionathas nesciebat, an posſet solus venire: si enim veniret solus, loqueretur ad Dauid: si autem alij secum essent, non posſet commodè loqui: ideo recessurus erat Dauid, vel staturus per hæc signa. Respondendum est tamen, quòd hoc non stat: quia Ionathas disposuerat venire solus cum puero paruulo, vt patet hic, cũ dicat: Mittam quoque puerum dicens ei: Vade, & affer mihi sagittas: sic enim postea fecit: nam iuit cum puero, cum dicatur infra. venit Ionathas in agrum iuxta placitum Dauid, & puer paruulus cum eo. Dicendum ergo, quòd fortè Ionathas timuit, quòd ꝙꝙ nullus iret cum eo: faciente ipso hoc, superueniret H aliquis, propter quem non posſet loqui conuenienter ad Dauid: ideo tunc sufficeret ei signum istud ad standum, vel recedẽdum. Sed adhuc melius dici potest, quòd istud signum datum est propter puerum: nam non poterat egredi Ionathas de vrbe sine puero, & arcu, si non daret aliquod signum: sed si ipse descenderet ad Dauid, puer hoc intelligeret: ideo debuit dari aliquod signum, vt lateret puerum, quòd fiebat. Potest tamen vtraque earum duarum solutionum teneri.

Quare dedit magis signum sagittarum, quàm lapidis, vel lanceæ. Quæst. XXVIII.

QVAERETVR vlterius, quare Ionathas magis voluit dare signum per proiectionem sagittarum, quàm lanceę, vel lapidum, aut per alios modos. Respondendum est, quod hoc fuit ad celandum id, quod facere volebat. Istud autem celari debebat his, qui erant in vrbe, de qua egrediebatur Ionathas, & puero, qui cum eo erat. Sed non erat alius modus, quo conuenientius celaretur hoc puero, & eis, qui manebant in vrbe, quàm per sagitras. De puero patet, quia si voluisset mittere Ionathas lãceam, vel telum, puer videret locum iactus, tum propter magnitudinem lanceæ, vel teli, tum, quia non poterat nimis differenter vna vice iacere super alteram, & sic non diceret puero: vltra te sunt, vel ci K tra te sunt, cum puer ista videret: signum tamen dãdum erat per citra, & vltra: eodem modo non conueniebat, si Ionathas lapides iaceret: quia puer non erat iturus pro illis. In sagittis autem secus erat, quia puer iturus erat pro illis, ne perderentur, & poterat vnam differenter iacere super alteram, ita, vt puer nesciret, an esset citra, vel vltra, pręsertim, cum sagitræ paruæ essent, & tunc diceret puero: vltra te sunt. Item factum est hoc principaliter, propter eos, qui manebant in vrbe, ne suspicarentur quippiam de Ionatha: omnes enim sciebant, ꝙ Ionathas diligeret Dauid: & cum die præcedenti increpitus fuisset à patre propter eum, & voluisset illum lancea per-

cutere omnes, qui viderent egredi Ionatham de vrbe solum: potissimè famuli regis suspicarentur aliquid de eo, nisi constaret ad quid egrederetur. Si autem nihil secum ferret armaturæ, vadens cum puero, nesciretur ad quid iret, ideo suspitio esset, ꝙ ibat ad Dauid: si autem ferret lanceas, vel tela, & non arcum, nesciretur ad quid ferebat, ideo causaret maiorem præsumptionem. Non decuit ergo, quòd ferret lanceas, vel tela. Qui autem ferret sagittas, & arcum, non erat alicuius suspitionis: immo prorsus tollebat suspitionem, & hoc, quia putaretur, ꝙ Ionathas ibat in agrum ad delectationem, & exercitium, vt arte sagittaria aliquid venaretur: vel fortè, ꝙ ibat ad exercendum se ad signum. Ionathas enim nimis assuescebat se ad artem sagittariam, quia magis diligebat illam, quàm omnes alias, & sic erat in ea excellens: vnde laudatur de ipsa infra 2. lib. ca. 1. f. Sagitta Ionathæ nunquam redijt retrorsum, & gladius Saul non est reuersus inanis. Et propter hoc semper assuescebat Ionathas ferre secum arcum, sicut Saul assuescebat ferre lanceam. Quòd ergo nũc Ionathas ferret arcũ, & sagittas, nihil aliud ferẽdo, tollebat omnem suspitionem, ideo hoc solum tulit. Sed dicet aliquis, quare Ionathas voluit ferre secum puerum: quia si solus descendisset ferens arcum, & sagittas, abstulisset omnem suspitionem, & potuisset loqui cum Dauid. Respondendum est, quòd tulit secum puerum Ionathas propter duo: Primò, ga nunquam Ionathas consuetus erat procedere sine armigero: & videbatur inhonestum, quòd solus p- cederet ferens arma: noluit ergo hoc agere. Item tu lit secum puerum, quia aliàs esset præsumptio contra ipsum, quanquam ferret sagittas, & arcum: nam semper consuetus erat secum ferre armigerum: si autem non ferret, putaretur, quòd aliquid secretè vellet agere: ideo ibat solus, & ad dissimulãdũ opus suum ferebat arcum, & sagittas, & sic ex hoc magis contra eum præsumeretur. Decuit ergo, quòd portaret puerum paruulum, ne aliquid fraudis intelligeret, sic patet infra, s. venit Ionathas in agrum, & puer paruulus cum eo. *Mittam quoque puerum dicens ei*, ideſt mittam puerum ante me ad locum, ad quem I sagittas iecero. *Vade, & affer mihi sagittas.* Hoc dicturus erat Ionathas, vt cum puer vellet reducere sagittas, diceret ei Ionathas: vltra te sunt, vel citra te. Et per hoc Dauid intelligeret sententiam Saulis. *Si dixero puero: Ecce sagittæ intra te sunt.* Ponitur intra, pro citra. Vel dicitur, intra te, ideſt, iter te, & me. *Tolle eas*, ideſt reduc ad me. Sciendum est, quòd Ionathas fingebat se iacere sagittas ad signum, sicut supra dixerat. Et iaciam quasi exercens me ad signũ. Erat autem plusurus aliquam, vltra signum, vel citra, ex iduſtria, vt diceret puero: vltra te sunt, vel citra: fingebat tamẽ, quòd ex errore vltra signum iecisset, vel citra. *Tu veni ad me*, s. exibis de loco, in quo latebis in lapide, & venies ad me. Hoc facere debebat Dauid, quãquam pñs esset puer, quia tũc, cum nihil mali esset, Dauid non erat aliquod periculum, ꝙ puer videret cũ exeuntẽ de lapide. Erat autem periculum, si sententia Saulis esset ad malum, s. quia puer indicaret aliquib. in vrbe, & sic periclitaretur Dauid. *Quia pax tibi est*, ideſt, quia habes pacem, & concordiam cum patre meo, & non quærit vitam tuam. *Et nihil est mali*, ideſt non est aliquod malum contra te. Intelligitur hoc de malo ad mortem: quia dato, quòd Ionathas cognouisset aliquale odium Saulis ad Dauid, si illud non esset ad mortem, non erat dicturus Dauid, ꝙ recederet: & vocatur hoc nullum malum in respectu ad mortem, quam timebat Dauid. *Viuit Dominus*, i. iuro per vitam Dei, ꝙ hoc est verum. Istud dixit Ionathas

thas ad faciendum, vt non timeret Dauid: quia poterat existimare Dauid, quòd Ionathas vellet eum tradere in manus patris sui: & ideo diceret ei aliquod signũ falsum, dando ei securitatem, vt traderet eũ facilius in manu patris sui: & Dauid hoc timens non cõfideret signo dato à Ionatha, ideo iurat Ionathas dicens: Viuit Dominus, ideſt iuro per vitam Dei, ꝙ dabo verum signum, siue bonum, siue malum eueniret. *Si autem sic locutus fuero: ecce sagittæ vltra te sunt.* Ista dici debebant puero, & significabatur in hoc elongatio futura Ionathæ ad Dauid. *Vade in pace*, ideſt vade in quiete, & saluus non rediens ad patrem meum, quia tunc non esset tibi salus. *Quia dimisit te Dominus*, ideſt Deus dedit tibi licentiam, vt vadas, & iubet, ꝙ recedas. Hoc dicebat Ionathas: quia si reperiret Sau- B lem iratum contra eum, sententia Dei erat, ꝙ recederet Dauid: ideo ipse Deus dimittebat eũ, ideſt dabat ei licentiam eũdi: sic accipit infra: Dimitte me: quoniam sacrificiũ solenne est, ideſt, Da mihi licentiam eundi propter sacrificium. *De verbo autem, quod locuti sumus ego, & tu*, ideſt de fœdere, quod iniuimus, in quo Dauid promisit seruare misericordiam cũ Domo Ionathę, & Ionathas cum Domo Dauid. *Sit Dominus inter me, & te vsque in sempiternum*, ideſt, Deus sit testis vsq; in sempiternum huius fœderis, q. d. si aliquo tempore illud irritaueris, quandocunque hoc fuerit, Deus sit testis, quòd prœuaricaris: & similiter cõtra me, si prœuaricatus fuero. Vel dicitur: sit inter te, & me Deus, ideſt, sit ad puniendum te, vel ad puniẽdum me, quicunque errauerit. Sic dixit Dauid ad Saulem infra ca. 24. Sit Deus Iudex, & iudicet inter te, & me: & videat, & dijudicet causam meam. Vel potest accipi pro vtroque simul, s. quòd Deus esset testis, & etiam punitor: nam nullus alius erat, qui testis esse posſit, ideo inuocatus est in testem: etiam ipse solus punire poterat, ideo inuocatus est, vt punitor: sic Labam, & Iacob inuocauerunt Deum inter se testem in Mõte Galaad in fœdere suo: & dixit Labam. Intueatur, & iudicet Dominus inter nos, quãdo recesſerimus à nobis, si afflixeris filias meas, & si introduxeris vxores alias super eas, nullus sermonis nostri testis est absque Deo, qui præsens est, & respicit: Iacob autem dixit ad Labam: Deus Abraam, & D Deus Nachor iudicet inter nos. Et Deus patris eorum, vt patet Gen. cap. 31. Vel dicitur: Deus sit inter me, & te, vsque in sempiternum, ideſt faciat, ꝙ ego seruem tibi istud fœdus: & tu mihi in sempiternum. *Absconditus est ergo Dauid in agro*, s. immediatè, vt recesſit à Ionatha, absconditus fuit, quia dixerat ei Ionathas: Descendes festinus, & venies in locũ, vbi celandus sis. Fuit nanque hoc in eadem die, quod patet: quia fuit ante Calendas: nam hic dicitur, quòd absconditus est Dauid, & deinde sequitur, & venerunt Calendæ: erant tamen Calendæ sequenti die, vt patet sup. in litera, s. Cras Calendæ sunt, & requireris. Dicitur autem in agro, ideſt iuxta lapidem Ezel: nam ibi dixerat Ionathas, quòd lateret, vt patet supra, s. Et sedebis iuxta lapidem, cuius nomen est Ezel. *Et venerunt Calendæ*. Hic ponitur quartum huius cap. s. Sau- E lis indignatio contra Ionatham, quia respondit pro Dauid. Et dicitur, quòd venerunt Calendæ, s. posteq latuit Dauid: nam erant Calendæ sequenti die, postquam faciebant ista Dauid, & Ionathas, vt patet supra, s. Cras Calendæ sunt, & requireris. *Et sedit Rex ad comedendum panem*. Nomine panis intelliguntur oẽs alij cibi, & quidquid manducari potest. Sic patet supra cap. 14. cum dixit Saul: Maledictus vir, qui manducauerit panem vsque ad vesperum: & propter illam maledictionem non audebat populus comedere de melle fluente per agrum, & Ionathas, quia comedit modicum, captus est. Quod non fuisset, nisi nomine panis intelligeretur mel. Est etiam modus loquendi, vt nomine panis intelligantur multi cibi, vt patet infra 4. lib. ca. 6. cum dixit Eliseus: Pone panem, & aquam coram eis, & sequitur ibi, quòd appositа est eis magna ciborum præparatio. *Cumque sedisset rex super cathedram suam secundum consuetudinem*, i. sedit in cathedra, in qua consueuerat sedere ad mensam, & nullus alius audebat sedere in ea. *Quæ erat iuxta parietem*, ideſt cathedra illa erat locata iuxta parietem. Est autem intelligendũ, quòd mensa regis erat magna, & porrecta in lõgum, cuius extremitas vna, ideſt caput mensæ erat, ad quam sedebat rex, & ista extremitas perueniebat vsq; ad parietem, ita vt inter eam, & parietem nihil mediaret, nisi cathedra regis: ideo dicebatur, quòd illa erat ad parietem: multæ aliæ cathedræ erant minores ad mensam regis, in quibus sedebant viri nobiles, & barones, & nulla istarum erat apud parietem ex aliqua parte. Potest autem hoc referri ad præcedens, s. ꝙ cathedra regis erat iuxta parietem secũdum consuetudinem, ideſt, quòd consueuerat semper esse iuxta parietem. *Et surrexit Ionathas, & sedit Abner ex latere Saul.* Hebræi dicũt, quòd sederat Ionathas circa Saulem, sed postea adueniente Abner, quia timuit, quòd Saul iraſceretur ei, & vellet eum lancea configere, sicut postea factũ est, ideo noluit esse iuxta eũ. Sed hoc non stat: nam Iudæi hoc confingunt, quia postea accidit, ꝙ Saul se cunda die conaretur configere Ionatham lãcea. Io- C nathas tamen non posſet existimare, quòd propter tam paruam rem pater suus conaretur eum occidere', præsertim cum ipse esset primogenitus, & strenuus vir: sed accidit hoc, propter nimium odium, ꝙ Saul habebat contra Dauid: ideo Ionathas non dimitteret locum, hoc timens. Item litera præsupponit, quòd manserit quilibet in loco suo: ideo non est dicendum, quòd propter timorem Ionathas mutauerit locum. Nicolaus dicit, quòd, quando Dauid erat ad mensam regis, sedebat immediatè iuxta regem, & postea Ionathas, & deinde Abner in tertio loco: & quia non est consuetum, quòd filius regis sedeat immediatè apud regem nullo intermedio, surrexit Ionathas, & sedit post Abner. In hoc autem significatur, ꝙ Ionathas, & Abner mutauerint locũ, & sederit Abner in loco Ionathæ, & tamen locus Dauid manserit vacuus inter regem, & Abner. Sed hoc videtur pati duo inconuenientia. Primum, ꝙ Dauid sederet in loco nobiliori, quàm Abner: quia Abner erat princeps totius militiæ Saulis à principio, & postea semper fuit: non ergo præponeretur ei Dauid, pręsertim, cum solum habuerit sub se Dauid mille viros, vt patet supr. cap. 18. Secundum est, qa dr infra, ꝙ sedit Abner ex latere Saulis: si tamen staret litera secundum Nico. non sediſſet Abner ex latere Saulis, sed in secundo loco, & mansisset locus ex latere regis vacuus. Dicendũ ergo videtur, quod Abner solitus erat sedere apud regem, eo ꝙ erat honorabilior in tota domo sua. In secundo autem loco post eum poterat dici, quod sedebat Dauid, vel Ionathas: & cum hic dicitur, ꝙ surrexit Ionathas, & sedit Abner in loco, in quo erat Ionathas, & ad hoc surrexit Ionathas, sed, ꝙ prius sederat Ionathas ad mensam, quàm Abner, quanquam in loco inferiori: veniẽte autem Abner, Ionathas surrexit propter reuerentiam Abner venientis, nec sedit quousque sedit Abner: nam scriptum est: Coram capite cano consurge, & honoram personam senis: Leui. ca. 19. Sed tunc arguetur: quia supra dixit Dauid. Ego ex more sedere soleo iuxta regem ad vescendum. Respondendum, quod non intelligitur, quod sedebat

Ionathas dixit se cum puerum propter duo.

Expositio Hebræorum.

Opin. Nicolai.

iuxta

Universidad de Deusto
Biblioteca

iuxta regem, ideſt immediatus illi ex latere: ſed ſe- F
debat iuxta, ideſt non multum diſtans, ſ. in ſecundo,
vel tertio loco. Et iſto modo apparuit locus Dauid
Soluit rõnes cõtra Nicolaũ. vacuus, qui erat ſecundus, vel tertius. Poſſumus ta-
men, ſi voluerimus, tenere ſententiam Nicolai, ſ. q̃
locus coniunctus regi eſſet locus Dauid, & in ſecun
do Ionathas, & in tertio Abner, & quod nunc, non
veniente Dauid, ſederat Ionathas in loco ſuo, ſ. ſuo.
Veniẽte tamen Abner, dedit ei locum, & ipſe ſedit
in tertio loco, vbi ſolebat ſedere Abner, & hoc fuit,
vt aliquis eſſet inter Ionatham, & Saulem. Reſpon-
debitur autem ad inconuenientia. Ad primum, q̃
fortè Saul volebat honorare Dauid magis, q̃ Abner,
eo, q̃ erat gener ſuus: & cum dicitur, q̃ Abner erat
princeps totius militiæ, & Dauid ſolum mille viro- G
rum. Dicendum, q̃ hoc non obſtat, quia à principio
fuerat Abner Princeps, & adueniente Dauid, non
fuit ablatus ei principatus Fuit tamen Dauid magis
honoratus in menſa regis, eo q̃ erat gener illius Ad
ſecundum dicendum, q̃ Abner ſedit ex latere regis,
quanquam ſederet in loco Ionathæ, qui non erat
coniunctus regi, quia non ſolum dicitur ille ſedere
ex latere, qui ſedet coniũctus ei, ſed etiam, qui ſedet
diſiunctus, dumtamen nullus mediet: & ſic erat de
Abner, qui ſedebat loco Ionathæ. *Et ſedit Abner ex latere Saul.* Poteſt exponi dupliciter ſecundum præ-
cedentia. Vno modo, q̃ ſedit ex latere Saul, ideſt co-
niunctus ei, nullo loco mediante. Aliter, q̃ ſedit ex
latere Saul, ideſt propinquus illi, ſ. q̃ nullus erat ma- H
gis coniunctus, quanquam ipſe non erat coniũctus,
ſed in loco ſecundo, qui erat locus Ionathæ. *Vacuuſq; apparuit locus Dauid*, ideſt, quanquam mutauiſſent lo-
cum Abner, & Ionathas, tamen locus Dauid appa-
ruit vacuus, quia nullus ſedit in eo: & hoc verum eſt
quomodocunque accipiatur. Si enim dicamus, q̃
Abner ſolitus erat ſedere coniunctus Sauli ex late-
re, & nunc quoque ſedit, dicetur, q̃ locus Dauid, qui
erat ſecundus, vel tertius, apparuit vacuus, quia nul-
lus in eo ſedit. Si autem dicatur, q̃ Abner ſolitus
erat ſedere in tertio loco, & Dauid in primo, appa-
ruit locus Dauid vacuus, quia nullus ſedit in primo
loco, in quo ſedebat Dauid. Quomodocunque au-
tem dicatur, quia locus Dauid erat ſatis coniunctus I
regi, vidit Saul quomodo erat vacuus.

Non occupauit Ionathas propter duo locum Dauid.
Quæſtio. XXIX.

QVAERET aliquis, quare Ionathas non occu-
pauit locũ Dauid, vt non appareret vacuus.
Reſpondendum, q̃ fuit propter duo. Primum erat,
quia non poterat Ionathas facere, ne locus Dauid
non eſſet vacuus, quia illi, qui comedebant ad men-
ſam regis erant certi: & cathedræ erant aſſignatæ ſe
cundum numerum eorum: cum ergo vnus deeſſet,
neceſſe erat apparere vnam cathedram vacuam: ſi-
ue ergo ſederet Ionathas in cathedra ſua, ſiue in ca-
thedra Dauid, ſemper neceſſe erat apparere vnam
cathedram vacuam: & hoc videret Saul. Secundò
reſponderi poteſt, q̃ dato, q̃ Ionathas potuiſſet oc-
cultare cathedram vacuam, non occultaſſet: nam ſi
Saul non vidiſſet aliquam cathedram vacuam, for-
tè non inquiſiuiſſet pro Dauid, nullum abeſſe repu-
tans: viſa autem cathedra vacua, illico ſentiret abeẽ
Dauid, & quia Ionathas deſiderabat, quòd Saul in-
quireret pro Dauid, vt ipſe cognoſceret ſententiam
eius contra Dauid, quam non poterat cognoſcere,
niſi inquireret ipſe pro Dauid. Si autẽ Ionathas oc-
cultaret cathedram Dauid vacantem, ipſe præſtaret
cauſam, vt nõ cognoſceretur ſententia Saulis, ideo
non erat Ionathas occupaturus cathedram Dauid,
quanquam eam poſſet occupare, ita vt nulla vacans
appareret. *Et non eſt locutus Saul quicquam in die illa*, ideſt
quanquam vidiſſet Saul in die Calendarum abeſſe
Dauid, tamen nihil locutus fuit quærendo de abſen
tia eius, & hoc, quia putauit eum habere aliquam
cauſam abſentiæ, vt patet immediatè. *Cogitabat enim, quod fortè euenijſſet ei, vt non eſſet mundus, nec purificatus*, i. q̃
poterat accidere, quòd Dauid non eſſet purificatus,
nec mundus. Et iſta erat cauſa ſufficiens, vt non ve-
niret ad menſam regis, non curauit quærere pro il-
lo, nam ipſe nolebat quærere, niſi cum haberet ali-
quam cauſam ſuſpicandi contra Dauid. In primo
autem die non fuit aliqua cauſa ſuſpitionis, cum pu
taret Saul excuſari Dauid, propter immundiciam:
iõ non quæſiuit. In ſecunda aũt die non hẽbat Da-
uid aliquam cauſam: ideo erat ſuſpitio contra ipſũ,
cur non veniret. In Hebræo habetur. *Cogitabat Saul, quod fortè erat mundus, & fortè erat immundus.* Sed iſta ſen-
tentia non ſtat ſecundum literam, ideo litera noſtra
clarius poſuit, quòd non eſſet mundus, nec purifica-
tus: quia ſi illa diſiunctiua poneretur propriè, opor-
tebat, quòd ſecundum quamlibet partem illius, Da-
uid haberet cauſam non veniendi ad mẽſam regis,
non habebat tamen vtranque, quia ſi eſſet immun-
dus habebat cauſam non veniẽdi: ſi tamen eſſet mũ
dus non habebat cauſam, ideo litera noſtra poſuit
non mundum, nec purificatum, quia ſiue aliquis di-
catur eſſe immundus, quia actualiter habet immun
diciam, ſiue non purificatus, ideſt, quia nondũ com-
pletus eſt in eo ritus purificationis, impediretur ve-
nire ad menſam regis.

Multiplex immundicia eſſe poterat in Dauid, propter quam non veniret in die Calendarum ad menſam regis.
Quæſtio XXX.

QVAERET aliquis, quæ immũdicia erat iſta,
propter quam exiſtimabat Saul, quòd non ve-
niret Dauid ad menſam in die Calendarũ. Reſpon-
dendum eſt, quòd multiplex immundicia eſſe pote-
rat: quædam nanq; eſt naturalis: alia legalis: natura-
lis vocatur, quæ ex natura inſurgit per modum egri
tudinis, & inficit illum, in quo eſt, ſic eſt lepra, & flu-
xus ſeminis: alia eſt immundicia legalis, quæ non eſt
ex natura, ſed per poſitionem legis, ſicut eſt in contra
ctu omnium rerum prohibitarũ à lege: omnes iſtæ
immundiciæ reddebant homines ineptos ad partí-
cipationem ſacrorum. De prima habetur Leui. cap.
14. & 15. vbi de lepra, & fluxu ſeminis agitur. Immũ
dicia autem legalis erat multiplex. Quædam erat in
contractu animalium morticinorum, aut occiſorũ
à beſtijs, vel in contractu reptilium, aut ſtercoris hu
mani. De hoc Leui. cap. 1. Aliæ immundiciæ erant
tangendo cadauera animalium illicitorum ad eſũ,
etiam ſi ab homine occiſa fuiſſent: ſic etiam ſiquis K
tangeret veſtes immundas, vel ſemina, aut quidquid
aliud polluitur ſimiliter, de quo Leui capit. 11. Aliæ
immundiciæ erant ſiquis comederet ſanguinem,
vel animalia morticina, aut quæcunque illicita ad
eſum, de quo Leui cap. 17. Sic etiam ſiquis tetigiſſet
virum fluentem ſemine, aut veſtes eius, vel lectum,
& ſiquis tetigiſſet mulierem menſtruatam, vel ve-
ſtes illius. Etiam ſi quis polluereturin coitu, tã vir, q̃
fœmina, de quo Leui. cap. 15. Etiam ſiquis pollue-
retur ſomnio nocturno, de quo Deut. c. 23. In oĩb?
his erat immundicia. Sic etiam ſiquis tangeret cada-
uer hominis, vel ſupellectilia exiſtẽtia in domo, vbi
aliquis mortuus eſt, vel ſi tetigit oſſa reperta in agro,
vel ſepulchrum, aut effudit aquam luſtrationis, de

quo Num. cap. 19. poterat autem Dauid non venire A
ad menſam regis propter quancunque iſtarum pol
lutionum, & exiſtimauit eum Saul aliqua harũ pol-
lutum, præcipuè pollutione, quæ eſt ex coitu cum
illa communius accidere poſſet, quia Dauid habe-
bat vxorem.

An Saul potuerit exiſtimare, quod propter immũdiciam Dauid non veniſſet ad menſam eius. Quæſt. XXXI.

QVAERETVR vlterius, quomodo Saul exi
ſtimauit ſufficientem cauſam eſſe, quòd non
veniret Dauid ad menſam eius, quia pollutus eſſet,
quia pollutio à ſacris excludit. In conuiuio tamen
regis non erat aliquod ſacrum, ideo non excludere-
tur. De cibis enim non ſanctificatis, tam mundus,
quàm immundus ſimul veſcebantur, vt patet Deu.
cap. 12. Aliquis reſpondebit, quòd fortè Saul exiſti-
mauit Dauid eſſe immundum aliqua immundicia,
quæ prohiberet non ſolum à ſacris, ſed etiam à cõ-
uerſatione hominum. Quædam enim huiuſmodi
erant, propter quas immũdi eijciebantur de caſtris,
ſ. ſiquis leproſus eſſet, vel ſemine fluens, vel immun-
dus ſuper mortuo, vt patet Num ca. 5. ſic etiam Ma-
ria ſoror Moyſi, cum percuſſa fuiſſet lepra, ſeptem
diebus de caſtris excluſa fuit quouſq; ſanata eſt Nu.
cap. 12. ſi autem Dauid aliquam harum immundi-
ciarum haberet, nõ poſſet venire ad menſam regis,
nec communicare cũ alijs viris, ſed manſurus erat C
extra caſtra. Sed hoc non ſtat, quia ſequenti die Saul
quæſiuit, cur non veniret Dauid ad menſam, quaſi
iam non haberet aliquam immundiciam, propter
quam prohiberetur, vt patet infra, in litera. Ergo nõ
exiſtimabat, quòd immundus eſſet immũdicia, quæ
eum faceret eſſe extra caſtra, ſed aliqua immũdicia
leui. Dicendum ergo, q̃ Saul exiſtimauit Dauid eſſe
immundum aliqua immundicia legali de commu-
nibus, quæ faciliter accidere poſſent: & iſtæ non ex-
cludebant homines à caſtris, ſed à communicatione
ſacrorum. In die autem Kalendarum veriſimile eſt,
quòd haberet rex conuiuiũ de ſacrificijs, de quibus
guſtare non poterat homo immundus: ideo Dauid
nõ venit. Erat enim magna feſtiuitas Kalendarum, D
in qua multi offerebant ſacrificia pacifica ad hono-
rem feſti: & quia rex erat præcipuus in populo, cre-
dendum eſt, q̃ ipſe obtuliſſet, & inuitaſſet proceres
ſuos ad comedendum de victimis. Quòd autem die
Kalendarum conſueſcerent Iſraelitę offerre pacifi-
cas hoſtias patet Num. cap. 10. ſ. Siquando habebitis
epulum, & dies feſtos, & Kalendas, canetis tubis ſup
holocauſtis, & pacificis victimis. Saul autem ſciebat,
q̃ Dauid ſciret eum ſolitũ facere ſacrificia die Kalẽ
darum, ideo non veniret ad menſam regis: quia nõ
erat aptus ad comedendum de ſanctificatis: magna
enim erat pœna ſiquis immũdus comederet de ſan
ctificatis, ſ. quia polluebat ſanctuariũ, & Deus occi-
deret illum, vt patet Leui. ca. 22. nihil autem horum E
erat, quod imaginabatur Saul: erat tamen veriſimi-
le, ideo Saul hoc credidit. *Cumque illuxiſſet dies ſecunda poſt Kalendas*, ideſt cum aduenijſſet dies ſequens poſt
Kalendas. *Rurſum vacuus apparuit locus Dauid.* Erat. n.
ſedes determinata pro Dauid: & in præcedenti die
manſerat vacua, quia nullus in ea ſedit, die quoque
ſta fuit vacua, quia etiam non venit Dauid: & cum
iam Saul ſuſpicaretur aliquid contra Dauid, aſpexit
locum eius, & vidit vacuũ. Hoc autem, quia etiam
die illa ire debebat Dauid ad mẽſam regis, ſicut præ-
cedenti die, vt patet, cum dixit: Cur non venit filius
Iſai, nec heri, nec hodie ad veſcendum? ſi tamen non
veniſſet illa die, etiam ſi non veniſſet, nihil ſu-

ſpicatus eſſet Saul: Ex hoc autem apparet, quòd Da-
uid quotidie comedebat ad menſam regis, alioquin
ſolum inquiſiuiſſet pro eo Saul in die Kalendarum,
& non in ſequenti, quia tunc nullum feſtum erat.
Aliqui tamen poſſent dicere, quòd etiam ſequenti
die Kalendarum erat feſtiuitas, ideo venturus erat
die illo Dauid ad menſam regis, ſicut die Kalenda-
rum. Et hoc tamen Nicolaus. Sed dicendum eſt, q̃
regulariter dies ſequens poſt Kalendas non erat fe-
ſtiua, nec etiam dies Kalendarum, niſi ex conſuetu-
dine. Poterat tamen accidere aliquod feſtum poſt
Kalendas, vt, ſi eſſent Kalendæ ſexta feria, eſſet ſe-
quens dies Sabbathum: aliàs tamen dies ſequẽs poſt
Kalendas non vacatiua erat: & tunc ſecundum hãc
poſitionem Nicolai dici debet, quòd in omnibus fe B
ſtiuitatibus Dauid ſolitus erat ire ad menſam regis,
& quia nũc acciderat feſtum poſt Kalendas, tam die
Kalendarum, quàm ſequẽti, iturus erat ad menſam Saul quæ-
regis. *Dixitque Saul ad Ionatham filium ſuum.* Cum Saul ſiuit à Io-
non vidiſſet Dauid venire ad menſam die Kalenda- natha de
rum, nec ſequenti, ſuſpicari cœpit aliquod malum Dauid
eſſe, ideo quæſiuit de Dauid. Quæſiuit autem à Iona pluſquam
tha, pluſquam ab alio propter duo. Primò, quia for- ab alio, p-
tè familiarius loquebat ad eũ, quam ad aliquem de pter duo.
conuiuis. Secundò, & principaliter, quia putabat, q̃
melius reſpondere poſſet Ionathas de abſentia Da-
uid, quàm quiſquã alius, eo, quòd erat amicus illius,
& reuelarent ſibi mutuo, quæ agebant. Iſtam autem
amicitiam cognoſcebat Saul inter Dauid, & Iona-
tham, vt patet infr. ſ. Nunquid ignoro, quia diligis fi-
lium Iſai in confuſionem tuam? Potius ergo à Iona
tha, quàm ab aliquo alio quærere debuit. *Cur non venit filius Iſai nec heri, nec hodie ad veſcendum*, ideſt, quare in
his duobus diebus non venit ad menſam. Vocauit
Saul Dauid filium Iſai, & non Dauid: & hoc ex con-
tẽptu, vt vult Nicolaus: vel magis ex indignatione,
quia qui alijs inuident, vel iraſcuntur, non poſſent
eos nominibus ſuis appellare, ſed quibuſdam nomi-
nibus circumlocutis: ſic enim Phariſæi, cum habe-
rent Chriſtum exoſum, interdum non vocabant eũ
nomine ſuo, vt patet Io. cap. 7. ſ. Iudæi ergo quære-
bant eum in die feſto, & dicebant: vbi eſt ille?

Quare Saul die poſt Kalendas quæſiuit de Dauid: debuiſſet enim ſubticere. Quæſt. XXXII.

QVAERET aliquis, quare Saul ſequenti die
poſt Kalendas quæſiuit de Dauid: videtur
enim, quòd debuiſſet ſubticere, ſicut die
Kalendarum: tunc enim tacuit putans eum eſſe im
mundũ, ſed ita eſſe poterat die ſequenti: ergo etiam
debuiſſet ſubticere, quod patet: quia licet quędam
immundiciarum excluderent hominem à caſtris, &
aliæ ſolum à communicatione ſacrorum: generale
tamen erat, quòd omnes immundiciæ excluderent
hominem à ſacris, ſed intet has quædam erant, quæ
durabant per multos dies, ideo etiam ſi Dauid mora
tus fuiſſet duobus, vel tribus diebus non veniens ad
menſam regis, poterat Saul ſuſpicari eum eſſe pollu
tum. Patet hoc de lepra, quia quamdiu aliquis du-
raret in lepra ſemper immundus erat, etiam ſi mul-
to tempore hoc pateretur, vt patet Leui. cap. 13. &
14. Item ſiquis flueret ſemine, erat immundus toto
tempore quo fluebat: Leui. ca. 15. & ſi mulier aliqua
eſſet menſtruata, quamdiu durarent menſtrua, vel
fluxus ſanguinis extra tempus menſtruorum, erat
immunda eod. cap. Siquis etiam coiuiſſet cum mu-
liere menſtruata 7. diebus erat immundus, eod. cap.
Siquis etiam polluereturſuper mortuo, vel oſſibus,
aut ſepulchro 7. diebus erat immundus. Num. ca 19.

Quam-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quancunque ergo harum immundiciarum incurriſſet Dauid per plures die abſtinere debebat à menſa regis,& aliorum hominum,potiſſimè in cibis ſanctificatis,ergo poterat Saul ſuſpicari,quòd Dauid eſſet immundus ſequenti die poſt Kalendas, & non deberet inquirere pro eo.Reſpondendum eſt,quòd Saul non credebat aliquam harum immundiciarū eueniſſe Dauid,quia iſtę rarius accidunt, ſed, quòd euenisſet ei aliqua de communibus, quæ quotidie accidere poſſunt,ſicut,quòd eſſet immundus ex coitu cum vxore, vel ex pollutione nocturna per ſomnium, & quia omnes iſtæ immundiciæ tolluntur in vna die,ſ.quòd ſolum durant vſque ad occaſum ſolis,vt patet Leui. cap. 11. & 22.quanquam eſſet Dauid immundus die ſequenti, ideo Saul putauit hoc non eueniſſe propter immundiciam,ſed ex alia cauſa:& ob hoc quæſiuit. *Et reſpondit Ionathas Sauli.* Licet enim non interrogaſſet Saul Ionatham, ſed alium quempiam: reſpondit Ionathas, quia nemo de alijs reſpondere poterat opportunè ad id, quod volebat Dauid excuſando eum,præcipuè,quia Ionathas, & Dauid conuenerant inter ſe, quid reſpondere deberet Ionathas pro Dauid,vt patet ſupra in litera. *Rogauit me obnixè*,ideſt inſtanter,vel affectuosè. *Vt iret in Bethlehem*,ideſt,vt dimitteret eum ire in Bethlehem. *Et ait: Dimitte me.* Ideſt da mihi licentiā redeūdi. *Quoniam ſacrificium ſolenne eſt in Ciuitate.* In Hebræo habetur. *Quia ſacrificium dierum eſt in ciuitate.* Sed ad idem redit:nam ſacrificium ſolennę dicitur, quod ſolenniter fit,vel in diebus ſolennibus: & ſic erat dies Kalendarum,in qua Iſraelitæ ſponteneè offerre ſolebant ſacrificia,vt patet Num.cap.10.Si quando habebitis epulum ad dies feſtos, & Calendas, & canetis tubis ſuper holocauſtis,& pacificis victimis. Vocatur autem ſacrificium dierum ſecundum literam Hebraicam,ideſt,quod fiebat in diebus ſolēnibus,vel quod non fiebat quotidie, ſed in quibuſdam diebus, quos determinauerant ſibi Iſraelitæ ex deuotione ad ſacrificandum. Et communiter vbi litera noſtra dicit ſacrificium ſolenne, litera Hebraica dicit, ſacrificiū dierum,vt patet ſup. cap. 1. vbi ſic habetur. Hic non expreſſit Ionathas,quòd iſtud ſacrificium eſſet conſanguineorum Dauid : ipſe tamen Dauid hoc dixerat, vt patet ſu. in litera,ſ.Rogauit me Dauid,vt iret in Bethlehem, quia victimæ ſolennes ibi ſunt vniuerſis contribulibus eius.Illud autem multum iuuabat eum, quia ad feſtiuitatem, quæ erat omnium conſanguineorum ſuorum rationabile erat,eū ire. Et quanquam Ionathas hic non videatur expreſſiſſe, credendū tamen eſt, quòd expreſſerit, quia multa ſcriptura ſubticet,quæ facta,vel dicta ſūt. *Et vnus de fratribus meis accerſiuit me:* Ideſt venit vnus de fratribus meis ad vocandum me, vt irem in Bethlehem ad ſacrificium. Hoc etiam iuuabat eum, quia rationabile erat,quòd vocatus ab omnibus cōſanguineis ſuis, iret ad honorandum illos in ſacrificijs eorum. *Nunc ergo ſi inueni gratiam in oculis tuis.* Ideſt,ſi diligis me, vel ſi vis mihi facere gratiam. *Vadam cito*,ideſt da mihi licentiam,vt cito eam.Hoc etiam ponitur ad excuſandum, q̄ poſſet dicere Saul : Quare Dauid receſſerat ſine eius mandato:& in hoc reſpondetur ei, ſcilicet,quod factum eſt:quia cito iturus erat : quod dupliciter intelligi poteſt, vno modo, quod iturus erat cito,ideſt immediatè poſtquam venit frater ſuus ad accerſiendum eum,oportuit eum ſtatim recedere,non facta mora, quia inſtabat tempus ſolennitatis,in qua non licebat itinerare, & quia fortè Saul erat tunc in tali diſpoſitione, quod Dauid non poſſet petere ab eo licentiam, niſi facta mora, petiuit à Ionatha,quem promptum habuit. Aliter poteſt intelligi,vt vadam cito,ideſt,vt vadam, & immediatè reuertar,q.d.ſi moraturus eſſem per aliquot dies extra curiam, oporteret, quòd à rege peterem licentiam,ſed quia cito venturus ſum, ſufficit, quòd petam à filio regis,& iſtud videbatur excuſare,tam Dauid petentem licentiam,quàm Ionatham concedētem. *Et videbo fratres meos*, ideſt interero ſacrificijs eorum,& videbo quid faciunt,& quid volunt. *Ob hanc cauſam non venit ad menſam regis.* Iſta eſt concluſio Ionathæ,ſ.iſtud,quod enarratum eſt,cauſa eſt,quare non venit Dauid ad menſam regis, ſed iſta omnia falſa erāt.Ionathas tñ dicebat illa ad excuſationē Dauid.

An Ionathas peccauerit excuſando his verbis Dauid. Quæſtio XXXIII.

QVAERET aliquis, an Ionathas peccauerit dicendo iſta pro Dauid.Aliquis reſpondebit, quòd ſic,quia mentiebatur, mendacium autem pactum eſt.In contrarium aliquis dicet,quòd non peccauit,nec mentiebatur, quia ipſe retulit ea,quæ dixit Dauid:nam Dauid dixit : Dimitte me,quoniam ſacrificium ſolenne eſt, &c. vt patet ſupra in litera. Referendo aūtem ea,quæ Dauid dixerat,non mentiebatur Ionathas, quanquam mentitus fuiſſet Dauid. Reſpondendum eſt, quòd Ionathas mentitus eſt:nam aliqua ipſe dixit hic,quæ erant verba ſua,& non referebat dicta Dauid:vt cū dixit : Rogauit me obnixè,vt iret in Bethlehem. Dauid tamen non rogauerat hoc:ſed potius,quòd pateretur eum abſcōdi in agro,vſque ad veſperam diei tertij, vt patet ſupra in litera. Item dixit hic Ionathas. ob hanc cauſam non venit Dauid ad menſam regis.Sed iſtud falſum erat,& aſſerebat illud Ionathas ex ſe,ergo mentiebatur. Item cum dicitur,quòd Ionathas retulit verba Dauid,& quanquam Dauid mentitus fuerit, ipſe non mentitus eſt:non ſtat,quia ſi Ionathas dixiſſet verba Dauid,ſolum referens illa, & non aſſerens aliquod ex eis,nec volens quicquam perſuadere,nō mentitus fuiſſet. Ipſe tamen aſſeruit verba Dauid, & protulit ea animo perſuadendi pro Dauid, cum tamen ipſe ſciret illa omnia falſa eſſe,ideo quanquā ſolum retuliſſet verba Dauid, mentiebatur. Præter hoc etiam dicendum, quòd peccauit, quia mendacium cuiuſcunque generis ſit,ſemper eſt peccatum ſiue mortale,ſiue veniale. Dicendum tamen, quòd mendacium Ionathæ erat veniale,qūia erat officioſum,& pro cauſa iuſtiſſima,ſcilicet,pro excuſatione innocentis à morte, ſicut dictum eſt præcedenti ca. de mendacio Michol, & Raab, & obſtetricum Egyptiarum. *Iratus autem Saul.* Hic ponitur quartum hu- *Ira Saulis contra Ionathā propter Dauid.*
ius, cap. ſcilicet, iram Saulis contra Ionatham propter Dauid : intantum enim furor Saulis exarſerat contra Dauid,quòd etiam filio ſuo iraſcebatur propter illum:& hoc,quia vidit,quòd Ionathas excuſabat eum: voluiſſet enim,quòd ſicut ipſe deſiderabat mortem Dauid, ita omnes deſiderarent, & ad hoc operam darent. *Dixit ei. Fili mulieris virum vltro rapientis.* Hic vituperauit Saul grauiter filium ſuum,vocans eum filium meretricis. Vocatur enim mulier vltro rapiens virum,ideſt ſponte ſuſcipiēs illa, quæ nullius viri cōcubitum recuſat,ſed omnibus peretib.ſe ſpontè tribuit,& ſine mercede,& in hoc prior eſt meretrice. Hoc autem dixit Saul ad magnā ignominiam Ionathæ : qa magna confuſio eſt viri cum mater ſua meretrix eſt,quia ſic neſcietur cuius filius ſit. Aliter introducit Nicolaus iſtam literam, ſcilicet, quòd in hoc, quòd Ionathas diligebat Dauid, & procurabat cauſam illius,oſtendebat ſe non eſſe filium Saulis,quia ſi illius filius eſſet, deſideraſſet ea, quæ

quæ pater deſiderabat: ſed non erat filius eius, ideo oportebat, quòd mater ſua fuiſſet fornicata, & ipſe genitus eſſet ex alio viro, & tunc vocaretur mater ſua mulier vltro virum rapiens,ſcilicet virum adulterinum. *Nunquid ignoro, quia diligis filium Iſai?* q.d. tu vis diſſimulare, q̄ non diligas Dauid : & reſpondes pro ipſo quaſi non ſis amicus illius, ſed cauſæ eius æquitas te impellat: ſcio tamen, q̄ tu diligis filium Iſai. Hoc autem ſciebat Saul propter magnam aſſiduitatem,quam faciebant: eſt.n.actus amicorum conuenire.i.mente,& verbo participare,vt patet. 9. Ethic. ideo Ionathas & Dauid communicabant in hoc, & cognitum eſt à Saule: nec ſolum hoc: ſed etiam, q̄ fœdus iniuiſſent,vt patet infra cap.22.ſ. Filius meus iniuit fœdus cum filio Iſai. *In confuſionem tuam, & in confuſionem ignominioſæ matris tuæ.* Dicebat Saul,q̄ dilectio Ionathę,& Dauid redundaret in ignominiā Ionathæ, q̄d dupliciter intelligit. Vno mō, q̄ ex hoc, q̄ Ionathas diligebat Dauid,cōfunderetur.i.careret regno, eo quòd fortificaretur Dauid per fauorē populi,& vſurparet ſibi regnum, in quo erat maxima confuſio Ionathæ,qui iurè:regnaturus erat. Iſte ſenſus patet ex litera ſequenti, ſcilicet omnibus.n.diebus,quibus filius Iſai vixerit ſuper terram,non ſtabileris tu,nec regnum tuum. Aliter pōt intelligi, q̄ dilectio,quā Ionathas habebat ad Dauid erat in confuſionē eius : quia confuſio magna viri eſt, quòd ſit ex adulterio genitus.Per hanc tamen dilectionē oſtēdebat Ionathas,q̄ erat filius adulterinus,quia ſi eſſet filius Saulis vellet ea,quæ pater volebat: repugnabat tamen ei in omnibus in cauſa Dauid. Itē ſenſus patet per ſequentia,quia dicitur:& in confuſionē ignominioſæ matris tuæ. Confuſio autem matris adulterium eſt. Poteſt etiam exponi confuſio matris Ionathæ primo modo,ſcilicet q̄ confunderetur Ionathas,quia priuaretur regno per amicitiam Dauid In hoc etiam confunderetur mater eius cadens de ſtatu ſuo,& eſt ſenſus, q̄ Saul intelligebat Dauid non poſſe regnare eo viuente, ſed eo mortuo, arriperet regnum viuente Ionatha, & matre eius : & tunc eſſet confuſio illorum,ideſt deiectio, & non confuſio Saulis,quia iam ipſe mortuus eſſet, cum regnare inciperet Dauid.Simile dixit Berſabeę ad Dauid : Domine mi rex indica quis ſedere debeat in ſolio tuo poſt te, critque cum dormierit Dominus meus rex cum patribus ſuis, erimus ergo & filius meus Salomon peccatores.i.erimus iecti de ſtatu noſtro,vt patet infra 3. lib. cap. 1. *Omnibus enim diebus, quibus filius Iſai vixerit ſuper terram.* Nunquam vocat eum hic Dauid ex cauſa ſupra aſſignata. Et dicit: vixerit ſuper terrā, quod ponitur ex ſuperabundanti, velut, ſi ſolum dicatur omnibus diebus, quibus filius Iſai vixerit. Nā non poterat viuere, niſi ſuper terram, ſaltem vita, de qua intelligebat Saul. Nam poſtea viuunt homines in vita æterna, & iſta non eſt ſuper terram : non poſſuit tamen Saul vitam ſuper terram ad differentiā vitæ æternæ,ſed poſuit ex ſuperabundanti, quia ſic erat modus loquendi:quodlibet enim idioma habet aliquid ſuperfluum in modo loquendi, quod ad ſignificandum nihil prodeſt. *Non ſtabileris tu nec regnū tuum.* ſ. non eris firmus in regno, quia quandiu vixerit conabitur per fauorem populi aſcendere ad regnum, & non dixit Saul:nō ſtabilietur regnum tuū: ſed dixit: non ſtabileris tu, nec regnum tuum : quia ſi Dauid conaretur vſurpare regnum,non permitteret Ionatham viuere, vt ipſe ſecurè regnum poſſideret : cum ſciret Ionatham futurum ſibi hoſtem, qa ad eum de iure pertinebat ſucceſſio. *Itaque iam nunc mittre, & adiuc eum ad me.* Saul intelligebat, quòd Ionathas mentitus fuerat excuſando Dauid, & quòd non iuerat in Bethlehem,ſed ipſe eum habebat celatum apud ſe, ideo volebat, q̄ faceret eum adduci coram Saule, vt occideretur. Per hoc enim credebat Saul,q̄ perſuaderetur Ionathas ad occidendum Dauid,ſcilicet,vt ſtabiliretur ipſe, & regnum ſuum. *Quia filius mortis eſt*,ideſt meretur mortem, ideo ducas eum ad occidendum. Hoc falſum erat,qa Dauid nihil mali egerat contra Saulem,propter, quod pati deberet,ſed potius egerat multa bona pro ipſo,ſicut dixit Ionathas precedenti c.ſ.ne pecces rex in ſeruū tuum Dauid, quia nō peccauit tibi, & opera eius bona ſunt tibi valde. Saul tamen fingebat eum eſſe inſidiatorem ſuum, & aſpirantem ad regnum, vt patet infra c.22.ſ. Filius meus ſuſcitauit ſeruū meū aduerſum me inſidiantem mihi vſq; hodie: ſi autē hoc verum eſſet, videbatur habere iuſtam cauſam Saul perſequendi Dauid: quanquam fortè Dauid nō peccaret,dato,q̄ aſpiraret ad regnū, quia ſciebat regnū ſibi debitum,cùm Deus illum vnxiſſet in regem ſupra c.16. *Reſpondens autem Ionathas Sauli patri ſuo.* Hic patet magnus amor Ionathæ ad Dauid : quia quanquā ſciret Saulem indignari ipſo reſpondente,p Dauid: etiam quanquam pater diceret ei, q̄ nunquā regnū ſuum firmaretur, viuente Dauid, non ceſſauit dilige re eum,& reſpondere pro illo: & hoc,quia diligebat eum,ſicut animā ſuam,vt patet ſupra c. 18. & ſupra in litera. *Ait: quare morietur?* q.d.nulla eſt cauſa, quare moriatur. *Quid fecit?* q. d. nullum malum fecit, propter quod mori deberet, ſed potius fecit bona, pp,ꝙ deberet exaltari. *Et arripuit Saul lanceam.* Habebat.n. Saul lanceā vbicunque eſſet,ſiue dormiens, ſiue vigilans,ſiue ad menſam,ſiue alibi,vt patet ſupra c.18.qa cum ſederet Saul in domo ſua, tenebat lāceā in manu. Et ſupra cap. 19. dicitur : idem etiā cum dormiebat habebat apud ſe lanceam fixam,vt patet infra c. 26.nunc quoque ad menſam ſedens tenebat lanceā apud ſe,& arripuit eam contra Ionatham. *Vt percuteret eum*,ideſt conatus eſt percutere eum, ſ. tanto fuerat furore repletus, q̄ etiam filium ſuum occidere conabatur propter Dauid. *Et intellexit Ionathas, quòd diſfinitum eſſet à patre, vt interficeret Dauid.* i. in præcedenti tempore,q̄q̄ ſępe iraſceretur Saul Dauid,& conaretur eum lancea confodere,tamen neſciebat, an penitus decreuiſſet occidere eum, vel ageret hoc ex ſubitaneis motibus: nunc autem cognouit Ionathas, q̄ penitus decretū eſſet apud Saulē occidere Dauid: & hoc eſt,quod Dauid orabat Ionatham, vt inquireret, vt patet ſupra.

Cognouit Ionathas per ſignum, quod dedit Dauid, patrem ſuum eſſe iratum contra Dauid. Quæſt. XXXIIII.

QVAERET aliquis, per quid cognouit nunc Ionathas,quòd diſſinitum eſſet apud Saulem occidere Dauid. Reſpondendum eſt, q̄ cognitum fuit per ſignū, quod dedit Dauid Ionathæ, vt patet ſupra.ſ. ſi dixerit benè : pax erit ſeruo tuo : ſinautem fuerit iratus,ſcito quia completa eſt malicia eius. Non ſolum aūt Ionathas cognouit irā patris ſui contra Dauid, ſed etiam ſupereminentem iram. Primò, quia iuſſit, quòd duceretur Dauid ad occidendum, aſſerens, quòd filius mortis erat.Hoc tamen non poterat fieri ex aliquo ſubitaneo motu, ſicut accidit illis, qui habēt quoſdā alios aliqualiter exoſos,quos cū viderint ſubito incandeſcunt in magnam iram. Saul tamen nunc non videbat Dauid, ideo erat iſtud dictum ex odio inueterato, & malicia conſummata. Secundò patebat hoc, quia non ſolum iratus fuit contra Dauid, ſed etiam propter eum iratus fuit Ionathæ ita acerbè, quòd eum lan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cea percutere conatus fuerit. Sufficienter ergo cognoscere poterat Ionathas, quòd Saul decreuissет omnino occidere Dauid. *Surrexit ergo Ionathas à mensa*, ideſt, quia vidit patrem ſuum arripere lanceam, vt percuteret eum, ſurrexit à menſa fugiens. Facta ſunt autem hæc incipientibus eis ſedere ad menſam antequam cibum caperent, quod patet, quia nondum guſtauerat panem Ionathas, qñ ſurrexit à menſa, vt patet infra, ſ. & non comedit in die Kalendarum ſecundo panem, ſi tamen fuiſſet hoc finitis epulis, vel inceptis, comediſſet panem Ionathas in die ſecundo Kalendarum. *In ira furoris.* i. ſurrexit Ionathas cum ira, & furore. Iſta duo idem ſunt, ſed ponuntur hic ad exaggerandũ: ira enim dicitur quæcunque ira, vel appetitus vindictæ. Furor autem eſt ira cãdens, & grauis: qualis pertinet ad homines mẽ te concitatos. Fuit autem Ionathas iratus nimis pp duo. Primò, quia Saul iniuſtè decreuerat occidere penitus Dauid. Secundò, quia ipſummet iuſtè pro Dauid reſpondentem lancea configere conatus fuerat. Vnde dato, ꝙ Saul aſſecuraſſet Ionatham, ne ꝓcuteret eum, nollet Ionathas manere in menſa ex indignatione graui. *Et non comedit in die Kalendarũ ſecundo panem.* i. Ionathas noluit aliquid comedere in die ſecundo Kalendarum: nomine. n. panis intelliguntur omnia comeſtibilia, vt patet ſupra cap. 14. cum ibi per panem intelligeretur mel. Poteſt autem dupliciter intelligi iſta litera propter illam dictionem (ſecundo) Vno modo, ꝙ ſit nomen: & eſt ſenſus, ꝙ Ionathas nihil comedit in die ſecundo Kalendarũ, ideſt in die ſequenti poſt Kalendas: & iſte erat dies, in quo Saul conatus eſt eũ percutere lancea. Aliter exponunt alij, ꝙ ſecundo ſit aduerbium: & tunc eſt ſenſus, ꝙ non comedit ſecundò panem. i. non comedit in ſecunda vice, ſcilicet, ꝙ ſolum ſemel comedit illa die, in veſpere autem non comedit. Sed iſte ſenſus non ſtat, quia tunc intelligeretur, ꝙ non comedit ſecundò panem in die Kalendarum. Sed hoc falſum eſt, quia in die Kalendarum non fuit facta aliqua mutatio, propter quam Ionathas non comederet præ triſtitia, ſed ſequenti die, ideo teneatur primus ſenſus. Sciendum autem, ꝙ Ionathas non ceſſauit comedere die ſecundo Kalendarum ex neceſſitate, ſcilicet quaſi non inueniret aliquos cibos, vt ſi fugiſſet à facie patris per loca deſerta non inueniens cibum: nec etiam ex timore ceſſauit à cibis, quaſi lateret in aliquo loco, & non auderet apparere ad comedendum: ſed non comedit propter indignationem, & triſtitiam magnam, vt patet in litera ſequẽti. *Contriſtatus eſt. n. ſuper Dauid.* i. doluit nimis de Dauid: tantum enim diligebat Dauid, ꝙ magis reſpicie bat iniurias, & damna Dauid, quã propria incõmoda, ita vt non triſtaretur principaliter, quia pater eũ conatus fuerat occidere, ſed quia exoſum habebat Dauid: tanta enim amoris vehementia erat, vt pereunte Dauid, ſe quoque periiſſe arbitraretur: ideo ita ferox eum inuaſit anſietas, & ſolicitudo, ꝙ cibo- K rum curam nullam habuit. *Eo quòd confudiſſet eum pater ſuus.* Iſtud poteſt referri ad Ionatham, vel ad Dauid: ad Ionatham quidem, vt dicatur, ꝙ contriſtatus eſt Ionathas, eo ꝙ confudiſſet eũ pater ſuus. i. qa fecerat eum erubeſcerẽ volẽdo percutere ipſum lancea coram ſeruis ſuis ad menſam: in quo ſignificabatur, ꝙ modicum appreciaretur filium ſuum, cũ tantum contra ipſum incanduerit, vt percutere vellet eum propter Dauid. Referẽdo ad Dauid, ideſt ſenſus ꝙ confudiſſet eum pater ſuus i. pater Ionathæ. Iſta confuſio erat, quia iudicabat Dauid dignum morte. Et iſte ſenſus magis cõſonat literæ: & hoc modo nõ dolebat Ionathas de confuſione ſua, ſed de cõfuſio-

F ne Dauid. *Cunque illuxiſſet mane.* Hic ponitur quintũ huius cap. ſ. Dauid, & Ionathæ flebilis ſeparatio per hoc, ꝙ Ionathas nunciauit Dauid cõpletam eſſe maliciam patris ſui: Et dicitur: cunque illuxiſſet mane, ideſt ſurrexit Ionathas in aurora ad complendũ fœdus, quod inierat cum Dauid ſ. renunciaret ei, quod cognoſcere poſſet de Saule: & quanquam afflictus fuiſſet à patre, & audiuiſſet verba, q̃ poſſent eũ mouere contra Dauid, ſeruauit nihilominus pactũ inter eos factũ. Iuit aũt in aurora ad hoc, vt non videret qd faceret. Latebat nãq; Dauid in agro apud lapidẽ Ezel. Et quia dies iſte, quo ibat Ionathas ad loquendum Dauid, non erat dies vacatiuus, exituri erãt viri ad operationem ſuã in agro, q̃ videre poſſent qd inter Ionatham, & Dauid ageretur: iuit ergo diluculo. ſ. qñ nullus adhuc exierat in agrũ. *Venit Ionathas in agrum.* ſ. ad agrum, vbi latebat Dauid apud lapidem Ezel. *Iuxta placitum Dauid.* i. iuxta compoſitionẽ, vel pactum, quod factũ erat inter ambos placitum. n. & pactum idẽ ſunt: quia pactum dicitur à pace. i. concordia, quia id, in quo duo concordant mutuo, pactũ eſt. i. conuentũ, vel concordatũ. Vocatur ẽt placitũ à placendo, qa p illud inter ſe aliqui conueniũt qđ vtriq; placet. Hoc aũt põt referri ad duo. ſ. ad tẽpus, vel ad negocium: ad tempus quidem. ſ. ꝙ Ionathas, & Dauid cõuenerant inter ſe, ꝙ lateret Dauid vſq; ad diem tertiũ, & tunc reuelaret ei Ionathas intentionẽ patris ſui, vt patet ſupra in litera. ſ. dimitte H ergo me, vt abſcondar in agro vſq; ad veſperã diei tertij. Aliter poteſt referri ad negotiũ, ſ. ꝙ Dauid, & Ionathas pepigerant, ꝙ Ionathas reuelaret Dauid intentionem Saulis. Vtroq; modo intelligendo Ionathas egit iuxta placitũ i. cõuentionẽ cum Dauid: nam reuelauit ei intẽtionẽ patris ſui, & hoc fuit die tertio: non tñ debet exponi, niſi ſecundo modo referendo ad negociũ, quia Ionathas nõ pepigit indicare Dauid ſnĩam patris ſui determinatè in die tertio, ſed ſi prius poſſet, prius indicaret, vt patet ſupra in litera, cũ dixit Ionathas: Dñe Deus, ſi inueſtigauero ſententiã patris mei craſtino, vel perendie, & aliqd I boni fuerit ſup Dauid, & nõ ſtatim miſero ad te, &c. ergo, ſi in ipſa die Kalendarũ cognouiſſet Ionathas ſententiam patris ſui non expectaſſet diem tertium ad notificandum Dauid, ſed ſtatim in die ſecũdo notificaſſet, & ſi non poſſet vſq; ad quartũ diẽ cognoſcere ſententiam Saulis, neceſſe erat ꝙ vſq; ad diem illam expectaret. Dauid tñ dixit de tertia die ad latẽdum, quia putauit, ꝙ in tribus diebus ſufficiẽter potuiſſet cognoſci intentio Saulis: & ſi velimus dicere, ꝙ fuerit obſeruatum iſtud pactum quantũ ad tempus, falſum eſt, quia Dauid dixit: dimitte me, vt abſcondar in agro vſque ad veſperã diei tertij, vt patet ſupra. Sed manifeſtũ eſt, ꝙ non expectauit tẽpus illud Ionathas: ſed in aurora diei tertij iuit ad Dauid, vt patet hic. Referendũ eſt ergo iſtud pactũ ad negocium, ſ. ꝙ Ionathas reuelaret Dauid intentionẽ patris ſui, q̃ citius poſſet, ſiue die ſecũdo, ſiue die tertio, ſiue poſtea. Et quia die ſecundo cognouit Ionathas intentionẽ patris ſui, die tertio in aurora iuit ad indicandum Dauid, & iſtud erat pactũ. *Et puer paruulus erat eo.* Iſte puer ibat ad ferendum arcum, & ſagittas Ionathæ. noluit aũt ſolus ire, ne daret occaſionẽ aliqd de ſe ſuſpicãdi, vt ſupra declaratũ eſt: noluit etiã ſecum ferre aliquos viros, ne turbaretur in eo, qđ volebat ſ. ꝙ loqueretur Dauid: nã ſi ſaltem vnũ virum ſecũ duxiſſet, per illũ impediret: vel ille intelligeret qd facere vellet Ionathas: puer aũt paruulus nõ poterat hoc cognoſcere. Sic dr infra collegit puer Ionathæ ſagittas, & attulit ad dominm ſuum: & quid ageretur penitus ignorabat. *Et ait ad puerum ſuum.* Hic voluit

Flebilis ſeparatio duorũ amicorum. ſ. Ionathæ & Dauid.

Ionathas iratus propter deo.

voluit Ionathas ponere ſignum, quod dederat Dauid, ſcilicet de iactu ſagittarum. *Vade, & affer mihi ſagittas, quas ego facio*, ideſt vade ad locum, in quo cadere poterunt ſagittæ, & affer eas inde ad me. Hoc autem faciebat innuens, quòd vellet ſe exercere ad ſignum. Sic. n. dixit ſupra, ſcilicet: ego tres ſagittas mittam quaſi exercens me ad ſignum. Puer autem non cognouit hoc cur fieret. *Cunque puer cucurriſſet*, ſcilicet ad ferendum ſagittã, quã Ionathas iecerat. *Iecit aliam ſagittam trans puerum.* i. vltra puerum. Senſus huius eſt, quòd Ionathas volebat indicare Dauid, qd facere deberet per ſignum. Supra autem dederat ſignum in ſagittis, quia, ſi diceret puero: citra te ſunt, intelligeret, quòd pax erat: ſi autem diceret vltra te ſunt, intelligere deberet, quòd erat completa malicia Saulis, & ꝙ recedẽdũ eſſet: & quia iam nunc completa erat malicia Saulis, volebat dare Ionathas Dauid ſignum recedendi, hoc autem fuit iaciendo ſagittam vltra puerum. Cuius modus fuit, ꝙ cũ Ionathas, & puer ſimul eſſent in agro, Ionathas iecit ſagittam puero nondum elongato ab eo, viditq; puer locum, in quo cęciderat ſagitta, & dum curreret pro illa, iecit Ionathas aliam ſagittam vltra locum primæ ſagittę: veniens autem puer ad locum primæ ſagittæ, putauit ibi eſſe ſecundã, & inquirebat eam, Ionathas aũt clamauit, dicens: vltra te eſt: tunc puer collegit ſagittas, & redijt. *Venit itaque puer ad locum iacti, quod miſerat Ionathas.* i. ad locum ſagittæ. Vocatur. n. ſagitta iaculum à iaciendo, quia arcu iacitur. Et dicitur, ꝙ venit ad locum iaculi. ſ. primi: nam neſciuit locum ſecundi iaculi quouſque Ionathas dixit ei: ſagitta vltra te eſt. Et dicitur, ꝙ venit. ſ. quia quando ſagitta miſſa fuit nõ erat in loco iaculi, ſed apud Ionatham, & poſtea iuit. *Et clamauit Ionathas poſt tergum pueri.* Iſte clamor fuit ad indicandum puero locum ſecundæ ſagittæ: nam ipſe ſolum attenderet locum primæ, & ad eam recurrebat, cũque curreret, ꝓ illa, Ionathas miſit ſecundam, & hanc puer non conſiderauit: ideo Ionathas dixit ei locum eius. *Et ait: ecce ibi non eſt ſagitta.* ſ. in loco, in quo quęris: inuenit enim puer ſagittam primam, & putauit ibi eſſe ſecũdam: erat tamen vltra, ideo dixit Ionathas, ꝙ non erat ibi ſagitta. *Porro vltra te.* Sed certè vltra te eſt. Ionathas D enim caute ſe habuit hic. noluit. n. ꝙ puer videret quando iaciebat ſecundam ſagittam, vt non inueniret eam, & cogeretur ipſe dicere ei: vltra te eſt, vel citra te, per quod Dauid reciperet ſignum. *Clamauitque Ionathas poſt tergum pueri.* ſ. admonens eum cito venire: noluit. n. ꝙ moraretur inquirẽdo ſagittam, ne forte ſic ſciret aliquid eorum, quæ agebat Ionathas. *Feſtina velociter, ne ſteteris.* i. poſtquam collegeris ſagittas, immediatè veni, ne vageris per agrum. Hoc dicebat Ionathas, ne puer videret latentem Dauid: latebat. n. apud lapidem Ezel, & iuxta eum nunc Ionathas miſit ſagittas, vt patet ſupra in litera, ſcilicet: & ſedebis iuxta lapidem, cuius nomen eſt Ezel: & ego E tres ſagittas mittam iuxta eum: ſi ergo puer vagaretur apud lapidem poſt ſagittas inquiſitas, poſſet videre Dauid, quod nolebat Ionathas. *Collegit autem puer Ionathæ ſagittas.* ſ. duas ſagittas, quas miſit: ſi autem plures fuerint litera non exprimit hic. Supra tamen dixit Ionathas: ego tres ſagittas mittã iuxta eũ. Quòd tunc mitteret plures, vel pauciores ad dandũ ſignũ Dauid, nihil refert, quia per vnicam etiam ſaggittã ſieri hoc poterat: ſatis ergo veriſimile eſt, ꝙ quãquã prius dixerit ſe miſſurum tres ſagittas duas, ſolũ mittã ſerit: ſi volumus tamen dicere, ꝙ tres miſit, quãquã litera nõ exprimat hic, niſi duas, ſatis ſtat: quia multa ſubintelliguntur in ſacra ſcriptura, quæ dicta, vel facta ſunt. *Et attulit ad Dominum ſuum.* ſ. attulit illas duas ſa-

A gittas, quas miſerat Ionathas. *Et quid ageretur penitus ignorabat.* Non eſt ſenſus, quòd puer ignoraret quid ageretur, quia videbat mitti ſagittas, ſed ignorabat ad quid hoc ageretur. Hæc enim nõ fiebant ſine cã: puer tamen penitus ignorabat, quia neſciebat cauſam, propter quam fiebat, nec etiam putabat aliqd latere, ſed ſolum credidit Ionatham veniſſe ad exercitandum ſe. Tangitur autem de ignorantia pueri, quia ſi alius fuiſſet, potuiſſet cognoſcere ad quid Ionathas illud faciebat, vel ſaltem credidiſſet aliquid ſecreti latere. Nam quòd Ionathas tam procul ab vrbe egrederetur ad exercendum ſe ad ſignum, non erat veriſimile, quòd etiã tam procul egreſſus duas ſolum ſagittas iaceret ad ſe exercitandũ minus erat B veriſimile: ꝙ autem poſtea miſſo puero, ipſe ſolus maneret in agro procul ab vrbe alicuius occulti ſuſpicio erat, ideo quicunque adultæ ætatis veniſſet cum Ionatha, ſuſpicatus fuiſſet aliquid in his: puer autem penitus ignorabat propter defectum ætatis, quæ ſolum iudicat de præſentibus viſis, & non refert ex his alia, ſicut commune beſtijs eſt. *Tantummodo enim Ionathas, & Dauid rem nouerant.* i. ipſi ſoli cognoſcebant ad quid hoc fieret, quia nullum conſilij ſui mediatorem, aut executorem poſuerant.

Quare Ionathas dedit ſignum ſagittarum, cùm poſſet loqui cum Dauid. *Quæſtio XXXV.*

C QVAERET aliquis, cum Ionathas poſſet hic loqui cum Dauid, & locutus fuerit, quare p̃ſuppoſuit ſignum de ſagittarũ miſſione. Aliqui rñdent, ꝙ hoc fecit, quia putauit, ꝙ forte non haberet opportunitatem ad loquendum cum Dauid, vt ſi venirent cũ eo alij viri, & per hoc poſſet intelligere Dauid quid facere debebat. Sed hoc non ſtat, quia Ionathas diſpoſuerat à principio, qñ iniuit fœdus cũ Dauid, venire ſolus in agrum cum puero paruulo, vt patet ſupra in litera, cum dixit, ꝙ lateret Dauid apud lapidem Ezel, & ipſe iaciens tres ſagittas apud illum mitteret puerum pro eis, ergo ſolum puerũ ſecum ducere deſtinauerat, & non ponebatur iſtud ſignum pp venientes cum eo. Sed, ſicut ſupra declaratum eſt, fuit poſitum pp ſuperuenientes, ſi forte Ionatha veniẽte ad locum latibuli Dauid, ſupuenirent aliqui, qui impedirent Ionatham loqui Dauid: tunc enim per ſagittas ſufficienter cognoſceretur, quòd volebat Ionathas indicare Dauid: iſtud tamen à principio ſtabat rationabiliter, ſ. quando Ionathas, & Dauid erant ſimul antequam lateret Dauid: quia tunc neſciebat Ionathas, an aliquis ſuperueniret, qui impediret locutionem eorum: nunc tamẽ dato caſu nullus erat in agro, qui impedire poſſet locutionem eorum, niſi puer paruulus: illum autẽ remittere poterat Ionathas in vrbem, ſicut poſt ſagittarum miſſionem remiſit: & ſic non videbatur neceſſarium ſignum de miſſione ſagittarum, ſed ꝙ ſolũm Ionathas loqueretur Dauid. Reſpõdendum eſt, quòd non erat nunc tam neceſſaria obſeruatio huius ſigni, ſicut à principio exiſtimabatur quando ſignum poſitum fuit. Fuit tamen obſeruatum propter duo. Primo propter puerum, ne aliquid intelligeret: nam cum Ionathas egreſſus fuiſſet in agrum ferens ſagittas, & arcum ad ſe exercitandum: & poſtea nullo exercitio habito, remitteret puerum cum ſagittis ad vrbem manifeſtatam, faciebat præſumptionem, ideo iecit duas, vel tres ſagittas. Secundò fecit hoc pp Dauid, & iſtud fuit præcipuum: nam Ionathas pepigerat cum Dauid indicare ei intentionẽ patris ſui per illum modum: Dauid autẽ adhuc timebat, an Ionathas vellet fauere Sauli, & tradere

Propter duo fuit obſeruatũ ſignum ſagittarũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsum in manus illius: vt ergo Ionathas indicaret se F
per omnia obseruare pactum, & auferret causam timendi Dauid, seruauit signum positū de missione sagittarū: & ga, hoc facto, habuit opportunitatē loquēdi cū Dauid, remisit puerum ad vrbem, & collocuti sunt ambo. *Dedit igitur Ionathas arma sua puero*, s. arcum, & sagittas: nulla.n. alia arma secum tulerat, ne suspicandi occasionem de se daret, vt supra declaratum est. *Et dixit ei: vade, & defer in ciuitatem.* Finxit enim Ionathas, q ipse manere vellet in agro ad purgādū aluū, vel aliquid alterum: puerū autem iussit præcedere, & ire ad vrbem. s. non dixit ei: expecta me in tali, vel tali loco, ne forte puer morarē per iter: videretque colloquentes Dauid, & Ionatham, sed iussit, q iret
G in vrbem. *Cumque abijsset puer.* s. cum iam recessisset Ion
ge à loco, in quo erat Dauid, ita vt non posset videre Dauid, & Ionatham colloquentes. *Surrexit Dauid.* scilicet de latibulo suo: Dauid enim stans apud lapidem Ezel forte in aliqua cauerna illius audiebat qd loqueretur Ionathas ad puerum suū, quia sagittæ iaciebantur iuxta lapidem Ezel, vt patet supra: audiuit ergo, quando dictum est, sagitta vltra te est: & quando iussum est puero, quòd iret in vrbem. Cum ergo credidit eum procul euntem, surrexit ad loquendū Ionathæ. *De loco, qui vergebat ad Austrum.* i. de quodā loco, qui erat ad partē Meridianam. Iste locus erat latibulum iuxta lapidem Ezel, & apud illum Ionathas sagittas iaciebat: sed erat Ionathas ex parte Se-
H ptentrionali lapidis: quia ciuitas Gabaa, de qua egressus erat, erat Septentrionalis illi lapidi, Dauid autē latebat ad partem Meridianam illius lapidis, ne videri posset à puero colligente sagittas Ionathæ: ipse quoque Ionathas cum sagittas iecit, noluit mittere vltra lapidem Ezel, ne puer transiens pro sagittis videret latentem Dauid. *Et cadens pronus in terram adorauit tertio.* i. Dauid, quando surrexit de loco suo ad loquendum Ionathę, ter cecidit in terram, vt adoraret Ionatham antequam accederet ad eum. Accipitur hic, cadere, impropriè: est enim cadere passio, & non actio, & prouenit ex impotentia, scilicet, cum quis non potens se tenere corruit. Dauid tamen non corruebat ex impotentia, sed humiliabat
Dauid propter duo maxime honorauit Ionatham. Primo. Secundo. se vsque ad terram ex reuerentia. Ter autem Da-
I uid adorauit Ionatham ad signandam magnam reuerentiam: sic enim regibus, & magnis viris in quibusdam ceremonijs fieri cōsueuit, s. vt bis, vel ter inclinemur antequam ad eos accedamus: Ponitur autem hic adoratio largè, s. pro sola reuerentia: nā nō tribuebat Dauid adorationem, quæ est latria, alicui nisi Deo. Voluit autem Dauid nimis reuereri Ionathæ propter duo: Primò, quia erat filius regis, & ob hoc erat dignus honore. Secundò propter eminentem virtutem dignationis, & amicitiæ erga eum, cū dignaretur Ionathas tanta facere pro Dauid. *Et osculantes se fleuerūt pariter.* s. postq̄ ter humiliatus est Dauid coram Ionatha, surrexit, & osculati sunt ambo. Diligebant enim se nimis: nam Ionathas dilexerat Da
K uid sicut animam suam, & conglutinata fuerat animæ Dauid. Dauid quoque in immensum dilexerat Ionatham: nā præter amorem, qui est hominis ad seipsum, nullus maior est, nec equalis amori matris ad filium, vt probat Philosophus. 8. Ethic. Dauid tamen diligebat Ionatham tali amore, quali mater diligit filium, vt patet infra 2. lib. cap. 1. s. Doleo super te, frater mi, Ionatha decore niniis, & amabilis fuper amorem mulierum: sicut mater vnicum amat filiū suum, ita & ego te diligebam. Dicitur etiam q fleuerunt ambo: & hoc fuit propter recessum ab inuicē. Actus.n. amicitiæ est in cōiuendo, vt patet 9. Ethi. Iste autem impeditur propter locorum distantiam, vt patet. 8. Ethi. Cum ergo totum bonum amicorū in hoc sit, necesse est, q recedentibus eis ab inuicem magna tristitia causetur, & fletus, nec solum est hoc in amicis, sed etiam in quocunque amante: nam, vt ait Philosophus. 9. Ethi. ad hoc, q aliquis amator formæ apprehensæ sit, duo requiruntur, s. q in præsentia eius delectetur, & q in absentia eius egre ferat: si verò solū delectatur aliquis apprehēsa forma in præsentia, & in absentia eius, nō dolet adhuc amator non est. Experimur autem hoc in vehementib⁹ amatoribus, qui ēt valde parui tpis absentiā ab amato nimis molestam habent, Dauid tamē & Ionathas diligebāt se gradu excessiuo: nunc aūt recessuri erāt ab inuicem per magnum tempus dubitātes, si occurreret eis vnquam q se viderent: ideo necesse erat, q nimis flerent. *Dauid autem amplius.* i. magis fleuit Dauid, quàm Ionathas, eo q pro pluribus flebat: nā nō solum ab amico recedere cogebatur, sed ēt natalē patriam, & charam progeniem deserebat. Amplius aūt formidabat mala, quæ incursurus esset cū exul, & peregrinus vagari cogeretur: Ionathas autem p se solū flebat amici recessum: pro Dauid aūt cunctas eius calamitates, quia tū Ionathas debuit habere locum consolātis, non decuit eum ita largiter flere, sicut Dauid. *Dixit autem Ionathas ad Dauid: vade in pace,* ideſt, pax sit tecum, quocunque ieris. *Quæcunque iurauimus ambo in nomine Domini.* Hic est sententia decurtata, s. quæcunque iurauimus ego, & tu componendo pactum, maneant firma, scilicet, quanquam multæ aduersitates mihi, aut tibi eueniant: amicitia, & observatio pacti semper maneant inter nos. Dicitur autem, q iurauerunt in nomine Dñi. s. q in uocauerūt Deum ad confirmationem eorum, quæ faciebant, & hoc quando pactum posuerūt inter se. Nec intelligitur hoc de fœdere, quòd inierunt à principio Ionathas, & Dauid, de quo supra cap. 18. sed de fœdere, qđ inierunt instante recessu Dauid, vt patet supra in litera. *Dicentes: Dominus sit inter me, et te, & inter semen meū, & semen tuum,* ideſt ista verba diximus, quādo fecimus pactum: nam Ionathas pepigit indicare Dauid voluntatem patris: in quo ei faciebat misericordiam. Petiuit autem ab eo, dicens: si vixero, facias mihi misericordiā Domini: si verò mortuus fuero, non auferes misericordiam tuam à domo mea in sempiternum, vt patet supra. Repetiuit autem postea verba pacti huius Ionathas, dicens: de verbo autem, quod locuti sumus ego, & tu, sit Dominus inter me, & te, vsque in sempiternum: & sit istud pactum non solum viuente Ionatha, sed etiam viuētibus filijs eius. *Vsque in sempiternum*, ideſt, & maneat istud pactū vsq; in ęternum. q. d. non datur ad certum tempus, nec pro certa causa, sed quandiu nos manserimus, & semen nostrum, non obstante, quòd multę transmutationes fiant, semper maneat istud pactū. Dixit autem Ionathas: Dominus sit inter me, & te, ideſt, Dominus sit testis inter me, & te, q. d. nullus alius est præsens huic sermoni, nec fuit præsens in positione fœderis, sed Deus solus. Vel dicitur: Deus sit inter me, & te, scilicet punitor, vel præmiator: punitor quidem si quis nostrum fœdus violauerit: præmiator verò, si illę sum manserit. Vel dicitur: Deus sit inter me, & te, ideſt ipse faciat nos custodire istud pactum. *Et surrexit, & abijt*, scilicet, Dauid surrexit de loco, in quo loquebantur ipse, & Ionathas, & recessit vadens quocunque eum voluntas ducebat. *Sed & Jonathas ingressus est ciuitatem*, ideſt etiam Ionathas post discessum Dauid, recessit de lapide Ezel, vbi ambo collocuti fuerant, & venit in ciuitatem, scilicet de qua egressus fuerat: erat enim ista ciuitas Gabaa, in qua morabatur Saul, & iuit Ionathas filius eius cum

cum eo. Post hoc autem nunquam vidit Ionathas A
Dauid quousque fuit in deserto Ziph, vt patet infra 23. cap.

CAPITVLVM XXI.

VENIT Dauid in Nobe ad Achimelech Sacerdotem. Et obstupuit Achimelech, eo q venisset Dauid: & dixit ei. Quare tu solus, & nullus est
B tecum? Et ait Dauid ad Achimelech Sacerdotem: Rex præcepit mihi sermonem.

IN præcedentibus dictum est qualiter Saul persecutus est Dauid cum ipso manendo, hic autem dicitur qualiter persecutus fuit eum de terra sua eum excludendo. Dicit autem Nicolaus, q Saul bāniuit de regno suo, iubēdo, ne quis eum acciperet, aut daret ei quicquam: & ob hoc occidit Sacerdotes vrbis Nobe, quia receperant eum, vt patet sequenti c. nō tamen peruenerat bānitio ista ad Achimelech, ideo suscepit eum. Sed non videtur, q Saul eum bannierit: nam cum locutus est contra Achimelech, non allegauit, q exulem receperat, sed dixit: Quare conIuraſtis aduersum me tu, & filius Isai, & dedisti ei pa
C nes, & gladium? sequenti cap. Si tamen bannitus fuisset, hoc potuisset Saul verisimilius allegare. Etiā non videtur, q Saul adhuc banniuisset eum, ga istud factum est forte vno, vel duobus diebus postquam Saul quęsiuit Dauid: non est ergo verisimile, q immediate eum banniret quousque sciret, an posset eum reperire in vrbe ad occidendum: postea autem posset eum bannire. Sed solum dicendū est, q Saul conatus est inuenire Dauid ad occidendum eum, & quotidie inquirebat pro illo: nulluſque ei renunciabat aliquid de eo quousque quadam die locutus est Saul ad seruos suos, dicēs: Oēs coniuraſtis aduersum
D me, & non est, qui mihi renunciet, maximè cum & filius meus fœdus inierit cum filio Isai: sequenti c. Hic autem ponitur principium fugæ Dauid: & persecutionis eius per diuersa loca. Circa quod primo describitur ab Achimelech Dauid collatum beneficium. Secundò propter hoc Achimelech irrogatū supplicium sequenti cap. Prima in duas, quia primò ponitur ipsius Dauid curialis receptio. Secundò periculi imminentis euasio, ibi. *Surrexit itaque Dauid.*

An hæc cum superioribus rectè sint connexa. Quæst. I.

CIRCA primum quæritur, an hic sit cōsequēs ordo ad præcedentia, vel sit aliquid immutatū: & dato, q sit rectus ordo, an ea quæ habentur hic, fuerint immediatè facta post ea, quæ habentur præ
E cedenti c. Ad primum dicendum est, quòd hic est cōsequens ordo, quia supra agebatur de persecutione Dauid inflicta à Saule, dum adhuc maneret in curia eius. Hic autem agitur de persecutionibus Dauid postquam recessit de curia Saulis. Ad secundum dicendum, q, inter ea, quæ habentur præcedenti c. & hic, non intercidit aliquod tempus, sed immediatè facta sunt post illa. Nam in fine præcedēti c. dicitur, quomodo Ionathas, & Dauid abinuicē recesserunt, hic autem dicitur de loco, ad quem Dauid recedēs à Ionatha venit, ideo non fuit tempus aliquod medium. *Venit autem Dauid in Nobe.* Aliqua loca media erant inter vrbem Gabaa, de qua recedebat Dauid, & inter vrbem Nobe, ad quam nunc iuit, sed non dicitur de illis locis, quòd iuerit ad ea Dauid: quia fortè non audebat accedere ad illa, ne cognosceretur via eius. In Nobe autem venit, quia erat ibi Sacerdos magnus Achimelech, ad quem declinauit necessitate famis: de quo etiam credidit, quòd non indicaret viam eius Sauli. Sciendum autem, q Nobe erat ciuitas trans Iordanem ad Orientalem partem eius in dimidia tribu Manasse. Ista ciuitas quondam vocabatur Canath, antequam venirēt Israelitæ in terram Chanaam: tunc autem quidam de Israelitis nomine Nobe apprehendit eam cum vinculis suis, vocauitque eam ex nomine suo Nobe, vt patet: Num. cap. 32. erat autem Nobe ciuitas Sacerdotum, scilicet, quia in ea soli Sacerdotes habitabant cum famulijs suis: sic enim vocatur sequenti cap. scilicet: Nobe autem ciuitatem Sacerdotū percussit in ore gladij: erat autem in hac ciuitate tabernaculum Domini eo tempore, quo venit illùc Dauid, vt patet infra in litera, cùm dicatur, quòd ibi erāt panes propositionis, & Ephod: & q erat ibi Doeg Idumæus in tabernaculo Domini. Fuit aūt ibi tabernaculū ex eo tempore, quo mortuus est Heli sacerdos, & fuit trāslatum de Silo, māsitq; ibi vsquequo parū post hoc Saul occidit omnes, qui erant in vrbe tam viros, q̄ mulieres in ore gladij, vt sequenti cap. & tunc trāslatum est in Gabaon, sicut declaratum fuit supra cap. 7. Fuit tamen hic tabernaculum sine arca fœderis, ga ex eo tempore, quo Philisthini ceperunt eam in bello, nunquam redijt in tabernaculum vsquequo Salomon ædificauit templum, & posuit ibi arcam, & omnia vtensilia sanctuarij, vt patet 2. Paralip. cap. 1. toto autem tempore, quo tabernaculum fuit in Nobe, arca fœderis fuit in colle Cariathiarim in domo Abinadab, de quo latè declaratum est supra capit. 7. *Ad Achimelech Sacerdotem*, ideſt Sacerdotem magnū. vocatur enim Sacerdos, per excellentiam: sic enim sæpe vocatur Aaron, vt patet Leui. c. 1. & in multis locis. Iste Achimelech erat filius Achitob nepos Icaboth filij Phinees filij Heli, qui ministrauerat in Silo, vt declaratum est supra cap. 14. de quo magis sequēti cap. dicetur. Hunc autem dicit Nico. fuisse Achiā
D Sacerdotem, de quo habetur cap. 14. Sed non ꝓstat, necesse est tamen dicere, q fuerit ipsemet, vel frater eius: quia Achimelech vocatur filius Achitob sequenti capit. Achias quoque vocatur filius Achitob, supra capitulo decimoquarto.

Nobe ciuitas sic nominata Sacerdotum.

Quare Dauid non est reuersus ad Samuelem. Quæst. II.

QVAERET aliquis, quare non iuit nunc Dauid, ad Samuelem, sicut iuit cum iterum voluit occidere eum Saul, de quo supra 19. cap. Et videtur rōnabile, q illùc iret, ga Dauid nunc indigebat, vt aliquis pro eo consuleret Dñm, sicut infra fecit, q consuleret pro eo Achimelech: Samuel autē
E poterat consulere Dñm pro Dauid sicut consuluit iterum, vt patet supra cap. 19. ex declaratis ibi. Aliquis rūdebit, q non iuit Dauid ad Samuelem, ga fortè iā non viuebat. Sed falsum est, ga post hoc aliquātō tpe vixit: nam de morte eius agitur infra 25. cap. Sed dicendum est, q non iuit Dauid ad Samuelem, quia non opus erat, q iret ad ipsum, nisi vt cōsuleret Dominum pro eo, cum esset propheta: hoc tamen facere poterat Abimelech Sacerdos, ad quem nunc iuit: nā ipse pro eo Dñm cōsuluit, vt patet ſ. in litera. Etiā nō expediebat, vt nūc Dauid iret ad Samuelē, ga iterū iuerat ad Samuelem, & inuenerūt eū ibi nūcij Saulis, sup. c. 19. Nūc aūt verisimile est, q Saul immediatè illùc mitteret ꝓsulēs, an ibi eēt, ga putaret,

quòd ibi esset sicut prius. Et si dicas, quòd dato, quòd illuc iuisset, saluaretur ibi, quia Deus faceret miraculum pro eo sicut prius, faciendo prophetare nuncios Saulis: non stat, quia si illuc iuisset Dauid sub hac spe, esset tentare Deum, cum posset ire ad alium locum, in quo sine miraculo saluaretur. Item quando Dauid iuit ad Samuelem nondum deliberauerat, an mancre deberet ī terra Israel, vel fugere in terram aliam: nunc autem iam diffinierat recedere to raliter à Saule, quia completa erat malicia eius, vt paret præceden capit. ideo non oportebat, quòd veniret ad Samuelem ad consulendum Dominū, pro hoc, sed satis erat, quòd iret ad quæcunque loca, vbi putaret posse se euadere.

Quare Dauid iuit ad Achimelech. Quæstio III.

QVAERET aliquis, quare Dauid venit ad Sacerdotem Achimelech. Responderi posset, quòd quando Dauid recessit à Ionatha, habuit intētionem veniendi in terram Philisthinorum, & fortè Ciuitas Nobe erat in itinere, ideo venit per illam. Si verò fuisset ibi, & declinaturus esset ad aliquem, credidit vtilius sibi esse declinare ad Achimelech, quia magis sibi poterat ille prouidere, tam in cibis, quàm in armis. Vel potest dici, quòd fortè Dauid declinauit ex intentione ad vrbem Nobe, vt veniret ad Achimelech, quia volebat consulere Dominum de via sua, an prospera esset, & ille cùm esset sacerdos magnus consulere poterat pro eo. Quomodocunque autem dicatur, intelligendum est, quòd Dauid voluit magis declinare ad Achimelech, quàm ad aliquem alium, quia cognoscebat eum aliàs, & fortè erat amicus illius, ideo credidit, quod ille magis posset, & vellet eius necessitati prouidere. Apparet autem hoc ex opere secuto, quia panem, quem soli Sacerdotes comedebāt, ei dedit, insuper gladiū, qui erat in tabernaculo Domini, consuluitque pro eo Deum: ita, vt nihil magis pro eo facere potuisset. Fortè autem contraxerant istam amicitiam Dauid, & Achimelech, quando venit Dauid in tabernaculum Domini porrans gladium Goliath, & reliquit eum ibi: de quo infra in litera. Vel fortè hoc fuit, qa interdum Achimelech, qui erat summus Sacerdos, erat in curia regis Saulis, & loquebatur cum eo Dauid: sicut quando fuit Saul in bello contra Philisthinos: iuit. n. illùc arca Domini, & Sacerdos Achias, vt patet supra ca. 14. *Et obstupuit Achimelech, eo quod venisset Dauid.* Non obstupuit, eo ꝙ venisset Dauid ad cū, sed obstupuit, quia solus venit ad eū: quod patet ex verbis eius immediatè, s. Quare tu solus venis, & nullus est tecum. Obstupuit etiam Achimelech de subitaneo aduentu Dauid, quia cum esset gener regis, & vir honorabilis in toto Israel, debuisset præmittere aliquos nuncios de aduentu suo: sic enim fuit de Samuele, quando venit in Bethlehem. Admirati enim fuerunt senes ciuitatis, quia viderunt eum ex improuiso venientem, & incomitatum, ita vt dicerent: Pacificus ne est ingressus tuus? sup. c. 16. *Et dixit ei: Quare tu solus venis, & nullus est tecum?* Ista est præcipua causa admirationis Achimelech, scilicet, quia vir honorabilis valde, & gener regis sicut erat Dauid, non debebat venire incomitatus. Hebrei, vt communiter dicunt, ꝙ Dauid solus veniebat, quia non solum dixit litera: Quare tu solus venis, sed etiā dixit: nullus est tecum, quod significat omnimodam solitudinem. Sed qa infra dicitur de pueris, ꝙ petiuit panem pro se, & pueris, dicunt, ꝙ Dauid mentitus fuit hic, quia non habebat secum aliquos pueros, sed dixit hoc ad

Achimelech mirat⁹ est de subito ad uentu Dauid.

colorandum factum suum. In litera chaldaica habetur, ꝙ pueri Dauid recesserant in locum absconditum, ideo apparebbat solus. Sed dicendum est, ꝙ Dauid non iuit solus ad vrbem Nobe, quia ibant cum eo aliqui pueri: sic apparet Matth. cap. 12. cum dicitur: Non legistis quid fecit Dauid quando esurijt, & qui cum eo erant, & quomodo intrauit in domum Dei, & comedit panes propositionis quod non licebat ei edere nec his, qui cum eo erant: ergo aliqui erant cum illo. Nicolaus tamē dicit, ꝙ hic dicitur ire solus, & nullus cum eo, quia q̄q̄ aliqui essent in comitiua eius respectiuè, tamen in comparatione ad illos, qui soliti erant cum eo ire, nulli videbantur ire: sic dicitur cōmuniter: nullus est in foro, quādo sunt ibi pauci, respectu alterius temporis, quamuis nunc multi sint. Sed ista applicatio non multū conuenit, quia ista duo signant omnimodā solitudinem. s. soles, & nullus est tecū. Dicēdū ergo, ꝙ Dauid venit solus in vrbē Nobe, ita ꝙ nullus vir erat cū eo. Et cum dī Mat. c. 12 ꝙ erant aliqui cū eo, qui comederūt de panibus propositionis. Dicendū, ꝙ isti non introierunt in vrbe cū Dauid, sed erant in aliquo loco absconditi, & hoc ne cognosceretur fuga Dauid. Cōsueuerat n. Dauid ambulare cū multis viris, quia erat gener regis, & princeps mille virorum supr. c. 18. Nūc aūt si haberet secū viros, ēt si vellet se occultare, cognosceret & nunciaretur Sauli. Credendū est ergo, ꝙ ipse solus introiuit in vrbem, & mutauerit faciē suā, ne cognosceretur, vel obtexit eam, ita vt nemo ad eū respiceret: & q̄q̄ aliqui viderent illum, non putarent esse Dauid, cū solus esset: & hoc tenet litera chaldaica. Apparet etiam ex textu, quia dixit Dauid ad Achimelech. Pueris condixi in illū, & in illum locum: ergo non habebat secum pueros, quia dato, ꝙ in cæteris mentiretur, in quibus occultum erat: tamen in eo, quod erat manifestum, non mentiretur: & sic stat litera. *Et ait Dauid ad Achimelech sacerdotem.* Nolebat Dauid, ꝙ Achimelech cognosceret fugam eius à Saule, quia tūc fortè timeret ei dare panes, & gladium, & consulere Dominum pro illo, cum videretur hostis regis: volebat tamen Dauid ꝙ prouideret ei in his omnibus, ideo mentitus est illi. *Rex præcepit mihi sermonem.* i. præcepit quandam rē secretam, & voluit ꝙ irem solus, & nemo sciret an ad aliquid missus essem. Hoc n. q̄q̄ mendaciū esset, erat tū verisimile, quia tempore præterito consueuerat Dauid esse in magna familiaritate regis, & mittebat eū rex ad omnia, quæ expedire debebat, vt patet supra cap. 18. scilicet: egrediebatur quoque Dauid ad omnia, quęcunque misisset eum Saul, & prudenter se agebat. Hoc autem cognouerant omnes Israelitæ, ideo nunc satis præsumere poterat Achimelech, quòd mitteretur Dauid à rege. *Et dixit: nemo sciat rem, propter quam à me missus es.* ideſt, iussit, quòd esset nimis secreta legatio mea, & quia si multi me cum irent, cognosceretur, quò ego irem: tam ab illis, qui mecum essent, quàm ab illis, per quos transirem: iō nō decuit, vt portarē mecū copiam seruorum, sed solus veni. *Et cuiusmodi præcepta tibi dederim.* ideſt nemo sciat quid est, quod ego mando tibi. Volebat ergo istud esse ita secretum, scilicet, quòd non solum nesciretur quid erat illud, ad quid missus erat Dauid, sed etiam nesciretur, an ad aliquid missus esset Dauid. Hoc autem habebatur, cum nullus iret cum eo. *Nam & pueris condixi.* ideſt, cum pueris compositi. *In illum, & illum locum.* ideſt, quòd irent in talem, & talem locum, & ibi seruarent aduētum meum. Condicere enim est componere, vel connire: sic n. patet Gen. c. 18. s. Iuxta conditū reuerſat hoc eodem tpe ad te, vita comitte. i. ego reuer-

tar ad te iuxta conuentionem, vel compositionem, quam feci tecū. Est autem sensus, quòd Dauid volens secretissimè procurare negotium regis, noluit quòd pueri irent cum eo, ne ipse cognosceretur propter eos, sed quòd expectarent eum in tali, vel tali loco, in quo non posset cognosci per illos: vel si cognosceretur, nihil noceret cognitio. Sciendū autē, quòd cum in alijs Dauid mentitus fuerit, in hoc tamen verum dixit, scilicet, quòd condixerat pueris, vt venirent in talem, vel talem locum: nam ipse nō duxit eos secum in vrbem.

An Dauid peccauerit hic mentiendo Achimelech. Quæstio IIII.

QVAERET aliquis, an Dauid peccauerit. Respondēdum est, quòd si posset hic excusari mēdacium Dauid, scilicet quòd vera essent hæc, quæ dicta sunt per eum, posset excusari à peccato, sed non potest excusari à mendacio, quia rex non dixerat ei, quòd iret ad aliquem locum, sicut ipse hic dixit: nec etiam commendauerat ei aliquam rem secretā: ideo necesse est, quòd peccauerit. Sed dubium est, an peccauerit mortaliter, vel venialiter: si enim nullā causam mentiendi habuit satis, videtur peccatum mortale. Est tamen peccatum veniale, quia fuit officiosum mendacium, scilicet, quia fuit ad conseruationem vitæ, quanquam aliquis dicet, quòd non videbatur hic aliqua necessitas mentiendi, sed solum propter verecundiam excusandam mentitus est hic Dauid, scilicet, ne diceret se esse profugum à facie Saulis, sed dicendum, quòd habuit hic Dauid necessitatem mentiendi ad conseruandam vitā: fuit autē ista necessitas famis: nam Christus dicit Mat. c. 12. ꝙ non peccauit Dauid, & qui cum eo erant comedendo de panibus propositionis, quanquam aliàs non licet eis: innuens, quod erat ibi necessitas famis, sed si non mentitus fuisset Dauid dicens se missum à rege Achimelech, nollet ei dare panem, putans, quòd ex hoc incurreret iram regis fauens hostibus illius: ideo vidit Dauid necessitatem sibi esse mentiēdi: potissimè, quia si confiteretur Dauid, quod fugiebat à facie Saulis, fortè Achimelech, vt faueret Sauli, cōprehenderet eum, vt duceret ad Saulem, per quod incurreret in mortem, ergo necessarium videbatur mendacium pro defensione vitæ. Adhuc autē potissima causa, quare mentitus fuit Dauid Achimelech, videtur fuisse, quia erat ibi Doeg Idumæus: nam iste erat nimis familiaris Saulis, & sciebat Dauid eū ibi esse, sciebat quoque, ꝙ si confiteretur se fugere à facie Saulis, ipse conaretur immutare Achimelech ad tenendum Dauid: cognoscebat enim, quòd ille aduersaturus erat ei. Sic patet sequenti cap. scilicet. Et ait Dauid ad Abiathar: Sciebā in die illa, ꝙ cum ibi esset Doeg Idumæus proculdubio annunciaret Sauli. Cauit ergo Dauid aliquid indicare de via sua.

Non erubuit Dauid mentiendo Achimelech, quia credidit se nō esse defendendum. Quæst. V.

QVAERET aliquis quomodo Dauid non erubuit mentiri Sacerdoti Achimelech, quia ipse consulturus erat pro eo Dominum, & posset scire viam eius, in quo Dauid confunderetur nimis. Respondendum est, ꝙ Dauid credidit, ꝙ non poterat Achimelech scire viam illius quousque aliquis ei indicaret, ideo non erubuit mentiri, sciens se non esse deprehendendum. Sed tunc dicetur, cum Achimelech consuleret Dominum pro Dauid, scire posset viam illius, & an mentiretur. Respondendum est

Alph. Tost. super 1. Regum.

ꝙ per consultationē Dei nō poterat hoc scire. accidit. n. idē ꝙ sulentibus Dñm, & prophetis: habēt. n. ꝙ pheræ reuelationē à Deo, ꝙ quā immutatur intellectus eorū ad cognoscendū ea, q̄ alij nō cognoscunt: nihil tamen cognoscunt, postq̄ desinit illa actualis reuelatio, sed sunt sicut cæteri homines interdum rudes, & ignorantes. Consulentibus aūt Deum accidit idem, s. quia nō possunt aliud scire, nisi id, de quo Dominum consulunt. Achimelech autem cōsulturus erat hic Dñm pro Dauid, & quia ipse interrogaturus erat, an Dñs prosperaret viam illius, vel non, aut aliquid simile, non responderet Deus ad aliud, nisi ad illud, & sic nesciret an mentiretur Dauid: nisi fortè postea specialiter consuleret Dominū, an verum diceret Dauid. Hoc autem nō erat facturus, ni si aliquid suspicaretur contra Dauid, nec fecit. Vñ mansit absconditum ipsi Achimelech, ꝙ mentitus fuerit Dauid vsquequo vocatus fuisset à Saule rēsurus pro Dauid: & cum dixisset ei Saul, quare coniurauerat cū Dauid contra ipsum: rndit Achimelech: num hodie cępi consulere pro eo Dñm? absit hoc à me, ne suspicetur Rex aduersum seruum suum rem huiusce modi in vniuersa domo patris mei: non. n. sciuit seruus tuus quicquam super hoc negocio, vel modicum, vel grande. ergo ignorauit Achimelech, an mentitus fuerit Dauid, & quanquam consuluerit Dominum, non intellexit hoc, quia Deus ad illud non respondit, sed solum, an esset iter Dauid prosperum, vel non.

Quomodo pueri venerunt cum Dauid. Quæst. VI.

QVAERETVR vlterius, cum hic dicatur, ꝙ venerunt pueri cū Dauid, & petiuit pro illis panes, quomodo cū eo venire potuerunt: nam quando ipse recessit à Ionatha, solus erat, quod patet, quia quando iuit ad latendū solus erat, & latuit apud lapidem Ezel, vt patet p̄cedenti cap. Deinde cū venit Ionathas ad eū solū, ducebat secū puerum paruulum, quem remisit ad vrbem, q̄ loqui debuit cum Dauid, vnde tunc soli erant: qa dicitur præcedenti cap. Puer qd ageretur penitus ignorabat: tantūmodo. n. Ionathas, & Dauid rem nouerant: si tamen alij fuissent cum Dauid, qui postea cū eo irent, illi nossent rem: ergo non erat ibi aliquis puer cum Dauid. Respondendum est, ꝙ quādo Dauid recessit à Ionatha, solus erat: potuit tamē postea habere pueros antequam veniret ad Achimelech, quia tres dies transierant inter recessum à Ionatha, & aduentū in Nobe ad Achimelech, vt patet infra in litera cum dixit Dauid: Equidem si de mulierib⁹ agitur cōtinuimus nos ab heri, & nudiustertius, q̄ egrediebamur: ergo tres dies erant, quibus recesserat Dauid à Ionatha, & in illis poterat habere Dauid pueros. Modus autem erat, *vt quidam volunt*, ꝙ Dauid prius dixisset aliquibus de pueris suis, ꝙ essent in certo loco ad fugiendum cum eo, & quanquam quando recessit à Ionatha non erant cum illo, tamen obseruauerunt eū in loco, vbi dixerat. Sed hoc non stat, quia Dauid q̄ latuit in agro, nesciebat, an fugiturus esset, sed voluit ibi latere quousque Ionathas indicaret ei sententiam patris sui, & ex illa pēdebat an ipse maneret in Curia Saulis, vel fugeret de terra eius: ideo non est verisimile, ꝙ ipse iussisset aliquibus seruis suis esse in certo loco ad fugiendum, cum nondum quicquam de fuga deliberasset. Item præcipue, quia etiam si deliberasset fugere, dum tamen manebat absconditus apud vrbem, in qua erat Saul, non reuelaret statum sum alicui, nisi Ionathæ, non cōfidens alijs, ne traderent eum in manus

Modꝰ fm quosdam qūo Dauid habuit pueros.

Saulis: ideo non dixisset alicui, ꝙ latebat, vel quòd expectaret eum in certo loco: præcipuè quia dato quòd voluisset Dauid hoc facere, non potuisset. nam antequam Dauid, & Ionathas colloquerentur, nesciebat Dauid an fugiturus esset, vel an latere deberet, sed postea ex consilio Ionathæ latuit apud lapidem Ezel, vt patet præcedẽti c. sed postq̃ stetit cũ Ionatha, non locutus fuit alicui de suis famulis, qa erant tunc Ionathas, & Dauid in agro: & Ionathas dixit, ꝙ descenderet Dauid immediatè in locum, in quo latere debebat, & descendit, stetitque ibi quousque redijt Ionathas: ergo non potuit Dauid loqui alicui, ꝙ expectaret eum in tali, vel tali loco. Sed dicendum est, ꝙ Dauid potuit habere pueros in itinere dupliciter. Vno modo, ꝙ Ionathas rediens in vrbem post recessum Dauid, diceret aliquibus de famulis Dauid, ꝙ fugerat, ideo ꝙ sequerentur eũ ad talem, vel talem locum. Aliter autem poterat eos habere Dauid, s. ꝙ fugiens à casu reperisset aliquos de famulis suis in itinere, vel aliquibus locis, ad quæ declinauerit, & illos secum tulerit. Aliquis autem dicet, ꝙ isti pueri Dauid fuerũt cum eo à principio recessionis suæ, quia dicitur infra in litera: continuimus nos ab heri, & nudiustertius, quando egrediebamur: ergo significat se, & pueros simul egressos de loco, de quo veniebant. Hoc tamen non stat, qa sicut Dauid in cæteris mentiebatur Sacerdoti Achimelech, ne cognosceretur fuga ei⁹, ita finxit pueros secum egressos, alioquin videretur delirare, in dictis suis: non tamen potuerunt simul egredi cum eo, qa nullus erat cum illo, quando recessit à Ionatha, vt patet ex dictis. Habuit tamen pueros in itinere aliquo de duobus modis prædictis. *Nunc ergo siquid habes ad manum*. i. siquid habes præsto ad mihi dandum. *Vel quinque panes*. i. vel saltem quinque panes, q d si habes præsto aliquid ad cibum pro me, & pueris meis; da mihi, & si nihil aliud habes, saltem da mihi quinque panes. In hoc enim Dauid significabat, ꝙ habebat secum pueros, quanquam non essent præsentes: alioquin non petiuisset quinque panes, & hos in defectum, quasi dicat, si plures alios potuisset dare, & alia cibaria recepisset Dauid: in defectum tamen volebat saltem quinque: isti tamen pueri, pro quibus illos volebat non erant tunc cum eo, sed extra vrbem expectabant ex causa supra assignata, & postea comederunt de his panibus, vt patet Mat. c. 12. *Aut quicquid inuenerit manus tua*. i. quicquid potueris mihi dare, quasi dicat: etiam si non potueris dare quinque panes, saltem da quodcunque inuenerit manus tua. Iste modus loquendi est frequentatus in veteri testamento, scilicet, ꝙ qui non potest aliquid dare, dicitur, ꝙ non inuenit illud manus eius. Sic patet Leui. c. 5. s. Sed si non quiuerit manus eius offerre duos turtures: & Leui. c. 12. Quòd si nõ inuenerit manus eius nec potuerit offerre agnum. *Et respondens Sacerdos ad Dauid, ait ei*. Iste est sacerdos Achimelech, s. Sacerdos magnus, & vocatur per excellentiam sacerdos. *Non habeo panes laicos ad manum*. i. nõ habeo in promptu panes Laicos ad dandũ tibi. Vocantur panes Laici illi, de quibus Laicis comedere licebat: panes autẽ, quos nunc habebat Achimelech, erant sanctificati, ideo non licebat Laicis comedere de illis. Nico. dicit, ꝙ apud Hebræos erant panes in triplici gradu: quidam erant panes propositionis, qui solis sacerdotibus liciti erant, alij erant panes oblationis, & illis vtebantur leuitæ, alij erant panes communes, quibus indifferenter vtebantur omnes Israelitæ: & isti vocantur panes Laici. De his nullos habebat nunc Achimelech, sed solum panes propositionis.

Alia opinio.

Alia opinio.

Opinio authoris.

Opinio Nico. ꝙ apud Hebræos erãt triplices panes.

De distinctione panum sanctuarij, & quibus licebat comedere illos. Quæstio VII.

Confutat Nic. ꝙ nõ sit triplex panis.

QVAERET aliquis circa istam distinctionẽ Nicolai de triplici pane, an sit vera. Respondendum est, ꝙ non stat: nam verũ est, ꝙ erant panes ꝓpositionis pro solis Sacerdotibus, & panes cõmunes ꝓ omnibus Israelitis: panes tamen oblationis nõ erãt ꝓ Leuitis, nec licebat eis comedere de illis. Pro quo considerandum est, ꝙ panes offerebantur Sacerdotibus dupliciter, quidã offerebantur extra sanctuarium, scilicet panes primitiarum. Alij autem offerebantur in sanctuario, scilicet panes libamentorũ, vel sacrificiorum. De primis panibus habetur Numero cap. 15. vbi iubetur, quòd Israelitæ offerrent primitias ciborum suorum Domino de pulmentis, scilicet de cibis paratis ꝓ se, & istud intelligebatur de panibus, scilicet quandocunq; aliquis Iudæus coquebat in domo sua panes, antequam ipse comederet quicquã de coctione illa, mittebat vnũ, vel duos panes Sacerdotibus, qui erant in vrbe illa: & isti vocãtur panes primitiarum, idest panes primi, scilicet, quia prius dabantur in oblationem, quàm de residuis quicquam comederent Laici. Isti tamen non offerebantur in Sanctuario, sed dabantur Sacerdotibus in Eleemosynam, vbicunque essent in vrbibus suis: & nõ obseruabatur aliqua cęremonia oblationis in his panibus, scilicet, quia nõ erant Azymi, sed fermentati, sicut coquebant pro se Israelitæ, qui non obligabantur comedere Azyma, nisi in festo Azymorum: si tamen offerri deberent in Sanctuario ad hoc, quòd aliquid de illis cremaretur super altare in partẽ Domini, necesse erat, quòd essent Azymi: quia fermẽtum nunquam ponebatur in altari, vt patet Leui. c. 2. s. Omnis oblatio, quæ offert Dño, absque fermento fiet, nec quicquam fermenti, atq; mellis adolebitur in sacrificio Domini: primitias tãtum eorum offeretis, & munera, super altare verò non ponentur in odorem suauitatis. Si autem intelligatur, quòd de his panibus comederent Leuitę, verum est, ꝙ licebat eis comedere de illis: sed etiam licebat Laicis, cùm de panibus fermentatis Laicorũ isti darentur, & nulla pars eorum cremaretur super altare: vnde isti non differunt à panib⁹ Laicis, nec intelligit Nicolaus de his, cũ dicat, ꝙ Leuitę comedebant de panibus, qui offerebantur in altari holocaustorum. Alij autem erant panes, qui offerebantur Sacerdotibus, & vocantur panes libamẽtorum, vel sacrificiorum, & isti offerebantur dupliciter. s. quidã in forma panis, s. quia erat pasta cocta in clibano, vel frixa in sartagine, alij offerebantur non in modum panis, sed in farina nondũ commixta, sed cõsperta oleo. Loquendo de panibus secundis. Dicendum quòd in sacrificio tam pacifico, quàm holocausto offerebantur libamenta, quæ erãt simila, vinum, & oleum, thus, & sal, & tria prima istorum ponebãtur sub certa quantitate in diuersis sacrificijs, de qua dãtur regulę Num. c. 15. De simila isto modo accepta dicendum est, ꝙ Sacerdotes tollebant pugillum, & cremabant super altare: reliquam autem similam reseruabant pro se vt patet Leui. cap. 2. & in alijs locis. De hac autem simila, quæ sic proueniebat Sacerdotibus, dicendum est, quòd non poterant comedere Leuitæ: nam etiam familia Sacerdotum non poterat vniuersaliter comedere de illa, sed solũ masculi de genere Sacerdotum, vt patet Leui. c. 6. s. Hæc est lex libamentorum, quæ offerent filij Aaron. Et postea sequitur: reliquam autem partem simile comedet Aaron cum filijs suis absq; fermẽto. Et post pauca dicitur: mares tantũ stirpis Aaron comedent illud

illud: ergo non licebat Leuitis comedere de hoc. Alij autem panes erant, quos Israelitæ offerebant Domino fricos, vel coctos, & de istis etiam non licebat Leuitis comedere: offerebantur autem isti panes aliquando per se, vt siquis pauper esset, & non haberet quid aliud, offerret de quo Leui. cap. 2. & 5. Aliqñ autem offerebantur cum sacrificijs pacificis, vt patet Leui. ca. 7. s. Si pro gratiarum actione fuerit oblatio, offeret panes absq; fermento conspersos oleo, & lagana azyma vncta oleo. De omnibus autem his sacerdos solum accipiebat vnũ panem de iure suo, vt patet eod. cap. sed de omnibus his, quæ pertinebãt ad iura sacerdotum, non poterant quicquam comedere Leuitę, quia non erant de familia sacerdotum. Item apparet hoc, quia si Leuitis liceret comedere panes, qui offerebantur in Altari holocaustorum: aut hoc esset, quia pertinerent ad ius eorum, sicut quædam pertinebant ad ius sacerdotum: vel liceret eis ex concessione sacerdotum volentium communicare eis de iuribus suis: non primo modo, quia ad iura Leuitarum nihil pertinebat, nisi decimæ, quæ solis eis dabantur, omnia autem, quæ offerebantur in sanctuario ad sacerdotes pertinebant, vt patet Num. cap. 18. vbi distinctè iura sacerdotalia, & Leuitica describuntur: & dicitur ad Aaron: Omnia, quæ sanctificantur à filijs Israel, tibi tradidi, & filijs tuis ꝓ officio Sacerdotali. Et in fine eorundem iurium dicitur: Omnes primitias sanctuarij, quas offerunt filij Israel, tibi dedi, & filijs, ac filiabus tuis. De Leuitis autem postea dicitur: Legitimum sempiternum erit in generationibus vestris, nihil aliud possidebũt Leuitæ decimarũ oblatione contenti, quas in vsus eorum, & necessaria separaui: ergo non licebat eis ex iure. Item non licebat Leuitis ex concessione sacerdotum comedere de panibus sanctificatis: nam nõ poterat sacerdos contra legem dare de sanctificatis alicui, cui lex vetaret: lex tamen solum concessit comedere de sanctificatis sacerdotibus, & filijs, & filiabus eorum, vt patet Leui. cap. 10 & Num. ca. 18. addidit etiam postea, quòd illi, qui erant de familia sacerdotis, s. vernaculi, & empticij, comederent de illis: sed de alijs nullus omnino. Vnde si filia sacerdotis acciperet virum de alia Tribu, nõ poterat comedere de sanctificatis, dum maneret cum viro suo: & etiam si mortuo viro, rediret ad domum paternam, cum liberis, vt patet Leui. ca. 22. & ibi concluditur: omnis alienigena comedendi ex eis non habeat potestatem. Et vocantur ibi alienigenæ omnes, qui nõ sunt de stirpe sacerdotũ: quia respectu eorũ etiam Leuitæ dicuntur alienigenæ, & extranei, vt patet Num. cap. 3. s. Aaron, & filios eius constitues super cultum sacerdotij: externus, qui ad ministrandum accesserit, morietur. Manifestum est tamen ibi non solum populares, sed etiam Leuitas vocari extraneos: quia si ipsi accederent ad ministrandum in sacerdotio, morerentur, sicut fuit in seditione Choræ Num. cap. 16. Simile patet Num. cap. 18. cum dicitur ad Aaron: Tu, & filij tui custodite sacerdotium vestrum: omnia, quæ ad cultum Altaris pertinent, & intra velũ sunt per Sacerdotes administrabũtur: si quis externus accesserit, morietur. Sed ibi extranei vocantur Leuitæ; quia ipsi nihil administrabant in Altari, & intra velum. Quòd etiam quandocunq; lex vocat aliquẽ alienigenam in materia sacerdotum, intelligebatur de omnibus, qui non sunt de stirpe sacerdotum, patet Num. cap. 16. s. Habeant filij Israel, quibus commoueantur: ne quis accedat alienigena, qui non est de semine Aaron ad offerendũ incensum. Cùm ergo lex de comestione sanctificatorum Leui. cap. 22. dicat, quòd licèt Sacerdotibus, & non licèt alicui alienigenæ, apparet, quòd etiam non liceat Leuitis, quia ipsi alienigenæ sunt respectu Sacerdotum: non ergo stat distinctio Nicolai de triplici pane, &, quòd Leuitis liceret comedere de secundo genere panum, qui offerebantur in Altari: nisi forte velis dicere, quòd Leuitæ comedebant de panibus oblatis, quando ipsi offerebant sacrificia pacifica, vel cum iuitabantur ab illis, qui offerebant ea. Hoc enim verum est, sed non est differentia aliqua in hoc, quãtum ad Leuitas, & laicos: quia cum quis offerret hostiam pacificam pro gratiarum actione, offerre debebat simul multa genera panum coctorum, & frixorum, & omnes pertinebant ad ipsum offerentem, præter vnum, qui cedebat in ius sacerdotis immolantis, vt patet Leui. ca. 7. Ideo si Leuita aliquando offerret oblationem pacificam poterat comedere de panibus oblatis. Eodem modo si inuitaretur ab aliquo offerente: nam licebat cuicunque offerenti hostiam pacificam inuitare quoscũq; vellet ad comedendũ de partibus sibi prouenientibus, dum tamen illi essent mundi: immo Deus hortabatur Israelitas, vt, quando facerẽt sacrificia pacifica, inuitarent ad cibos Leuitas pupillos, & aduenas, & quoscunq; pauperes, vt patet Deut. c. 12. & 14. & 16.

Quomodo licuit Dauid comedere panes propositionis. Quæstio VIII.

QVAERET aliquis, cum isti panes propositionis, quos dedit Achimelech Dauid, essent illiciti popularibus, cur eos dedit Achimelech Dauid, vel quæ necessitas eũ compulit. Respondetur communiter, quòd Dauid erat tunc in necessitate famis, ideo panis, qui aliàs erat ei illicit⁹, fuit ei nunc licitus. Sed contra hoc dicetur, quia necessitas famis non faciebat licitum Dauid, quòd comederet de sanctificatis, si poterat illa necessitas supleri per alios cibos: videtur tamen, quòd potuisset suppleri, quia Dauid erat tunc in vrbe Nobe, in qua non erat verisimile, quòd non esset alius panis præter sanctificatum: quia illa ciuitas erat magna: & certum est, quòd aliquis panis ibi esset, poterat tamẽ Achimelech illum inquirere, ne daret Dauid de cibis sanctificatis. In hoc autem videtur multis esse difficile, quia, si dicamus, quòd in tota vrbe nullus erat panis, loquimur contra omnimodam similitudinem: nam dato, quòd aliquando contingeret, ꝙ nullus esset panis coctus in tota vrbe, sed tũc coquatur, nullus tamen hoc præsumit: ideo dato, ꝙ hoc esset, Achimelech non præsumeret nullum panem esse in vrbe, quousq; totam vrbem inquireret: quã non inquisiuit. Si autem dicas, quòd in vrbe erat panis, non videbitur quomodo propter necessitatem Achimelech dederit Dauid panes sanctos. Quidam respondent, ꝙ in tota vrbe nullus panis erat tũc, & hoc sciebat Achimelech: ideo nõ inquisiuit, sed dedit ei de panibus sanctis, quos habebat. Hoc tenet Ra. Dauid Kimhi, & allegat rationem, s. quia tota Vrbs Nobe erat Sacerdotum, vt patet seq. cap. isti autem viuebant de oblationibus, & nihil ipsi coquebant de panibus: nunc autem quando venit Dauid transierat hora prandij, & Sacerdotes comederunt totum panem, qui oblatus fuerat, ideo nihil manserat, de quo Dauid comedere posset, nisi panes propositionis. Sed hoc non stat: non est enim verisimile, quòd Sacerdotes non coquerent panes, sed solũ viuerent de panibus oblatis, quia cum oblatio esset spontanea, erat incerta, & aliqua die modicũ offerretur, ita vt non sufficeret Sacerdotibus ad cibum: ideo præter panes oblationis, verisimile ẽ, quòd ipsi

coque-

Universidad de Deusto
Biblioteca

coquerent panes in cibos suos. Item necesse est, ꝙ sic fieret: quia Sacerdotes habebāt famulos, saltem illi, qui erant magni Sacerdotes, & tamen illi nō poterāt comedere de panibus sanctificatis, vt patet Leui. cap. 22. Sinquilinus Sacerdotis, & mercenarius non vescetur ex eis, sed quem Sacerdos emerit, & q vernaculus eius est. Pro his ergo saltem coquerent panes, præter panes sacrificiorum. Item necesse est hoc: quia vbicunq; erat tabernaculum, semper erāt aliqui Leuitę seruientes ad ea, quæ iubebant eis Sacerdotes: cum Dominus iusserit Aaron, quòd semper haberet Leuitas secum ad seruiendum sibi Nume. cap. 18. isti tamen non poterant comedere de sā ctificatis, vt supra probatum est. Ergo pro eis saltem coquerentur panes. Item patet hoc fortius: quia in quocunque loco erat tabernaculum Domini erant multi de Gabaonitis seruientes portando aquas, & cędendo ligna pro sacrificijs, vt patet Iosue cap. 9. f. Decreuit Iosue i die illo Gabaonitas esse in ministerio cuncti populi, & altaris Domini cędentes ligna in loco, quem elegisset Dominus. Istud autem semper durauit: quia Iosue ordinauit, quòd maneret in æternum e. ca. cum dixit: Itaq; sub maledicto eritis, & non deficiet de stirpe vestra ligna cędens, aquasq; comportans in domū Dei mei. Et sic isti erant nunc in vrbe Nobe ad istam ministrationē, ergo pro eis saltem oportebat coqui panes, prętер sanctos: qa isti non erant de stirpe Sacerdotum, sed alienigenę. f. de Chananæis. Item Nobe erat ciuitas magna, per quā multi transibant, & ad quam veniebant, vt expedirent aliqua cum Sacerdotibus, ergo pro illis saltem coquerentur. Hoc patet: qa ibi erat Doeg Idumæus cum Achimelech, quando iuit illuc Dauid: ille autem nō erat de stirpe Sacerdotum, nec licebat ei comedere panes sacros: ergo alij panes coquebantur i ciuitates, prter panes, q pertinebant ad sacrificium. Itē dato, ꝙ non essent ibi alij panes, nisi pertinentes ad sacrificium, non staret ꝙ Sacerdotes comedissent in prandio totum panem; quia tunc pro vespere nihil haberent ad cibos, cum sacrificia populi non fierēt post meridiem. Postea autem ad vesperum non fiebat aliquod sacrificium, nisi iuge. f. à solis occasu cū offerebatur vnus agnus anniculus, de quo Num. 28. & Leui. c. 7. Itē dato, qd accidisset, ꝙ Sacerdotes comedissent totū panē i prādio, & nihil reliquissent, p vespere, hoc tamen non erat præsumendū, nec sciret illud Achimelec quousq; inquireret omnes domos Sacerdotum per totam vrbem, non tamen inquisiuit, sed immediatè obtulit ei panē sacrū. Itē patet falsum esse, quod dicebatur, quòd nunquam coquerentur ibi panes, sed viuerent Sacerdotes de panibus sacrificiorum: quia Achimelech dixit Dauid: Non habeo ad manum panes laicos: si tamē ibi nūquam coquerētur panes, non dixisset Achimelech, non habeo ad manum panes laicos, sed diceret: Nū quam hic fuerunt panes laici, nec inquiras eos hic: respondit tamen aliter: videtur ergo, quòd aliquando habebat panes laicos: nō ergo potest stare ista positio. Aliquis respondebit aliter, quòd in vrbe Nobe erant multi panes laici tunc, & hoc sciebat Achimelech: dedit tamen Dauid de panibus sanctis: quia tanta erat famis necessitas, quòd non poterat se sustinere dum mitteret Achimelech pro panibus ad aliam domum. Ista responsio conueniens est, si verum præsupponeret. f. ꝙ erat Dauid in tanta necessitate famis: nam si vidisset eum ita dispositū Achimelech, quòd immediatè moriturus erat, nisi daret ei de pane, quem præsto habebat, non debebat mittere ad aliam domum pro illo, sed dare ei de pane sanctificato, etiam si essent positi panes in mensa coram Domino. Etiam posset ei dare de carnibus holocaustorum, de quibus nullus vnquam hominum comedit: quia nulla lex diuina in tali articulo obligat: sed præsupponitur hic falsum: quia Dauid nō erat in tali necessitate, qn potuisset expectare quousq; duceretur panis de alia domo, potissimè quia ipse non petiuit panes ad comedendum ibi, sed ad portandum in itinere pro se, & pueris suis, cum petiuerit quicquid ad manum haberet Achimelech, vel saltem quinq; panes: pueri tamen non erant tūc cum ipso, sed extra vrbem expectabant eum, vt patet sup. f. nam & pueris condixi in illum, & illū locum. i. dixi ꝙ irent ad certum locū, & ad illos tulit Dauid panes hos: non ergo erat Dauid in tanta famis necessitate. Respondendum est, ꝙ Dauid erat in necessitate famis, non ꝙ illico moriturus esset, si mox non daretur ei panis, sed quia si ibi non accipe ret panem, non posset accipere in alio loco, & periclitaretur. Dicendum etiam, ꝙ in vrbe Nobe erant multi panes laici, de quibus comedere posset Dauid, & hoc sciebat Achimelech: In domo tū Achimelech non erant pro tunc aliqui panes laici: quia forrè tunc nouiter defecerat in domo eius panis, & alius coquendus erat. Hoc apparet tam ex interrogatione Dauid, quàm ex responsione Achimelech: nam non dixit Dauid: Nūquid possumus habere aliquos panes in vrbe ista: sed dixit: Nunc igitur si quid habes ad manum. i. si habes in promptu. i. immediatè des mihi. Achimelech quoq; non respōdit, ꝙ nulli panes haberi poterant in tota vrbe, nisi sancti, sed dixit: Nō habeo panes laicos ad manū, sed tm panē sanctū. q. d. Si aliquātulum morareris, bene possem habere panes aliunde, sed ad manum non habeo ad immediatè dandum, nisi sanctos panes. Sed tunc dicetur, quomodo ergo ausus est Achimelech dare panem sanctum Dauid, cū post paululum habere posset panes laicos. Respondendum est, ꝙ habebat necessitatem Dauid sufficientem, propter quam debebat dare ei Achimelech de panibus sanctis. f. quia ipse Dauid non audebat declinare ad aliquem alium in vrbe ad petendum, ne cognosceretur, ꝙ ibi erat: quia sic posset teneri, & periclitari. Etiam non pasus est Dauid expectare dum mitteret Achimelech ad aliquam domum in vrbe ad petendum panes: qa credebat ꝙ interdum posset sciri de aduentu, & periclitaretur. Etiam sine panibus nō audebat exire de vrbe: quia forte non erat alius locus propinquus, ad quem declinare posset pro pane, quin prius labore, & fame conficeretur ipse, & pueri sui: ideo necessitas vrgebat, vt à Sacerdote Achimelech panes acciperet. Videns autem Achimelech tantam eius celeritatem, dedit ei de panibus sanctis. Sed tunc aliquis dicet, quanquam Dauid haberet causam rationabilem comedendi de panibus sanctis propter meram necessitatem, tamen nō cōstabat hoc Achimelech, cum Dauid celaret ei fugam suam: quomodo ergo habebat causam ad dandum ei panem sanctum. Respondēdum est, quòd etiam Achimelech habuit iustam causam dandi panem sanctum Dauid, quanquam non habuit eandem, quam Dauid: dixerat n. Dauid Achimelech, ꝙ rex miserat eum ita secretè, quòd volebat, ꝙ nullus sciret, an ad aliquid iret: & si notificarat iter suum, rex posset eum iuste punire: ideo visum est Achimelech iniustum, ꝙ remitteret eum ad alium pro pane: Rursus autem vidit eius magnam velocitatem ex mandato regis, ideo non misit ad aliam domum pro pane, sed credidit obseruationē prcepti regalis sufficientē causam esse ad hoc, quòd posset dare Dauid de cibis sanctificatis. Sed tunc dicetur, quòd ista non erat omnimoda necessitas: Christus tamen excusauit Dauid in comestione istorum panum propter necessitatem, vt colligitur Mat. cap. 12. Respondendum est, ꝙ nullum præceptum diuinum, vel humanum in his, quę sunt purè positiua, obligat contra necessitatem. Præcepta tm veteris testamenti, quæ erant purè legalia ad hoc, ꝙ possent licitè solui, non exigebant omnimodam necessitatem. f. quando impossibile est aliud fieri, sed necessitatem aliquantam. f. ꝙ res aliter commodè non fiat, vel sine graui dāno. Hoc aūt Christus sensit Mat. cap 12. quando excusauit discipulos adducens exemplum istud de Dauid: nam illi vellebant spicas in sabbato, & comedebant, qā erat contra legem, sed Christus excusauit eos ex necessitate famis. Manifestum tamen est, quòd ibi non erat absoluta necessitas famis: quia poterant comedere aliquid in vrbibus, & non euellere spicas illas in agris. Sed aliquis dicet, quòd forte erat omnimoda necessitas, vt pote, si discipuli Christi venirent per iter, & distātes à locis famescerent, & non haberent aliqd, quo euaderēt periculū famis, nisi spicas euellerent, & comederēt: ideo absoluta necessitas esse poterat. Dicendum ꝙ non stat: quia istud erat diebus sabbatorum, vt patet Mat. c. 12. cum dixerunt Pharisæi: Discipuli tui faciunt quod non licèt eis sabbatis facere: Christus tamen non itinerabat diebus sabbato rum, cum esset Iudæis illicitum: nec poterant recedere à loco, in quo erant, nisi per mille passus causa solatij, vt patet Actuum c. 1. vbi dicitur, ꝙ à monte Oliueti vsq; ad Ierusalem est iter sabbati. i. quātum licebat Iudæis ambulare in sabbato: & tamen non est distātia illa vltra mille passus, & sic discipuli Christi existentes apud vrbes non poterant habere periculum famis, nisi accipiatur periculum valde largè: illud tamen qualecunq; erat excusabat eos: ergo etiam quanquam Dauid non haberet omnimodā necessitatem, liceret Achimelech dare ei panes sanctos cum Christus inducat Matt. c. 12. tanquam similia ista duo. *Nisi panem sanctum.* i. nō habeo ad manum, nisi panem sanctum. f. panem propositionis. Sciendum autem, quòd panis sanctus erat duplex: quidam erat panis propositionis, alius erat panis, q proueniebat sacerdotibus de sacrificijs. De nullo autem istorum poterat comedere Dauid. Patet de primis: quia de illis soli Sacerdotes comedere debebāt, vt patet Mat. ca. 12. Non etiam de secundis: quia de illis comedebant soli sacerdotes cum familijs suis: qui autem erant alienigenæ. i. non erant de stirpe, vel familia sacerdotum, non poterant comedere. De his Leui. ca. 22. Dauid autem de neutro horum erat. f. quia erat de tribu Iuda: & non erat vernaculus, nec empticius alicuius sacerdotis, ideo non licebat ei comedere de sanctificatis: hic tamen solū agitur de sanctificatis. Primo modo: quia isti erant panes propositionis, vt patet inf. minus autem licebat Dauid comedere de his, quàm de sanctificatis: Secūdo modo: quia de panibus propositionis soli sacerdotes comedebāt, de alijs autem sanctificatis comedebant tam filij quàm filiæ sacerdotum, & omnes de stirpe illa, vt infra declarabitur.

Panes propositionis quomodo fiebant, & qui erant.
Quæstio IX.

QVAERET aliquis de istis panibus propositionis: qui erant, & q modo fiebant. Respondēdum est, quòd panes propositionis erant 12. panes magni, qui stabant semper coram Domino: & fiebant hoc modo. f. ꝙ Sacerdotes accipiebant similā, & ipsi de ea faciebant panes. Erat autem ista simila alba farina, & delicata. Habebant isti panes certam magnitudinem: quia quilibet eorum habebat duas decimas farinæ, isti autem ponebantur coram Domino intra velum tabernaculi. f. in secunda parte sā ctuarij operta cortinis: erat enim ibi mēsa aurea ad partem Aquilonarem, super quam ponebatur isti 12 panes altrinsecus. f. sex cōtra sex, & super eos ponebatur thus: erant autem panes semper super mēsam, & mutabantur per tempora: nam quolibet sabbato ponebantur. 12. panes calidi super mensam, & tollebantur alij 12. qui ibi erant, & hoc modo erant per 7. dies. De omnibus his Leui. ca. 24. Deinde cum tollerentur panes priores, & ponebantur calidi, illi priores pertinebant ad cibos sacerdotum, & ad eos solum, vt patet inf. in littera. & Mat. cap. 12. Isti autē vocantur panes propositionis in littera nostra, & in Hebræo vocātur panes facierum. De quo dicit Ra. Sa. quòd vocantur sic, eo quòd vtranq; faciem similem habebāt, & sic erant duę facies: nam dicit, quòd isti panes non coquebantur in clibano, sicut alij panes laici, sed quibusdam vasis aureis inclusis in vasis ferreis, sicut fiunt hostiæ: & sic vtraq; facies poterat esse similis. Sed hoc falsum est: quia isti panes erant valde magni, cum quilibet eorum haberet duas decimas similę. Tanta autem pasta, nō posset coqui intra vasa aurea, & ferrea: Prius. n. exurēt tota superficies, & denigraretur in carbonem quàm medulla interior saltem leuiter coqueretur, sed coqueban tur isti panes sicut ceteri in clibano: vocantur tamē panes facierum, idest panes faciei: quia ante faciem Domini ponebantur super mensam auream in tabernaculo, & hoc seruauit littera nostra vocās eos panes propositionis, scilicet: quia proponuntur. i. quia coram facie Dei ponuntur in mensa.

Panes propositionis vocātur panes facierum.

Quare isti panes ponebantur coram Domino.
Quæstio X.

An Dij Gētilium comederent.

QVAERETVR vlterius, ad quid ponebant isti panes coram Domino. Quidam insani putauerunt, quòd ponerentur tanquam Deus Hebræorū vellet illos ad cibum, sicut erat de Deo Babyloniorum nomine Bel, cui quotidie ponebantur in templo magnæ apparitiones ciborum, quas dicebant sacerdotes comedi per noctē à Deo Bel. f. 12. artabas similę, & oues 45. vini quoq; amphoras sex, vt patet Dan. c. 14. Sed istud ridiculum est: nam etiam secundum Gentilium fabulas, & existimationem de dijs, non erat illis esca, nec potus: qui iam cœlestes incolæ erant: sacerdotes autem Bel persuaserant regi Babylonis ista ponere in templo pro Deo Bel, vt ibi ea per noctem furarentur, atq; comederent, sicut postea patuit. Dij quoque Gentilium, qui Dæmonia erant, quanquam falli dij essent: tamen verum erat eos cibis non egere: quia aut erant substantiæ spirituales. f. Dæmones, qui cibo non egēt: vel erant mera corpora fictilia, quæ cibo non vegetantur. Deus autem Hæbræorum purissimus spiritus non babens aliquam vnionē ad corpus, propter quam cibo vegetari deberet: vnde & ipsa scriptura declarat, quòd Deus nihil horum comedebat, sed manebant ibi panes per. 7. dies: deinde ablatis veteribus, per sacerdotes ponebantur recentes, & veteres comedebantur à sacerdotibus, vt colligitur Leui. capit. 24. & inf. in littera. & Mat. cap. 12. Sed adhuc dato, quòd Deus Hebræorum cibo egeret, nō iuberet Israelitis, quòd ponerent coram eo panem: sed ipse accipiet quicquid vellet, vt patet. Psal. 49. scilicet. Si esuriero non dicam tibi: meus est enim orbis terrarum, & plenitudo eius. Dicendum ergo est, quòd ponebant. 12. pa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

panes propositionis coram Deo non ad aliquā necessitatem, sed ad cultum eius: sicut multa alia fieri iussit, quæ nullo modo necessaria erant: fiebant tamen: quia erant cęremonię colendi Deum, & indicabant quandam reuerentiam: sic est, ꝙ poneretur candelabrum cum lucernis septem in latere meridiano tabernaculi Exo. 27 c. & Num 8 quia tamen Deus est pura ratio nihil fieri iussit, quod ratione careat: volebat enim Deus, ꝙ intelligerent Israelitæ Deum habere curam de ipsis ad benefaciendū eis, vt per hoc ipsi magis excitarentur ad colendum eum, & quia Hebræi rudes erant, & non mouebantur ad intelligendum, nisi per nimis sensibilia, iussit, quòd ponerent 12. panes coram ipso in tabernaculo, qui essent ibi in memoria eorū. s. vt per illos panes Deus recordaretur ipsorum. Erant autem isti 12. in memoriam 12. filiorum Israel, vt patet Leui. c. 24. multa autem similia Deus iusserat Hebræis facere. s. vt ponerent duodecim nomina 12. filiorum Israel in 12. lapidibus rationalis, quos ferret summus sacerdos in pectore, quando introiret coram Domino, vt sic Deus recordaretur illorum: Exod ca. 28. iussit etiā, quòd scriberentur eadem duodecim nomina ī duobus onychinis, quos portabat summ⁹ sacerdos in Ephod super humeros ad memoriam filiorum Israel. e. c. Per hoc autem intelligebāt Israelitæ, quòd erant nimis familiares Deo, cum semper recordaretur illorum: sic dixit Moyses Deut. ca. 4. in laudem Hebræorum: non est alia natio tam grandis, quę habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Proficiebant ergo ad hoc panes propositionis.

Quibus licebat comedere panes propositionis. Quæstio XI.

QVAERETVR vlterius, quibus licebat comedere de panibus propositionis. Respondendum, ꝙ non licebat popularibus, alioquin panes propositionis essent panes communes, Achimelech tamē sacerdos distinxit hic de panibus laicis, & panibus propositionis, dicens: non habeo ad manum panes laicos, sed tantum panem sanctū. Dicendum etiam, ꝙ nō licebat leuitis comedere de panibus propositionis: nam ea, quæ pertinebant ad iura sacerdotum, erant sanctificata, & non poterant de eis comedere alienigenę, vt patet Leui. c. 22. leuitæ tamen erant alienigenę respectu sacerdotum, vt patet Num c. 3. 1 & 18 erat autem in hoc speciale in sacerdotibus: quia quādo aliquis de popularibus offerret oblatiam pacificam de partibus ei prouenientibus, poterat dare cuicunq; inuitando quos vellet ad cibos, dum tamen mundi essent: vnde cum quis offerebat istam hostiam, omnes de domo sua, & serui, & ancillæ, & quicunq; pauperes poterant comedere cum illo Deut c. 12. 14. & 16 Iura autem, quæ prouenichant sacerdotibus de sacrificijs tam pacificis, q̄ quibuscunq;, non poterant cōicari alijs: quia Deus interdixerat esum illorū quibuscunq; alienigenis Leu. c. 22 Hoc autem verum erat nisi interdū sacerdotibus prouenirent partes sacrificiorū, nō vt sacerdotibus, sed vt laicis: qa tūc poterant dare quibus vellent de illis, vt si aliquis de sacerdotibus offerret hostiam pacificam & ipse non immolaret eam, sed alius sacerdos, pueniebant ei omnes partes, quæ proueniunt laicis offerentibus: & ad illa poterat inuitare quoscūq; vellet: quia non pertinebant illa iura ad eū, tanq̄ ad sacerdotē, sed tanquā ad laicū offerentem: panes aūt propositionis nunquam pertinebant isto modo ad sacerdotes, sed proueniebāt eis, vt iura sacerdotalia: ideo non poterat de illis aliquis communicare popularibus, vel lemtis.

An omnibus de familia sacerdotum licuisset comedere de panibus propositionis. Quæst. XII.

QVAERETVR vlterius, cum non liceret popularibus, nec leuitis comedere de panibus propositionis, an liceret omnibus de familia sacerdotum: licebat enim regulariter sacerdotibus, & filijs, & filiabus, & empticijs, atque vernaculis comedere de sanctificatis, & omnibus alijs prohibebatur, quædam tamen erant sanctificata, de quibus non licebat his omnibus comedere, quod apparet: qa Leu. 22. c. dicitur de empticijs, & vernaculis sacerdotum: ꝙ licet eis comedere, & Leui. c. 10. dicitur, ꝙ filijs, & filiabus sacerdotum licebat comedere de pectusculo, & armo dextro prouenientibus de sacrificijs. Alia tamen erant prohibita omnibus de familia sacerdotum, nisi ipsis sacerdotibus, & filijs eorum masculis, sic erat de simila, quę habebatur de sacrificijs: nā dicitur Leui. ca. 6. ꝙ mares tantum de stirpe Aaron comederēt de ea Idem erat de sacrificio pro peccato, quia soli sacerdotes, & filij masculi comedebant. co. cap. Pro quo considerandum, ꝙ iura Sacerdotum erant multa: quędam autem ipsorum ad solos masculos: quædam ad totam familiam pertinebant, qđ sic apparet: quia quædam erant iura Sacerdotum, de quibus nulla pars pertinebat ad Dominum. s. quia nō cremabatur aliquid super altare, nec ponebatur coram Domino: alia aūt erant, quarum partes quædam cremabantur in altari, vel ponebantur coram Dño ad hoc, ꝙ ibi manerent aliquanto tempore. Prima istorum erant paruæ sanctificationis, ideo licebat illa conuerti in vsus familiæ totius sacerdotum, vt siquis aliquid deberet, & non esset Dñs, cui daret, tenebatur dare Sacerdoti, vt patet Num c 5. & hoc siue illud esset pecunia, siue animal: si pecunia quidē poterat Sacerdos emere inde quod veller, & convertere in vsum totius familiæ: & si esset animal, non tenebatur illud immolari in altari sed poterat vendere, vel conuertere in vsus suos qualiter vellet, vt declaratū est eo c. Alia quoque erant iura, quæ non ponebantur in altari, sicut panes primitiarum, quos Israelitæ dabant Sacerdotibus, quasi in eleemolynā quando coquebant, de quo Num. c. 15. Isti aūt erant fermentati, ideo non ponebantur super altare Leu. c. 2. & sic pertinebant ad totam familiam Sacerdotū, cū essent purè laici, & poterat quicunq; alius homo comedere de illis. Alia quoque erant iura, quæ nō ponebantur in altari. s. omnia, quæ dabantur ex voto, quia siquis vouisset Dño pecuniā, vel animal, aut quodcunq; aliud, illud totaliter pertinebat ad sacerdotes, & nulla pars eius sanctificabatur Dño, qđ esset animal immolaticium, & de hoc comedebant omnes, qui erāt in familia Sacerdotis, dum tñ essent mundi, vt patet Num c. 18. s. Primitias autem, quas vouerint & obtulerint filij Israel, tibi dedi, & filijs ac filiabus tuis iure perpetuo: qui mundus est in domo tua, vescetur eis. Et vocantur ibi primitiæ non de fructibus terræ, vel de animalibus, sed quicquid Israelitæ offerrent ex voto. Vnde ibi immediatè dicitur omne, quod ex voto reddiderint filij Israel, tuū erit: & intelligitur cū illa determinatione superiori. s. ꝙ filijs, & filiabus. Item primitiæ de terra nascentibus erant de iure Sacerdotum, & quia nihil de istis ponebatur super altare, pertinebant ad totam familiā Sacerdotum, de quibus comedere poterat quilibet, dum tamen esset mundus. De hoc eo. c. dicitur: omnem medullam olei, & vini, atq; frumenti quicquid offerunt primitiarum Domino, tibi dedi vniuersa frugum initia, quæ gignit humus, & Dño deportantur, cędent in vsus tuos: qui mūdus est in domo tua, vescetur eis. Alia autem erant iura sacerdotalia de rebus illis, quarum partes aliqua cremabantur sup altare, vel fundebantur, aut ponebantur ad manendum aliquanto tempore coram Domino, ideo ista erant magis sanctificata, quàm prima iura: & sic licet de primis liceret vniuersaliter comedere omnibus de familia sacerdotum, tamen de his non licet vniuersaliter. Pro quo sciendū, ꝙ ista iura secunda consistunt in his, quæ sacerdotes recipiebant de sacrificijs, vel quasi sacrificijs, sicut de hostia pacifica recipiebant aliquas partes, scilicet pectusculum, & armum dextrum Leui. cap. 7. in hostia pro peccato recipiebant omnes carnes, in holocausto autem recipiebant solam pellem habebant quoque partes libamentorum in his sacrificijs, scilicet de simila cōsperfa oleo: accipiebant quoque panes propositionis, q tollebantur de mensa aurea postquam ibi fuissent septem diebus. De carnibus autem prouenientibus sacerdoti, de hostia pacifica poterat comedere tota familia sacerdotum, dum tamen essent mūdi. De hoc Leui. cap. 10. s. pectusculum quoq;, quod oblatum est, & armū, qui separatus est, edetis in loco mundissimo tu, & filij, ac filiæ tecum. Similiter quando offerebantur primogenita pecorum Domino immolabātur, & fuso sanguine super altare, & crematis adipibus, omnes carnes pertinebant ad totam familiam sacerdotum, vt patet Num. cap. 18. s. carnes verò in vsum tuum cędent, sicut pectusculū cōsecrationis, & armus dexter: sed ista duo pertinebant ad sacerdores pro se, & tota familia sua: ergo etiam carnes primogenitorū oblatorum. In alijs autem iuribus reliquis non habebant partē omnes de familia sacerdotū, sed soli filij masculi: supererat enim pellis holocausti, quę non erat ad cibum, de qua Leui. c. 6. superat et pars sacrificiorum pro peccato, de qua nihil comedebant filiæ sacerdotum, nisi soli mares, vt patet Num. c. 18. s. Omnis oblatio ad sacrificium, & quicquid pro peccato, atque delicto redditur mihi, & cędit in sancta sanctorum, tuum erit, & filiorum tuorum, in sanctuario comedes illud: mares tantum edent ex eo. De hoc etiam Leui. c. 6. supereſt etiā similia, quæ dabatur cum holocausto, & cū hostia pacifica, quæ vocatur libamentum, & de ista soli masculi de genere sacerdotali comedebant, vt patet Leui. c. 6. supersunt aūt panes propositionis, qui nimis sancti erant, ideo ad solos masculos de genere sacerdotali pertinebant: nam isti ponebantur intra tabernaculum super mensam auream, ex quo contrahebāt speciale sanctitatem, quia de nullo sacrificio, vel re oblata hoc fiebat. De hoc Mat. cap. 12. dicitur, quòd comedit Dauid, & qui cum eo erant de panibus propositionis, de quibus nō licebat comedere, nisi solis sacerdotibus: filiæ ergo sacerdotum, & reliqua familia non poterant comedere de his panibus. Aliq autem dicunt, ꝙ per illud non excluditur familia sacerdotalis: sed excluduntur illi, qui nec sunt sacerdotes, nec de familia sacerdotum: sed si litera concideretur, non stat: nam si diceretur ibi, quòd solis sacerdotibus licebat comedere de his panibus, potuisset habere locum ista calumnia, sed ponuntur ibi duæ clausulæ. Prima est, quando Dauid intrauit in domum Dei, comedit panes propositionis, quos nō licebat ei edere, nec his, qui cum eo erant. per istam clausulam sufficienter exprimitur, ꝙ panes propositionis nō licerent laicis: alioquin licerēt Dauid, & eis, qui cū eo erāt. Et si hoc solū poneretur, poterat intelligi, quòd non licebant isti panes laicis: licebant tamen familiæ sacerdotum. Additur tamen ibi: nisi solis sacerdotibus. ergo ad hoc, quòd ista clausula aliquid operetur, necesse est, ꝙ præter laicos, essent aliqui, quibus non esset licitum comedere de panibus propositionis: & isti sunt omnes de familia sacerdotum, præter filios sacerdotum, qui etiam sunt sacerdotes sicut patres: cum sacerdotium esset ibi ex progenie. Item patet hoc adhuc clarius Leui. capit. 24. vbi dicitur de panibus propositionis, scilicet per singula sabbata mutabuntur coram Domino suscepti à filijs Israel fędere sempiterno: eruntque Aaron, & filiorum eius, vt comedant eos in loco sancto: qa sanctum sanctorum est. Cum ergo ibi ponantur soli filij, & non filiæ, non pertinebat, nisi ad sacerdotes, & filios eorum. Sed aliquis dicet, quòd nomine filiorum intelligūtur etiam filiæ, & si filiæ comedere poterant, consequenter tota familia. Dicendū, ꝙ non stat, quia quanquam regulariter nomine filiorū intelligantur etiam filiæ: quia tamen in iuribus sacerdotalibus erant quædā, quæ cōueniebant filijs, & nō filiabus, & alia, quæ conueniebant tam filijs, quàm filiabus: quando scriptura agit de his iuribus, ponit filios pro masculis solum. Et quando sunt iura, quæ vtrisque conueniunt, exprimūtur etiam filiæ. Sic patet Num cap. 18. vbi agitur de his iuribus. & dicitur: Omnis oblatio, & sacrificium, & quicquid pro peccato redditur, tuum erit, & filiorum tuorum, & intelligitur ibi de solis filijs. nam immediatè dicitur: mares tantum comedent ex eo. & c. cap. cum agitur de iuribus communibus dicitur: primitias, quas vouerint, & obtulerint filij Israel, tibi dedi, & filijs, ac filiabus tuis: tamen si nomine filiorum intelligeretur etiam filiæ, non fuissent ibi expressę, sed in allegato cap. Leui. cap. 24 dicitur de iure sacerdotali, & exprimuntur soli sacerdotes, & filij: ergo non intelligitur de filiabus, nec de reliqua familia. Simile patet Leui. cap. 10. vbi cum dicitur de sacrificio ꝙ peccato, subditur: Comedetis autem in loco sancto, qđ datum est tibi, & filijs tuis, & ibi per filios intelliguntur soli masculi, quia sacrificium pro peccato, de quo ibi agitur, ad solos masculos de genere sacerdotali pertinebat Leui. cap 6. & in alleg. cap. 10. cū subditur de partibus, quæ proueniunt de sacrificio pacifico, quæ sunt communes masculis, & fœminis, dicitur: pectusculum quoque, quod oblatum est, & armum, qui separatus est, edetis tu, & filij, ac filiæ tuæ, ergo nomine filiorum non intelligentur hic filiæ. Item patet hoc, quia quando dicitur, ꝙ aliquid debet comedi in loco sancto, quia cōsecratum est, vel est sanctum sanctorum, illud ad solos masculos de genere sacerdotali pertinet. Sic patet Leui. cap. 6. s. reliquam partē similæ comedet Aaron in loco sancto atrij tabernaculi, & postea subditur: mares tantum stirpis Aaron comedent illud. Idem patet. e. c. de carnibus sacrificij pro peccato, scilicet omnis masculus de sacerdotali genere vescetur de carnib⁹ eius in loco sancto, quia sancta sanctorū est: quod multoties replicatur. e. c. sic patet Leui. cap. 10. s. comedite illud absque fermento iuxta altare, quia sanctū sanctorum est. Et tamen illud dicitur ibi de sacrificio pro peccato de quo soli masculi comedebant. Idem monetur Num c. 18. s. In sanctuario comedetis illud, mares tantum edent ex eo, quia consecratum est tibi, & nunquam reperitur, ꝙ ponantur istę duæ clausulæ, scilicet, ꝙ comederetur in loco sancto, quia sanctum sanctorum erat, vel quia consecratum erat, nisi in illis iuribus, de quibus soli masculi comedebant, sed in panibus propositionis ponuntur istæ duę clausulæ Leui. cap. 24. scilicet, eruntque Aaron, & filiorum eius, vt comedant eos in loco sancto,

Sacrificiū pro peccato ad solos masculos de genere sacerdotali pti nebat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sancto: quia sanctum sanctorum est. Ergo panes p-
positionis solis masculis de genere sacerdotali liciti
erant ad esum. *Si mundi sunt pueri.* i. quanquam sit pa-
nis sanctus, & non liceat nisi solis sacerdotibus, si ta-
men mundi sunt pueri, dabo illis. Dixit autē de pue-
ris: quia Dauid petiuerat panem non solum pro se,
sed etiam pro pueris, cum dixisset: si quid habes ad
manum, vel quinq; panes, da mihi. Et cum quæsi-
uit Achimelech de mundicia puerorum, nō solum
de illis, quærebat, sed etiam de Dauid, loquutus fuit ta
men nimis prudenter, & vrbanè: nam in isto verbo
non præiudicabat aliquo modo honori Dauid: cū
non significaret se dubitare de eius mūdicia, sed de
pueris, per hoc tamen ita haberet noticiam de mun
dicia, vel immundicia Dauid, sicut si quæsiuisset, an
ipse, & pueri mundi essent: ideo Dauid cum prudēs
esset intelligens hoc tam de se, quàm de pueris, di-
ctum esse, respondit pro omnibus, dicēs: si de mulie
ribus agitur continuimus ab heri, & nudiustertius.

An Achimelech dedisset panes propositionis Dauid, & suis, si fuissent immundi. *Quæst. XIII.*

QVAERET aliquis, si respōdisset Dauid, ꝙ pue-
ri non erant mūdi, an Achimelech dedisset eis
panes propositionis. Aliquis dicet ꝙ non: quia si vi
sa necessitate famis Dauid, & puerorum suorum, in
omni casu daturus esset eis panem sanctum, nō quę
siuisset an essent mūdi, cum hoc nihil obstaret: quæ-
siuit tamen, ergo videtur, ꝙ non dedisset, si respōde-
retur, quòd erant immundi. Dicendum est, ꝙ in oī
casu Achimelech dedisset panes sanctos Dauid, &
pueris suis, si vidisset eos in extrema necessitate fa-
mis: nam tunc nulla lex obligabat. In quo conside-
randum, ꝙ non licebat laicis comedere de sanctifi-
catis, & quandocunq; comederent, peccabant gra-
uiter. Item erat regula, ꝙ nullus immundus posset
comedere de sanctificatis, etiam si aliàs esset sibi lici
tum, vt patet Leu cap. 22. nec solum comedere, sed
etiam accedere non poterat ad loca sacra: alioquin
moreretur, Leui. cap. 15. si tamē aliquis de laicis exi-
stens in immundicia, comederet de sanctificatis, du
pliciter peccabat, tū qa laicus erat, tū qa immūdus:
si ergo Achimelech nūc dedisset panē sāctū pueris
Dauid mūdis solū videbat agere contra vnam legē,
si autem immundi essent, agebat contra duas: quia
grauius erat: si tamen in extrema necessitate essent,
etiam si ageret contra omnes leges, dare debuisset il
lis panem sanctum, si lex aliqua ab aliquo legislato-
re data dispensabilis est. Omnes autem datæ ab eo-
dem legislatore, in quantum solum obtinent vires
ab eodem legislatore, dispensabiles sunt. Quod dico
propter differentiam legis purè positiuę, & legis pu
rè naturalis: quia si aliquis legislator īter leges suas
inter posuerit aliquam legem purè naturalem, & fa
ciat eam cum ceteris promulgari: quanquam possit
dispensari in alijs purè positiuis, & eas abrogare: ta-
men non poterit dispensare in ea, quæ est purè natu
ralis, sic est in legibus Dei, quantum ad præcepta de
calogi, & quantum ad ceremonialia, vel iudicialia:
nam si aliquod præceptum Dei est, in quo dispensa-
ri non licèt, vel abrogari illud: non est hoc: quia præ-
ceptum Dei est, vel propter potestatem condentis,
sed quia tale est secundum naturam, contra quā re-
ctè fieri nequit: si tamen dentur præcepta, quæ non
obligant secundum naturam: sed sunt purè positiua,
si vnum est dispensabile, & omnia dispensabilia,
qa non sunt ex maiori potestate omnia simul quā
vnum eorum: quanquam rationabilius est dispen-
sari in vno solo, quàm ī omnibus. Cum ergo lex es-
set, ne quis comederet de sanctificatis, nisi esset de fa

Legislator in quibus legibus ab eo datis dispensare potest.

milia sacerdotum, alioquin Deus eum occideret, &
in hoc poterat dispensari propter necessitatem, vel
credebat Achimelech, quòd non obligabat ī necessi-
tate, ita poterat esse de omnibus alijs purè positiuis. s. quanquam iussum esset, ꝙ nullus immundus
comederet de sanctificatis, tamen esset licitum co-
medere, si esset in necessitate famis. Nec in hoc est
dubium. Achimelech tamen quæsiuit, an essent mū
di pueri Dauid: quia quanquam crederet legem in
vtroq; casu esse dispensabilem, si necessitas magna
vrgeret, tamen requirebatur maior causa motiua
ad dispensandum in multis legibus, quàm in vna:
quanquam potestas dispensandi nō requiratur ma-
ior: & qa vidit Achimelech Dauid, & pueros suos
in quadam necessitate famis, credidit quòd iustè po
terat eis dare panem sanctum, si mundi essent: si ta-
men non essent mundi, requisiuisset in eis maiorem
necessitatem: & fortè pro illa necessitate, quam so-
lum credebat eos pati, non dedisset eis panem san-
ctum: si tamen fuisset omnimoda necessitas, nulla-
tenus dubitaret dare quod petebatur, cum omnia
ista præcepta dispensabilia essent: quia nihil conti-
nent de iure naturæ. *Maxime à mulieribus, manducent. s.*
ad comedendum de pane sancto requiritur omnis
mundicia: nam non solum qui comedit mundus es
se debet, sed ēt debet comedere illum in loco mun-
do. s. in sāctuario, vt patet Leu. c. 24. iō in istis pueris
requirebaī mūdicia ex maxime mūdicia à mulieri-
bus. q. d. ēt si non essent mundi quantū ad alia, dū tā
essent mundi à mulieribus, poterant comedere de
sanctificatis: & ad hoc respondit Dauid: si de mulie-
ribus agitur, continuimus ab heri, & nudiustertius.
q. d. si non agitur de alia immundicia, nisi à mulieri-
bus, manifestum est, ꝙ mundi sumus. De alijs autē
non sumus oīno mundi: ideo subiunxit immedia-
tè: porro via hęc polluta est. i. multas pollutiones cō
trahere poteramus in via ista. Ex hoc apparet, qđ
supra dicebatur. s. ꝙ etiā si mundi fuissent pueri Da-
uid, dum tamē essent in necessitate, dedisset eis Achi
melech panem sanctum: nam non requisiuit in eis
principaliter, nisi immundiciam à mulieribus, & ta
men in quacunque alia existentes non poterant li-
citè comedere de sanctificatis: Leui. cap. 22. Ex his
autem apparet quanta confusio debet esse eorum,
qui Dominicum corpus immundi existentes acci-
piunt: nam si lex homini existenti in necessitate nō
permittebat comedere de pane illo propositionis,
qui nullam differentiam ab alijs panibus habebat se
cundum veritatem, sed solum secundum opinio-
nem: quanto solicitius hoc obseruādum est in Do-
minico corpore, vbi non est panis, nec vinum, sed
vera Christi caro, cum ipse dicat: Caro mea verè est
cibus, & Sanguis meus verè est potus: Io. capi. 6 Ne-
mo igitur dignè explicare poterit quanta solicitu-
do homini adhibenda sit, vt conuenienter suscipe-
re queat illud stupendum diuinæ largitatis bene-
ficium. Quanta enim infælicibus pœna imminet, q
irreuerenter suscipiunt id, quod super omnem re-
uerentiā est. Vnde rectè Apostolus noster. 1. ad Cor.
cap. 11. ait: Itaq; quicunque manducauerit panem
hunc, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit
corporis, & sāguinis Dñi. Ideo subdit: Probet aūt hei
ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bi-
bat: qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium
sibi manducat, & bibit non dijudicans corpus Dñi.
Et sicut hic specialiter īquisiuit Achimelech de im-
mundicia, quæ est à mulieribus, ita & in susceptio-
ne Dominici corporis obseruandum est: non enim
merentur carnem supra celestem deguſtare, qui tur
pibus carnis illecebris immorantur. Et quanq; hoc

magis

magis intelligatur de coitu adulterino, vel qualiter-
cunq; illicito: tamen etiam non honestum est ob-
seruare idem in coitu coniugali. s. qui Eucharistiam
suscepturus est caueat coniugalem accessum per ali
quot dies, saltem per tres: nam quanquam Ecclesia
non obliget sub pęna peccati mortalis suscepturos
Eucharistiam ab vxoribus abstinere per aliquē diē,
tamen per modum cōsilij, & honestatis dixit, ꝙ per
tres dies ante susceptionem Eucharistiæ ab ample-
xibus coniuges abstinerent. Idem autem est de illo,
qui incurrit nocturnam pollutionem: nam saltem
sequenti die propter reuerētiam, Eucharistiam Do-
mini suscipere non deberet: si tamen suscipiat, non
peccat, nisi aliàs sit inhabilis. Hęc autem de abstinē-
tia trium dierum dicta sunt ab Ecclesia propter ver
ba Dauid: qui dixit se, & pueros suos à tribus diebus
abstinuisse. Sciendum autem pro hoc, quòd pollu-
tio interdum accidit ex crapula, interdum infirmi-
tate potentiæ retentiuæ, interdum ex abundantia
seminis, quod non potest contineri intra vasa. In-
terdum ex cogitatione diurna: si ex infirmitate, vel
abundantia seminis, peccatum nullum est, & non
obligamur abstinere à sumptione Eucharistiæ: si ta-
men aliquis ex reuerētia abstinuerit, benè agit: si au-
tem ex crapula, veniale est, licet interdum possit es-
se graue, & debet sacerdos abstinere à conficiendo,
nisi fortè necessitas, & defectus aliorum sacerdotū
fuerit, qa tunc potest conficere, præsertim si in som
nio non fuit turpis cogitatio: si autem ex turpi cogi
tatione diurna, abstinendum est à suscipiendo, & cō
ficiendo. Hanc distinctionem ponit Grego. scribēs
ad August. Episcopum Anglorum: de hoc etiam
Isidorus li. 1. sententiarum suarum. Et habetur in de-
cretis dist. 6. cap. testamentū, & c. non est peccatum.
Mulier autem propter menstrua nunquam obliga-
tur abstinere à susceptione Eucharistiæ: si tamen ab
stinuerit tēpore mēstruorum laudabile est. De hoc
scribit August. & habetur in decretis distin. 5. capit.
ad eius vero.

Quare Achimelech magis petijt de mundicia à mulieribus, quàm de alijs. *Quæst. XIIII.*

QVAERET aliquis, quare magis dixit hic Achi
melech de mundicia, quæ est à mulieribus, quā
de alijs mundicijs: nam omnes dispēsabiles sunt, &
dato quòd fuissent immundi pueri Dauid cum mu
lieribus, si fuissent ī extrema necessitate, dedisset eis
Achimelech panem sanctum. Ratio autem dubij
est: quia cum omnes mundicię excluderent homi-
nem a participatione sacrorum in veteri testamen-
to, necesse erat, quòd maiores immundicię magis
excluderent. Immundicia tamen, quæ est cum mulie-
ribus, non est maxima secundum legem: quia aliæ
multę ponebantur maiores: ideo non debuisset di-
cere de hac, si mundi sunt maximè à mulieribus.
Quod autem sint alię maiores, apparet: quia cum ef
fectus immundiciæ sit excludere hominem à parti
cipatione sacrorum, illa immundicia, quę magis ex
cludit maior est arguendo à posteriori. Immūdicia
tamē lepræ magis excludebat: quia non solum ex-
cludebat hominē à sacris, sed etiam à cohabitatio-
ne aliorum hominum, vt moraretur in agro. Habebat
quoq; vestes distinctas ab alijs hominibus, vt à lōge
cognosceretur Leui. c. 14. & Num. 5. similiter quoq;
liquis pateretur fluxū seminis, vel esset immundus
super mortuo excludebatur de castris Nume. cap. 5.
liquis tamen esset pollutus ex coitu, non eijciebaī
de castris: ergo erat minor immundicia cum mulie
re, quàm ille tres. Item illa immundicia erat maior,

quæ maiori tēpore excludebat aliquem à commu-
nicatione sacrorum: lepra tamen, & fluxus seminis
excludebāt hominem toto tempore, quo manebat
in his immūdicijs, etiam si per multos annos mane-
ret, & immundicia super mortuo excludebat homi
nem solū per vnum diem. s. ꝙ lauaret aliquis carnē
suam post coitum, & manebat solū immūdus vsq;
ad vesperam: Leui cap. 15. magis ergo debuisset dice
re de lepra, fluxu seminis, & immūdicia super mor-
tuo, quàm de immūdicia cum mulieribus. Aliquis
respondebit, ꝙ hoc factum est, quia ista erat immū
dicia corporalis, & spiritualis: alię autem erant im-
mundiciæ solum corporales, & sine peccato. Pro
quo considerandum, ꝙ immūdiciæ, de quibus agiī
in veteri testamento, non erant peccata, sed erant
quædam irregularitates carnis, vel immundiciæ so-
lum carnales, & contrahebantur sine peccato: im-
mo multę earum, quando contrahebantur, faciebāt
hominem mereri. Exemplum primi, vt in lepra, &
fluxu seminis, & similibus, quas homo incurrit inuo
luntarius. Manifestum est enim, ꝙ nequaquam pec-
cat: excludebatur tamen à sacris: alię autem sunt,
in quibus homines merebantur, vt siquis pollueret
super mortuo tangendo eum, vel tumulum suum,
vel exeundo ad obsequia, immundus erat per septē
dies: sepelire tñ mortuū meritoriū erat: īmo ītердū
siquis nollet cōtrahere īmūdiciā sup mortuo, pecca
bat mortaliter, vt siqs nollet ire ad sepeliendū patrē
suum, nec impendere aliquem honorem funeri pa-
lam est, ꝙ peccabat: si tamen iret, efficiebatur immū
dus. In immundicia autem cum mulieribus secus
erat, quia poterat aliquis peccare mortaliter in coi-
tu, & præter hoc immundus erat vsque ad vesperū.
Hæc autem vera sunt: responsio tamen non appli-
catur, quia tunc solum intelligeretur ista immundi-
cia cum mulieribus, quando coitus esset illicitus: si
autem esset cum vxore non contraheretur immun
dicia, sed falsum est, quia qualitercunque aliquis pol
lueretur in coitu, lauare debebat carnem suam, &
immundus erat vsque ad vesperum, Leui. cap. 15. &
ita obseruabant Hebræi. Achimelech quoque quā-
do dixit hic, si erant mundi pueri à mulieribus, non
intellexit specialiter de coitu illicito, sed de quocun-
que, etiam si fuisset cum propria vxore. Dicendum
tamen, quòd ista immundicia, quæ est cum mulie-
ribus, siue sit cum vxore, siue cum qualibet alia, erat
maior, quàm quæcunque alia immundicia legalis,
quia omnes aliæ immundiciæ poterāt contrahi sine
peccato, & sine alia reliqua peccati. Immundicia
tamen contracta in coitu, quanquam interdum sit
sine peccato, nunquam tamen est sine fęditate, &
concupiscentia deordinata, quæ sunt reliquiæ pec-
cati originalis: & vocantur interdum peccata, vel
iniquitates, vt patet Psal. 50. scilicet. Ecce enim in
iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis con-
cepit me mater mea. Quod non intelligitur tan-
quam ibi esset verè peccatum, scilicet, coitus adul-
terinus, sed erat fœditas concupiscentiæ: ideo non
erat aliqua immundicia, quæ magis deberet homi-
nem tollere à participatione sacrorum, quæ ho-
nestissima sunt, quàm immundicia in coitu, quæ
fœdissima est: ideo Achimelech quæsiuit speciali-
ter de mundicia à mulieribus. Cum autem argui-
tur, quòd maior erat immundicia lepræ, & fluxus
seminis, & super mortuo, quia non solum exclude-
bant à sacris, sed etiam à communicatione homi-
num. Dicendum, quòd maior immundicia est cū
mulieribus: lex tamen non posuit maiorem pęnam
in ea, quàm in alijs, quia erat immundicia nimis cō-
munis, quam omnes coniugati sæpissimè incurre-
bant:

Immundicia veteris testamēti non erant peccata.

Immundicia à mulieribus erat maior quacūque alia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bant: & si propter hanc excluderentur à castris, sicut pro immundicia super mortuo esset absurdum nimis, quia sic oporteret homines ire extra castra. Immundicia aũt super mortuo non est tã cõis, ideo q̃q̃ iubeantur homines ire extra castra, quando illã cõtraherent, non erat inconueniens: de immundicia aũt lepræ, & fluxus seminis alia causa erat eundi extra castra, s. quia istæ immundiciæ sunt contagiosæ: & si illi, qui patiuntur eas, manerent inter alios, inficerent eos, q̃ erat inconueniens, ideo ẽt si non esset immũdicia legalis, dẽbãt oẽs hmõi excludi à castris, quia est immundicia naturalis. De fluentibus aũt semine secus est, quia licèt illa ægritudo non sit contagiosa naturaliter, est tñ cõtagiosa secundum legẽ, s. q̃ oẽs tãgentes virũ fluentem semine, immundiciã incurrunt. Ille verò, qui est immundus in coitu, non habet aliquid horum, ideo quanquam sit maior immundicia, non excluditur de castris.

In quocunque coitu contrahitur immundicia. Quæst. XV.

QVAERETVR vlterius, an hoc, q̃ dicitur de immundicia cum mulieribus, sit intelligendũ de quacunq; alia immundicia in coitu, vt de immundicia in coitu Sodomitico, & in coitu pecorali, & in mollitie, atque similibus. Rñdendum est, q̃ in his omnibus immundicia contrahitur, quia ibi semen effunditur voluntariè, sicut cum mulieribus: & tanto grauior est immundicia, quanto pẽtñ maius, ideo si hoc modo polluti essent pueri Dauid, non liceret ei comedere de sacris: vnde lex, quæ egit de immũdicia in coitu, non magis egit de coitu cũ femina, quàm de quocũq; alio coitu, vt patet Leui. ca. 15. s. Vir, de quo egredietur semen coitus, lauabit aqua omne corpus suum. Ergo quicunq; coitus fuerit non differt: dũtamen sit spontanea effusio seminis. Abimelech autem dixit hic de immundicia cũ mulieribus, eo q̃ non suspicabatur Dauid & pueros suos pollutos esse scelere nefandissimo, s. sodomitico, vel bestiali, aut mollitie: quicunque horum exclusisset eos à participatione sacrorum.

An immundus pollutione priuaretur communicatione sacrorum, sicut immundus à mulieribus. Quæst. XVI.

QVAERETVR vlterius, an hoc, q̃ dcm̃ est hic de mulieribus, ẽt intelligẽdum sit de pollutione nocturna p somniũ. Vr. n. q̃ sic: nã nõ solũ pollutio in coitu priuabat hoẽm participatione sacrorum, sed ẽt qualiscunq; seminis effusio: immo vr, q̃ magis, phibeãt aliqs pp pollutionẽ nocturnã, q̃ pp coitũ cũ mulierẽ: nã fm legẽ maior immundicia videbãt. Qd patet, qa siqs pollueret cũ femina solũ dẽbat lauare carnẽ suã, & ī vespere erat mũdus: nec exibat extra castra: si tñ pollueret sõnio nocturno debebat esse extra castra p diẽ, vt patet Deut. ca. 23. s. Si fuerit inrer vos hõ, q̃ nocturno pollutus sit sõnio, egredieẽ extra castra, & nõ reuerteẽ pri⁹, q̃ ad vesperã lauetur aqua, & post solis occasũ ingredieẽ in castra. Si ergo p immũdicia cũ mulieribus dẽbat qs priuari sacris, ergo ẽt p pollutione in sõnio nocturno. Rñdẽdũ ẽ, q̃ si nos attẽdamus id, q̃ regulare erat, manifestũ ẽ, q̃ polluti sõnio nocturno, nõ poterat comedere de sctificatis, qa oẽs immũdi, phibebanẽ à sctificatis, vt patet Leui. c. 22 pollutio aũt nocturna erat immũdicia: ergo sic pollutis nõ liceret comedere de sctificatis: nũc tñ nõ attẽdimus hoc, qa q̃q̃ quelibet immũdicia arceret à sctificatis, Achimelech tñ curauit p̃ci puẽ de illa, q̃ est cũ mulieribus: nã ẽt si alias immũdicias habuissent pueri, Dauid nõ vetuisset eis panem fctũm pp eas. Et hoc modo dicendum, quòd immundicia in pollutione nocturna non impediuisset eos. Ratio autem diuersitatis est, quia licet in omni alio coitu, etiam si nõ esset cum mulieribus, impedirent pueri Dauid ab esu sacrorum, eo quòd ibi est spontanea effusio seminis. In pollutione autem nocturna non spontè effunditur, ideo non æqualis immundicia. Vnde Dauid quando respondit ad Achimelech non intellexit illam quæstionem exrendi ad pollutionem nocturnam: alioquin respondisset de illa: solum tamen respondit de coitu, dicens: si de mulieribus agitur continuimus ad heri, & nudiustertius. De pollutione autem nocturna nihil dixit: ergo videt, q̃ etiam si polluti fuissent, non prohibuisset eis panẽ sanctum Achimelech. *Et respondit Dauid Sacerdoti*, scilicet, Achimelech hic respondit tam pro se, quàm q̃ pueris, quanquã Achimelech solum dixisset de pueris ad hoc, q̃ nõ recusaret Achimelech dare Dauid panem sanctum. *Et quidem si de mulieribus agitur*: idest si non quæritur de alia immundicia, nisi de illa, quæ ẽ à mulierib⁹. *Continuimus nos ab heri, & nudiustertius*, idest tres dies sunt, quibus iam continemus. Dixit hoc, qa multa alia genera immundiciarum erant, & quodlibet illorum arcebat à participatione sacrorum: & fortè in aliquo genere immundicię Dauid, & pueri sui erant immundi propter quod impedirentur comedere, quia tamen de mulieribus inquirebatur, dixit, q̃ quantum ad illas continuerant. *Quando egredie bamur*, idest ex eo tempore, quo egressi sumus à rege ferentes præceptum illius continuimus à mulieribus, & iam tres dies erant, quibus egressi fuerant. In hoc autem non constat, an Dauid mentitus fuerit: nam in multis alijs mentitus est sacerdoti, vt patet supra. Aliquis autem dicet, q̃ tres dies isti computantur ab eo tempore, quo Dauid recesserat ab vrbe: nã tribus diebus latuit in agro, & in tertio die in aurora stetit cum eo Ionathas, & recessit de loco latibuli, & eodem die venit in vrbem Nobe, & sic erãt tres dies, quibus continuerat computando ab illa die exitum suum, qua latere incepit, quia ex tunc non redijt in domum suam, ita vt posset adhærere vxori. Sed hoc non est verisimile, quia Dauid fingebat se missum à rege: si tamen ex vrbe, in qua erat Achimelech, tã paruum esset iter, vt vna die cõfici posset, nõ dixisset Dauid, q̃ tres erant, quibus egressi fuerant: quia tunc haberet Achimelech locum capiendi Dauid in sermone, quãdo diceret se missum à rege sub magna velocitate. Dicendum ergo est, quòd ab Vr. be Gabaa, in qua erat Saul, usque Nobe esset iter triũ dierum, & Dauid illud ambulauerat in tribus diebus computando à die, quo recessit à Ionatha. Et quia ipse tunc egressus est, dicit pueros tunc egressos, quã quam non egressi sunt simul cum eo, quia, quando ipse recessit à Ionatha, nullus erat cum illo: possit autem Dauid tres dies, non quidem, quòd ad mundiciam à mulieribus requireretur abstinentia trium dierum, quia solum requirebatur abstinentia diei vnius, vel parui temporis, s. q̃ ex quo aliquis cognouerat fœminam, erat immundus solum, vsque ad sequentem solis occasum: Leui ca. 15. non ergo oportebat abstinere tribus diebus: quia tamen licerat, q̃ per tres dies abstinuerant Dauid, & pueri sui, dixit, quòd ab heri, & nudiustertius continuerant, quam non esset hoc necessarium. Et hoc verum est, si non accessissent ad mulieres mẽstruatas, quia hoc modo causabatur immundicia durans per septem dies: Leui. 15. cap. Dauid tamen erat sibi conscius in hoc, s. quòd non esset taliter pollutus. De pueris tamen suis idem æstimabat. *Et fuerunt vasa puerorum sancta*, idest fuerunt sanctificata à nudiustertius. Vo-

Vocantur vasa puerorũ corpora, quæ sancta erant, idest non polluta seminis effusione, saltem per tres dies præcedentes. *Porro via hæc polluta est.* Aliqui exponunt istam literam, q̃ Dauid, & pueri sui contraxerant aliquam immundiciam in via, s. in illis tribus diebus. *Sed hodie sanctificabitur in vasis nostris*, idest, immũdicia, quam contrahere potuimus, vel fortè contraximus, sanctificabitur in vasis, idest excusabitur pp mundiciam vasorum nostrorum à coitu. Aliter exponunt quidam. *Via hæc polluta est*, idest processus iste secundum se est illicitus, s. q̃ de communi cursu illicitũ erat, q̃ panis sanctus daretur laicis. *Sed hodie sanctificabitur in vasis*, idest excusabitur in nobis pp necessitatẽ famis, in qua sumus: erant enim Dauid, & pueri sui nimis esurientes. Aliter exponunt Hebræi qui dam, s. *Porro via hæc polluta est*, idest certũ est, q̃ aliquas immundicias contraheremus in via, pp quas non esset licitum comedere de pane sancto. *Sed hodie sanctificabitur in vasis*, idest licitum est nobis comedere de pane isto, licèt hodie sanctificaretur in vase, idest ponerẽtur in mensa propositionis. Iste sensus est differens ab alijs pp hoc, q̃ litera Hebraica nõ dicit in vasis nostris, sicut dicit litera nostra, sed dicitur. Sanctificabitur in vase, & intelliguntur Hebræi per vas hic intelligi vasa aurea, in quibus ponebantur panes propositionis super mensam auream. Est autem sensus, q̃ panes isti poni debebant, quando nouiter fiebant sumper mensam propositionis: & tunc erat nimis illicitum laicis comedere de illis pp duo. Primò, quia illi panes sancti erant. Secũdò, quia coram Domino manere debebãt per aliquot dies, ideo si de illis daretur laicis, violaretur duplex lex: si autem isti panes iam ablati essent à facie Domini, positis alijs, solum violaretur vna lex, si daretur laicis de eis, s. quia isti panes sancti erant, & non licebat comedere de illis, nisi solis sacerdotibus. Isti tamen dicunt, q̃ etiam si panes propositionis fuissent sanctificati illa die in vase, idest tũc positi fuissent nouiter sup mensam, adhuc liceret Dauid, & pueris suis comedere de eis pp magnitudinem famis. Aliter autem litera ista exponenda est, s. *Porro via hæc polluta est*, idest si quęris de mundicia, manifestum est, q̃ in via ista nos contraximus aliquas immundicias. *Sed sanctificabitur hodie in vasis nostris*, idest panis iste erit sanctus in vasis nostris, idest in corporibus, s. q̃ non cõtrahet immundiciam, pp nos, qui immundi sumus, quia necessitas excusauit nos ab omni immundicia: & ita esset sicut si comederetur iste panis à mundis. Et iste est sensus literæ. *Dedit ergo ei sacerdos panem sanctificatum*, idest de panib⁹ propositionis, qui erant sanctificati. Nõ cõstat quot panes dederit sacerdos Dauid. Dicendum, q̃ dederit multos: nam dedit ei pro se, & pueris suis, ipse tamẽ petierat primo saltem quinque panes, vt patet supra. Et si dicas fortè non habebat Achimelech nisi vnum, vel duos panes sanctificatos ad dandum Dauid, Dicendum, q̃ non stat, quia panes propositionis semper erant 12. vt patet Leui. cap. 24. sed isti nunc nouiter ablati fuerant à facie Domini, vt ponerẽtur alij recentes, vt patet infra in litera. Ergo poterat ei dare 12. panes si voluisset. *Nec erant ibi panes, nisi tantum propositionis*, idest non erant ibi eo tempore aliqui panes laici, nec erant aliqui sanctificati de illis, qui offerebantur sacerdotibus: vel quos faciebant ipsi de simila consperſa oblata, sed soli panes propositionis, quia acciderat nouiter eos tunc tolli à facie Domini. *Qui sublati fuerant à facie Domini*, idest illi panes propositionis ablati fuerant de mensa aurea, quæ erat ante faciem Domini: fingebatur enim Deus quasi habitans intra Sancta Sanctorum super arcam in propitiatorio inter duos cherubim: nam ibi dicebatur sedere in fra 2. libr. cap. 6. habebat autem faciem conuersam ad introitum Sancti Sanctorum, & qa panes propositionis cum mensa aurea erant apud introitum Sancti Sanctorum extra velum in latere septentrionali tabernaculi dicebantur esse ante faciem Domini: & quia nunc inde ablati fuerãt, dicebantur sublati de facie Domini. Considerandum est vlterius, quòd dies ista, qua venit Dauid in Nobe erat Sabbathum: quia tunc sublati fuerant panes propositionis de mensa, & positi fuerant alij recentes: hoc tamen nunquam fiebat, nisi in Sabbatho, vt patet Leui. cap. 24. s. per singula Sabbatha mutabuntur: ergo in Sabbatho venerat Dauid: credidit tamẽ sibi hoc licere, quia erat necessitas vrgens. Præceptũ autem nullum obligat contra necessitatem. Ista etiã fuit vna causa admirationis Achimelech, quare venisset Dauid, s. quia veniebat in Sabbatho: nec peccauit in hoc Dauid, quia vt euaderet mortem licebat fugere in Sabbatho, sicut Machabæis licuit pugnare in Sabbatho propter necessitatem. 1. Machab. cap. 2. *Vt ponerentur panes calidi*, idest ablati fuerant panes veteres de mensa, vt ponerentur alij calidi, quia, quando ponebantur in mensa calidi erant, & per septem dies ibi manebant.

Die Sabbathi venit Dauid ad Achimelech.

Quomodo panes propositionis poterant poni calidi in mensa die Sabbathi. Quæstio XVII.

QVAERET aliquis quomodo poterant poni panes calidi in mẽsa propositionis, quia sic videretur violari Sabbathum: nam panes propositionis ponebantur in die Sabbathi Leui. ca. 24. Si ergo tunc calidi erãt necesse erat, quòd in Sabbatho coquerentur, alioquin calidi non manerent ex die præcedenti. Quidam respondent, q̃ isti panes coquebantur die præcedenti: & tamen dimittebantur in aliquo loco, in quo posset manere in eis calor, & non comburerentur, & tunc quando ponebantur, calidi erant. Alij autem dicunt, quòd Deus operabatur miraculosè in istis panibus, s. q̃ quanquam educerentur de clibano, & manerẽt per vnum diẽ, vel plus extra semper manerent calidi: immo quidã Hebræi volunt, quòd semper manebant calidi quãdiu erant super mensam propositionis. Sed hoc nõ consonat literæ: quia hic dicitur, quòd sublati fuerãt panes de conspectu Domini, vt ponerentur calidi, q d. illi, qui sublati fuerant, non erant calidi: alioqn non diceretur, vt ponerentur calidi: sed sublati fuerant quidam panes, vt ponerentur alij, & non fieret differentia de esse calidum, ad non esse calidum. Itẽ cùm dicitur, quòd Deus faciebat illos panes miraculosè manere calidos, non est verisimile, quia exprimerentur talia, cum essent ad laudem Dei talia miracula. Etiam non est verisimile, quia miracula nunquam fiunt sine aliqua necessitate, vel vtilitate: non videtur tamen aliquid, propter, quod deberet poni miraculum istud, scilicet, quòd panes manerent calidi, vsquequo alij ponerentur in Altari, quia nihil magis differebat esse calidos, quàm frigidos. Aliter dici posset, quòd vocantur hic panes calidi, idest recentes, quia licet præcedenti die cocti fuissent, & non manerent calidi, tamen recentes erant respectu illorum, qui fuerant septem diebus in mensa. Sed hoc non multum stat, quia nimis differt esse calidum, vel esse recentem: nunquam tamen recedendum est à significatione nominis, nisi propter necessitatem. Ideo dicendum, quòd isti panes propositionis, quando ponebantur in Altari, erant calidi, & non fiebat hoc miraculosè, sed quia tunc educebantur de clibano. Vnde in die Sabbathi co-

quebantur isti panes, nec erat in hoc violatio Sabbathi, quia Sabbathum debebat custodiri in omnibus habitaculis Iudæorum, sed in templo Domini non iubebatur custodiri: nam quicquid in Sabbatho fieret in templo, non erat opus seruile, quia non fiebat ad hominum seruitutem, sed Dei: licitum autem erat pro Deo quæcunque opera in Sabbatho facere, præcipuè cum illa opera iussa essent à lege: sic enim patet de ignis succensione: nam non licebat Iudæis in Sabbatho accendere ignem, Exo.ca. 35.ſ. Non succendetis ignem in omnibus habitaculis vestris per diē Sabbathi: in sanctuario tamen quotidie fouebatur ignis, siue esset Sabbathum, siue nō, & sacerdos quotidie ponebat ligna, Leu.c.6.ſ. Ignis autem in Altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos subijciens ligna mane per singulos dies. In sanctuario quoque plus laborabant sacerdotes in Sabbathis, q̄ in alijs diebus, eo ꝙ tunc offerebantur plura sacrificia: omnia tamen animalia tūc necesse erat iugulari per sacerdotes, & decoriari, & diuidi in frusta, & cremari in Altari: lauari quoque intestina, si esset holocaustum: istę tamen operationes erāt nimis laboriosę, & erant licita in Sabbatho, quia non erāt ad seruitutem hominum, sed Dei. Similiter ergo liceret in die Sabbathi coqui panes propositionis: ꝙ erat minoris occupationis, q̄ sacrificia, & erat ad solum Dei cultum. Hoc aūt Christus asseruit Matt.c. 12.ſ. Sacerdotes in tēplo Sabbathum violant, & sine crimine sunt: ergo videtur, ꝙ multa faciebant sacerdotes in Sabbatho, per quem violaretur obseruatio Sabbathi, nisi illa fierent ad honorem Dei. Ita igitur hic dicendum, quòd licebat coqui panes, propositionis in die Sabbathi, & coquebantur: & sic quando ponebantur in mensa calidi erant, quia eadem die coquebantur, & vt extrahebantur de clibano, ponebantur in mensa.

Sabbathū in templo non seruabatur.

Tempore necessitatis Achimelech accepisset panes propositionis de mensa, vt daret Dauid. Quæstio XVIII.

QVAERETVR vlterius, quid, si veniente Dauid, non habuisset Achimelech aliquos panes ꝓpositionis, nec laicos, sed solum essent panes positi in mensa coram Domino, an inde tolleret eos ad dādum Dauid, & pueris suis. Respondendum est, sicut supra dicebatur de mundicia, ꝙ omnes istę leges dispensabiles sunt, & aduenientе necessitate, nulla earum obligabat: illicitum. n. erat, ꝙ panes propositionis postq̄ sublati erant à facie Domini, darent laicis, necessitas tamen fecit licitum esse. Quod aūt panes tollerentur de mensa ad dandum alicui, erat ēt contra legē, quia lex iusserat singulis Sabbathis poni 12. panes super mensam, & manere ibi vsque ad sequētem Sabbathum: Leui. 24. cap. Si aūt tollerentur inde, violaretur ista lex. Sed non erat ista maioris obligationis, q̄ quæcunque alia lex positiua data à Deo: sed omnes aliæ erant dispensabiles, & Achimelech credidit illas non obligare, existente necessitate Dauid, & puerorum suorum: ergo ēt si panes essent in mēsa propositionis, & vidisset Achimelech Dauid, & pueros patiētes famis necessitatem, tolleret inde panes, & daret eis: erat tamē hoc grauius, q̄ id, ꝙ ipse fecit, quia hic violabantur duæ leges, vel videbatur qualitercunque agi contra illas: in alio solum agebatur cōtra vnam, ideo quæsiuisset maiorem cām, siue maiorem necessitatē famis Achimelech in Dauid, & pueris suis ad dādum eis panes isto mō, q̄ sicut dedit: data tamen vrgente necessitate non dubitasset dare quodcunq; vellet, non putans in hoc legē violari: si tamen abtulisset sic panes de mēsa, oportebat ꝙ illicò restitueret alios, ſ. ꝙ coqueret totidem, quot abstulerat, & poneret in mensa, quia semper dēbant esse 12. panes in mensa in memoriā 12. filiorū Israel Leui. cap. 24. *Erat autem ibi vir quidam.* Hic fit quædam interpositio, quia cum enarretur quid egerit Dauid cum Achimelech, interponit, ꝙ erat ibi vir quidā, ſ. Doeg Idumęus. Et hoc fit, quia hic agitur de fuga, & persecutione Dauid, & quia iste Doeg egit aliquid ad persecutionem istam, interponitur de eo: ipse. n. reuelauit Sauli ea, quæ viderat, & ꝓp hoc occisus est Achimelech cum omnibus, qui erant in vrbe Nobe, sequenti cap. *De seruis Saulis*, ideſt de illis, qui familiariter assistebant ei: nam sequēti cap. dicit, ꝙ Doeg Idumæus assistebat regi, & erat primus inter seruos eius. *In die illa*, i. in die, qua venit Dauid ad Achimelech. *Intus in Tabernaculo Domini*, i. erat Doeg ī sanctuario eo tpe, quo loquebātur Dauid, & Achimelech. Accipitur autem hic tabernaculum large pro toto sanctuario: nam si propriè accipiatur, nō poterat introire Doeg in illud, quia tabernaculum erat quædam domus quadrangula hns tria latera tabulis tecta, & vnum apertū desuper, & in circuitu pellibus, & cortinis vallata: de quo Exo. ca. 26. & in isto tabernaculo erant duę partes, ſ. Sancta Sanctorum, q̄ erat vltima pars: in nulla aūt istarum partium introibāt laici: sed in Sancta Sanctorū solus sacerdos magnus, & ī sanctū soli sacerdotes minores, vt patet ad Heb. cap. 9. atrium tamen tabernaculi interdum vocatur tabernaculum, vt patet sæpe in Leui. In illud aūt licebat laicis introire ad sacrificandum, vel offerendum, vel orandum. Potest etiam vocari tabernaculum tota illa domus, ī qua erat tabernaculum cum atrio suo, & in illā licebat omnibus introire. In Hebræo habetur hic, ꝙ erat Doeg retentus in tabernaculo: litera autem nostra posuit intus, eo ꝙ retentus dicit inuoluntariam retentionem: in tabernaculo aūt nullus inuoluntariè tenebatur, quia nō erat ibi locus carceris. Dicunt aūt quidam, ꝙ erat in tabernaculo, ſ. quia venerat ad offerendum hostias pacificas, & comederat ibi: nam illi, qui offerebant hostiā pacificam, comedebant partes sibi prouenientes coram Domino, ſ. in atrio tabernaculi, vt patet Deut. c. 12. & 16. vel dr̄, ꝙ erat Doeg inuitatus ab aliquo, qui comederet de pacificis, & obtulerat illa: & quia ista comedebantur in sanctuario, erat Doeg in sanctuario. Alij aūtem dicunt, ꝙ erat retētus in sanctuario, ſ. ad vacandum doctrinæ legis, ita ꝙ ibi addisceret legē. Sed hoc non stat, quia Doeg non vacabat legi, sed erat vir aulicus, & primus inter seruos Saulis, vt patet sequenti cap. dato etiam, ꝙ vacaret legis studio, non maneret intra sanctuarium, quia nō erat ibi locus alicui semper manendi, cùm esset locus mūdus, sed solum erat locus ad orandum, & offerēdum. Iō dicendum est sicut prius, vel, ꝙ fortè à casu venerat in vrbem Nobe, & accidit, ꝙ esset illo tēpore in sanctuario. *Et nomen eius Doeg Idumæus.* Exprimit hic nomen, vt sciatur, quis iste fuerit, qui dedit occasionē mortis omnium sacerdotum Nobe. Vocatur autē Idumæus, quia fortè erat de stirpe Idumæorum, & conuersus fuerat ad ritum Iudaicum, sicut multi de Gentilibus conuertebantur. *Potentissimus Pastorū Saul:* ideſt iste erat princeps inter omnes pastores Saul. Non enim erat iste pastor, quia ipse erat in curia regis, & assistebat ei, sed erat positus princeps super pastores. Hoc autem erat, quia antiqui reges vacabant agriculturæ habentes curam de cultura terræ, & de pecoribus, quia in his habebant magnam partem substantiæ suæ: sic enim legitur de rege Ozia, qui cu habuit magnam de agricultura, vt patet 2. Paralipom. cap. 26. Aliqui exponunt, quòd Doeg erat potentissimus pastorum Saul, i. princeps inter sapiētes, vel interpretes Saulis: sed hoc nō consonat, quia Doech non erat vir deditus sapientiæ: potissimè, qa nimis esset hoc trahi literam à sensu suo. In quibusdam Biblijs habetur. *Hic pascebat mulas Saul.* Sed hoc non est de textu, nec habetur in Biblijs correctis: nō enim est verisimile, ꝙ ille, qui erat primus inter seruos Saul, vt patet seq. cap. pasceret mulas, vel aliqua pecora. *Dixit autem Dauid ad Achimelech.* Postq̄ petiuit Dauid panem ab Achimelech, nunc petit arma, qa oīa necessaria sibi erant. *Si hēs hic ad manum hastam, vel gladium da mihi.* Bene sciebat Dauid, ꝙ Achimelech sacerdos hr̄et aliqua arma, petiuit tñ si hr̄et ad manum, i. si hr̄et in pñti, vel in prōptu. Ex quo apparet, ꝙ Dauid erat cum magna festinatione: nā nihil petebat, nisi ꝙ hr̄etur ad manum: sic patet supr. de pane, ſ. siquid hēs ad manum, vel quinque panes da mihi. Nam q̄q̄ sciret, ꝙ poterant hr̄i multi panes in vrbe, tñ non petiuit de illis: sed si possent hr̄i aliqui in promptu: ita ēt fuit de armis, qui noluit, ꝙ inquirērentur arma per vrbem pro eo, sed quod ad manū esset, daretur illi. *Quia gladium meum, & arma mea non tuli mecum.* Hoc dicit, qa Achimelech diceret ei: vbi ergo sunt arma tua? respondet ipse, ꝙ non tulit secum aliquid de armis suis.

Quare Dauid non tulit arma secum cum tantum essent sibi necessaria in via. Quæstio XIX.

QVAERET aliquis, quare Dauid non tulit secum aliqua arma, cum essent sibi necessaria in via, potissimè cū hr̄et hostes. Nicolaus r̄ndet, ꝙ non potuit secum tollere arma, quia dimissus fuit à Michol per fenestrā, vt patet supra cap. 19. Sed hoc non stat, quia non fuit ista fuga, qua fuit dimissus à Michol: nam post illam iuit ad Samuelem deinde redijt ad Ionathā præcedenti cap. & ibi stetit in domo sua, quia vrbs, in qua erat Ionathas, erat, in qua morabatur Saul, & in qua morabat Dauid: alio quin nō dixisset Saul Ionathæ: quare non veniebat Dauid ad mensam, vt patet præced. cap. Ibi tñ stetit Dauid cum Ionatha, & cōsiliati sunt ambo quid fieret de Dauid: & ambo exiuerūt in agrū, vt patet c.c. iō potuisset ducere arma sua secum. Itē dato, ꝙ non potuisset redire Dauid ad domum suā, poterat ducere alia arma: & sic non erat cōueniens rñsio, ꝙ nō duxerat arma sua secū, qa nō redierat in domū. Sed dicendū est, ꝙ Dauid non potuit ducere secū aliqua arma sua, vel aliena: nam Ionathas, & Dauid egressi sunt in agrum, vt consiliarentur super statu Dauid, & ibi Ionathas dixit ad Dauid: descēde festinus, & venies in locum, vbi celādus sis. Venit aūt Dauid illūc immediatè, mansitq; ibi diebus tribus vsquequo Ionathas redijt ad eum, & in illis tribus diebus nō iuit ad aliqua loca, in quibus posset hr̄e arma, & quia, qñ ipse, & Ionathas egressi sunt de vrbe non hēbant aliqua arma, non potuit Dauid hr̄e arma, qñ recessit à Ionatha, & quia ex eo loco vsquequo venit ī Nobe ad Achimelech, non audebat declinare ad aliqua loca, in qbus hr̄et arma: iō adhuc inermis erat. Sed tūc dicēt: quare Dauid non duxit secū aliqua arma, qñ egressus ē cum Ionatha in agrū. Posset dici, ꝙ fortè nōdum deliberauerat Ionathas, & Dauid, ꝙ Dauid descenderet immediatè ad latēdum, vel an dēret redire in vrbē. Accidit autem, ꝙ deliberauerunt dēre eum immediatè latere, iō non redijt pro armis, sed iuit inermis. Sed adhuc dato, ꝙ diceremus Dauid, & Ionatham deliberasse, anteq̄ exirēt de vrbe, ꝙ descēderet Dauid ad latendum, nō decebat, ꝙ portaret arma secum, quia ꝓ hoc daretur locus suspitioni: vo-

luit aūt Dauid tollere oēm præsumptionem: nam cum Dauid, & Ionathas egressi sunt inermes ī agrū, crederetur, ꝙ egrediebantur ad meditationem, vel delectationem. Si aūt Dauid egrederetur armatus, crederetur esse signum viæ: & tunc cum Saul inquireret pro Dauid, aliqui possent r̄ndere, ꝙ viderāt eū egredientem armatum cum Ionatha, & per hoc deprehenderetur Ionathas, vt facti conscius, & posset denunciari regi, & hoc anteq̄ cognosceretur intentio eius per ea, quæ postea quæsiuit in mensa precedenti capi. non potuit ergo conuenienter Dauid educere arma sua secum.

Quare Ionathas non dedit arma Dauid, quando venit ad eum in agrum. Quæstio XX.

QVAERETVR vlterius, quare Ionathas non dedit Dauid arma ad ferendum secum in itinere, cum ipse venerat ad eum in agrum, qñ recedere dēbat. R̄ndendum, ꝙ Ionathas non habuit cōueniētia arma, quæ daret Dauid, qñ stetit cum eo: nam solum habebat arcum, & sagittam, vt patet præcedēti cap. egebat autem Dauid gladio, vel hasta, sicut ipse petiuit hic ab Achimelech: & dato, ꝙ Ionathas vellet dare Dauid arcum suum, non conueniebat, quia per hoc incideret in præsumptionem, ſ. egressus fuerat in agrum ferens arma: si autem nunc reuerteretur Ionathas non ferens arma, manifestè pateret, ꝙ alicui locutus fuerat in agro, cui dederat arma sua. Et quia Saul iam præsumebat contra Ionathā, ꝙ hr̄et Dauid abscōditum: nam cum dixisset, ꝙ miserat eū in Bethlehem, non credidit Saul, sed dixit: iam nūc mitte, & adduc eum ad me, quia filius mortis est, ita præced. cap. Magis ergo nunc p̄sumeret, ꝙ hūit eum abscōditū, & dedisset ei arma sua in agro. Si aūt dicas, quare non portabat Ionathas alia arma secum, quæ daret Dauid, ipse aūt retineret sibi arcum. Dicē dum, ꝙ eadem rō est, quæ in præcedēti, ſ. quia, si portaret Ionathas multa arma secum ī agrum, esset duplex præsumptio. Prima erat, qñ egrederetur. Secūda, qñ reuerteretur. De prima patet, quia cum viderent viri vrbis egredi Ionatham armatum, præsumerent eum, aliquid velle agere secretè, ad q̄ necessaria erant arma: nam illa nō erant ad delectationem, vel ad venationem, sicut si solum educeret arcum, & sagittas. Secunda aūt præsumptio, & maior esset cum reuerteretur in vrbem, & non ferret illa arma, quia manifestum esset, ꝙ alicui dedisset in agrū: iō adhuc minoris præsumptionis fuisset, ꝙ solum arcum educens dedisset illum Dauid, q̄, ꝙ ducens alia arma, ſ. lāceam, gladium, & similia daret illa Dauid. Non vidit ergo Ionathas aliquem modum conuenientē, quo ipse posset ferre arma pro Dauid: & sic necesse fuit, ꝙ mitteret eum inermem. Nec. n. Ionathas ausus ē dare alicui alteri arma, vt ferret illa Dauid, quia nemini confidebat tātum, vt reuelaret statum Dauid, cum ex hoc posset periculum incidere: iō ambo tñ negocium nouerant, præced. cap. Dauid igitur nec à Ionatha, vel ab aliquo alio arma hr̄e potuit, iō venit inermis vsque ad Achimelech. Ei aūt confisus ē vitam suā, reuelans se ei: iō petijt ab eo panes, & gladium. *Sermo. n. regis vrgebat.* Ista est cā excusatoria, cur nō ferret arma Dauid: nam diceret ei Achimelech: quare non portabat arma in via, cum essent necessaria: ipse autem dixit, ꝙ sermo regis vrgebat, i. præceptum regis cogebat eum nimis ad velociter recedēdum, ita ꝙ nō potuit declinare in domum suam ad accipiendum arma. In hoc mētiebatur Dauid, quia rex nihil dixerat, sed ipse erat profugus, quia tamen semel mentitus fuerat, ad colorandum illud men-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dacium, oportebat eum pluries mẽtiri. *Et dixit sacerdos*, ſ. Achimelech. *Ecce gladius Goliath Philiſthæi.* Abimelech diligebat Dauid, iõ omnia, q̃ petebat, libenter conceſſit ei: dedit aũt illi gladiũ Goliath, nõ qdẽ, q̃ non poſſit aliũ hr̃e, ſed quia nõ hẽbat aliũ ad manum: manifeſtum eſt .n. q̃ in vrbe illa poterat multos gladios hẽre Achimelech, de quib⁹ daret vnum Dauid, quia tñ ipſe petiuit gladium, vel haſtã ad manum, & non hẽbat ſacerdos alium ad manũ, niſi gladium Goliath, dedit eũ illi: non .n. erat Achimelech in domo ſua' q̃ venit ad eum Dauid, ſed erat in tabernaculo Dñi: ibi aũt non erant aliqua arma, quia non erat locus pugnæ, ſed ſolum gladius Goliath, q̃ reſeruabatur ibi in memoriam. Illum aũt dedit, ga non ſuſtinebat Dauid expectare quouſq; iret Achimelech in domum ſuam ad dandum ei alia arma, & hoc, quia timebat nimis cognoſci, & detineri. *Quem percuſſiſti in valle Terebinthi.* Iſte erat locus, in quo conuenerant Philiſthini contra Iſrael, & ibi occidit Dauid Philiſtheum, ſupra cap. 17. Vocatur aũt vallis Terebinthi, i. vallis quercus: eſt .n. Terebinth⁹ arbor arabica, vt ait Iſidorus: & pro eodem accipitur querc⁹, & Terebinthus in Hebræo: nam ſicut ponitur quercus ſupra cap. 10. cum dr̃. Et veneris ad quercum tabor, ita ponitur Terebinthus: nam idem nomen hr̃ in Hebræo ibi, & hic. Vocat aũt ſic illa vallis, ga fortè erat ibi aliqua magna Terebinthus, à qua nomen acceperat, ſicut in conualle mambre, erat quædam magna Ilex, ſub qua habitabat Abraham, de qua dixit ipſe ad Angelos: requieſcite ſub arbore: & ſub illa poſtea comederunt, vt patet Gen. 18. c. *Eſt inuolutus pallio poſt Ephod*, ideſt gladius iſte eſt inuolutus in quodam pallio, & erat apud Ephod. Eſt .n. Ephod veſtis Sacerdotalis, de cuius figuratione hñ Exo. cap. 28. & ſeruabatur iſta veſtis cum alijs Sacerdotalibus in Tabernaculo, & apud illam erat gladius Goliath inuolutus. Aliqui Hebræi exponunt iſtam lr̃am dicẽtes, q̃ erat gladius poſt Ephod, i dedit Achimelech Dauid gladiũ, & poſtea conſuluit Dñm p eo in Ephod. Sed iſte ſenſus nimis eſt alienus, iõ dicatur, vt prius.

Gladius Goliath poſitus fuerat in tabernaculo Domini: reliqua autem arma ſeruauerat Dauid pro ſe in domo ſua.
Quæſtio. XXI.

QVAERET aliqs, qũo dr̃, q̃ gladius Goliath erat in tabernaculo: quia Dauid tulerat oĩa arma Goliath pro ſeipſo, & poſuit ĩ domo ſua, vt patet ſup. cap. 17. ſ. Aſſumẽs aũt Dauid caput Goliath, attulit illud in Ieruſalem, arma verò ei⁹ poſuit in tabernaculo ſuo, ergo non erat gladius in tabernaculo Dñi. Dicendũ, q̃ gladius Goliath poſitus fuerat in tabernaculo Dñi, vt patet hic: reliqua aũt arma eius ſeruauit Dauid pro ſeipſo, & poſuit in tabernaculo ſuo: gladiũ aũt poſuit potius in tabernaculo Dñi, q̃ aliud genus armaturæ, quia Deus magis cooperatus fuerat ſibi in gladio, q̃ in alijs armis: nã ponebat Dauid aliqua de armis Goliath in memoriã occiſionis Goliath, & quia Dauid occidit eũ gladio ſuo, vt patet ſupra cap. 17. & alia arma ſua nihil ei contulerunt ad hoc poſuit magis gladiũ in tabernaculo, q̃ alia genera armorũ. Fuit aũt conueniẽter iſte gladius poſit⁹ in tabernaculo Domini ad laudẽ Dei: & hoc pp duo. Primò pp ipſum Dauid, ſ. qa Dauid ſuperauerat ipſum Philiſthæum: non quidem in fortitudine virtutis ſuæ, ſed à Deo adiutus. In recognitionẽ ergo huius beneficij à Deo ſibi preſtiti, poſuit iſtum gladium in tabernaculo, indicãs p hoc, q̃ ipſe non intendebat habuiſſe victoriã hanc à ſe, ſed à Deo, ideo dabat hoc illi in munere. Secundò hoc

Duę rationes, quare gladius poſitus ẽ in tabernaculo.

erat conueniens pp Iſraelitas: nã q̃n intrarent in ſanctuarium, viderent ibi gladium Goliath, & recordarentur, q̃ Deus eis bñficium victoriæ contuliſſet, iõ ſurgerent in diuinam laudẽ. Ex hoc aũt apparet, q̃ licitum eſſet militibus in tẽplo noſtro, ſiue in quacũque Eccleſia relinquere ſigna virtutis ſuæ in armis: potiſſimè cum bella illa ſunt ad aliquid honeſtũ, ga per hoc innuunt, q̃ magnifica geſta, q̃ habuerunt in armis, ex Dei bũficio aſſecuti ſunt. *Si iſtum vis tollere, tolle.* Dubitabat Achimelech, an Dauid vellet accipere illum gladium. Cã dubitationis erat, quia ille gladius poſitus fuerat in tabernaculo ad cultum Dei, vt eſſet ſignum victoriæ à Deo collatæ: iõ fortè Dauid nollet cum accipere ad vſus ſuos, cũ ſemel Deo dedicaſſet. Quidã dñt, q̃ poſitus fuerat iſte gladius in Tabernaculo, ga cũ eo fuerat amputatũ caput Goliath, & erat iam gladius cõſecratus Dño, & hoc verum eſt. Nicolaus tñ dicit hoc non ſtare, quia id, q̃ ſemel Dño erat conſecratum, non poterat redire ad humanos vſus, vt patet Leui. ca. vlti. & ſic Dauid nõ potuiſſet eo vti licitè. Et ſic cõcludit Nicolaus, q̃ nõ erat iſte gladius conſecratus Dño, ſed fuerat poſitus ſolum ad memoriam victoriæ in tabernaculo. Sed hoc nõ ſtat, quia vel iſte gladius Goliath adhuc erat Dauid, vel non. Si non erat Dauid: ergo iam donauerat illum Deo, & q̃n erat conſecratus, quia nihil aliud erat res laicorum conſecrari, niſi, q̃ eas donarent ſanctuario, vt patet Leui. cap. 27. Si aũt dicas, q̃ iſte gladius adhuc erat Dauid, quia tunc non fuiſſet poſit⁹ in loco ſacro, ſ. inuolutus ĩ pallio poſt Ephod, quia ibi erat locus rerum multum ſacrarũ, ſed fuiſſet poſitus in aliquo loco cõi. ergo conſecratus erat, & tanq̃ res ſacra ponebatur in loco ſacro. Cum aũt arguit Nicolaus, q̃ ſi eſſet cõſecratus, nõ potuiſſet licitè Dauid, vt illo: dupliciter rñderi põt. Primò, ga hoc verum eſt pter neceſſitatem, cum tñ eſſet in neceſſitate licebat ei vti illo, & quacũq; alia re ſacra: nã ſicut lex obligabat ad hoc, q̃ res ſacræ nõ trãſirẽt ĩ vs⁹ laicorũ, ita obligabat ad hoc, q̃ panes ſcti nõ darentur laicis: dedit tñ illos Achimelech Dauid neceſſitatẽ patienti in fame: ergo codẽ mõ poterat dare ei arma, q̃ conſecrata eſſent pp neceſſitatem inſtantis periculi, ſ. quia armis egebat, & nõ poterat ea aliũde commodè hr̃e. Secundò dici põt, q̃ Dauid poterat licitè accipere gladium illum, quia non tollebat eũ voluntate tenẽdi illum ſemper penes ſe, ſed ſolum quadendi tpe illo, quo non hẽbat arma: cum aũt daret ei copia armorum, reduceret illum in ſctũariũ: & ſic veriſimile eſt, q̃ reduxerit poſtea. Nec ẽ nimis inſiſtendum ſuper conſecratione huius gladij; quia ſi eſſet iſte gladius cõſecratus ira, q̃ pertineret ad aliquẽ vſum ſctũarij, ſicut pertinebant veſtes ſacerdotum, vel candelabrum, aut vaſa olei, vel libaminũ, q̃ erant ſuper menſam propõnis: erat difficilè cõuerti iſta ad aliquem vſum vulgarium ſine valde magna neceſſitate, quia in eis miniſtrabatur Deo: gladius tñ ibi poſitus non erat ad aliquam Dei miniſtrationẽ, ſed ſolum ad memoriam victoriæ habitæ: iõ poterat non, obſtante cõſecratione, applicari ad aliquẽ vſũ humanum, potiſſimè inſtãte neceſſitate, & cùm voluntate reducendi illum in locum ſuum. *Nec eſt hic aliquis abſque eo*, i. non eſt hic aliquis gladius in prõptu, niſi ipſe. Hoc aũt verum eſt, quia erat tunc Achimelech in ſctũario, & ibi non erant aliqua arma: ſi aũt fuiſſet in domo ſua, potuiſſet ei dare alia, ſed Dauid nõ expectabat, niſi ea, quæ poſſent hr̃i in prõptu. *Et ait Dauid: non eſt huic ſimilis alter, da mihi eum*, i. ga non hẽs hic alium ſimilẽ, ſ. alium gladium, da mihi iſtũ, q. d. ſi hr̃es aliũ quẽcũq; gladiũ, nõ accipet iſtd, ga ſemel conſecrat⁹ ẽ Dño: ga tñ null⁹ ali⁹ ẽ, quẽ accipe poſſe, da mihi.

mihi. Alij exponũt nõ ẽ alter huis ſimilis, i. non põt eſſe alius gladius ita bonus, ſicut iſte, iõ da mihi illũ. Sed hoc non ſtat, ga tunc indifferenter voluiſſet accipere Dauid gladium Goliath. ẽt ſi multi alij gladij in prõptu fuiſſent, qui ei dari poſſent: Achimelech tñ hoc noluiſſet, ga non dixit de gladio Goliath, niſi in defectũ aliorum, ſicut dixit, q̃ ei daret panes, ppoſitionis, & dedit in defectu aliorũ panũ. *Surrexit itaq; Dauid.* Hic ponitur periculi imminẽtis euaſio, ſ. qũo Dauid per fugam euaſit mortem. Pro quo conſiderandũ, q̃ Dauid timuit manere aliquãto tpe in vrbe: nam nõ ſuſtinebat expectare dũ mitteret Achimelech pro panibus, vel gladio ad alias domos, ſed ſolũ voluit recipere q̃cquid ad manũ ipſe hr̃et, hoc aũt, ga pp duo timebat. Primò, ga cũ Saul inq̃ſiuiſſet eũ, & nõ inueniens, nimis fuiſſet indignatus, putauit, q̃ mitteret ad inq̃rendũ eũ p oẽs vias, & fortè aliq̃ venirent per viam vrbis Nobe: eumq; ibi morantem inuenirent, atque raperent: iõ nec ad modicũ mora ri voluit: ſic .n. fecit iterum, qñ fugit Dauid, & venit ad Samuelem in Ramatha: nam tunc miſit ter nuncios, vt raperent Dauid, ſed non potuerunt, quia cogebat eos Deus Prophetare, ſup. c. 19. Secũdo timebat, q̃ viri, qui erant in vrbe, ſi cognoſcerent aduentũ eius, cum ſic quaſi nudus veniret, & inermis puta rent eum fugientem à rege, quia ille non erat hĩtus viri à rege miſſi: præſertim cũ iterũ fugiſſet à rege. Vt ergo famularentur, illi fortè vellẽt tenere eum: noluit ergo aduentum ſuum cognoſci ab aliquo eorum, qui in vrbe erant. Et ga q̃is veniſſet ad ſolum Achimelech, ſi aliquantum ibi moraret, cognoſceret ab eis, qui in vrbe manebant: iõ non ſuſtinuit ſaltem per modicum exſpectare, ſed illicò receſſit: vñ dr̃. *Surrexit itaq; Dauid.* Iſtud pertinet ad modũ loquẽdi Sacræ Scripturæ: nã de quocunq; prius nihil agẽte, ſi poſtea prædicauerit, actum dicit, q̃ ſurgit, i. exit in actum: & non dr̃ ſurgere, tanq̃ ante ſederet. *Et fugit in die illa à facie Saul*, i. in illamet die, in qua venit ad Achimelech, receſſit: vñ q̃q̃ eſſet Sabbathũ, non curauit de ſolennitate, ſed itinerauit ad veniendum, & poſtea itinerauit recedendo: nã putabat ſibi neceſſarium ad vitæ defenſionem, vt non maneret in vrbe. Dr̃ ẽt, q̃ fugit die illa à facie Saul, nõ q̃ die illa fugere cæperit: quia cũ receſſit de lapide Ezel, vbi fuit cũ Ionatha præcedenti cap. incepit fugere à facie Saulis. Sed dr̃, q̃ fugit in die illa, i. ẽt nõ ſe ſuſtinuit in die illa, vt maneret ĩ vrbe Nobe, ſed fugit. Vel põt dici, q̃ fugit in die illa, i. tranſiuit in die illa ad terram Philiſthinorum: nam præcedẽtibus diebus, q̃q̃ fugeret, non tñ exibat de terra Saulis. Nũc aũt exiuit in terram Philiſthinorũ: iõ nunc dr̃ propriè fugiſſe à facie Saulis. *Et venit ad Achis regem Geth.* i. venit ea vicẽ terram Philiſthinorum ad vrbem Geth ad regẽ Achis, qui erat rex vrbis illius. Eſt aũt Geth vna de quinq; Metropolibus Philiſthinorum, vt patet ſupra cap. 6. fuerũt aũt viri de vrbe iſta, qui magis reſtiterunt plagæ miſſę à Deo pro arca detenta in terra eorũ: nam cum cæteri populi moleſtè ferrent à muribus de terra ebullientibus, Gethæi, inito conſilio, fecerunt ſibi ſedes pelliceas, i. femoralia de corio, vt mures ebullientes de terra non poſſent mordere pręminentes extales eorum, ſupra cap. 5. De hac Vrbe Geth erat Goliath Philiſthæus, quẽ occidit Dauid: iõ vocabat Goliath Getheus, ſupra capit. 17. rex aũt huius vrbis erat Achis: nam erant in terra Philiſthinorũ quinq; Metropoles, & quolibet earum hẽbat regem, vt patet Ioſue, cap. 13. erat aũt vna de his Geth, vt patet e. cap. & ſupra 6. Iſti tñ reges Philiſthinorum, quia partes erant, aliqñ vocantur reguli Ioſue cap. 13. & aliqñ ſatrapæ ſup. cap. 5. & 6. & infra 29. Iſte aũt rex Achis vocat Abimelech, vt patet in titulo pſalmi 33. vbi dr̃: Pſalm. Dauid, qñ immutauit faciẽ ſuã corã rege Abimelech. Hoc aũt fortè ẽ, quia iſtud nomen Abimelech erat cõe ad reges Philiſthinorũ, ſ. q̃ oẽs vocabantur Abimelech, ſicut oẽs reges A Egypti vocabant Pharaones, & Imperatores Romani vocabant Cæſares, vel Auguſti, q̃q̃ hr̃ent alia noĩa ppria. Hoc patet, quia reges Gerarę, erant reges terræ Philiſthinorũ, quia Gerara erat in terra Philiſthinorũ, Gen. cap. 20. & 26. & tñ oẽs reges leguntur ibi vocati Abimelech, vt declaratũ eſt Gen. ca. 26. forte aũt iſte rex Achis erat de genere illorũ, iõ vocabat Abimelech nomine communi: & vocabat Achis noĩe ſpeciali.

Quomodo Dauid fugit in terram Philiſthinorum, cùm ſciret ſe hoſtem præcipuum eorum. Quæſt. XXII.

QVAERET aliquis, qũo Dauid fugit in terrã Philiſthinorum, cum ſciret ſe hoſtem pręcipuum Philiſthinorum: nam ipſe occiderat Goliath Getheum ſupra cap. 17. poſt hoc ẽt cum cõſtitutus eſſet à Saule princeps virorum belli, faciebat plagã magnam in Philiſthinis, ſicut qñ accepit ducenta prputia eorum, ſupra cap. 18. poſt hæc ẽt fecit bella magna contra eos, ſupr. 19. potiſſimè aũt non debuiſſet fugere in vrbem Geth: nam ipſe occiderat Goliath fortiſſimum Philiſthinorũ, in quo erat tota ſpes eorum. Ille aũt erat de vrbe Geth, q̃ Dauid bene nouerat: iõ credere dẽret, q̃ cognati eius, qui eſſent in eadem vrbe, perſequerentur eum, & ſi non tanq̃ publicum hoſtem, ſaltem tñ, vt hoſtem eorum pp cognatum ſuum occiſum, iõ non debuiſſet fugere in terrã Philiſthinorum, præſertim in Geth. Rñdendum eſt, q̃ Dauid ſciuit ſibi mortem certiſſimam futuram à Saule, ſi non fugeret: fugiſſet aũt libenter ipſe in aliquam partẽ Iſrael, ſi ibi crederet ſe poſſe euadere: de ſperauit tñ de hoc. Quod patet: nã qñ iterũ fugit Dauid à Saule, quia nondũ ſciebat quid de eo diſponiuiſſet, non fugit extra terrã Iſrael, ſed iuit ad Samuelẽ in Ramatha, ſupra cap. 19. nũc aũt certiſſimè cognouerat, q̃ Saul deſiderabat eũ occidere præcedenti c. iõ ſi fugeret in aliquã partẽ terræ Iſrael, non eſſet ſecurus, præſertim cum Saul nimis diligenter inquireret eum vellet vbicunq; eſſet, vt patet infra 23. cap. cũ dixit Saul ad Ziphæos: Cõſiderate, & videte oĩa latibula eius, in quibus abſcõditur, & reuertimini ad rẽ certam, vt vadam vobiſcũ. Quod ſi ẽt in terrã ſe obſtruxerit, perſcrutabor eum in cũctis millibus Iuda. Dauid tñ non recedebat ſpontè de terra Iſrael, quin potius ipſe conqueſtus eſt Sauli dicens: ſi Deus incitat te aduerſum me, odoretur ſacrificium: ſi aũt filij hoĩum maledicti ſunt in cõſpectu Dñi, qui eiecerũt me hodie, vt non habitem in hæreditate Dñi, dicentes: vade ſerue dijs alienis, infra cap. 26. Oportuit tñ, q̃ Dauid egrederetur terram Iſrael, quia aliàs nõ ſaluaretur. Sed tunc dicet aliquis, cur nõ iuit in alia regna confinia, ideſt in terram Moabitarum, vel aliarũ gentium? multi .n. erant in circuitu terrę Iſrael. ſic .n. poſtea fecit: nam iuit ad regem Moab, vt patet ſeq. c. Dicendũ eſt, q̃ Dauid voluit totaliter effugere manus Saulis: neſciuit aũt qũo melius effugeret, q̃ eũdo in terram Philiſthinorum, & nõ in alia regna: cuius rõ eſt, quia alia regna vicina hẽbant tunc pacẽ cum Iſraelitis, & ſi fugeret Dauid ad illa, Saul mitteret p eo ad terram illã, & rex terræ illi⁹ traderet eũ Sauli: quia Saul accuſaret eũ, tãq̃ hoſtẽ, & ſi forte hoc nollet facere rex terrę illi⁹, rũperent fædera, vel pax inter eũ, & Saulẽ: & hoc videret iuſtè agere Saul, ga ille receptabat hoſtẽ eius apud ſe. Philiſthini aũt erãt hoſtes Iudęorũ, iõ ſi illũc fugeret Dauid, nõ poſſet Saul

Fugit Dauid in terra Philiſthinorũ, quia aliquin non effugiſſet manus Saulis.

inde eũ recipere, quia Philisthini non darent, qn potius conarentur aduersari Sauli quantũ possent. Cũ ergo Dauid esset in terra Philisthinorũ, cessaret Saul persequi eũ: erat ergo tutius, ꝙ fugeret in terram illam, q̃ in aliã. Hoc aũt patet infra 27. cap. ſ. dixit Dauid in corde suo: aliqñ incidã vna die in manus Saulis: nonne melius est, vt fugiam, & saluer in terra Philisthinorum, vt desperet Saul, cessetque me quærere in cunctis finibus Israel? & postea subditur: & nũciatum est Saul, ꝙ fugisset Dauid in Geth, & non addidit vltra, vt quæreret eum. Cũ aũt arguebatur, ꝙ nõ debuisset fugere in terram Philisthinorum, quia Philisthini persequerentur cum. Dicendũ, ꝙ Dauid credidit, ꝙ Philisthini non cognoscerent eum pp duo. Primo, quia Philisthini nunq̃ eum viderant, nisi in bello, & ibi non poterant illum contemplari: quia cum ipse appropinquaret ad Philisthinos impetus belli erat, in quo nemo potest diligenter vultum alterius speculari, præsertim, quia fortè Dauid in bellis hẽbat caput velatum armis, & sic credendum est. Secundò non cognoscerent eum: quia dato, ꝙ vidiſſent illum aliqñ, & cognoscerent: cum tñ nũc viderent eum in terra Philisthinorum solitarium, crederent non esse illum, quia non erat verisimile, ꝙ ille, qui erat hostis Philisthinorum, sic veniret ad ponendum se in manibus eorum: accidit tñ contrariũ, ſ. quia cognitus est. Vnde dixerunt Philisthæi: nunquid non est iste Dauid rex terræ, &c. & iõ tunc cognoscens ipse consilium suũ conuersum esse in cõtrariam partem, mutauit vultum suum, & fugit de terra Philisthinorũ. Sed adhuc non erat penitus elusum consilium Dauid: nam rex Achis nõ cognouit eũ: dixit enim seruis suis: vidistis hominem insanũ, quare adduxistis eum ad me? Si tñ cognouisset eum rex Achis, ẽt si Dauid flecteret se in multos modos, & fingeret insanire, non assensisset Achis, quia satis constaret istas esse fraudes hostiles, ne captus occideretur: serui quoque Achis non cognouerũt penitus Dauid. Nam si certissimè cognouissent, non dereliquissent eũ, ẽt si insaniret, illicò tñ dimiserunt. Conuenienter igitur Dauid disposuerat, vt iret in terrã Philisthinorum. Dum aũt dr, ꝙ ẽt si iret in aliquam terram Philisthinorum: non tñ debuisset ire in vrbẽ Geth pp speciales inimicitias. Dicendum, ꝙ istd cõcludit, supposito, ꝙ Dauid cognoscereẽ à Philisthinis, qa tũc magis debuisset Dauid ẽuitare Getheos, q̃ reliquos Philisthinos. Dauid tñ putabat se nõ cognoscẽdũ, & tũc non magis pateret à Getheis, q̃ ab alijs.

Dauid credidit non cognosci à Philisthinis propter duo. Primo. Secundo.

Quare Dauid iterum fugit ad regem Achis Philisthinum. Quæstio XXIII.

QVAERETVR vlterius, quare Dauid iterum fugit in terram Philisthinorũ ad regẽ Achis, de quo hic, vt patet infra 27. cap. Aliquis dicet, ꝙ fugit eodem mõ, quo hic, ſ. ꝙ non cognoscereẽ à Philisthinis. Sed dicendũ, ꝙ non ſtat, quia hic Dauid iuit occultè, ſ. ſolus, ita vt cognosci non posſit: postea tñ iuit manifestè ferens secũ sexcentos viros: & cognoscebat eum Achis esse Dauid, vt patet infra ca. 27. vr tñ, ꝙ non debuisset se exponere huic periculo, quia iterum cum cognitus est, fecerat rex eum ad se adduci, & periclitatus fuisset, nisi fecisset se insanum. Dicendũ est, ꝙ nunc non erat ſimile. Pro quo ſciendũ, ꝙ Dauid hũit cãm iustam fugiendi iterũ in terram Philisthinorũ q̃q̃ cognoscereturr, quia aliàs non putabat se posse euadere, quia nunc qñ fugit Dauid de terra Philisthinorum pp seruos Achis, iuit in terrã Moab, vt patet seq cap. ibi tñ non ausus est ſtare, qa Propheta monuit eũ inde recederẽ: hoc aũt fuit, *quibuſdam videtur*, quia cum rex Moab hr̃et pacem cũ Saule, traditurus erat Dauid in manus eius ad conciliãdum eum magis ſibi: & ob hoc prophera monuit eũ inde fugere: postea aũt ſi Dauid illùc rediret, idẽ ſibi futurũ timebat, iõ non erat ſibi tutũ illùc ire, ſed cogitauit ire in terram Philisthinorum, quia cũ sciret Saul ibi esse Dauid, cessaret eũ persequi, qa nõ poterat hr̃e de manu Philisthinorum. Et ſic factum est, vt patet infra 27. cap. Item Dauid securè potuit ire in terram Philisthinorum illa vice, & nõ prima: nec est ſimile de vtraq;: quia prima vice ibat Dauid ſolus, & ſi cognoſceretur in terra Philisthinorũ, putaretur, ꝙ veniebat ad explorandum aliquid, ꝙ reliquerat viros ſuos alibi, vt postea irrueret ſup aliquẽ locum, vel gentem quietam. In ſecunda aũt vice cũ fugit Dauid in terram Philisthinorum, iuit palã, ita, vt cognoſceretur, & ferebat ſecum ſexcentos viros, iõ non videbantur nunc latere aliquæ inſidiæ ex aduentu eius. Cã aũt potiſſima diuerſitatis est, quia prima vice, qua fugit Dauid in terram Philisthinorum nõ apparebat aliqua cã, quare fugere deberet, iõ putarentur làtere inſidiæ: in ſecunda vice erat rõ manifeſta, quia oẽs Philisthini cognouerãt, qũo Saul pſequeretur quotidie Dauid ad mortem, iõ nũc ſcirẽt, ꝙ neceſſitate coactus fugiebat de terra Iſrael in terram hoſtium, & ipſi hoc libenter acceptarent, qa ex hoc putaretur, ꝙ Dauid infeſtaret terram Iſrael pp Saulem, & ſic Dauid quamdiu fuit in terra Achis regis, cum faceret prædas, & occiſionem in multis gẽtibus, dicebat regi Achis, ꝙ irruerat in terrã Iſrael, ex quo lętabatur nimis Achis, & volebat hr̃e Dauid ſemper apud ſe, vt patet infra cap. 27. ſ. credidit ergo Achis Dauid, dicens: multa mala operatus est cõtra populum ſuum Iſrael, erit ergo mihi ſeruus ſempiternus. Conuenienter igitur fugere potuit ſecunda vice ad regem Achis in Geth.

Dauid cur potius fugit ad regem Achis, quàm ad aliquem alium Philisthinorum. Quæstio XXIIII.

QVAERETVR vlterius, cum iam cognitum eſſet de Dauid, quis eſſet, & cognoſceret in terra Philisthinorũ, qr̃ fugiebat ad regem Achis, qa potius fugere debuiſſet ad aliquem alium: nam dato, ꝙ Philisthini eũ ſecurè recipere vellent, quia tñ hẽbat ſpãliter hoſtes in vrbe Geth pp Goliath, quem occiderat, & illi eũ qualitercũq; poſſent infeſtarent, potius debuiſſet ire ad aliam terram, q̃ in Geth. Rñden dũ est, ꝙ veriſimile est Dauid conſuluiſſe Dñm añq̃ deſcenderet ad regem Geth, an illùc deſcenderet, & Deus ſibi rñderit, ꝙ deſcẽderet: nam in rebus humanis, in quibus vertebaꝫ aliquod periculũ, Dauid cõſulebat Dñm, an ageret, vel ceſſaret. Sic fuit, qñ erat in vrbe Ceila: nam conſuluit Dñm, an traderent eũ viri Ceilæ in manus Saulis, infra cap. 23. Iterũ ẽt, qñ voluit pugnare contra latrunculos Amalecitas, qui ſuccenderant Siceleg conſuluit Dñm infra cap. 30. Præter hoc veriſimile est, ꝙ Dauid anteq̃ deſcenderet ad regem Achis, miſerit ad eum nuncios petens, ꝙ reciperet eum in terra ſua, exponens cãm, quare fugerit à Saule, & tunc Rex Achis dederit ei ſecuritatem in tota terra ſua, iubens ne quis hr̃et occaſionẽ aliquã ꝓtra Dauid, & tũc ipſe potuit ſecurè veni re ad eũ. Cã aũt cur deſiderauit Dauid magis venire ad regem Achis, quàm ad alium in tõta terra Philiſthinorũ, potuit eſſe duplex. Prima propter opportunitatem prędandi: nã Dauid habebat ſecum ſexcentos viros in terra Philisthinorum, nec habebat vnde eos aleret, niſi inſtaret prædę. Nolebat tamen Dauid agere prædam in terra Iſrael: quia erat terra ſuæ originis: nolebat etiam prędari in terra Philiſthinorum, ne concitaret eos contra ſe: præſertim, quia ſic ageret cõtra fœdera interpoſita cum rege Achis: ideo noluit prædari in aliquibus gentibus extraneis, quæ etiam nõ eſſent confederatæ Philisthinis: & iſta erat terra Ieſſuri, & Hezræ, & Amalechitarũ, vt patet infra cap. 27. Et quia fortè iſta terra non erat ita coniuncta terrę alicuius regis Philiſthinorum, ſicut terræ regis Achis, deſiderauit potius manere in terra eius, quàm in terra alicuius regis Philiſthinorum. Secunda cauſa, & præcipua fuit, quia credidit regẽ Achis beniginorem eſſe, & magis fauorabilem extraneis venientibus in regnum ſuum omnibus alijs regibus Philiſthinorum, & ſic ipſe magis conſideret ei, & minus ſe obſeruaret ab eo, quàm cæteri reges Philiſthinorum, quod apparuit in receptione eius. Nam voluit, quòd maneret apd̃ eum in vrbe Geth, Dauid tamen orauit, vt daretur ei aliquis locus, in quo ſegregatus maneret, & illico dedit ei vrbem Siceleg, vt patet infra 27. Item apparet hoc, quia, quãdo Philiſthini congregati ſunt in pugnam contra Iſrael, rex Achis duxit ſecum Dauid in bello confidens, ꝙ pro eo veriſimiliter ageret, reliq aũt principes Philiſthinorum dixerunt: quid ſibi volunt Hebræi iſti? reſpondit Achis pro Dauid, & tunc irati principes Philiſthinorum dixerunt: reuertatur vir, & ſedeat in loco, in quo conſtituiſti eum: & non deſcendat nobiſcum in prælium, ne fiat nobis aduerſarius cum præliari ceperimus: quomodo enim placare poterit aliter Dominũ ſuum, niſi in capitibus noſtris: & ſic coactus fuit Achis mittere Dauid de bello in locum ſuum, ſed de hoc doluit: nam dixit: ſcio quia bonus es tu in oculis meis, ſicut Angelus Domini, ſed principes Philiſthini dixerunt: non aſcendet nobiſcum in prælium. De hoc infra cap. 29. propter hanc ergo benignitatem Achis, & clemẽtiam ſuper omnes reges Philiſthinorum deſiderauit Dauid potius morari in terra eius, quàm aliorum regũ Philiſthinorum. *Dixeruntque ſerui Achis, cum vidiſſent Dauid:* Nunc enim deſcenderat Dauid in vrbẽ Geth, fortè quia illa erat magis coniuncta terræ, de qua fugiebat: ſerui autem regis Achis cognouerunt eum, & voluerunt ducere ad regem, vt patet infrà; non fuit tamen iſta cognitio firma, ſed ſub dubio: vnde dicebant. Nonne hic eſt? quaſi dubitantes: ideo cum viderunt in eo imaginem furoris, crediderunt eum non eſſe Dauid, & reliquerunt illum. *Nunquid non iſte eſt Dauid rex terræ?* q.d. iſte eſt Dauid rex terræ Iſrael. Hoc dicebant quidam famuli Achis ad alios, quia cognoſcebant Dauid: alij autem neſciebant eum: & erat inter eos quaſi dubium de hoc.

Quomodo ſerui Achis dixerunt Dauid regem Iſrael, cum tamen ſcirent Saulem eſſe regem. Quæſt. XXV.

QVAERET aliquis, quomodo ſerui regis Achis dixerunt de Dauid, quòd erat rex terræ, quia ipſi ſciebant eum nõ eſſe regem Iſrael, ſed Saulem: quod apparet ex cantico mulierum, quod ipſi retulerunt, ſ. percuſſit Saul mille, &c. vt patet infra: Philiſthini quoque vocauerunt Dauid ſeruum Saulis, vt patet infra cap. 29. ſ. Quomodo enim placare poterit aliter Dominum ſuum, niſi in capitibus noſtris? q.d. non poterit aliter. Reſpõdet Nicolaus, ꝙ cognita erat iam vnctio Dauid in regem apud Philiſthinos: vnxerat enim eũ Samuel infra cap. 16. & aliquo tempore fuerat occultũ, nũc autem manifeſtum erat. Sed dicendum, ꝙ non ſtat: nam in terra Iſrael adhuc non cognitum erat hoc, quantum minus ergo cognoſci poterat in terra Philiſthinorum? Quod autem in terra Iſrael nondum cognoſceretur, ſaltem patet hoc quantum ad Saulem, & ſeruos ſuos: ſi ergo cognouiſſet hanc vnctionem Saul, occidiſſet Samuelem, & Dauid, ſ. vngentem, & vnctum: ſic enim dixit Samuel ſupra cap. 16. quomodo vadã: audiet enim Saul, & interficiet me: nunquam tamen aliquid egit postea Saul contra Samuelem, & erat adhuc viuens, cum mortuus fuerit infra cap. 25. ergo nondum cognouerat Saul, ꝙ Samuel vnxerat Dauid, nec vnquam cognouit hoc viuente Samuele: hoc tamen, quod hic dixerunt ſerui Achis, fuit antequam moreretur Samuel; ergo nondum cognitum erat Dauid vnctum eſſe in regem.

Item patet, quia ſi cognitum fuiſſet, Saul perſecutus fuiſſet Dauid ad mortem: nunquam tamen perſecutus est, eum quouſque cantauerunt mulieres ſupra cap. 18. percuſſit Saul mille, &c. & ibi propter inuidiam, & fauorem, quem Saul credidit habere Dauid in populo incepit eum habere exoſum, & quærebat opportunitatem, vt eum ſub diſſimulatione occideret, ſi tamen cognoſceret eum vnctum eſſe in regem, non ſuſtinuiſſet nec vna die, quin eum occideret. Item patet hoc, quia infra cap. 24. dixit Saul ad Dauid: & nũc, quia ſcio, ꝙ certiſſimè regnaturus ſis: ergo videtur quia ante hoc neſciebat: ſi tamen ſciuiſſet eum vnctum in regem iuſſu Dei, cognouiſſet certiſſimè ante hoc, ꝙ regnaturus erat: quia ea, quæ Deus diſponit, humano conſilio mutari non poſſunt. Neſciebat ergo ante tempus illud, an Dauid vnctus eſſet in regem: magis ergo hoc ignorarent Philiſthini, non ideo vocauerunt eum regem quaſi ſcirent eum vnctum eſſe in regem. Item dato, ꝙ cognouiſſent eum eſſe vnctum, tamen non vocarent eum propter hoc regem, quia cum Philiſthini eſſent infideles, nihil reputabant illas vnctiones Dei, ſed illum regem vocabant, qui temporalem poteſtatem habebat: hoc autem erat de Saule, qui dominabatur Iſrael. Ideo dato, ꝙ cognouiſſent eſſe vnctum in regem Dauid, non vocarent eum regem. Sed dicendum, ꝙ Philiſthini vocauerunt Dauid regem ſecundum ſimilitudinem, quia ad regem pertinet maxima poteſtas: Philiſthini autem viderant Dauid eſſe principem omnium bellorum contra ipſos, vt patet ſupra cap. 18. & 19. acceperat etiam filiam regis in vxorem, & non erat aliquis tam acceptus regi in toto Iſrael, ideo reputabant eum quaſi regem, & ſic eum vocauerunt hic. *Nonne hic eſt, cui cantabant per choros,* ſ. mulieres cantabant coram eo in tympanis, & ſiſtris propter lætitiam victoriæ, quando ducebat caput Philiſthæi in Ieruſalem, ſupra cap. 18. fuit autem iſtud canticum mulierum nimis publicatum in terra Philiſthinorum, eo ꝙ lætitia vniuerſalis facta est in toto Iſrael. Et ſic ſæpe iſtud verbũ repetebant Philiſthini, vt patet hic de ſeruis Achis. Et iterum ſatrapæ, ſiue reges Philiſthinorum dixerũt hoc, vt patet infra cap. 29. nonne iſte est Dauid, cui cantabant in choros, &c. Ex hoc etiam apparet, ꝙ ſupra dicebatur, ſ. ꝙ ſerui Achis non vocauerunt Dauid regẽ, quaſi ſcirent eum vnctum, ſed propter magnam poteſtatem, & honorem, ſ. qa mulieres dicebant de eo, ꝙ percuſſerat decem millia in quo magis honorabant eum, q̃ Saulem, cui dederunt mille: erat ergo Dauid pluſquam rex. *Percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia.* Iſta verba fuerunt mulierum, ex quibus habita est origo totius perſecutionis Dauid à Saule: nunc quoq; per iſta verba incitabant ſe ſerui Achis, vt dicerent regi, & facerent eum detineri, quia non paruum, vel ſuperuacuum virum caperent, ſed potentiſſimũ hoſtiũ, qui erat velut rex Iſrael. *Poſuit autem Dauid ſermones iſtos in corde ſuo,* ideſt attendit nimis

ad eos, quia in sermonibus istis duo e mala notificabantur. Primum, quòd cognosceretur à seruis regis. Secundum, quòd vellent eũ facere detineri, ex quo Dauid timuit, putans se esse deprehensum, ideo cogitauit quid ageret ad euadendum: diffiniuit autem, q̃ fingeret insaniam. *Et timuit valde à facie Achis regis Geth*, ideſt timuit nimis Achis regem Geth, quia erat in potestate sua, & non habebat locum resistendi: & dicitur à facie Achis regis, ideſt à rege Achis: non.n. erat coram rege, quando cœpit timere, sed mox, vt audiuit ista verba, timuit, & tunc diffiniuit apud se, q̃ non ostenderet vultum timentis, sed insanientis: nam si aliqualiter appareret timens, crederetur, q̃ non verè insaniebat, sed, q̃ fingebat se insanire, vt non occideretur: in hoc autem Deus ei valde cooperatus est, s. q̃ non apparuit in illo aliquod signum timoris, sed solius furoris: & ob hoc rex dimisit eũ. *Et mutauit os suum coram eis*, ideſt mutauit faciem suã, scilicet, q̃ prius habebat vultum viri sensati: tũc aũt cœpit oculos distorquere in obliquũ, & totam vultus effigiem efferare: sicut effici solet in arreptitijs, & epilepticis. Nicolaus accipit hic os non pro bucca, sed pro sermone, s. q̃ mutauit Dauid os, ideſt sermonem, s. quia prius loquebatur, vt vir sensatus: tunc autem cœpit loqui nimis aliena, sicut solent insani: sed non consonat hoc literæ sequenti, s. q̃ collabebatur in manus eorum, ideſt cadebat in terram, sed ad istum casum præuenit quædam vultus efferatio, siue defectio, sicut in arrepticijs, siue ĩ epilepticis. Et istam finxit Dauid antequam collaberetur in terrã. Et hoc significatur per mutationem oris, maximè, quia infra dicitur, q̃ defluebant saliuæ eius in barbam, & hoc erat immutari vultum. De locutione autem eius non fit hic aliqua expræssã mentio, ideo videtur, q̃ Dauid nihil locutus fuerit, sed solum immutauerit os suum, s. conuertendo ad aliam figurã: & hoc siue accipiatur os pro vultu, siue pro bucca: nam defluebant saliuæ eius in barbam, & cõtorquebatur bucca cum quadam feritate. *Et collabebatur inter manus eorum*, ideſt inter manꝰ seruorũ regis Achis. Intelligendũ est enim, q̃ quando primo serui Achis dixerunt ad Dauid ea, quæ supra habentur, Dauid timuit, & incepit aliqualiter furere: introduxerũt autem postea eum ad regem, vt detineret illum, & tũc cœpit fortius furere collabendo inter manus eorũ, qui duxerant eum ad regem. Sciẽdum autem, quòd Dauid cadebat inter manus seruorum Achis, quod poterat accidere, si esset epilepticus, siue cardiacus, vel si esset arrepticius, aut furiosus. Dauid tamen non cadebat hic, sicut cadere solent arrepticij, vel epileptici: cum istę solũ sint ægritudines, sed etiam faciebat quasdam alias insanias, ex quibus pareret eum non arripi à Dæmone, nec etiam epilepticum, sed verè furiosum. Nam dato, q̃ appareret eum esse epilepticum, vel arrepticium, non desisterent opinari Achis, & serui sui illum esse Dauid: quia cum istę sint ægritudines interdum accidit magnis viris: sic patet de Saule, qui multoties à Dæmone arripiebatur, vt patet supra cap. 16. 18. & 19. nam ista non tollunt, quin homo sit sensatus, quanquam cum instãt istæ ægritudines, priuatur homo actu rationis: qui autem furiosus est, non potest esse vir sensatus. Si ergo Dauid se ostenderet, vt furiosum, & insipiẽtem: manifestè appareret illum non esse Dauid, cum oẽs Philisthini reputarent Dauid, vt virum nobilem, & valde industriosum, cum ipse ageret contra eos omnia bella. Ostendit ergo se, vt insanum, & non vt arrepticiũ. *Et impingebat in ostia portæ*, ideſt cadebat apud portam nitens transire per ostia clausa portarum, q̃ manifestè ostendebat illum esse insanum. Impingere enim est aliquod obstaculum reperire, ĩ quo quis cadat: vt siquis pede percussus ad lapidem cadat: sic etiam siquis currat contra parietem, nitens transire per parietem, tanquam per locum peruium. Dauid etiam sic finxit coram Achis: nam conabatur transire per ostia clausa, tanquam si essent aperta, & fortiter veniens offendebatur in illis, & cadebat: istud autem demonstrabat non solum furorem Dauid, sed magnam insipientiam, quia etiam quantum bestiæ cautiores sunt, cum non conantur transire, nisi per locum peruium, In Hebræo habetur hic: & pingebat super hostia, ideſt faciebat aliquas figuras super portas domorum: hoc autem solent facere insani, qui describunt aliquas turpes effigies in parietibus, & portis. Litera autem nostra dixit in ostia portæ, quia portæ vocantur hic ipsæ apertiones domorum, s. loca, in quibus non sunt parietes: ostia autem vocantur ipsa ligna, quibus clauditur domus, s. Ianuæ: Dauid autem impingebat in ostia, & nõ in portam, quia nemo potest impingere in portam, cum sit aliquid peruium. *Defluebantque eius saliuæ in barbam*, ideſt Dauid faciebat, q̃ multa saliua flueret per os, & caderet in barbam: & in hoc deturpabatur valde, & apparebat nimis insanus: nam antiqui non radebant barbam, sed habebant longam capillaturam pendentẽ. Cum autem Dauid faceret fluere saliuas, deturpabatur tota barbarum honestas, & grauitas. in quo satis apparebat eum esse stultum, quia talia non decent virum sensatum, ideo tanquam verè insanum abiecit eum rex Achis.

Lyrani expositio refellitur.

An Dauid peccauerit fingendo se stultum, & mutando faciem coram Achis. Quæst. XXVI.

QVAERET aliquis, an Dauid peccauerit faciẽdo istam immutationem. Respondẽdum est, q̃ non peccauit: nam Dauid nunquam peccauit, nisi cum occidit Vriam, & cognouit vxorem eius: istud autem fuit præter illud: ergo non peccauit in eo: ut patet infra 3. lib. cap. 15. s. Fecit Dauid rectum in oculis Domini, & non declinauit ab omnibus, quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ suę, excepto sermone Vrie Hethæi. Item patet hoc, quia Deus illum monuit ad faciendum hæc, & dedit ei immobilitatem, vt non appareret in illo aliquod signũ timentis, sed insanientis: quod colligitur, quia immediatè, vt factum est hoc, & recessit Dauid ab Achis rege, venit super eum spiritus propheticus, & fecit Psalmũ 33. scilicet. Benedicam Dominum in omni tempore: illud patet ex titulo eius, tam in Hebræo, quàm in Latino, cum dicitur, Psal. Dauid, quando mutauit vultum suum coram rege Achimelech, & recessit: Deus tamen non approbat per dona sua ea, quæ malè sunt: dedit tamen spiritum propheticum Dauid immediatè, vt hoc fecit: ergo approbauit factum illius, & consequenter non erat malum. Sed aliquis dicet, quòd Dauid peccauit, quia dehonestauit personam suam in hoc inducendo super se maximam turpitudinem: bona tamen honesta sunt maxima, & quæ nullus potest perdere sine peccato: ergo Dauid pp uid perdendo ista, peccabat. Item dato, q̃ Dauid pp nimium timorem potuisset induci ad quædam licitè, quæ aliàs sibi illicita erant, vt, q̃ aliqualiter humiliaret statum suum, vel, q̃ faceret aliqua opera seruilia, quæ aliàs facturus non erat, tantum tamen se humiliare super modum erat, nec propter aliquem timorem ad hæc cogi debuisset: sic ait Aristo. Ethico. lib 3. s. Ad quædam autem fortassis non est cogi, sed magis mori patientem durissima. Sic autem erat, ga nulla maior humiliatio esse poterat, quàm, q̃ aliqs descenderet à tota honestate sua, & perfectione: tota autem hominis perfectio est in ratione. Quod ergo aliquis simularet se esse penitus stultum, & deturparet se taliter, sicut se vilificauit Dauid, ignobile valde erat, nec pertinebat ad hominẽ generosi cordis: potius enim debuisset honestam, atque gloriosã mortem subire, quàm per extremam inhonestatẽ infælicem adipisci vitam. Respondendũ est ad hoc, q̃ Dauid non peccauit hic: nam si peccasset, hoc fuisset in altero duorum, s. vel, quia finxit id, quod non erat, vel quia humiliauit se ad tantam inhonestatẽ, vt vitam defenderet. Quantum ad primum dicendum, q̃ non peccauit Dauid fingendo se alium esse, quàm erat, quia, q̃ aliquis in verbis mentiatur, non licèt homini pro cõseruanda vita, siue iustè, siue iniustè pati deberet: q̃ tamen per aliquam exteriorem effigiem, sine verbis aliud fingat, quàm est, non est illicitum, si hoc fiat ad vtilitatem suam sine alterius præiudicio. Cum autem fit cum aliquali præiudicio aliorum, peccatum est, & vocatur hypocrisis, de qua Matth. cap. 7. Attendite à falsis Prophetis, q̃ veniunt ad vos in vestimentis ouium, &c. Quod autem non sit peccatum, quando fit sine aliorum præiudicio, patet: quia sæpe Deus hoc fieri iussit, vt patet sup. cap. 16. cum misit Samuelem ad vngendum Dauid, & iussit ei ferre vitulum, vt videretur, q̃ solum ibat ad immolandum: ipse tamen ibat ad vngendũ Dauid. Licitum est etiam hoc fieri ad nocendum alicui, qñ de iure illi nocere possumus: sic enim licèt hostibus simulare fugam, vel ponere insidias, vt hostes circũeant, non licèt tamen eis aliquid in verbo mentiri. Sic patet Iosue, cap. 8. vbi Deus iussit Israelitis, q̃ ponerent insidias vrbi Hai, & simularent se fugere. Sic etiam Deus iussit Gedeoni, q̃ iret cum 300. viris contra castra Madian, & quilibet ferret in manu tubam, & lagenam perforatam, cum lucerna latente, vt videretur esse infinitus exercitus super castra Madian, vt patet Iudi. cap. 7. Dauid autem nihil mentitus fuit hic, quia non loquebatur, sed solum finxit se non esse Dauid, & hoc ad saluandum vitam, & sine præiudicio alicuius: ergo non peccabat. Quantum ad secundum, quod magis videbatur, non peccauit Dauid, s. in hoc perfinxit se stultum, quia, qui agit secundum prudentiam, bene operatur: sed interdum fingere stultitiam, est prudentia, ergo non est peccatum. Primum patet, quia non potest esse virtus moralis sine prudentia 6. Ethico. & ipsa est regulatiua omnis operationis bonæ. Secundum patet, quia ait Cato: Stultitiam simulare loco prouidentia summa est. Nullus alius locus apertior esse potest ad fingendum stultitiam, quàm vbi mors certissima excusatur. Ergo non peccat, qui in tali casu fingit stultitiam. Non tamen debet aliquis ex isto dicto Catonis accipere incentiuum ad euitandum omnia pericula fingendo stultitiam, quia quædam sunt in quibus grauiter peccaretur, si quis fingeret se stultum, vt euitet pœnam. Velut si aliquis Christianus, præsertim si est prælatus traheretur ad pœnam, vt confiteretur quid sentiebat de Christo, & ipse fingeret se stultum, vt non cogeretur fidem negare, vel mori, grauissimè peccaret, quia tenebatur fidem publicè confiteri, & mori si oporteat pro ea. Est autem ista regula generalis, q̃ quandocunque tenetur aliquis agere quicquam, vel pati de necessitate salutis, si fingat stultitiam, vt non cogatur ab hominibus illud agere, vel pati, iniquitas est. Cum autem aliquis non tenetur subire, nec aliquid agere, & non potest euitare mortem, nisi fingat stultitiam, non peccat fingẽdo: velut si aliquis vellet occidere omnes diuites, vel sapientes, & aliquis inciperet insanire, ne putaretur diues, vel sapiens, non peccat. Et sic erat hic de Dauid, quia ipse non tenebatur sustinere mortem à rege Achis, cum non subesset aliqua causa. Quod ergo fingeret se insanum, non peccabat, vt vitam defenderet, & sic limitetur dictum Catonis. Si autem velis intelligere vniuersaliter, s. q̃ simulare stultitiam ad euitandum magna damna, & præcipuè mortem, sit magna prudentia, vel sapientia: semper debet dici, q̃ accipitur ibi prudentia, vel sapientia non propriè pro habito directiuo operationis, sine quo virtus moralis non est, quia non contingit aliquem esse prudentem, nisi sit epiekes, ideſt bonus, vt patet 6. & 7. Ethico. sed accipitur prudentia, vel astutia, quia quædam virtus intellectiua est, quæ vocatur demotica, secũdum quam homines sciunt se dirigere circa agibilia. Si autem ista ad bonum conuertatur, prudentia vocatur: si verò ad malum, vocatur astutia, vt ait Aristo 6. Ethic. cap. penult. Si autem accipiatur versus Catonis secundum distinctionem suprà datam, tenetur propriè prudentia, vel sapientia ibi prout est virtus. Cum autem arguebatur vlterius, q̃ ad quædam fortassis non est cogi, sed magis mori patientem durissima Eth. 3. & huiusmodi erat in fictione stultitiæ. Dicendum, q̃ ibi nõ dicit Philosophus, quòd per timorem non debeat homo cogi ad faciẽdum aliquid, quod aliàs licitè facturus non esset, sed, quòd hoc est specialiter in quibusdam, in quibus pp sui magnitudinem non debet homo cogi ad faciendum illa, propter quencunq; timorem: ista autem sunt, quæ important magnam præuaricationem: sicut, q̃ aliquis non debeat perdere animam suam, vel amicum, vel cognatos, & similia propter timorem, sed potius pati debet durissima moriendo. Secundum nos autem erit regula, quòd quandocunq; in aliquo actu committitur aliquod peccatum certum, non debet aliquis propter quencumque timorem induci ad faciendum talem actum, sed magis debet mori patiendo durissima. Quod tamen quis agat aliquid, quod non est peccatum mortale, sed vergit in humiliationem personę suę propter timorem, quanquam aliàs licitum non esset, timor tamẽ efficiet illud esse licitum, velut si aliquis vir magni status, & honoris, cui esset inhonestum facere opera ancillaria, vel indui veste fœminina, & facere aliqd, vt fœmina, cogatur ad faciendum hoc per magnũ timorem, s. mortis: erit excusabilis in eo ista humiliatio, vel deiectio status sui, quæ aliàs nimis esset reprehensibilis: sic autem erat in Dauid, quia, q̃ ipse mutaret vultum suũ, & faceret defluere saliuam per barbam secundum se non est peccatum mortale: est tamen magna deiectio, & inhonestas in viro honorabili, ideo non debet eam pati, etiam, vt aliquid lucraretur. Instante tamen timore magno, s. mortis, licitè facere potuit, ideſt, quanquam non esset actus laudabilis, erat tamen excusabilis: nam si ipse vellet excusare generositatem cordis, & honestatem status, potius debuisset mori, quàm talia pati, quia non videtur iam dignus honore inter viros, qui timore mortis ad talia se inclinauit: si tamen attendatur operatio, an sit peccatum, vel non licitè agere potuit: multa tamen sunt, quæ peccatum non inducunt, & peruertunt totam honestatem hominis, & statum: nullus ergo laudare debet Dauid pro hoc, quod egit: quia virilius egisset, si permitteret se mori coram Achis, non existente alio remedio, quanquam fingendo stultitiam liberaretur à morte. Cautius tamen egit sic euadendo, nec culpabilis est, potissimè cum videatur Deus eum ad hoc mouisse.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quare Dauid non inuocauit Dominum, vt liberaret eum à morte, & non fingeret se stultum.
Quæstio. XXVII.

QVAERETVR vlterius, quare Dauid non inuocauerit hic Dominum, vt liberaret eum à morte, & non fingeret se stultum, nã poterat multis alijs modis liberari. s. q̃ Deus excęcaret Achis, & seruos suos ad pręces Dauid, & fugeret ipse iter manus eorum: sic. n. factum est de Christo, quando stãs inter Iudęos, ñdicabat, & voluerunt eũ lapidare: ipse aũt abscondit se, & exiuit de tẽplo. s. fecit se inuisibilẽ inter eos, vel excæcauit eos, vt nõ viderẽt, vt patet Io. c. 8. sic etiã cum Galilæi de vrbe Nazareth voluerunt Christum præcipitare, ipse transiuit in medio eorum, & nemo illum tangebat. s. quia incussit illis timorem, vel fecit eos non videntes, vel se fecit inuisibilem, vt patet Luc cap. 4. Sic etiam aliquando Deus excęcauit alios in veteri testamento: nam Sodomitæ cum vellent circundare Angelos in domo Loth, vt abuterentur eis, Dominus percussit illos cęcitate, & tota nocte non inuenerunt ostium. Gen. 19 cap. similiter quoque cum Syri serui regis Benadab obsedissent vrbem, in qua erat Eliseus, vt inde eũ ducerent, exiuit ad eos Eliseus, percussit eos Deus cęcitate, & venerunt cum Eliseo vsque in Samariam: & posuit eos Eliseus in manu hostium suorum, & tũc Deus aperuit oculos ipsorum, & viderunt vbi erant: patet 4. Reg. cap. 6. Sic ergo potuisset Dauid fugere de manu regis Achis, & fuisset honestius, q̃, q̃ fingeret se insanum. Respondendum est, q̃ Dauid non orauit Dominum pro hoc, quia Deus non dedit ei confidentiam ad istud: ista. n. opera magna, quę proueniũt ex miraculo, nõ fiunt sine speciali motu Dei, scilicet, q̃ homines non mouentur ad orandũ Deũ pro illis, nisi Deus illos mouerit. Cuius ratio est: quia ista non possunt à Deo impetrari, nisi aliquis petat illa cõfidẽdo totaliter de bonitate Dei, q̃ illa faciat, & nihil omnino dubitando. Si quid autem dubitauerimus, etiam si instanter oremus, nihil obtinebimus. Sic patet Iac. cap. 1. s. postulet autem in fide nihil hęsitans: qui. n. hæsitat similis est fluctui maris, qui à vẽto mouetur, & circũfertur. Non ergo existimet homo ille, q̃ accipiat aliquid à Domino. Quòd tamen aliquis habeat firmissimã spem, q̃ Deus aliquid faciat ad orationem eius, esse non potest, nisi Deus hoc ei contulerit specialiter, cum ista sit virtus theologica, & actus eius speciales sunt per actualem infusionem: ideo homines non mouentur ad ista, nisi quando Deus illos mouet, & si aliàs moueantur ad petendum, cum hæsitatione petunt, & nihil obtinent. Est autem modus, q̃ quando Deus vult manifestare virtutẽ suam in aliqua operatione miraculosa, dat alicui in corde, q̃ oret, vt fiat tale miraculum, & tunc Deus agit. Si autem Deus non disponit illam rem per miraculum agere, sed aliàs, non mouet viros sanctos ad petendũ hoc, & tunc vel non venit eis in mẽtem, vt talia à Deo petant, vel si venit, sunt cum formidine, & petere non audent: sic autem fuit hic in Dauid: Deus. n. disposuerat eum liberare non per miraculum, sed aliàs, quia fortè magis cõferebat ad aliquid, quod Deus intẽdebat fieri sic, q̃ per miraculũ: ideo non posuit Dauid in mente, vt peteret ab eo liberari se per miraculũ, sed magis ipse eũ mouit ad faciẽdũ id, qđ egit: s. q̃ se insanũ indicaret, qđ aliqualiter apparet. s. quia immediatè post illã insaniã irruit in eũ spiritus propheticus, & fecit Psalmum de laude Dei pro illa liberatione: & est Psal. 33. s. Benedicã Dominum ĩ omni tempore, vt patet ex eius titulo, sicut supra dictum fuit. Si tamen Deus non approbasset, vel incitasset eum ad faciendum hoc, non dedisset ei spiritum propheticum ad laudandum eum super hoc, quia de male factis nostris Deus laudandus non est. Non igitur fecit aliud Dauid, quãquam multa alia laudabilius, & honestius fieri potuissent, quia Deus non mouit eum ad aliquid: sic. n. in Moyse factum est: nam semel cum totus populus videretur deliquisse, surrexit in illos ipse cum paucis, & occidit 22. millia: nullusq; de populo ausus est ei resistere. Exo. cap. 22. Iterum autem cum populus peccauit murmurando, non ausus est increpare illos, sed magis proiecit se in terram coram illis orando eos, vt patet Num cap. 14 hoc autem erat, quia in prima vice Deus dederat ei animositatem ad vlciscẽdum iniuriam Dei, & omnes de populo fecit timere. In secunda autem vice non dedit ei audaciam ad hoc: ideo quãquam Moyses videret illud scelus dignum esse durissima correctione, tamen non ausus est insurgere in populum, sed magis è contrario timuit mortem sibi ab eis inferendam, nec ex hoc aliquis vir sanctus minoris perfectionis iudicandus est aliquãdo, quàm aliàs: quia interdum Deus pro eo operatur miraculosè, & interdum non, quia ista nõ proueniunt ex nobis, sed quia Deus vult mouere nos aliter, & aliter quando sibi placet. *Et ait Achis ad seruos suos.* Hic increpat rex Achis seruos suos, quia dixerunt, q̃ erat ibi Dauid: ideo ipse voluerat, q̃ introduceret illum ad se: nunc autem vidit eum esse furiosum, increpauit eos nimis quasi mentiti essent, & q̃ non esset ille Dauid. *Vidistis hominem insanum, quare adduxistis eum ad me?* q. d. cum videretis, q̃ iste homo erat insanus, quare adducebatis eũ corã me, quia manifestũ erat istud nõ esse Dauid, cũ Dauid nõ sit insanus? in hoc autem apparet, q̃ Deus cooperabatur Dauid in hac stultitia, quam finxit: quia mouit regẽ Achis, & seruos eius ad credendum, q̃ non erat iste Dauid. Si autem non moti fuissent, quãquam appareret eũ nõ esse Dauid, cùm suspicati essent semel illum esse Dauid, inquisiuissent diligenter de eo, an ipse stultitiam fingeret, vel esset verè stultus: nihil tamen inuenerunt, quia Deus turbauerat cor eorum, vt non cognoscerent eum esse Dauid. *An desunt nobis furiosi?* Id est, nunquid introduxistis ad me istum stultũ quasi nullum haberemus in domo nostra? multi. n. sunt: ideo stultum fuit superinducere aliũ insanum. Ra. Sa. dicit, q̃ Achis fastidiebat videre insanos, eo quòd quotidie videbat illos, quia vxor sua, & filia erant insanæ. *Quid introduxistis istum, vt fureret me præsente?* i. ad quid adduxistis ad me istum insanum, vt coram me faceret insanias suas? Hoc dicebat, quia Dauid immediatè, vt ductus est ante regem incępit insanire. s. quia collabebatur, & impingebat in ostia, & defluebant saliuę eius per barbam. *Dimittite (inquit) illum.* i. ejicite à domo mea, vt iam non insaniat coram me, & non dicitur hic: dimittite i. finite eum abire, quia non intelligebat Achis, q̃ etiã si dimitteretur, abiret, quia putabat eum verè insanum: sed dixit, q̃ dimitteret, id est, abijceret, & sic fecerunt. Credendum est etiã, q̃ cum serui Achis ejiciebant Dauid de domo, ipse insaniebat sicut primo, ne crederetur, q̃ erat sensatus, & finxerat stultitiam. *Hic ne ingredietur domum meam?* id est, nunquid iste ingredietur in domũ meam. q. d. nolo, q̃ tales insani intrent in domum meam, quia iam fastidio illos. Hoc autem quanquam, Ra. Salomon intellexerit factum esse, quia Achis habebat vxorem, & filiam fatuas, quæ quotidie coram ipso insaniebant, & ob hoc abhorruerat insanos: tamen factum est à Deo ex gratia, qui tantum fastidium incussit regi Achis, vt nimis molestè ferret videre eos, qualiter faceret inquisitionẽ de statu illius, nec pateret eã fieri ab alijs, sed immediatè iuberet eum ejici.

CAPITVLVM. XXII.

ABIIT ergo Dauid inde, & fugit in spelunca Odollã. Quod cum audissent fratres eius, & omnis domus Patris eius, descenderunt ad eum illùc. Et conuenerunt ad eum omnes, qui erant in angustia cõstituti, & oppressi ære alieno, & amaro animo, & factus est eorũ princeps.

IN superioribus descriptum est ab Achimelech Dauid collatum beneficium: hic autẽ subiungitur ex illo consecutum sacerdotum exterminium. Et diuiditur in quatuor partes. Primò Achimelech accusatur, secundò coram rege vocatur, tertiò cum sacerdotibus de familia sua iniustè condẽnatur, quarto istud factum Dauid nunciatur. Secunda ibi. *Misit ergo.* Tertia ibi. *Dixitque rex.* Quarta ibi. *Euadens autem.* Prima in duas, quia primò ponitur accusationis occasio: secundò ipsa accusatio ibi. *Respondens autem.*

Quod ordo est consequens ad præcedentia.
Quæstio. I.

QVAERETVR circa primum, an sit hic ordo consequens ad præcedẽtia, vel sit aliqua mutatio, & an immediate ea, quæ habẽtur hic facta fuerint post præcedentia. Respondendum, q̃ hic est ordo consequens: nam supra actum est de fuga Dauid ad regem Achis: hic autem agitur de loco, ad quem fugerit Dauid post Achis, & agebatur supra de bono, quod egit Achimelech Dauid: hic autem ponit malum, quod passus est Achimelech pro hoc: ideo necesse est, q̃ postea fuerit. An verò istud fuerit immediatè post pręcedentia, vel non. Dicendum, q̃ aliqua istorum facta sunt immediatè: sicut id, quod ponitur hic in principio. s. de fuga Dauid in speluncam Odollam: nam immediatè, vt dimissus fuit à rege Achis, fugit in speluncam illam. Id verò, quod dicit de occisione sacerdotum, nõ fuit factum immediatè, sed post aliquod tempus, vt patet ex processu litęræ. s. quia primò fugit Dauid in spelũcam Odollam in terram Israel: deinde cõgregata multitudine, fugit in terram Moab, & manſit ibi aliquanto tempore. Iterum autem fugit in terram Israel in saltũ Hareth, & dum ibi esset, accidit sacerdotũ exterminiũ, vt patet infra: Dicit autem Nicolaus, q̃ sacerdotum exterminium habuit occasionẽ ex eo, q̃ Dauid congregauerat ad se multos fugitiuos. s. quadringentos viros, vt patet infra, q̃ quod timebat Saul augeri potestatem Dauid cõtra ipsum, ideo conquestus est de famulis pprijs, q̃ nemo indicabat ei Dauid, sed omnes videbantur coniurasse cum eo, vt patet infr. tũc autem Doeg locutus est, & accusauit Achimelech. *Abijt ergo inde Dauid.* i. recessit de vrbe Geth. Cũ enim fuisset in periculo coram rege Achis, noluit amplius ibi manere, quia iam non poterat ibi manere secutè, sed iuit ad alium locum, vbi saluaretur. *Et fugit in speluncam Odollam.* s. ad latendum ibi. ista spelũca erat in terra Israel in sortè Iudæ: & est vna de quatuor de cim, quæ computãtur in campestribus, vt patet Iosuę. cap. 15. Terra autem illa est syluestris, & mõtuosa, & est ibi spelunca magna circa vrbem illam. Fugit ergo Dauid, vt lateret in illa spelunca.

Quare Dauid de Geth fugit in terram Israel, & non in aliam partem Philisthinorum, vel alia regna vicina.
Quæstio. II.

QVAERET aliquis, quare Dauid fugit nunc in terram Israel, & quare non fugit in aliam partem terræ Philisthinorum, vel in alia regna vicina. Videtur enim, q̃ non debuisset fugere in terram Israel, quia ipse timebat Saulem, qui diligenter inquirebat eum, & propter ipsum recesserat Dauid in terram Philisthinorum: nunc ergo non debuisset redire in terram Israel, quia videbatur rursus se exponere periculo: poterat autem fugere in aliã partem tertæ Philisthinorum, vel poterat fugere in terram Moab, sicut postea fugit. Respondẽdum est, q̃ Dauid non debuit fugere in terram Philisthinorum: nam ipse fuit in periculo corã rege Achis cum cognitus est. Si autẽ iret ad aliam partem terræ Philisthinorum, accideret sibi idem. s. q̃ cognosceretur, & teneretur. Nec valet si dicas, q̃ poterat fugere in aliquam partem terræ Philisthinorum, in qua non cognosceretur, quia non erat aliqua pars terrę Philisthinorum, in qua Dauid faciliter cognosci non posset. tota. n. terra Philisthinorum quãtum ad omnes Angulos suos, erat satis coniuncta terræ Israel, quia illa est porrecta in longum per latus meridianũ terræ Israel. s. ab oriente in occidentem, & non est lata versus meridiem. Dauid ergo inquietauerat omnes partes Philisthinorum, & de omnibus illis venerant multi viri sæpè ad bellum contra ipsum, & cognouerant eum, sicut cognoscebant serui regis Achis, ideo non erat sibi securum ire ad aliquam partem terræ Philisthinorum: ire quoque in terram Moab, vel in alia regna vicina, non putauit esse securũ, nec conueniens, quousque haberet secum aliquos de cognatis suis adiutores secum: nam solus, & inermis inter alienigenas faciliter à quolibet lædi poterat: venit autem in terram Iuda in speluncam Odollã propter duo. Primò, quia ibi securius esse poterat, quàm in terra Philisthinorum: est enim spelũca Odolla in sortè Iudę: & est coniũcta terrę Philisthinorũ: vnde faciliter venit Dauid de vrbe Geth in spelũcã illã, nec hoc cognouit Saul, quia cũ esset spelunca illa in extremitate regni, nõ erat trãsiturus aliquas partes regni ad veniendũ in illã, & sic rari, vel nulli possent videre Dauid, qui annũciarẽt Sauli de eo. & ex hoc fuit, q̃ eo tẽpore, quo ibi fuit Dauid, & cõgregauit ad se cognatos suos, nunquam de eo quicquã nouit Saul: nec etiam quando postea fuit in terra Moab: nam ex eo tempore, quo latuit in agro, & dimisit eũ Ionathas, nunquam cognouit quicquã Saul de Dauid quousque venit in saltum Hareth: illud autem fuit postquam redijt de terra Moab, vt patet infra in litera: nam ibi dicitur: & profectus Dauid venit in saltũ Hareth, & audiuit Saul, q̃ apparuisset Dauid, & viri, qui erant cum eo. Si autem iuissẽt ad aliam partem terræ Israel, facilius cognitus fuisset: si tamẽ euenisset, q̃ Saul cognosceret Dauid esse in spelunca illa, faciliter inde fugere poterat in terram Philisthinorum, quia nimis coniuncta est, ideo securius ibi erat pro tunc quàm alibi. Secundò ipse venit in locum illum, quia non intendebat manere in terra Israel, sed ire ad alia regna, vt saluaretur in eis, quia tamen non putabat esse securum, q̃ solus iret, voluit habere secũ aliquos de cognatis suis, venit ergo in terram Iuda, vbi posset loqui illis, non ausus est tamen venire in vrbem suã Bethlehem, vbi erat tota cogna-

Cur venit Dauid in speluncã Odollam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cognatio ſua,quia ibi faciliter capere potuiſſet eum Saul, ſed manſit in extremitate regni in locis montuoſis,vbi latere poſſet: & ſi opus foret,citò tranſire poſſet in terram Philiſthinorum. Ex eo autem loco miſit ad dicendū cognatis ſuis, vbi erat: & tunc conuenerunt ad eum omnes,& quidam alij, qui nō erāt de cognatione ſua. *Quod cum audiſſent fratres eius.* ſ. q̄ erat Dauid in ſpelunca Odollam. Nō eſt credendū, q̄ hoc audierint per famam, quia tunc multi eſſent in terra Iſrael,qui hoc ſcirent,vel audiuiſſent,& peruenirent ad aures Saulis, qui illicò faceret eum inquiri, ſed nihil huiuſmodi factum eſt:ergo non erat fama de Dauid, q̄ eſſet in ſpelunca Odollam,præſertim cum Dauid de nullo homine confideret. Nec eſt veriſimile,q̄ ſe manifeſtaret aliquibus in terra Ila,niſi cognatis ſuis. Ideo dicendum, q̄ Dauid ferebat ſecum aliquos pueros, vt declaratum fuit præcedenti cap.& aliquem de eis miſit in Bethlehem,vt ſecretè nunciaret cognatis ſuis de eo,& illi conuenerunt immediatè ad ipſum. Dicitur autem de fratribus eius principaliter, quanquam etiam iſtud auditum eſt à patre,& matre Dauid, & ambo deſcenderunt ad Dauid,poſtea quoque iuerūt cum eo in terram Moab,vt patet infra.ſ.dixit Dauid ad regē Moab:maneat,oro,pater meus,& mater mea vobiſcū. Quia tamen iſti erant ſenes, & magis erant ad ſarcinam Dauid, quàm ad reuelationem,vel adiutoriū, fit mentio de fratribus,qui erant viri bellicoſi,& venerunt omnes in adiutorium Dauid: erant autem ſeptem fratres Dauid, & ipſe octauus erat, vt patet ſupra cap.16.& 17.omnes autem iſti erant viri robuſti,& ad bellū apti. *Et omnis domus patris eius.*i.omnes, qui pertinebant ad familiam patris Dauid: erant.n. alij viri bellicoſi de domo patris eius pręter fratres ſui.ſ.filij duarum ſororum ſuarum:habuit enim Dauid duas ſorores.ſ.Abigail,& Saruiā: filij ſaruię fuerunt tres viri fortiſſimi.ſ.Abiſai,Ioab,& Aſael:filius Abigail fuit vnus vir fortis.ſ.Amaſa, vt patet.1.Paralip.c.2. Iſti etiam iuerunt ad Dauid; nam de vno iſtorum.ſ.de Abiſai patet infra 26.cap.Nam deſcendit cum Dauid ad caſtra Saulis,dormiente Saule:alij etiam de familia computantur hic in domo patris Dauid.ſ.famuli ſui,& alij de cognatione in gradibus propinquis. *Deſcenderunt ad eum illūc.* i. deſcenderunt ad ſpeluncam Odollam,in qua latebat Dauid.

Quare cognati Dauid deſcenderunt ad ipſum, & ſteterunt, cum ipſo cum ex hoc incurrerent multa damna.
Quæſtio. III.

QVAERET aliquis,quare cognati Dauid deſcenderunt ad ipſum,& ſteterūt poſtea ſemper cum eo:nam ex hoc incurrebāt multa damna. Primum erat, q̄ perderent omnia,quæ habebant in terra ſua: cùm.n. ſciret Saul eos congregatos fuiſſe hoſti ſuo,& coniuraſſe contra eum,confiſcaſſet illico bona illorum. Secundum erat, q̄ nūquam liceret eis redire in terram ſuam,vel ad aliquā partem regni Iſrael, quia Saul denunciaret eos tanquam hoſtes ſuos,& banniret illos,iuberet etiam, q̄ vbicunque caperentur,occiderentur. Tertium erat, q̄ ex hoc efficiebantur publici hoſtes Sauli,ideo ſiue in regno Iſrael, ſiue extra,vbicunque illi eſſent,Saul inquireret eos ad mortem. Reſpondendum eſt, q̄ cognati Dauid deſcenderunt ad eum in ſpeluncam Odollam non ſolum animo videndi ipſum,ſed manendi cum eo ſemper,& pugnandi contra quemcūque hoſtem Dauid:Ideo credendum eſt,q̄ quicquid habuerunt,quod ſecum ferrè poſſent,tulerunt non ſperantes redire quouſque Saul moreretur, vel Dauid rediret in ſtatum priſtinum. Deſcenderunt illūc propter duo. Primum fuit propter ſeipſos: nō enim putabant ſecurum eſſe ſibi manere in terra Iſrael,qa Saul habebat nimis exoſum Dauid, ideo putabant, q̄ propter illum haberet ſuſpectos omnes de genere ſuo,& exoſos,perſequereturque illos vſq; ad mortem. Nam ſi ipſe contra filium ſuum Ionatham propter Dauid iratus eſt, vt conaretur eum lancea percutere,ſupra, cap.20. quantomagis hoc faceret contra cognatos Dauid,propter odium illius? Et fortè Saul occiſurus erat omnes cognatos Dauid propter eum, ſi manerēt in terra ſua: nam ipſe ſuſpicaretur, q̄ omnes cognati ſui fauebant ei,ſaltem occultè. Si ergo propter paruum fauorem,& beneficiū, quod Achimelech contulit Dauid,tā durè iratus eſt Saul, vt occideret ipſum Achimelech,& omnes, qui erāt in vrbe Nobe vſque ad boues,& aſinos,& omnia pecora: quantomagis hoc faceret in cognatis Dauid, de quibus ſatis veriſimile erat, q̄ iuxta vires fauerēt ei,data opportunitate: ideo,vt ſaluarēt animas ſuas, deſcenderunt ad eum. Nec ſolum aliquis putet, q̄ deſcenderunt,vt fauerent Dauid, quia pater,& mater eius veteres erant,& non poterant fauere illi,ſed magis eum impedirent eſſe expeditum in bellis, deſcenderunt tamen ad eum: ergo deſcendebant, vt ſaluarent animas ſuas: ne,ſi manerent in Bethlehē, occiderētur à Saule. Secundum fuit propter ipſum Dauid: nam videbatur nimis inhumanum, q̄ omnes cognati ſui deſererent eum iniuſta patientem, cùm ipſe eſſet vir dignus iuuari ab extraneis,quāto magis à cognatis. Voluerunt ergo exponere ſe pro illo ad periculum, vt vel omnes periclitarentur,vel omnibus communis eſſet proſperitas: & non ſolus ille iniuſta pateretur damna, negantibus ipſis debitū naturæ. Tertiū eſſe poteſt, q̄ cognati Dauid cognoſcebant eum vnctum eſſe in regem à Domino, & p hoc credebant, q̄ quanquam nunc pateretur angu-ſtiam,aliquando venturus erat ad regnum, & ſi nūc ipſi nō adiuuarent eum in anguſtia, cùm efficeretur rex iuſtè perſequeretur eos, nec cuiquam eorum benefaceret: exiſtimauerunt ergo conueniens eſſe, q̄ deſcenderent ad eum,exponentes ſe omnibus periculis cum illo. *Et conuenerunt ad eum omnes, qui erant in anguſtia conſtituti.* Ideſt,non ſolum cognati Dauid venerunt ad illum, ſed etiam omnes alij, qui audiuerunt hoc,& erant in anguſtia.ſ.ſuſtinebant aduerſitatem ab aliquibus potentibus, qui opprimebant eos. *Et oppreſſi ære alieno.*i. venerūt etiam ad ipſum illi, qui erant grauati debitis. Vocatur enim æs alienum id, ad quod quis tenetur alteri: maximè cum debitum contractum eſt ex mutuo commodato, vel locato. *Amaro animo,*i. omnes, qui habebant amaritudinem aliquam,ſiue propter paupertatem, ſiue debita, vel præmebantur à potentibus, vel habebant hoſtes, & ſimilia,quæ faciunt homini amaritudinem, conuenerunt ad Dauid. Credendum eſt enim, q̄ quando illi, qui erant de cognatione Dauid;audierūt Dauid eſſe in ſpelunca Odollam voluerunt congregare ad ipſum magnam turbam virorū bellatorum, vt poſſet ſe defendere à quocunq; querente animam eius: ideo cum iſti de cognatione ſua eſſent pauci,ſignificauerunt hoc alijs viris,quos viderunt promptos ad mutandum ſtatum propter amaritudinem vitæ, q̄ ſuſtinent,qui illicò conſenſerunt, & conuenerunt ad Dauid. Iſti.n. homines deſiderant mutationem Dominiorum, & proſperitatum.ſ. quia ipſi nō poſſunt eſſe in peiori diſpoſitione,quàm ſunt. Turbatis aūt rebus fortè conſequi potuerunt aliquid inde: ideo deſiderant mutationes dominiorum:& ſic communiter qui omnino pauperes ſunt,deſiderant bella.

Diui-

Diuites autem horrent illa. Iſti autem, qui erant in anguſtia conſtituti,videbāt inſurgere Dauid contra Saulem,in quo ipſi poterant proſperari ſi fortè prēualeret Dauid: ſi autem ſuccumberet, non poterat illis peius euenire,quàm prius patiebantur:ideo viri iſti ſunt promptiſſimi ad ſeditiones,præſertim, quia illi,qui præmebantur à Dominis,vel grauati erāt de bitis,non poterant manere in terram: ideo cum viderunt aliquem,cui ad hęrerent,& ſub cuius vmbra viuerent,gratum duxerunt,quia iam nemo eos prēmeret, nec cogerentur ad ſoluenda debita. *Et factus eſt eorum princeps.* Ideſt,ſuſcepit oēs iſtos in principatu ſuo ſpondens illis, q̄ defenderet eos quantū poſſet.

An Dauid peccauerit congreguado ad ſe viros inopes, & oppreſſos debitis. *Quæſt. IIII.*

QVAERET aliquis, an Dauid peccauerit recipiendo iſtos viros in ducatu ſuo Aliquis dicet, q̄ ſic, quia ipſe dabat occaſionem eis faciendi mala ergo peccabat. Patet hoc,quia conuenerant ad eum viri oppreſſi ære alieno, & hoc,vt non cogerenē ſoluere debita, ſed defendere aliquē, ne ſoluat debitū, iniuſtum eſt: ergo peccabat ſuſcipiendo in defenſione ſua eos,qui ad hoc ſolum confugiebant. Item iſti q̄ in anguſtia erant,& amaro animo, veniebāt ad Dauid,vt cum eo prædas agerent,& ſic ditarentur, vel ſaltem poſſent viuere: ſuſcipere tamen aliquos ad hoc,peccatum eſt,cùm exercere huiuſmodi malum ſit. Item ſimile fecit Abimelech filius Gedeonis, qui conduxit viros inopes, & vagos,& ſecuti ſunt eum. Iudi.cap.9. Iſte tamen vituperatur,ergo Dauid vituperabilis erit, q̄ congregauit ad ſe exiſtentes in anguſtia,& oppreſſos debitis,qui ad malum ſemper currunt. Reſpondendum eſt,q̄ Dauid nō peccauit hic, quia nunquam peccauit mortaliter, niſi occidendo Vriam,& cognoſcendo vxorem eius,infra,3.li.c.15. ergo in hoc non peccauit. Pro quo ſciendum, q̄ Dauid habuit iuſtam cauſam aggregandi ad ſe multos pugnatores. Prima fuit ad defenſionem ſuam: timebat enim Dauid Saulem, qui perſequebatur eum ad mortem, & ideo, ſi Dauid eſſet ſolus in terra Iſrael, poterat faciliter capi à quocunque, & tradi Sauli. Nunc autem cum haberet quadringentos viros pugnatores,nemo poſſet cum tenere,niſi veniret contra eum magnus exercitus. Cum autem hoc fieret, poſſet Dauid præcognoſcere, & deuitare periculū, ſi autem ſolus fuiſſet, cum multoties aliqui de Iſraelitis nunciauerint Sauli, vbi eſſet Dauid, non veniſſent ad nunciandū Sauli,ſed ipſi per ſe tres, vel quatuor viri caperent eum, quia tamen Dauid habebat ſecum multos viros,nullus audebat inſurgere in eū, ſed veniebant ad nunciandum Sauli:& ipſe tūc ibat cum tribus millibus viris ad capiendum eum, vt patet ſequēti c. & iterum infra, cap.24.& 26.cum autē Saul ferret ſecum tantum exercitum, non poterat capi,& tunc ſaluabatur Dauid fugiens. Si etiā Dauid intraſſet aliquādo in aliquam vrbem, etiam ſi illi,qui erant in vrbe,vellent inſurgere in eum,nō audebant, quia habebat ſecum multos viros bellatores: erat etiam ſibi neceſſarium hoc,quando eſſet fugitiuus in alijs regnis,ſicut quando fuit in terra Moab,vt ſi aliquis de illis regibus,apud quos eſſet, vellet eum tradere in manus Saulis,non poſſet: quia deſenderet eum viri ſui, aliàs autem quilibet poſſet de eo facere quid vellet. Item Dauid voluit accipere ſecū iſtos viros,vt ſic haberet modum ſuſtentationis: nā cū Dauid profugus eſſet, ſi eſſet ſolus, vel ſolū duo, aut tres cum eo,vel pauci,non haberet vnde viueret, nec eſſet ei aliquis modus conueniens,ad acquirēdū.

Nunc autem congregatis multis viris,poterat facere bella,& de ſpolijs vitam acquireret: ſic.n.faciebat cum erat in terra Philiſthinorum: nam ibat ad pugnandum contra Amalechitas,& alias gentes:& inde ſufficienter viuebat,& dabat munera regi Achis, in cuius terra erat,vt patet infra,cap.27. Licitum ergo ſibi erat congregare multitudinem bellatorum, & quia de cognatis ſuis non poterat tantam multitudinem colligere,voluit de quibuſcunque: Et quia nullos facilius habere poterat, quàm oppreſſos ære alieno,& amaros animo,cum illi ad mutandum ſtatum faciles ſint,voluit etiam habere de illis. Ad rationes in contrarium reſpondetur. Ad primam cū dicitur, q̄ dabat occaſionem iſtis faciendi malum, ne ſoluerent debita. Rūdit Nicolaus, q̄ cū Dauid eēt vnctus in regē poterat ſolutionē debitorū, plōgare, & in aliquib. caſib. poterat relaxare, iō nō peccabat recipiendo: Sed hoc non ſtat: nam dato, q̄ Dauid eēt rex, qui actualiter haberet iuriſdictionem ſuper totum Iſrael,ſicut habebat Saul, non potuiſſet hoc facere:nam rex, eo q̄ eſt legislator, & Dominus politiæ,poteſt diſpenſare in iure in quantum vertitur in prætudicium ipſius iuris.ſ. q̄ lex in ſeipſa non penitus obſeruetur,quia qui poteſt eam totaliter abrogare,poteſt diſpenſare in ea contra ius partis,tamē rex non poteſt diſpenſare,nec aliquis Dominus, ſiue tēporalis,ſiue ſpiritualis:quia ſicut nulli Domino licēt tollere mihi id,quod actualiter poſſideo,ſi in me nulla omnino cauſa præceſſerit:ita non poteſt id, quod mihi debetur,me inuito,debitori remittere, qa hoc eſſet,ac ſi mihi violenter tolleret. Nam ſicut id, qđ actualiter poſſideo,vocatur æs meum, ita id, quod mihi debetur,eſt æs meum:& ob hoc ille,qui eſt obligatus debitis, dicitur habere æs alienum: & ſic erat de viris venientibus ad Dauid,qui dicuntur oppreſſi ære alieno. Hoc autem dato etiam non poterit rex, me inuito, progare terminū ſolutionis debiti, quia ſicut relaxando debitum,mihi tolleret ius meum,& hoc non poteſt,ita prorogando terminum, tolleret ius meum:ergo etiam hoc nō poterit. Dauid igitur non poterat propria auctoritate oppreſſis ære alieno ad eum confugientibus ſolutionis terminum prorogare,nec prorogauit. Sed dicendum eſt, q̄ Dauid non peccabat recipiendo iſtos: primò, quia recipiebat eos neceſſitate compulſus.ſ. q̄ ſine eis non poterat viuere ſecurè, vt ſupra declaratum eſt: ſed multa propter neceſſitatem efficiuntur licita, quæ aliàs eſſent illicita;vt patet præcedenti cap. de panibus propoſitionis,quos comedit Dauid:ergo ſic eſſet hic, qa dato, q̄ aliàs eſſet illicitum recipere ſub protectione ſua oppreſſos ære alieno,tū licitum erat propter neceſſitatem. Secundò reſponderi poteſt, q̄ Dauid non peccabat ſuſcipiendo iſtos, quia ipſe non ſuſcipiebat eos ad hoc, q̄ defenderet à creditoribus, ſed recipiebat,quia illi erant viri inopes, & non poterāt viuere in terra ſua propter magnitudinem debitorum,& moleſtiam,quam patiebātur à creditoribus: ideo veniebant ad Dauid, vt cum eo poſſent qualitercunque viuere. Tertiò reſpōderi poſſet,q̄ Dauid non erat defenſurus iſtos à creditoribus,faciendo, q̄ non ſoluerent,quia iſti iam nihil poſſidebant, ſed timebant,q̄ creditores facerent eos teneri in vinculis propter debita,& ob hoc fugiebant ad Dauid: ſi tamen aliquis de creditoribus veniſſet ad Dauid iudicialiter acturus cum aliquo de illis debitoribus, Dauid egiſſet ei ius de eo quantum fieri poſſet.ſ. ſi eſſet vnde ſolueretur:alioquin inanis eſſet actio,quā inopia debitoris excluderet: non ergo peccabat Dauid, quia non dabat occaſionem oppreſſis ære alieno ad non ſoluendum. Ad ſecundum dicitur, q̄ veniebāt

ad

Reſpon. Lyrani ad primā rationem refellitur.

Aliarſiſio.

Multa illicita ob neceſſitatem licita fiūt.

Ad ſecām.

ad Dauid viri constituti in angustia, vt cum eo præ- F
das agerent. Respondendum est, ꝙ viri constituti in
angustia, & amaro animo dicuntur illi, qui præmun
tur tyrannide: vel qui in paupertate magna sunt, vel
habent aliquas angustias, propter quas molesta illis
vita est. Licebat autem Dauid recipere hos ad se. De
primis patet, quia non solum nō est illicitum defen-
dere eos, qui iniustè prẽmuntur, immo etiam est ne-
cessarium, iuxta illud Salomonis: erue eos, qui ducũ-
tur ad mortem, & eos, qui ducuntur ad incertũ, libe
rare non cesses, & habetur extra de homicidio, cap.
sicut dignum: immo si aliquis videat aliquem pati
iniustè manifestè, & eum nō liberat, si potest, reuseft,
& tenetur aliqualiter sicut ille, qui agit: sic dicit præ- G
alleg. cap. sicut dignum, ꝙ qui potuerunt liberare ali
quem à morte, quem videbant iniustè pati, & non li
berauerunt, tenentur de homicidio, cùm dicitur ibi-
dem: non caret scrupulo societatis occultæ, qui ma-
nifesto facinori desinit obuiare. Dauid ergo liberan-
do angustiatos ab iniusta tyrannide merebatur. Su-
scipiebat etiã Dauid viros pauperes, quibus vita exo
sa erat: non quidem, vt cum eis iniustas prædas age-
ret, sed vt cum eis consequeretur vitę defensionem,
& adeptionem necessariorũ, vt supra dictum est. Idẽ
autem est de omnibus alijs amaris animo quacunq;
molestia: quia benefaciebat Dauid liberãdo illos ab
angustia quantum poterat. Cùm verò dicitur, quòd
Dauid agebat prædas cum eis, concedendum est: sed H
istæ prædæ erant iustæ, in quibus Dauid nihil pecca-
bat: nam quando bellum iustum est, præda quoque
iusta est vsque ad satisfactionem iniuriarum, vel re-
sartionem debitorum: potissimè, quia Dauid agebat
prædas, & bella cum talibus gentibus, cum quib. nnl
la præda erat Iudeis illicita, eo ꝙ erant hostes popu-
li Dei: nam nũquam pugnauit contra aliquos Israe-
litas, nec fecit prędam in terram eorum, quanquam
ipse diceret hoc facere regi Achis, vt patet infra cap.
26. sed pugnabat contra Amalechitas, & alias gen-
tes, cum quibus pugna, & præda erat iusta, vt ibi vi-
debitur. Ad tertiam rationem, cùm dicitur, ꝙ accę- I
pit Dauid secũ viros pauperes, & vagos, & hoc erat
vituperabile, sicut fuit in Abimelech. Dicendum, ꝙ
accipere istos viros absolutè non erat peccatum, sed
ex fine, ad quem accipienbant, poterat indicari pec-
catum, vel non. Abimelech autem peccauit, quia
conduxit viros inopes, & vagos ad occidendum fra-
tres suos, & exercendum tyrannidem: occidit enim,
70. fratres suos super lapidem vnum, & agebat præ-
das, & tyrannidem in terra Israel, vt patet Iudi. c. 9.
Dauid autem non congregauit viros istos ad agen-
dum aliquid illicitum, sed ad defensionem vitæ, &
procurationem necessariorum, vt dictum est, ideo
non peccabat. *Fuerunt que cum eo quasi quadringenti viri.*
id est, de cognatione sua, & de extraneis oppressis ere
alieno, & amaris animo venerunt ad Dauid in spe-
luncam Odollam viri quasi quadringenti. K

Dauid congregauit primo. 400. Viros, deinde. 200. nec plures voluit. Quæst. V.

QVAERET aliquis, quomodo dicitur hic, ꝙ
erant quadringenti, quia infra cap. 23. dicitur
ꝙ egressi sunt cum Dauid de Ceila sexcenti viri, &
infra, cap. 25. cum iret Dauid ad disperdendum do-
mum Nabal Carmeli, dicitur, ꝙ ibant cum eo qua-
dringenti viri, & manebant ad sarcinas ducenti, in-
fra etiam, cap. 27. & 29. dicitur, ꝙ habebat Dauid sex
centos viros. Respondendum, ꝙ Dauid voluit cõ-
gregare ad se magnam multitudinem virorum bel-
latorum, vt cum eis posset se defendere, & procura-
re necessaria ad vitam. A principio autem non po-
tuit habere, nisi quasi quadringentos, qui conuene-
runt ad eum illicò ad speluncã Odollam. Deinde
autem post modicum tempus conuenerunt ad eum
multi, quia quotidie conueniebant viri pauperes, cũ
viderẽt nouam mutationem fieri in rebus, & in bre
ui habuit sexcentos viros. Vnde quando venit ad vr
bẽ Ceila sequenti cap. habebat sexcẽtos viros: nam
dicit ibi: surrexit ergo Dauid, & viri eius quasi sexcẽ
ti egressi de Ceila. Postea autem quanquam fuerit
Dauid in multis persecutionibus in terra Israel, &
descendit postea in terra Philisthinorum, nunquam
legitur habuisse nisi sexcentos viros. Nam die, qua
pugnauit contra Amalechitas, qui successerunt Si-
celeg in die, qua mortuus est Saul in bello, solum ha-
bebat sexcentos viros, vt patet infra, cap. 30. & post
hoc immediatè fuit factus rex super Iudam. Non
habuit autem Dauid plures viros vltra sexcentos,
quia fortè non conuenerunt ad eum postea aliqui.
Vel, vt magis credendum est, quia ipse postea nullos
suscipere voluit cum sexcenti sufficerẽt sibi tam ad
corporis tutelam, q̃ ad necessariorum procuratio-
nem. Plures autem suscipere erat superuacua sarci-
na, & amplior solicitudo ciborum. *Et profectus est Da-
uid inde in Masphat.* Idest, de spelunca Odollam recef
sit ad vrbem Maspha. Ista enim erat vrbs quædam
in terra Moab, in qua tunc erat rex: venit ad eam, vt
ibi loqueretur regi Moab, & relinqueret apud eum
patrem suum, & matrem, sicut postea fecit, vt patet,
immediatè. *Quæ est Moab.* Idest, ista vrbs Maspha est
in terra Moab. Istud ponitur ad differentiam: nam
in terra Israel in parte duarum tribuum, & dimidiæ
erat quædam ciuitas nomine Maspha, ad quam ve-
niebat singulis annis Samuel, vt ibi iudicaret Israe-
lem, & erat ibi domus orationis: nam aliquando fa-
ciebat ibi sacrificia Samuel, & apud illam pugnauit
cum Philisthinis, vt patet supra, c. 7. Ista autem Ma-
spha, de qua hic, erat in terra Moab: & ibi manebat
pro tunc ex Moab, ad quẽ venit Dauid, vt patet hic.

Quare congregatis viris Dauid iuit in terra Moab. Quæstio. VI.

QVAERET aliquis, quare recessit Dauid de ter
ra Israel, & quare iuit in terram Moab, vel
quare non redijt in terram Philisthinorum. Videtur
enim, ꝙ manere debuisset in terra Israel: ipse enim
de terra Philisthinorum confugerat ad terram Isra-
el, quasi securius ibi mãsurus, ergo non debuisset in-
de recedere. Respondendum, ꝙ Dauid non vene-
rat in terram Israel, quasi mansurus ibi, quia nõ po-
terat ibi securè manere cum esset hostis accerrimus
eius Saul, sed solum venit, vt ex loco ipso posset co-
gnatis suis loqui, & congregare ad se multitudinem
de vicinis. Cum ergo iam congregauisset quadringẽ
tos viros, non debebat ibi vlterius expectare: quia iã
non poterat ibi securè manere: nam à principio cũ
solus erat, potuisset occultari: cum tamen habebat
quadringentos viros, non poterat latere, quia illi vi
ri debebant per aliqua loca cibos quærere: si autem
manifestus esset in terra Israel Saul persequeretur
eum cum multitudine armatorum, cui Dauid resi-
stere non posset cum viris suis: ideo necesse erat, ꝙ
fugeret de terra. Non debuit autem ire in terrã Phi-
listhijm, quia nunc proximo venerat de terra illa: &
fuit in graui periculo coram rege Achis, ideo non se
debebat exponere iterum periculo redeundo in il-
lum, præsertim quia non poterat nunc esse incogni-
tus

tus sicut prius, & quia prius apparuerat solus in vrbe A
Geth, nunc autem ferebat quadringentos viros, &
dato, ꝙ simularet insaniam, cognosceretur esse Da-
uid, quia vir insanus, & inutilis non poterat secum
ferre tantam multitudinem bellatorum. Sed dicet
aliquis, ꝙ poterat securè descendere in terram Phili
sthinorum quanquam cognosceretur, quia postea
descendit cum sexcentis viris, & mansit in terra re-
gis Achis, infra, cap. 27. Respondendum, quia diuer-
sitas est, quia tunc Philisthini susceperunt Dauid sciẽ
tes necessitate compulsus ad eos confugeret. s. quia
persequeretur eum acriter Saul: ideo non suspican-
tes aliquid de eo, dederunt illi locum: nunc autẽ nõ
erat sic, quia si vellet descendere Dauid cum tanta
virorum multitudine in terram Philisthinorum, pu B
tarent, ꝙ lateret aliqua fraus: & hoc, quia nondum
sciebant, quomodo Saul persequeretur Dauid: nam
nondum persecutus fuerat apertè, sicut postea egit:
ideo non erat securum Dauid descendere in terram
Philisthinorum: poterat autem ire in terram Moab,
quia Moabitæ non erant tunc hostes Israel, ideo in-
ter eos manere poterat securè. Sed dicet aliquis, ꝙ
frustra descendit Dauid in terram Moab: nam non
poterat ibi manere securè: cum propheta Gad dixe-
rit ei, ꝙ recederet inde in Iudam, vt patet infra, in li-
tera. Respondendum est, ꝙ rebus turbatis existenti-
bus, non potest semper dari cõsilium, quod nullum
inconueniens patiatur: satis autem est pro bene cõ- C
sulente, ꝙ totaliter consulat, ꝙ pauciora inconue-
nientia sic sequantur, quàm aliàs, potissimè cum va-
riabilitas infinita insit humano agibili, quia id, quod
aliquando bonum iudicatur, & est, post paululũ ma-
lum efficitur: sic etiam fuit hic: nam cũ Dauid esset
in terra Iuda, iudicauit melius esse in terram Moab,
quod verum erat: deinde cum stetisset aliquanto tẽ-
pore in terra illa, propheta Gad indicauit malũ esse
ibi manere, sed ꝙ rediret Dauid in terram Iuda: &
hoc fortè, quia rex Moab tractabat tunc tradere Da
uid in manus Saulis. Sic autem fuit postea in eundo
ad terram Iuda, quia cum aliquanto tempore ibi ste
tisset iudicauit melius esse, ꝙ recederet in terrã Phi-
listhinorum, ne incideret in manus Saulis, vt patet,
infra, cap. 27. s. Et ait Dauid in corde suo: aliquando D
incidam vna die in manus Saulis: nonne melius est,
vt fugiam, & saluer in terra Philisthinorum, vt de-
speret Saul, cessetque me quærere in cunctis finibus
Israel? & sic factum est. Ergo cum bonum esset ire in
terram Moab, quando iuit Dauid, quãquam postea,
mutatis rebus, apparuit malum esse, non sequitur
quin consilium bonum fuit de eundo illuc. *Et dixit
ad regem Moab.* Rogauit enim hic Dauid pro patre, &
matre, vt manerent apud regem, dum ipse erat in
aduersitatibus.

Quis esset rex Moab. Quæstio. VII.

QVAERETVR de isto rege, quis erat. Respon E
dent quidam expositores nostri, ꝙ fuit rex
Naas, quem debellauit Saul, vt patet supra cap. 11. &
ideo dicunt, ꝙ confugit ad eum Dauid, quia propter
inimicitias, quas habebat Saul cum eo, reciperet be-
neuole Dauid, qui erat hostis illius. Ad hoc autẽ in-
ducunt, quod habetur infra, ca. 2. lib. cap. 10. cum di-
xit Dauid: Faciã misericordiã cum Hanõ filio Naas,
sicut fecit pater eius mecũ misericordiã. Istam autẽ
misericordiã dicũt esse, quia beneuolè susceperit eũ
& cognationem suam, tenueritque apud se patrem,
& matrem Dauid, vt patet infra. Sed hoc non stat,
quia hic dicitur, ꝙ Dauid confugit ad regem Moab:
Naas tamen non erat rex Moab, sed Ammon, vt pa-
tet supra, cap. 11. Ista tamen regna semper ante hoc
fuerant distincta, & post hoc fuerunt: ideo non erat
Naas rex Moab: & quanquam isti vellent concede-
re, ꝙ rex Moab, & Ammon essent idem rex, tamen
tolerari nõ potest. Cum autem allegant, ꝙ Naas rex
Ammon fecit misericordiã cũ Dauid, nihil patet ex
hoc: quia nõ constat an ille Naas, de quo ibi dicitur,
esset ille, cum quo habuit Saul bellum, de quo supra.
cap. 11. Et dato etiam, ꝙ esset idemmet, non apparet
an illa misericordia, quam fecit cum eo, fuerit susci-
piendo eum in terra sua, quando erat exul, vel fuerit
aliquid aliud. Magis autem contrarium patet, cum
rex, qui fecit hanc misericordiam cum Dauid, non
fuerit rex Ammõ, sed Moab, vt patet hic Iõ Ra. Sa. Opinio
dicit, ꝙ iste rex Moab, ad quem iuit Dauid, non fuit Ra. Salo-
rex Naas, qui erat rex filiorum Ammon: iuit tamen monis.
ad ipsum duplici de causa. Vna fuit, quia Saul habe-
bat bellum contra regem Moab, sicut contra filios
Ammon, vt patet supra, cap. 14. Secunda causa fuit,
quia Dauid descenderat de Ruth Moabitide, vt ha-
betur Ruth. cap vltimo: ideo securius fugit illuc pro
cognatione ex parte matris, præsertim quia Hebrei
dicunt, ꝙ Ruth erat filia regis Moab, & ob hoc rex
Moab recepit honorabiliter Dauid, & viros eius, &
dedit ei quoddam castrum. Pater autem, & mater
Dauid manserunt apud regem, vt patet hic. Sed ista
non stant. De primo patet, nam Ra. Sa. dicit, ꝙ Saul
habebat bellum contra regem Moab, sicut cõtra re-
gem Ammon, in quo prosupponit, ꝙ propter hoc
secure manebat Dauid apud regem Moab, quia ha-
bebat bellum contra Israel. Sed non stat, immo po- Confuta-
tius e contrario: nam si habuisset bellum Saul cõtra tio supe-
regem Moab, non potuisset Dauid securè manere riorum.
apud eum: nam postquam Dauid fuit familiaris Sau
lis, percusso Philisthęo, omnia bella, quę fiebant con
tra hostes Israelitarum, ministrabantur per manum
Dauid, quia Saul constituerat eum principem super
viros belli, supra, cap. 18. Et sic dixerunt Israelitæ ad
eum infra, 2. li. c. 6. Ecce nos caro tua, & os tuum su-
mus, sed & heri, & nudiustertius, cùm esset Saul rex
super nos, tu eras educens, & reducens Israel, scilicet
ad bellum: si ergo aliqua bella faciebant Israelitæ
contra regem Moab, illa faciebat Dauid: & præci-
puè inimicitiæ regis Moab essent pot⁹ ꝓtra Dauid:
q̃ ꝫ Saulem, vel aliquem de Israelitis: vnde non au-
deret ad eum securè ire, nec ille cum susciperet paci
ficè. Nam ex hac causa non ausus est Dauid descen-
derè in terrã Philisthinorum, quia ipse faciebat bel-
la pro Israelitis contra Philisthinos: & cum descẽdit
fuit in graui periculo apud regem Achis, vt patet
præcedẽti cap. Cum autem dicitur, ꝙ inter Saulem,
& regem Moab erat bellum. Dicendum, ꝙ istud bel
lum non durabat nunc: sed sicut semel pugnauit cõ-
tra regem Ammon, & non legitur amplius pugnas-
se: ita fortè pugnauit semel contra regem Moab, &
istud transierat à multis temporibus, ita, ꝙ iam nul-
læ inimicitiæ manebant ex hoc: ideo magis descen-
deret Dauid ad regem Moab, vt ad aliquem haben-
tem pacem cum Israelitis. Cùm autem dicebat se-
cundo Rabbi Sa. ꝙ iuit Dauid in terram Moab pro-
pter cognationem, quia erat filius Ruth, non est ali-
qualiter verisimile: nam Ruth erat mulier paupер-
cula, & si haberet aliquos cognatos in terra Moab, il
li essent pauperes, & non expectaret propter eos Da-
uid habere aliquem fauorem in terra illa. Etiam qa
ista cognatio non erat proxima, sed in gradibus mul
tum remotis, cum iam Ruth à multis temporibus
mortua esset: fuerat enim ꝓauia Dauid. s. vxor Booz
patris Obed, patris Isai, patris Dauid: ideo non mul-
tum attenderent Moabitę cognationem istam. Cũ

autem

autem dicitur, quòd Ruth fuerat filia regis Moab, nō est verisimile, quia illa erat mulier valde pauper, quæ cum Noemi paupercula venit de terra Moab in terram Iudæ, vt patet Ruth. cap. 1. si tamen fuisset filia regis, cognati sui non permisissent eam venire de terra sua in terram alienam, præsertim cum iret solitaria, & ad mendicandum. Item si fuisset filia regis, non ducta fuisset in vxorem ab vno de filijs Noemi: iuerat. n. Noemi cum viro suo in terram Moab propter famen, & erant viri pauperes: non ergo erat verisimile, q̄ rex Moab daret filiam suam in vxorē vni viro pauperi alienigenæ incognito, qui non haberet aliquod signum excellentis probitatis: non ergo erat Ruth filia regis Moab, sed quædam mulier de pauperibus terræ illius: ideo data est viro pauperi, & alienigenæ in vxorem: & sic non iuit Dauid in terram Moab expectans, q̄ propter cognationem suam. s. quia erat de stirpe Ruth, honoraretur. Nec quia rex Moab habebat bellum cōtra Israel, sed magis, quia rex Moab erat in pace cum Israel, & Dauid nunquam pugnauerat contra Moabitas, ex quo cęperat esse princeps virorum belli Israelitarum. ideo credidit, q̄ reperiret cum sibi propitium, & sic factū est. *Maneat, oro, pater meus, & mater mea vobiscum.* i. maneant in vrbe, in qua vos manetis, & viuant sub fauore vestro. *Donec sciam quid faciat mihi Dominus.* i. donec cognoscam per experientiā quid Dominus de me disponat, & quem exitum habet ista tribulatio.

Quare Dauid voluit, quòd pater, & mater manerent cum rege Moab. Quæst. VIII.

QVAERET aliquis, quare Dauid voluit, q̄ pater suus, & mater manerent cum rege Moab: cum ipse esset nūc in terra Moab: nam si ipse fuisset in terra aliena, vt si descendisset in terram Philisthinorum, vel iuisset in terram Iuda, conueniens erat, q̄ relinquerer patrem, & matrem cum rege Moab, vt ibi securi essent, ipse tamen manebat nunc in terram Moab, cum manserit diebus multis in præsidio, quod erat castrum terræ Moab: ergo non videtur ad quid vellet dimittere patrem, & matrem cum rege Moab. Respondendum est, q̄ si Dauid fuisset in omnimoda tranquillitate, potius voluisset habere secum patrem, & matrem, q̄ relinquere illos apud regem Moab, quia magis consolarentur ex eius præsentia: quia tamen nunc erat tēpus aduersitatis magnæ contra Dauid securius erat apud regem Moab, quàm apud eum. Hoc autem significat litera. s. donec sciam, quid faciat mihi Dominus. i. maneant hic quandiu ego sum dubius in aduersitate. Cum autem Deus dederit mihi trāquillitatem, recipiam illos ad me. Ratio huius erat, quia pater, & mater Dauid erant veteres, & non erat pater Dauid aptus ad ferendum strepitum belli, & frequētes mutationes. Dauid tamen quando erat in præsidio terræ Moab erat semper quasi in bello. Primo, quia ipse multoties recedebat inde ad pugnandum: nam Dauid cum viris suis toto tēpore, quo fuerunt profugi nō habuerunt aliquid, vnde sustentarentur, nisi qd̄ accipiebant in præda, sicut faciebant cum erant in terra Philisthijm, quia aliquando pugnabant contra quasdam gentes, & aliquando contra alias, vt patet infr. cap. 27. & ibi acquirebant necessaria ad vitam. Nunc autem erat Dauid in terra Moab: idem erat, quia nō habebat vnde sustentaretur, ideo ibat ad prædā cōtra aliquas gentes: & de hoc viuebat: obseruabat tamen Dauid istud, q̄ cum esset in aliqua terra nūquā agebat prædam, nec pugnabat contra aliquos de regno illo, nec contra aliquas gentes confœderatas habitatoribus regni illius, ne cogeretur exire de regno: si igitur habuisset Dauid patrem, & matrem secum in præsidio terræ Moab, cum ipse sæpe iret ad bellū, & ad prędas, manerent soli in præsidio, vel cum patricis: quod non erat securum, quia aliquis de terra Moab poterat eis nocere, absente Dauid: vel fortè serui Saulis inquirentes Dauid, incurrerent aliqua via in præsidium, absente illo, & tenerent patrem, & matrem eius. Etiam, quia Dauid quando erat in præsidio erat paratus ad pugnandum timens ne Saul, qui eum acriter persequebatur, irrueret super illum: vt ergo pater, & mater Dauid non sustinerent istos timores, nec labores virorum bellicorum, securius esse potuerunt apud regem Moab sin vrbem, in qua ipse erat cum Dauid in præsidio. Cum autem recessit Dauid de terra Moab, tulit patrem suum, & matrem secum. *Et reliquit eos ante faciem regis Moab.* i. dimisit illos, vt essent semper cum rege Moab in vrbe sua, & alerentur sub fauore eius. Rex autē Moab libenter hoc suscepit, quia putauit Dauid futurum esse regem, vel magnum virum, qui ei posset rependere vicem pro his. *Manseruntque cunctis diebus, quibus fuit Dauid in præsidio.* Idest, manserunt pater, & mater Dauid cum rege Moab toto tempore, quo manlit Dauid in præsidio terræ Moab. Erat. n. præsidium quoddam castrum in extremitate terrę Moab apud terram Israel, in quo mansit Dauid cum viris suis, dum fuit in terra Moab: & tunc manebant pater, & mater eius apud regem. Cum autem ipse redijt inde in saltum A red ad terram Iuda, reduxit secum patrem, & matrem: & semper iam credendum est, q̄ illos secum duxerit quocunque iret, quia non poterat eos securè dimittere in terra illa propter inimicias Saulis. Ra. Sa. dicit, q̄ rex Moab sciens, q̄ recessisset Dauid de præsidio totaliter, eo inconsulto, occidit patrem, & matrem illius indignatus nimis de fuga Dauid. Aliquos autem existentes cum eis occidere voluit, sed non potuit, quia fugerunt ad Naas regem Ammonitarum, qui suscepit eos benevole, & dicit, q̄ ista est misericordia, quam fecit Naas Ammonites cum Dauid, propter quam misit ad consolandum filium eius: de quo infra, 2. lib. cap. 10. Sed dicendum, q̄ hoc non stat: motiuum enim Ra. Sa. & aliorum Iudæorum hoc asserentium est, quia post hoc non reperitur mētio de patre, & matre Dauid, ideo putant, q̄ hic occisi fuerunt. Sed istud non est motiuum conueniens: nam etiam nunquam fuisset facta mentio de illis in scriptura, nisi propter ista bella. s. quia accidit, q̄ portaret eos secum Dauid in terram Moab. Sed non ex hoc conuenienter existimaretur eos mortuos esse, quia nulla mentio fiebat de illis. Item non satis consonat, cum dicitur, q̄ propter hoc, q̄ recessit Dauid de præsidio, occidit rex Moab patrem, & matrem Dauid: nam hic præsupponitur, q̄ Dauid totaliter recedens de terra Moab dimittebat ibi patrem, & matrem. Sed hoc nullo modo stat, quia cum non haberet Dauid animum redeundi in terram Moab, non bene manerent ibi pater, & mater eius. Item hoc aliqualiter repugnat literæ, quia Dauid dixit regi Moab: maneat pater meus, & mater mea vobiscum, donec sciā quid faciat mihi Dominus. Dauid tamen sciebat iam voluntatem Dei per prophetam Gad. s. ne maneret in tera Moab, sed iret in terrā Iudæ: ergo nō est verisimile, q̄ relinqueret patrē, & matrē in terra Moab. Item ista litera nō applicatur ad id, quod vult Ra. Sa s. q̄ manserunt pater, & mater Dauid apud regem Moab cunctis diebus, quibus fuit Dauid in præsidio. Sed est sensus, q̄ quandiu Dauid erat in præsidio, erat in terra Moab. Et quanquam aliquando exiret de loco illo ad agēdum prędas vnde viueret, quia tamen habebat semper intentionē redeūdi in præsidium, dicebatur semper esse in eo, & tunc manebat pater suus, & mater apud regem Moab: postea autem nō manserunt ibi, scilicet, quia quando Dauid habuit voluntatem recedendi penitus de terra Moab, tulit secum patrem, & matrem, vt venirent cum eo, & iam non fuerunt cum rege Moab. Quando autem isti mortui fuerint non apparet. Item præsupponit Ra. Sal. q̄ recesserit Dauid de terra Moab totaliter inconsulto rege: sed hoc non est verisimilè, quia cum recepisset ab eo tantum beneficium, non est credendum, quòd eo insalutato recederet: presertim, quia ex hoc rationabiliter irasci poterat rex Moab, apud quem erant pater, & mater Dauid, & poterat nocere eis. Non est ergo credendum, quòd Dauid recesserit, rege inconsulto: quia etiam si propter beneficium receptum nollet ei loqui, saltem pp patrē, & matrem, ne quid paterentur, loqueretur ei: ideo vana positio est. Sed credendum, quòd pater, & mater Dauid nunc venerint cum eo in terram Iudæ. *Dixitque Gad propheta ad Dauid.* Manebat enim Dauid securus in terra Moab, nec credebat aliquod malum sequi posse ex mansione eius ibidem: ideo propheta ex parte Dei venit ad nunciandum ei, quòd recederet inde. Iste propheta Gad fortè erat cum Dauid, scilicet, quia confugeret ad eum, sicut confugerunt viri inopes, & amaro animo: & hoc, quia iste cognouerat futurum regem Dauid, & ipsum fouere iustam causam contra Saulem, ideo voluit magis cum eo manere, quàm cum Saule in terra Israel: sic etiam fuit de Abiathar, qui erat sacerdos magnus, & fuit cum Dauid in omnibus aduersitatibus suis: quia confugerat ad eū, vt patet infra in litera, & sequenti capit. Vel fortè iste propheta Gad venit de terra Israel ad nunciandū hæc Dauid, quia Deus misit eum: sicut sæpe mittebantur prophetæ ad nūciandum, vel faciēdum aliquid extra terram suam: sic Ionas missus fuit ad prædicandum Niniuitis. Ione. cap. 1. Elias quoque missus fuit ad vngendum in regem Azael in Syria: & Eliseum in propheram, vt patet infra 3. lib. capit. 19. Quidam quoque de filijs prophetarum missus est ad vngēdum Iheu in regem Israel, infra 4. lib. cap. 10.

Quamuis Dauid esset propheta, tamen Deus voluit ei reuelare aliqua per prophetam Gad. Quæstio. IX.

QVAERET aliquis, quomodo iste propheta Gad reuelauit aliquid Dauid exparte Dei, cū etiam Dauid esset propheta, ideo ipse scire potuisset hoc. Respondendum est, quòd prophetia non est scientia habitualis, quæ maneat in intellectu, sicut quælibet alia scientia, quia tunc quilibet, qui haberet spiritum propheticum, posset intelligere per illum, quandocunque vellet, sicut fit in omnibus habitibus: non tamen est liberum prophetæ intelligere quandocunque voluerit, eo quòd spiritus propheticus venit per modum cuiusdam actus transeuntis velociter, & cum ille ineſt, propheta intelligit omnia illa, ad quæ Deus supernaturaliter cum eleuat; postquam verò cessauerit ille actus, propheta nihil intelligit plusquam alij homines: sic patet de muliere, quæ venit ad Eliseum petitura pro suscitatione filij, & Eliseus ignorabat, quanquam illa iaceret ad pedes eius: vnde dixit ad Giezi: dimitte illam, anima enim illius in amaritudine est, &

Alph Tost. super 1. Regum.

Dominus celauit à me, & non indicauit mihi. Vt patet infra 4. lib. cap. 4. Sic ergo est de omnibus alijs prophetis, quòd cùm ipsi nihil intelligant, nisi quādo Deus actualiter illos illustrauerit, & Deus interdum vult illustrare vnum, & non alium, contingeret interdum, quòd vnus propheta paruus reuelet aliquid alicui prophetæ magno, scilicet, quia tunc propheta paruus actualiter illustratur, magnus autem non illustratur: sic enim fuit sæpe de Dauid. Iterum nanque propheta Nathan reuelauit ei de templo, quod fabricaturus esset Salomon, vt patet infra 2. lib. cap. 7. Iterum quoque Nathan venit ad Dauid reuelans ei pœnam, quam habiturus esset, quia occiderat Vriam, & acceperat vxorem eius infra 2. lib. cap. 12. Iterum etiam propheta Gad venit ad eum denuncians pœnam pro numeratione populi, infra 2. li. c. 24. Sic ergo fuit hic, quia Deus voluit reuelare hoc prophetæ Gad, & non Dauid, ideo quanquam Dauid esset propheta, non poterat intelligere quid Deus de eo disponebat. Aliter responderi potest, quòd prophetæ erant duplices: quidam enim à Deo illustrabātur ad prædicendum aliqua futura, quæ nunciabant aliquibus gentibus, vel populis, vel saltem scribebant ea. Alij autem erant prophetæ, qui illustrabantur à Deo ad sciendum facere cantica mirabilia de laudibus Dei: & illa solum faciebant, quando irruebat in eos spiritus Domini. Primi vocantur prophetæ propriè: & huiusmodi sunt omnes quatuor prophetæ maiores, & duodecim minores, & multi alij, de quibus fit mentio in scriptura, vt Nathan, de quo infra 2. lib. cap 7. & 12. & Gad, de quo hic, & infra 2. lib. ca. 24. & Ahias Sylonites, de quo infra 3. lib. cap. 11. & 14. & Micheas, de quo infra 3. lib. cap. 22. & Elias, de quo infra 3. lib. cap. 17. & vsque ad 20. & infra 4. li. cap. 1. & 3. Eliseus etiam, de quo infra lib. 4. cap. 2. & vsque ad 10. & multi alij: omnes enim hi prædicebant futura. Secundo modo dicuntur prophetæ, vt nuncij Saulis, & ipse Saul, qui prophetauerunt coram Samuele supra cap. 19. multi quoque, qui perseuerabant in laudibus diuinis in locis sanctis, sicut illi, quos inuenit Saul in colle Domini, de quibus supra cap. 10. & illi, qui astabant Samueli, & prophetabant cum eo in Naioth, vt patet supra cap. 19. Illi quoque, qui cantabant in templo Salomonis de filijs Core Asaph, Eman, Idithum, vt patet 1. Paralipo. cap. 25. Isti autem non dicuntur prophetæ, ita quòd aliquando reuelent aliqua futura, sed solum, quia sciunt facere cantica: & sic quantū ad reuelationem futurorum ipsi non excedunt populares, sed oportet, quòd alij prophetæ eis reuelent. Dauid autem fuit de istis prophetis, quia ipse solum habuit spiritum propheticum ad faciendum cantica. Vnde tota prophetia sua est in psalmis: nec legitur aliquando, quòd ei aliqua futura de temporalibus euentibus reuelata sint, sicut reuelabantur alijs prophetis. Quòd tamen nunc reuelaretur de statu Dauid in terra Moab, an esset bonum, vel malum non pertinebat ad cantica, sed ad temporales euentus: ideo non cadebat istud sub modo prophetiæ Dauid. Si autem dicas, quòd Dauid interdum aliqua futura enunciabat, sicut de Messia, & similibus, de quibus aliquando in psalmis habetur. Dicendum, q̄ istud non erat denunciare aliquos euentus temporales, sed enarrare laudem Dei, ad quam pertinebat interdum aliquod futurum, qd̄ Deus facturus erat p hominibus. Calamitates tamen, vel prosperitates temporales regum, vel regnorum, aut aliquarum particularum personarum

Prophetæ duplices.

Qualis propheta fuerit Dauid.

Dauid nunquam descripsit: ideo non pertinebat ad eum iste modus propheticus reuelationis Gad. Vtraque harum solutionum est solida, sed minus calumniabilis est prima.

Noli manere in præsidio. Idest non maneas in isto castro terræ Moab. Dauid intendebat manere in terra illa, quia non sciebat aliquod malum esse sibi manendo in ea: Deus autem reuelauit ei, ne maneret, quia inconueniens inde sequebatur.

Quare Dauid recessit de præsidio. Quæst. X.

QVAERET aliquis, quare Dauid recessit de præsidio. Nicolaus respondit, q̃ Deus induxit eum ad hoc, ne viri, qui erant cum Dauid, quorum aliqui non erant multum stabiles in fide propter debita, & tribulationes, in quibus erant, declinarent ad idolatriam, si diu manerent in terra idolatriæ subdita. Dicit etiam secundum Ra. Sal. quòd Deus fecit hoc, vt ex ista persecutione magis probaretur patientia Dauid: nam ipso recedente de præsidio rex Moab occidit patrem, & matrem eius: in quo erat magna aduersitas Dauid, per quam Deus volebat eum probare in patientia. Sed ista responsio non stat quantum ad primũ, quod dicitur propter viros Dauid, qui erant instabiles, ne idolatrarent: nam per hoc non inducebantur ad idolatriam, cum ipsi non essent mixti Moabitis, sed manerent per se in castro illo, quod vocabatur præsidium, vbi liberè poterant obseruare omnes cæremonias Hebræorum.

Ra. Salomon reprobatur.

Item si in hoc insistamus Dauid, non conuenienter fugit: nam postquam recessit de terra Moab, & iuit in terram Israel, post modicum descendit in terram Philisthinorum, vt patet infra capit. 27. ibi tamen ita poterant idolatrare Israelitæ sicut in terra Moab: ergo non recesserunt propter hoc de terra Moab, quia alioquin non descendissent in terram Philisthinorum. Item secunda ratio non stat, scilicet, vt probaretur per hoc patientia Dauid: nam hic præsupponitur, quòd occisus fuerit pater Dauid, & mater eius à rege Moab: sed hoc non est cõuenienter dictum, vt supra declaratum fuit. Sed dicendum est, quòd Deus iussit Dauid, vt recederet de terra Moab, quia fortè rex Moab sciens Dauid esse inimicum Saulis cogitabat qualiter traderet eum in manus Saulis, vt per hoc efficeretur nimis amicus illius. Dauid autem nihil horum suspicabatur, cum rex Moab benevolum affectum ei mõstraret: & sic incautus teneri potuisset, & tradi Sauli: ideo Deus mouit eum, vt inde recederet. *Et vade in terram Iuda.* scilicet, ad terram, in qua prius fuerat Dauid, eo quòd ibi non posset ita incautus tradi Sauli, eo quòd ibi timeret nimis, quia erat in manu Israelitarum: circunspiceret omnia, ne posset tradi Sauli.

Quare Dauid iuit in terram Iuda, cum ibi minime esset securus. Quæst. XI.

QVAERET aliquis, quare Dauid nunc iuit in terram Iuda: nam non videbatur ei securum ire: tamen ante hoc propter timorem de illa, recesserat: & non videbatur adhuc cessasse ille timor, cum postea ibi acrius, quàm primò persecutus fuerit eum Saul. Aliquis forte respondebit, quòd melius erat Dauid esse in terra Iuda, quàm in terra Moab: ipse tamen prius sine consilio Dei iuerat in terram Moab, nunc autem ex mãdato eius reductus est in terram Israel. Sed hoc non stat, quia hic præsupponitur, quòd esse in terra Iuda erat Dauid simpliciter bonum, vel saltem melius, quàm esse alibi. Ipse tamen ignorans consilium Dei, iuerat in terram Moab: ideo Deus fecit eum redire. Hoc tamen falsum est, quia non erat melius Dauid in terra Iuda, quàm alibi, quia melius erat in terra Philisthinorum: quod patuit, quia cum in terra Iuda passus fuisset multas aduersitates à Saule, timẽs, ne aliqua die incideret in manus eius, recessit in terram Philisthinorum, vt patet infra, capit. 27. & ibi fuit securè: nam illicò, quòd sciuit Saul eum ibi esse, cessauit eum persequi, vt patet eo. cap. Sed dicendum est, quòd Deus iussit nunc redire Dauid de terra Moab, quia melius ei erat esse in terra Iudæ, quàm in terra Moab: prius tamen iuerat in terram Moab non sine Dei consilio, vel saltem non sine recto consilio humano. Erat enim Dauid malum esse in terra Iudæ quando congregauit quadringentos viros ad se. In terra autem Moab securius esset tunc Dauid: postea tamen natum est aliquid nouum, scilicet, quia fortè volebat rex Moab tradere eum in manus Saulis, ideo iam non erat ibi securum sibi manere, sed in quocunque alio loco melius maneret, & ob hoc Deus iussit, quòd recederet de terra Moab in Iudam, & sic semper erat sanum consilium, scilicet, quia quando fuit bonum stare in terra Moab, stetit, & quando cœpit esse periculosum, recessit inde: sic etiam cum postea esset periculum Dauid manere in terra Iuda, descendit in terram Philisthinorum, vt patet infra c. 27.

Quare Deus misit Dauid in terram Iuda. Quæstio. XII.

QVAERET aliquis, quanquam recedendum esset Dauid de terra Moab, quare Deus mittebat eum in terram Iudæ, vbi grauia pericula ei imminebant. Respondendum est, q̃ Deus voluit, quòd recederet Dauid de terra Moab, quia erat periculum eum ibi manere, misit tamen eum in terram, vbi etiam erat ei periculum: noluit autem mittere ad locum, in quo non pateretur aduersitates, quia non videbatur pro tunc aliquis talis locus, & nisi Deus voluisset agere supernaturaliter, scilicet, pacificando sibi omnes homines, non poterat ire in alium locum conuenientius, quàm in terram Iuda, si autem miraculosè agere voluisset, potuisset pacificare sibi Saulem, & cessasset omnis fuga Dauid. Deus tamen aliter disposuerat, scilicet, quòd persequeretur Saul Dauid: ideo non erat pacificaturus vtrunque. Sed etiam hoc dato potuisset Deus facere, quòd Dauid superaret Saulem. Noluit tamen aliquid facere miraculosè, sed quantum fieri poterat opere humano: Sic autem non poterat Dauid contendere cum Saule, sed fugere à facie eius, ideo semper fuit profugus, quandiu vixit Saul: Deus tamen, ne periret Dauid, misserebatur interdum illi, & per modum consilij denũciabat ei pericula sibi futura, vt sic posset illa effugere: non tamen volebat dare illi potestatem, vt præualeret contra Saulẽ. Nunc igitur quia Dauid nesciebat, nec poterat prę̃sumere an aliquod malum ei insurgeret manendo in terra Moab, Deus reuelauit ei iubens, quòd inde recederet mittens eum in Iudam, quia quanquam terra illa nõ esset sibi secura, tñ pro tunc non erat tam periculosa, sicut terra Moab. Sed dicet aliquis, quare non misit Deus Dauid de terra

terra Moab in terram Philisthinorum, non veniendo in terram Iuda, quia securior esset sibi terra Philisthinorum, quàm Israel, quod ipse Dauid expertus est: nam cum quotidie persequeretur eum, & aliquando quasi teneret eum in manibus, dixit in corde suo: Aliqua die incidam in manus Saulis, melius est ergo, vt vadam in terram Philisthinorum, vt desperet Saul, cessetque me quærere: sic autem fecit, & cessauit Saul ab eo, vt patet, infra capit. 27. debuisset ergo Deus mittere Dauid in terra Philisthinorum, & non in Iudam. Respondendum est, quòd hoc factum est propter duo. Primo, quia non poterat conuenienter nunc ire Dauid in terram Philisthinorum: putarent enim, quòd moliretur aliquas insidias contra eos simulans se profugum: ideo non reciperent eum: postea autem elapso aliquanto tempore descendere potuit conuenienter illùc: Nam tunc cognita erat Philisthinis grauis persecutio, quam exercebat Saul in Dauid: ideo videntes eum ad se profugere satis putarent, quòd hoc faceret ex amaritudine cordis, quia necessitas eum' ad hoc impulerat, & non moliretur vllas insidias: ideo tunc eum receperunt: & sic conueniens fuit Dauid esse in hoc tempore medio in terra Iudæ, vt per hoc Philisthinis innotesceret persecutio Saulis contra eum, & tunc darent ei locum in terra sua, quando iam non esset securum Dauid manere in terra Israel. Secunda ratio fuit, quia Deus voluit manifestari nequitiam Saulis, & bonitatem Dauid: fuit enim nimis iniquus Saul, quia toties, & tam iniustè persecutus fuit Dauid, vt patet ab hoc loco vsque ad 27. capit. infra. Patuit etiam magna bonitas Dauid, & innocentia erga Saulem, quia cum Saul ita acriter persequeretur eum, & ipse tenuerit Saulem bis in manibus suis, potuissetque eum impune occidere, noluit eum tangere, sed increpabat eum pro iniusta persecutione. De prima vice patet infra cap. 24. De secunda infra 27. Si autem Dauid postquam recessit de terra Moab illicò venisset in terram Philisthinorum, non potuisset patere iniquitas Saulis in eum, & bonitas eius, atque innocentia erga Saulem: Deus tamen voluit ista notificare ad vtilitatem Dauid, scilicet, vt mortuo Saule, omnes Israelitæ videntes innocẽtiam eius in omnibus aduersitatibus suis, vngerent eum super se in regem: nimis enim per hoc animati fuerunt ad vngendum eum in regem, quod non fecissent, si aliquo modo apparuisset voluntas Dauid ad occidendum Saulem: sic enim patet de morte Abner principis Saulis: nam planxit eum nimis, & noluit comedere die illa vsque ad vesperum. Quod placuit nimis omni populo, quia per hoc sciuerunt istud contra voluntatem Dei, infra 2. lib. cap. 3. mortem quoque Saulis diligenter vindicauit, quia eum, 'qui glorificatus fuerat se occidisse Saulem fecit occidi, & fleuit planctu magno super Saulem, & Ionatham, nec comedit vsque ad vesperum, vt patet infra 2. li. cap. 1. misit quoque gratias agens ad viros Iabes Galaad, promittens eis bona, quia sepelierant corpora Saulis, & filiorum eius, infra 2. lib. capit. 2. mortem quoque Isboseth filij Saulis vindicauit, quia duos latrones, qui occiderant eum, suspendit, vt patet, infra 2. lib. capit. 4. Omnes ergo Israelitæ conspicientes tantam Dauid clementiam erga Saulem, & domum eius, à quo tanta mala pertulerat, illi cõ vnanimiter petierunt eum in regem, vt patet, infra 2. lib. cap. 5. *Et profectus Dauid.* scilicet, de præsidio terræ Moab. *Venit in saltum Hareth.* Istud erat in sorte Iudæ. Est enim terra illa pro magna parte montuosa, eratque ibi quædam ciuitas nomine Hareth, quæ aliquando vocatur Mareth, vt patet Iosue cap. 15. apud illam vrbem erant magnæ syluæ, ad quas venit Dauid, vt lateret. Istud autẽ fuit sicut supra dicebat de spelõca Odollã: nã Odollã erat ciuitas in sorte Iudæ, apud quam erat spelunca Sciendũ aũt, q̃ Dauid venit ad latendum in saltum Hareth, propter duo. Primo, quia ista terra erat nimis mõtuosa, & posset ibi latere, & Saul non posset eum inuenire, quia erant ibi magnæ spelunc̃e. Etiam, quia erat terra abruptissima, ita vt nullus homo per eam posset ambulare sine difficultate nimia, vt patet infra cap. 24. Vbi dicitur, quòd erat Dauid in deserto Engaddi, & Saul inuestigabat eum super petras abruptissimas, quæ solis ibicibus peruiæ sunt. Reliqua autem terra Israel non erat ita montuosa. Secunda ratio erat, quia sors Iudæ potissimè saltus Hareth est iuxta terram Philisthinorum, ideo si Saul persequeretur Dauid instantissimè, poterat facilitèr fugere in terram Philisthinorum, & ibi Saul desperaret de eo. Si autem esset in alia parte terræ Israel, non posset ita promptè fugere, & caperetur facilius. *Et audiuit Saul, quòd apparuisset Dauid.* Toto enim tempore, quod fluxit à fuga Dauid de terra Israel, quando venit in vrbem Nobe vsque ad tempus istud, ignorauit Saul vbi esset Dauid: nescierat enim, quomodo fuit coram rege Achis, & quomodo in spelunca Odollam, & quomodo in terra Moab. Nunc autem cum fuit in saltu Hareth, cognouit de eo Saul. Et ratio est, quia veniebat Dauid cum multitudine virorum, ideo non poterat latere, vbicunque esset. *Et viri, qui erant cum eo.* Idest, etiam audiuit de viris suis, quòd apparuerant. Credendum est autem, quòd propter viros Dauid manifestatus fuerit. Sciendum vero est, quòd Saul cognouerat Dauid habere secum viros, & quòd fugerat de terra: nesciebat tamen vbi esset. Quòd autem sciret de viris eius, patet: quia omnes cognati Dauid, & multi alij viri inopes de vrbe Bethlehem, & de terra illa vsque ad quadringentos, conuenerunt ad Dauid, vt patet supra. Hoc autem non poterat ignorare Saul, cum illi recessissent de terra ei⁹.

Dauid venit ad latẽdum in saltũ Hareth p̃p duo.

Manifestum etiam esset, quòd ad Dauid conuenissent, cum essent cognati eius: nescierat tamen de eis toto tempore præterito, nec rumores aliquos saltem leues audierat: nunc autem audiuit. *Saul autem cum maneret in Gabaa.* Hic ponitur quomodo increpuerit Saul viros suos, quia non indicabant ei de Dauid toto hoc tempore, cum scirent, quòd ipse desiderabat eum capere. Dicitur autem, quòd erat Saul in Gabaa, quia ibi erat domus eius, & ibi semper consueuerat habitare: maximè ex eo tempore, quo recessit Samuel à Saule: nam dicitur supra capit. 15. Abijt Samuel in Ramatha, Saul verò ascendit in domum suam in Gabaa. Habitauit autem ibi postea, & nũc quoque ibi erat: sed hoc, quod hic dicitur, scilicet, quòd erat Saul in Gabaa, & in nemore, non refertur ad tempus, quo nunciatum est ei apparuisse Dauid, & viros eius, sed ad tempus, quo increpuit nimis viros suos tanquam coniurassent cum Dauid, & patet ex contextu literæ. *Et esset in nemore, quod est in Ramatha.* Istud nemus dicebatur esse quædam plantatio arborum facta manu humana, ad quam exibat Saul, vt quiesceret ibi cũ famulis suis: sic dicitur Gen. c. 21. Abrahã plantauit nemus in Bersabe. idest plãtauit ibi aliquas arbores. Aliqui autem ignoranter accipiunt nemus pro mõtibus, vel collibus, sed nimis errant. Erat autẽ istud nemus in Ramatha, per quam non intelligitur hic

vrbs illa, in qua habitabat Samuel, de qua supra c. 7. quia illa distabat ab vrbe Gabaa, vt patet supra c. 15. 1. Abijt Samuel in Ramatha, Saul vero ascendit in domum suã in Gabaa. Ista tamen Ramatha, de qua hic erat apud Gabaa, cũ dicitur, ꝙ istud nemus erat in Ramatha, & quòd Saul quando erat in nemore illo, erat in Gabaa. Sed Ramatha est hic nomen alicuius partis territorij Gabaa, vbi erat consitum illud nemus. Dicitur etiam, ꝙ tunc erat Saul in Gabaa, non, ꝙ esset intra vrbem Gabaa, sed erat in territorio illius, scilicet, circa vrbem. Qui autem circa ciuitatem est dicit̃ esse in ciuitate præsertim, si ibi semper habitet: nam etiam si aliquando egrediatur vrbem, & sit in territorio illius, dicitur esse in vrbe: sic patet Iosue, cap. 5. vbi dicitur in litera hebraica: cum esset Iosue in vrbe Iericho: & in litera nostra dicitur: cum esset Iosue in agro vrbis Iericho. Manifestum est autem, ꝙ tunc non erat intra vrbem, quanquam dicatur esse in ea. *Hastam manu tenens.* Ideſt, tunc tenebat hastam in manu, quando locutus fuit verba hæc, quæ sequuntur. Hoc autem dicitur, quia semper Saul consueuerat habere hastam in manu, vel saltem apud se, vt patet, supra capit. 18. 19. & 20. vnde siue comederet, siue dormiret, siue aliud ageret, semper iuxta se habebat lanceam. Quòd autem comedendo illam haberet, patet supra capit. 20. cum sedens ad mensam, conatus est lancea percutere Ionatham. Quòd dormiendo illam haberet apud se, patet infra cap. 26. Quare autem illam apud se haberet, declaratum est supra cap. 18. *Cunctique serui eius circunstarent eum.* Ideſt, & omnes serui eius erant in circuitu illius, quando locutus est hoc. Intelligitur hoc de seruis, scilicet, de illis, qui erant cõtinue cum eo in domo sua, & ministrabant ei: secus autem de illis, qui non ministrabant, sed erant subditi illius. Nunc autem Saul egressus fuerat ad quiescendum in agro cum istis familiaribus suis. *Ait ad seruos suos, qui assistebant ei.* Ideſt, locutus fuit verba ista increpatoria contra omnes seruos suos. Ipsi enim merebantur, vel videbantur mereri hanc increpationem potius, quàm alij, quia ipsi suscipiebant specialia beneficia à rege, ideo cum intensius, quàm cæteri diligere debebant: Quòd ergo aliquis eorum coniurasset cũ Dauid contra Saulem, increpatione dignum erat in quolibet eorum. *Audite me filij Iemini.* Ista sunt verba ad reddendum attentos. Vocauit autem illos filios Iemini ad reddendum illos benevolos. Pro quo sciendum, quòd Iemini est nomen hebraicum corruptum apud nos, quòd hebraicè dicitur, Iemini, & non est genitiuus huiusmodi nominis, Ieminus, de quo aliqui dicunt, quòd significet Beniamin: & hoc verisimile est, quia Beniamin in Hebræo significat filium dextræ, vt patet Gen. cap. 35. Iamin autem significat dexteram, & inde dicitur Iemini, quod nos corruptè dicimus Iemini. Vnde quasi nihil differt dici Beniamin, ideſt filius dextræ, vel Iemini, ideſt dexter. Alij autem dicunt, quòd Iemini non erat Beniamin, sed erat quidam vir nobilis de stirpe Beniamin, quod colligitur supra cap. 9. scilicet. Erat vir de Beniamin nomine Cis, filius Abiel, filij Seor, filij Bethor, filij Saret, filij Abia, filij viri Iemini. Et hoc verisimilius est, vt declaratum fuit eod. cap. Qualiter autem accipiatur, stat litera, scilicet, quia omnes isti, qui assistebant regi, erant de genere suo: nam ipse elegerat de genere suo ministros, & familiares, vt magis eis se credere posset. Etiam quia volebat, quòd potius illi, qui erant de genere suo, haberent dignitates, quàm extranei: sic enim dixerat ei Samuel quãdo voluit eum regem constituere, scilicet:

Ieminiqd significet.

& cuius erunt optima quæque in Israel, nonne tibi, & omni domui patris tui, ideſt, cognatis tuis? supra cap. 9. sed Saul erat de stirpe Beniamin, & de stirpe Iemini, vt patet eodem cap. Ergo qualitercunque accipiatur, Iemini, erat verum, quòd isti serui Saulis erant filij Iemini. Posuit autem hoc Saul ad persuadendum, scilicet, quòd cum esset ipse de stirpe Iemini, & serui sui de eadem stirpe, saltem ex debito sanguinis magis tenebantur eum diligere, quàm Dauid, qui erat extraneus, scilicet de tribu Iuda. *Numquid omnibus vobis dabit filius Isai agros, & vineas?* Ideſt nũquid quilibet vestrum expectat hoc ab eo, & præter bona, quæ speratis, coniuratis cum ipso contra me, quasi dicat non poterit dare, dare omnibus vobis: nam etiam si aliquibus vestrum hæc dare possit, omnibus tamen dare nequiret, etiam si rex efficeretur. Et istud erat argumentum fortissimum contra seruos Saulis, scilicet, quia quanquam aliqui propter aliqualem spem coniurassent cũ Dauid, q̃quam malum videbatur, tamen verisimile erat. Quòd tamen omnes coniurassent cum ipso, non solum erat malum, sed etiam stultum, quia non poterat omnibus dare agros, & vineas. Nemo tñ de seruis suis ei nũciabat aliquid de Dauid, ergo omnes videbantur coniurasse cum eo. Vocauit autem Saul filium Isai Dauid, quia cum eum haberet exosum, non poterat proferre nomen illius proprium, sed appellatiuum. Ista enim omnium maleuolorum conditio est: Dixit etiam: Nũquid dabit agros, & vineas? quia ista poterant dare reges, & dabãt seruis suis in p̃miũ: & aliquando tollebant ea subditis, & dabant familis, vt patet supra cap. 8. scilicet. Agros que vestros, & vineas, & oliueta optima tollet, & dabit seruis. Hoc autem an iustè rex facere posset, declaratum est supra cap. 8. *Et vniuersos vos faciet tribunos, & centuriones.* Ideſt, nunquid poterit facere quemlibet vestrum tribunum, aut centurionem? quasi dicat non: immo nulli vestrum hoc conferre poterit: quia cõferre tales honores, & principatus ad reges pertinet. Dauid autẽ non erat rex saltem in possessione, quãquam secundum titulum rex esset, eo quòd vnctus erat à Deo in regem: Saul quoque nunc non expectabat eum futurum regem, ideo nihil horum conferre poterat, pro quo serui Saulis communicare deberent cum eo. Vocantur autem centuriones principes super centum viros: tribuni autem dicuntur principes super mille viros. Sic patet supra cap. 18. scilicet. Amouit ergo eum Saul à se, ꝙ fecit eum tribunum super mille viros.

An serui Saulis tenerentur indicare ei vbi Dauid erat. Quæstio. XIII.

QVAERET aliquis, an Saul rectè conquerebatur de suis, quia non indicabant ei Dauid, & an tenerentur indicare eum. Respondendum est, quòd iniustè conquerebatur Saul, quia dicebat seruos suos coniurasse cum Dauid, sed falsum erat: etiam dato, quòd ipsi voluissent indicare Sauli de Dauid toto tempore præterito, non potuissent, quia nullus eorum sciebat vbi essent. Sed tunc stat dubium si aliqui eorum cognouissent vbi erat Dauid, an tenerentur ei dicere, vel peccarent dicendo. Respondendum est, ꝙ secundum humanam affectionem cum Saul benefaceret seruis suis, debebãt ei fauere ad omnem casum, & cum ipse desideraret mittere occidere Dauid, quia aliàs putabat regnum suũ non esse sibi securum, vt declaratum est supra c. 18. De-

Debuerant serui sui fauere ei indicando vbi esset Dauid. Si tamen loquamur secundum rectam rationem, & iuris debitum, non tenebantur serui Saulis indicare ei Dauid, quamquã de eo scirent: quia omnes ipsi nouerãt, ꝙ Saul inquirebat Dauid ad infligẽdum ei iniustam mortem: & nunquam peccauerat Dauid contra Saulem, sicut dixit ei Ionathas, supra cap. 19. Quòd ergo indicarent eum, erat cooperari Sauli ad malum: qui autem cooperatur alteri in crimine, reus est, sicut qui principaliter operatur, vt patet ad Roma. cap. 1. immo si aliquis de seruis Saulis præstitisset ei iuramentum de indicando Dauid quã docunque sciret, non tenebatur eum indicare propter iuramentum, quia cum iste actus esset simpliciter illicitus per iuramẽtũ, non poterat obligari ad illum, quia iuramentum non est inuentum, vt esset vinculum iniquitatis: immo si aliquis de seruis Saulis indicaret ei Dauid, peccabat mortaliter, & erat reus homicidij, si per hoc Dauid occideretur. Nam serui tenentur obedire Domino suo in licitis, & in his, quæ dubia sunt: in his tamen, quæ manifestè sunt illicita, nõ tenentur obedire, nec subijci ad hoc per aliquem timorem: sicut fecit legio Thebea, quę venit in auxilium, & seruitium imperatoris ad pugnam: cum tamen iussit, quòd adorarent ibi Deos suos, non consenserunt: sed potius omnes subierunt mortem: nam secundum Philosophum est etiam hoc, scilicet, quòd quædam sunt, ad quæ non est cogi, sed magis mori patientem durissima. *Quoniam coniurastis omnes aduersum me.* i. omnes feciſtis coniurationem inter vos. Vel omnes feciſtis coniuratione nem cum illo, vt nemo eum mihi indicaret.

An licitè poterant coniurare serui Saulis contra eum super Dauid. Quæst. XIIII.

QVAERET aliquis, an licitè poterant coniurare serui Saulis contra eum super Dauid. Respondendum est, quòd coniuratio importat cõpositionem multorum contra aliquem iuramento firmatam. Ita autem poterat esse dupliciter inter seruos Saulis. Vno modo, quòd omnes coniurarent. i. conuenirent inter se sub iuramento, ꝙ nullus eorum indicaret Sauli Dauid. Alio modo poterant cõiurare, ꝙ omnes darent fauorem Dauid cõtra Saulem. De prima coniuratione dicendum est, quòd licita erat, quia tenebantur nõ tradere Dauid Sauli, cum ille quereret eum ad malum. De secunda coniuratione videtur quibusdam dubium. Dicũt enim quidam, ꝙ poterant sic coniurare serui Saulis: nam Saul fouebat iniquam causam contra Dauid: Dauid autem fouebat causam iustam contra Saulẽ. Licitum autem est fauere iustitiæ: immo in quibusdam casibus est necessarium, ergo non peccarent serui Saulis coniurando contra eum sic. Sed dicendum est, ꝙ non poterant sic coniurare: nam serui Saul, eo quòd erant serui illius, tenebantur seruare ei fidelitatem, tam secundum leges hominum, quàm secundum legem Dei, & rectam rationem: ideo cogebantur nihil agere contra ipsum. Si tamen fauerent Dauid contra eum, agerent contra ipsum: ergo nõ poterant fauere Dauid contra illum. Cum autem dicitur, ꝙ Dauid fouebat iustam causam cõtra Saulem, ergo poterant ei fauere contra Saulem. Dicendum est, ꝙ potest dupliciter responderi. Vno modo, ꝙ Dauid fouebat iustam causam contra Saulem, q̃tum ad defendendum se ab eo, sed non quantum ad agendum q̃ ipsum: nam eo ꝙ iniustè persequebatur Saul Dauid, poterat Dauid se licitè defẽdere cũ moderamine inculpatę tutelę: nihil tñ q̃ ipsum mouere poterat: iõ serui Saulis poterant fauere Dauid cõtra Saulem ad defensionẽ suã. s. agere quantũ possẽt, ne Saul occideret Dauid: non tamen poterant fauere Dauid adiuuando eum ad aliquid agendum contra Saulem, immo si adiuuarent, peccarent mortaliter. Aliter põt rñderi, ꝙ serui Saulis non poterant fauere Dauid ad agendũ contra Saulem, non solũ si iniustè ageret, sicut nunc: cum nullam actionẽ habeat Dauid contra Saulem, sed etiam si Dauid habuisset actionem iustissimam contra Saulem, vt potè si occidisset Saul patrem, & matrem Dauid, aut filios, vel cognouisset vxorẽ ilius: in quo erat iustissima actio, non poterant fauere serui Saulis Dauid contra Saulem adhoc, vt persequeretur eũ: & si fauerent, peccarent mortaliter. Nec valet si dicas Dauid fouebat iustam causam contra Saulem: ergo famuli Saulis poterant licitè adiuuare Dauid: quia quencunq; hominem, qui iniusta patit̃, licitè defendere possumus, & tenemur: omnem tamen iustè contra alium agẽtem non possumus licitè adiuuare: quia fauorabilior est defensio, quàm actio, potissimè, quia ita quibusdam tenemur, vt nullo modo contra eos agere, aut alijs fauere liceat. Immo etiam dicendum est, ꝙ si Dauid voluisset agere contra Saulẽ pro oĩbus malis, quæ ab eo pertulerat: famuli sui tenebantur adiuuare Saulẽ, & si non adiuuarẽt, peccarẽt mortaliter, quia isti tenentur fauere Dñis suis in oĩbus licitis. Defensio tñ omni homini licita est, ẽt si mortẽ mereat: nam licitè quicunq; defendit se ab hoste: Saul ergo q̃q̃ mortẽ mereretur pp mala, quæ intulerat Dauid, si tñ Dauid conaret̃ ei inferre hanc mortẽ, vel quodcunque malum, licitè se defendere poterat Saul, & cõsequenter serui sui tenebantur adiuuare eum, cũ tenerẽtur ei in omnibus licitis: patet igitur ex dictis qualiter licitum, vel illicitum esset seruis Saulis cõiurare contra eum pro Dauid. *Et non est, qui mihi renunciet.* Ideſt, nullus est de vobis, qui annunciet mihi de eo, vbi sit: omnes enim hactenus tacuerant: quia nullus sciebat de Dauid: postea tamen cum viderent nimis placere regi, quòd annunciaretur ei de Dauid, quilibet conabatur instruere nouam accusationem contra Dauid, & indicare vbi esset. Primam autem accusationem instruit Doeg Idumæus, qui immediatè asseruit Abimelech fauisse Dauid. Postea autem reliqui quantum poterant, accusabant, & mendacia contra Dauid configebant cum scirẽt ea placere regi: vnde Dauid postea conquestus est ni mis de seruis Saulis, ꝙ falsa contra eum dicerent, vt patet infra cap. 24. scilicet quare audis verba hominum loquentium? Dauid querit malum aduersum te: Iterum etiam conquestus est, infra c. 26. Si Deus incitat te aduersum me, odoretur sacrificium, si autem filij hominum maledicti sunt in conspectu Domini, qui eiecerunt me hodie, vt non habitem in hę reditate Domini dicentes: vade, & serue dijs alienis. *Maximè cum & filius meus fœdus inierit cum filio Isai.* Potest dupliciter intelligi. Vno modo omnes coniurastis contra me: sed hoc non est admirandum, cum etiam filius meus inierit fœdus cum Dauid: ille enim magis debebat fauere patri, quàm alij. Aliter potest intelligi, scilicet. omnes cõiurastis aduersum me maximè cum, & filius meus, &c. Ideſt causa maxima, quare omnes coniuraueritis contra me, fuit quia filius meus coniurauit contra me iniendo fœdus cum Dauid, & ipse impulit vos, vt coniuraretis contra me. Põt tertio modo intelligi, quòd Saul increparet omnes seruos suos tanquã stultos, scilicet, quia Dauid non poterat eis dare agros, aut vineas, vel facere tribunos, aut centuriones: sed maxima ad hoc stultitia apparebat, cũ filius Saulis iniuisset fœdus cũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dauid,à quo nihil ſuſcipere poterat, ſed magis perdere. A patre autem regnum ſuſcepturus erat per ſucceſſionem: & hoc eſt, de quo increpuit Saul Ionatham, ſupra capit. 20. ſcilicet. Nunquid ignoro, ꝙ diligis filium Iſai in confuſionem tuam, & in confuſionem ignominioſę matris tuę? omnibus enim diebus, quibus filius Iſai vixerit ſuper terram, non ſtabilieris tu, nec regnum tuum. Dicitur autem fędus iniuiſſe Ionathas cum Dauid, quia iſtud maius erat, q̃, quòd ſerui Saulis coniuraſſent cõtra eum. Quomodo autem Dauid, & Ionathas inierint fædus, & quid in fædere dictum ſit, declaratum eſt ſupra cap. 18. & magis ſupra cap. 20. Cognouerat autem Saul de fædere iſto, quia nunciatum fuerat ei: & ſatis per ſe potuerat hoc cognoſcere Saul ex nimia familiaritate Ionathæ, & Dauid: vnde dixit Saul ſupra cap. 20. Nũ quid ignoro, quia diligis filium Iſai in confuſionem tuam. *Non eſt, qui vicem meam doleat ex vobis*, ideſt nullus eſt, qui doleat loco mei, ſiue pro me. Vel nullus eſt, qui doleat vicem meam, ideſt ſortem meam, vel aduerſitatem. q. d. infortunium mihi eſt, quòd Dauid ſuperuiuat, cum ſit hoſtis meus, nullus tamen de vobis dolet pro hoc meo infortunio: & ſic cum aliqui annunciabant ei de Dauid, dicebat, quòd dolebant pro eo, ſicut dixit ſequenti cap. Ziphæis, quando nunciauerunt ei de Dauid, ſ. benedicti vos à Domino, quia doluiſtis vicem meam. *Nec qui annunciet mihi*, ideſt non eſt de vobis aliquis, qui annunciet mihi de Dauid, q. d. nullus de vobis dolet me pro infortunio meo, nec etiam curat annunciare mihi de Dauid, vt tollatur infortunium meum.

Licet nunc Saul audiuerit vbi eſſet Dauid, tamen conquerebatur de tempore præterito, quòd nihil ei annunciatum fuerat de Dauid. Quæſt. XV.

QVAERET aliquis, quomodo Saul dicebat hic, ꝙ nullus annunciabat ei de Dauid, quia iã annunciatum fuerat, vt patet ſupra in litera, ſ. & audiuit Saul, ꝙ apparuiſſet Dauid, & viri, qui cum eo erant. Reſponderi poteſt, ꝙ Saul cõquerebatur hic de omnibus temporibus præteritis, ꝙa ex eo tempore, quo iuit Dauid in Nobe, & deinde in Geth, coram rege Achis, & poſtea in terra Iudæ ad ſpeluncam Odollam, & deinde in terram Moab, nullus ei quicquam indicauit de illo, quouſque nũc fuit in ſaltu Hareth: quia tũc dicitur nouiter, quòd audiuit Saul, quòd apparuiſſet Dauid, ꝙ tñ tanto tẽpore ſerui Saulis nihil dixiſſent ei de Dauid, videbatur, ꝙ hoc erat, quia nemo volebat eum prodere, iõ dixit Saul, quòd coniuraſſent contra eum omnes ſerui ſui. Aliter, & melius reſponderi poteſt, ꝙ conquerebatur de ſeruis ſuis, ꝙ ipſi nunquam indicauerant ei aliquid de Dauid: nam id, quod nunc audierat Saul, non cognouit ab aliquo de ſeruis ſuis, ſed p famam audierat, & ſic ſemper habebat cauſam conquerendi de ipſis: iõ, vt non conquereretur, incepit illico Doeg referre de Dauid, vt patet infra in litera. Aliter etiam dici poteſt, ꝙ quanquam nunciatum eſſet Sauli de Dauid: non tamen fuit nũciatum, vbi erat, ſed ſolum, ꝙ apparuerat: Saul autem volebat ſcire, vbi erat, vt teneret eum: ideo nondum erat ſibi ſatisfactum per illam annunciationem, & conquerebatur ſemper de ſeruis ſuis, vt aliquis eorum magis declararet. *Eoquòd ſuſcitauerit filius meus ſeruum meũ aduerſum me*, ideſt nullus de vobis declarat mihi quicquam de Dauid, quia ipſe ſuſcitatus fuit à filio meo contra me: ideo nullus veſtrum vult de eo quicquã dicere, vt omnes complaceatis illi. Non intelligebat autem Saul, ꝙ filius ſuus ſuſcitauiſſet Dauid contra eum, dicẽdo ei, quòd aduerſaretur Sauli. Hoc enim dignum morte erat, ſed quòd ipſe dabat occaſionẽ, & animoſitatem Dauid ad faciendum hoc, eoquòd diligebat eum nimis, & inierat fædus cum eo. *Inſidiantem mihi vſque hodie*, ideſt Dauid inſidiatur mihi, vt occidat me, & vſque hodie durant inſidiæ ſuæ, ſcilicet, nunquam ceſſauerunt. Dixit autem Saul, quòd incitauerat Ionathas ſeruum ſuum ad grauandum magis iſtud factum: nam grauius eſt, quòd ſerui inſurgant contra Dominum ſuum, quàm, quòd alij hoſtes: in quo totam culpam retorquet Saul in Ionatham, & contra eum mordaciter loquitur. Iſtud tamen falſum erat, quia Dauid non inſidiabatur Sauli, ſed potius è contrario. Dauid tamen fugiebat, quia timebat ſibi mala inferenda à Saule, ſi præſens eſſet, & ob hoc habebat Saul colorem dicendi, quod Dauid inſidiaretur ei, ſ. quia receſſerat.

Quare Ionathas non excuſauit ſe, & Dauid cum pater conquereretur de eis. Quæſt. XVI.

QVAERET aliquis, quare Ionathas non excuſauit ſe hic, & Dauid. Nam alias conſueuerat ipſe excuſare Dauid, etiam ſi contra ſolum Dauid ageretur: nunc autem agebatur contra eum, & cõtra Dauid: ergo magis ſe debuiſſet excuſare: graue enim crimen Saul poſuerat Ionathæ, ſ. ꝙ ſuſcitaſſet contra eum Dauid, de quo purgare ſe debuiſſet: nam ſilendo conſentire videbatur. Reſpõdebit aliquis, ꝙ cum iſta verba loquebatur Saul, fortè non aderat Ionathas, ideo non poterat reſpondere tunc. Hoc autem, quanquam ſatis erat poſſibile, non erat tamen ſatis veriſimile: præſertim cum dicatur ſupra, quod cum iſta locutus fuit Saul, circunſtabant eum omnes ſerui ſui: ergo veriſimilius erat ibi filium ſuum eſſe. Sed dicendum eſt, quod dato, ꝙ ibi fuiſſet Ionathas, nullo modo reſpõdiſſet pro ſe, vel Dauid. Diligebat enim Ionathas Dauid, ſicut animam ſuam: ideo paratus erat pro eo facere quæcunque poſſet, & exponere ſe cuicunq; periculo: & hoc cum intendebat poſſe proficere illi. Cum verò non poterat ei proficere per excuſationes ſuas, ſed magis nocere cõcitando Saulem in eum, fruſtra erat eum reſpondere. immo imprudenter fieret. A principio enim inimicitiarum Saulis ad Dauid, cum nõdum appareret quid deliberaret Saul de Dauid, expoſuit ſe Ionathas pro Dauid. Nam ſupra capit. 19. iuſſerat Saul Ionathæ, & ſeruis ſuis, vt occiderent Dauid. Poſtea autem Ionathas ait: ne pecces rex in ſeruum tuum Dauid, quia non peccauit tibi, & opera eius bona ſunt tibi valde, &c. tunc autem placatus eſt Saul, & iuſſit, quod non occideretur. Iterum autem cũ Dauid ſuſpicaretur, quod Saul inquirebat ei malum conqueſtus eſt Ionathæ petens, vt ipſe inquireret de voluntate patris ad menſam die Kalendarũ: & tunc cum loqueretur Ionathas excuſando Dauid, Saul increpuit Ionatham, dicens: fili mulieris virum vltro rapientis: nunquid ignoro, quia diligis filium Iſai in confuſionem tuam? Iuſſit autem, quòd duceret eum ad occidendum: cui cum reſponderet Ionathas: quare morietur? quid fecit? Arripuit Saul lanceam, & conatus eſt percutere Ionatham ſupra cap. 20. Ex illo autem die cognoſcens Ionathas diſſinitum eſſe à patre, quòd occideret Dauid, credidit ſuperuacuum eſſe intercedere pro eo, vel excuſare illum, ſed magis erat nociuum, cum ex hoc accenderetur magis furor regis: ideo quãquam poſtea audiret aliquos loquentes mala de Dauid coram Saule, vel ipſum Saulem loquentem: ſubticebat tamen non poſſe prodeſſe: ſe quoque defendere non curabat

curabat, quanquam opponeretur, ꝙ ipſe incitauerat Dauid contra Saulem. Et hoc propter duo, primum erat, qa à tali ꝓferebant iſtę accuſationes ꝯ Ionathã à quo non cędebat ei iniuria, & dedecus illas tolerare, ſcilicet, quia ſolus Saul iſta verba loquebatur contra Ionatham: nullus nanque de omnibus famulis Saulis auderet quicquam parum, vel grande loqui contra Ionatham, quia ille erat filius regis ſucceſſurus in regno, & inclytus in toto Iſrael. Saul autem rex erat, & ſuper hoc erat pater Ionathæ, ideo iſta duo faciebant, ꝙ quicquid ipſe diceret contra Ionatham, non cæderet iniuria, vel deducus Ionathę, & ſic nõ oportebat, ꝙ Ionathas ſe excuſaret de obꝛo ſibi crimine. Secundum, & principale erat, quia credebat Ionathas, ꝙ ex iſta defenſione non poſſet conſequi aliquam vtilitatem. ſ. quia nõ perſuaderet regi id, quod vellet cum eſſet illius animus obſtinatus in contrariam ſententiam contra Dauid, quin potius timebat ex hac defenſione ſibi futurum malum: nam iterum conatus fuit Saul percutere lãcea Ionatham, quia reſpondebat pro Dauid: nunc quoque idem faceret. Cum ergo iam concitatus eſſet animus Saulis in Dauid, credidit ſatis eſſe, ne etiam contra eum concitaretur. Nam non poterat ipſe conuenienter fugere à Saule, vel hoſtilitatem cum illo gerere ſicut Dauid: poſuit ergo Ionathas in corde ſuo, vt iam ſuper hac re nunquam ſe excuſaret, nec Dauid. Quod ſatis apparuit poſtea: nam quanquam Ionathas ſæpe videret, ꝙ Dauid inquirendus eſſet à Saule, nunquam dicebat patri, vt deſiſteret ab hac inquiſitione, ſed ſi poterat latenter admonebat Dauid, & confortabat eum, vt patet ſequenti cap. cum Saul voluit perſequi, & tenere Dauid in Ceila: tunc enim Ionathas aſcendit ad ſyluam occultè ad Dauid, & locutus fuit ibi ei, & confortauit illum dicens: ne timeas, nec enim inueniet te manus Saulis patris mei, & tu regnabis ſuper Iſrael. Non decuit igitur, quòd Ionathas nunc excuſaret ſe, aut Dauid. *Reſpondit autem.* Hic ponitur Achimelech, & ſacerdotum accuſatio. Accuſauit enim illos Doeg coram rege. *Doeg Idumæus*, Iſte eſt, qui erat in tabernaculo Domini, quãdo Dauid locutus fuit cum Achimelech, vt patet præcedenti cap. Vocatur autem Idumeus, quia erat deſtirpe Edom, & conuerſus fuerat ad ritum Iudaicum ipſe, vel progenitores eius. *Qui aſſiſtebat.* i. Doeg Idumæus aſſiſtebat regi Sauli quãdo cõqueſtus fuit, ꝙ nullus de ſeruis ſuis indicaret ei Dauid: Doeg autem erat de ſeruis regis, vt patet hic ſ. quia erat primus inter ſeruos Saulis, iõ ipſe tũc aſſiſtebat: nã, ſup. dixit, ꝙ aſſiſtebãt Sauli oẽs ſerui ſui, quando loquebatur hæc. *Et erat primus inter ſeruos Saul.* i. iſte erat principalis inter omnes, qui ſeruiebant Sauli. ex hoc apparet, ꝙ iſte non cuſtodiebat mulas, vel oues cum paſtoribus, vt patet præcedẽti cap. ſed ipſe poſitus fuerat à Saule tanquam Dominus omnium paſtorum, ſcilicet, iudex, vel princeps: & ad hoc nunquam debebat eſſe in paſtu pecorum: ſed reſidẽs in curia Saulis exercebat iuriſdictionẽ ſuam ſuper paſtores. Dicitur autem, ꝙ erat primus inter ſeruos Saulis. ſ. potentior omnibus, vel primus, ideſt, magis coniũctus regi ſecundum fauorem, & acceptationem regis: & fortè propter hoc ipſe locutus fuit hic ante omnes.

Doeg Idumæus quomodo diceretur primus inter ſeruos Saulis, cum Abner eſſet prior. Quæſt. XVII.

QVAERET aliquis, quomodo dicatur, ꝙ erat Doeg primus inter famulos regis: nam prior, & potẽtior erat Abner, qui erat princeps militiæ Saulis ſupra 17. cap. Erat etiam cognatus eius, ſcilicet, patruelis, vt patet ſupra cap. 14. Non poterat ergo Doeg Idumæus eſſe prior illo. Aliquis reſpondebit, quòd fortè Saul tantum dilexerat Doeg Idumęum, ꝙ eleuauit eum ad maximum principatum in domo ſua, & abſtulit eum Abner, ſicut interdum facere ſolent reges ex quibuſdam deordinatis affectionibus. Sed hoc non ſtat, quia nullo modo eſt veriſimile, quòd aliquis alienigena, & conuerſus ad iudaiſmum tantum diligeretur à rege, vt traderetur ei maximus principatus, & tolleretur cognato regis: nam etiam ſi hoc rex ex affectione vellet, populus non conſenſurus erat, ſcilicet, quòd cognati regis benemeriti dignitatibus ſuis iniuſtè expoliarentur: potiſſimè, quia Abner erat ante hoc in maxima dignitate: nam ſedebat Abner ex latere Saulis ad menſam, vt patet ſupra cap. 20. Quòd autem poſtea manſerit in hac dignitate, apparet, quia cum Dauid deſcendiſſet per noctem ad caſtra Saulis, & accepit inde lanceam eius, receſſiſſetq; procul clamauit Dauid ad Abner, & ad populum, vt patet infra, cap. 26. Si tamen nõ eſſet ibi Abner præcipuus inter omnes ſeruos Saulis nõ locutus fuiſſet ad eum ſpecialius, q̃ ad alios. Item, quia dicitur ibi: cunque vidiſſet Dauid locum, in quo dormiebat Saul, & Abner filius Ner princeps militiæ. Item dicitur ibi: nunquid nõ vir tu es? & quis alius ſimilis tui in Iſrael? quare ergo non cuſtodiſti Dominum tuum regem? Apparet ergo, quòd nullus erat in tãta dignitate ſicut Abner: alioquin non dixiſſet Dauid, quòd nullus vir erat ei ſimilis in Iſrael: quia Doeg eſſet maior eo, nõ ergo ablatus fuerat principatus Abner, & traditus Doeg: nec erat Doeg maior inter omnes ſeruos Saulis. Cùm autem dicitur hic, quòd erat primus inter omnes ſeruos Saulis. Dicendum, quòd vocatur primus non ſecundum poteſtatem, ſed ſecundum fauorem, & acceptationem regis. Interdum enim ſunt ſic aliqui ſerui regum, qui, quanquam in paruo ſtatu ſint, tamen diliguntur à regibus ſuper omnes alios, & ad eos familiarius loquuntur reges, quàm ad cęteros, ipſique plura obtinẽt ſupplicantes à Dominis, quàm reliqui, qui in maiori poteſtate ſunt. Sic autem erat de Doeg, quia fortè Saul acceptabat eum nimis, & ſpecialius ſe habebat ad eum, quàm ad reliquos: ideo ſcriptura vocauit eum primum inter ſeruos regis: poterant tamen multi alij eſſe potẽtiores eo. Sic enim factum fuit de Dauid eo tempore, quo manſit in amore Saulis: nam diligebat eum ſuper omnes ſeruos ſuos, fecitque eum principem ſuper viros belli, & egrediebatur ad omnia, quę Saul iuberet, ſupra c. 18. tunc adhuc maior erat in poteſtate Abner. De iſta acceptione Dauid apud regem locutus fuit Achimelech, vt patet infra, ſcilicet: quis eſt in omnibus ſeruis tuis, ſicut Dauid fidelis, & gener regis, & pergens ad imperium tuum, & glorioſus in domo tua? *Vidit, inquit, filium Iſai in Nobe.* Iſta eſt accuſatio Doeg contra Achimelech: dicit enim, quòd vidit Dauid in Nobe: & verum eſt, quia ibi erat Doeg, quando Achimelech, & Dauid locuti ſunt, ſicut dicitur præcedenti capit. Vocauit enim Doeg Dauid filium Iſai, & non vocauit eum Dauid quaſi ex indignatione, vel vituperio, quia non cenſebat eum dignum appellari nomine proprio. In hoc autem erat Doeg adulator: nam cum vidiſſet, quòd Saul dedignabatur vocare Dauid nomine proprio, ſed vocabat eum filium Iſai, vt patet ſupra, & infra, in litera: ipſe quoque, vt faueret regi non vocauit eum Dauid, ſed filium Iſai. Et fortè Doeg per iſtas adulationes peruenerat in magnum fauorem regis, quia hoc non eſt nouum, nec inſolitum adulatores in domibus regũ, & principũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

primas obtinere vices, nisi rex virtuosus valde sit, F qui per veram virtutem falsas laudes, & fauores cõpescere nequeat. *Apud Achimelech filium Achitob Sacerdotem.* i. vidi eum cum Achimelech sacerdote magno. Ambo enim loquebantur. Vocatur autem filius Achitob, quia Achitob fuit quidam sacerdos magn⁹ frater Icaboth, & filius Phinees, & nepos Heli sacerdotis magni, vt patet supra, cap. 14. *Qui consuluit pro eo Dominum.* i. Achimelech consuluit Dominũ pro Dauid. Hoc autem non patet præcedenti cap. quia ibi solum dicitur, ꝙ dederit ei panes, & gladiũ: ideo aliqui dicunt, ꝙ falsum dixit hic Doeg contra Achimelech: & hoc, quia communiter relatores rerum visarum, vel auditarum aliquid vltra rem adiũgere solent. Maximè autẽ faceret iste, cum haberet G sed magis Deus loquebatur Moysi, nihil interrogante Moyse. Secundus modus consulendi Dominum in Moyse erat, quòd intraret in sancta sanctorum, & proponeret quæstionem suam, illico autem audiebatur vox de propitiatorio de medio duorũ Cherubim respondens ad quæsita: & istum modum quasi semper habebat Moyses, vt patet Num. 7. cap. scilicet: cunque ingrederetur Moyses tabernaculũ fœderis, vt consuleret oraculum audiebat vocem loquẽtis ad se de propitiatorio inter duos Cherubim. Istum modum nõ poterat habere Achimelech, nec aliquis alius, qa fuit hoc speciale in Moyse, qui erat minister in veteri testamento, & erat tanquam famulus fidelissimus, vt patet Num. cap. 12. & ad Hebræ. 3. Alius autem modus erat consulendi Dominum in prophetis. s. per orationem: nam licet Deus sæpe loqueretur prophetis ex inopinato. s. quando illi non credebant, quòd Deus locuturus eis esset illud tamen non erat, quòd ipsi consulerent Dominum: sed tunc ipsi consulebant quando Deo nihil dicente, ipsi quærebant responsum ab eo super aliquo dubio: & tunc oportebat, quòd ipsi per orationem hoc impetrarent: nec tamen immediatè Deus reuelabat eis quod volebant, vel respondebat ad ꝙreuelabat eis quod volebant, vel respondebat ad ꝙsitum, sed interdum post aliquos dies: sic fuit de Ieremia, quem orauerunt Israelitæ, vt consuleret Dominum pro eis, an descendere deberent in Egyptũ, orauit autem Ieremias, & post decẽ dies Deus reuelauit ei qđ petebat, vt patet Iere. 42. c. Simile quoque fuit in Daniele, qui cõsuluit Dñm pro statu Israel, & post multos dies respondit ei, vt patet Daniel. ca. 9. Iterũ etiam cũ vellet Daniel rñderi sibi super alio dubio, ieiunauit tribus Hebdomadibus in afflictione magna: & post illas venit Angelus ad respondendum ei, Daniel cap. 10. Istum autem modum nõ poterat habere Achimelech, quia ipse nõ erat propheta, sed summus sacerdos. Etiam, quia Dauid nollet, quòd isto modo consuleret pro eo Dominum: nam sic fortè oportebat, quòd Dauid expectaret multis diebus responsum Domini, sed non expectauit. Ipse enim erat in velocitate fugiendi: vnde nõ voluit expectare, vt Achimelech mitteret pro panibus laicis extra sanctuarium, sed de panibus sanctis dedit illi, quia dixerat: Siquid habes ad manum, vel quinq; panes da mihi. Arma quoq; noluit expectare, vt adducerentur de aliqua domo, sed accepit gladiũ Goliath, qui erat in tabernaculo: dixerat enim: si habes hic ad manum hastam, vel gladium, da mihi: ergo si sciret Dauid, ꝙ Achimelech illo modo consulebat Dominum, non peteret ab illo, vt consuleret pro eo Dominum, nec etiam si Achimelech conaretur sic consulere Dominum, expectasset Dauid. Alius autem modus consulendi erat in sacerdotibus magnis, qui dupliciter Dominum consulebant. Primò modo introeundo in Sancta Sanctorum: non enim intrabant quotidie summi Sacerdotes in Sancta Sãctorum,

Dictum Lyrani.

Decisio authoris.

An Achimelech consuluerit Dominum pro Dauid.
Quæstio. XVIII.

QVAERET aliquis, an Achimelech consuluerit Dominum pro Dauid. Respondendum, ꝙ nõ potest patere planè ex litera, cum nihil de hoc dicat. Sed aliquis dicet, ꝙ hic litera dicet, ꝙ consuluerit Achimelech Dominum pro Dauid. Respondendum, ꝙ scriptura hoc non asserit: sed refert istud dictum fuisse à Doeg, & hoc modo multa mendacia sunt in sacra scriptura s. quæ ipsa non asserit, sed refert ab alijs dicta. Instat tamen Nicolaus, ꝙ non cõsuluerit Achimelech Dominum, quia si consuluisset, sciuisset de fuga eius à Saule, nesciuit tamen. Ipse autem respondet, ꝙ Dauid dixit Achimelech verbis generalibus, ꝙ periculum sibi imminebat, & ꝙ consuleret Dominum vtrum euaderet illud periculum: & rogauit sacerdotem, vt pro eo oraret, & per hoc Achimelech scire non potuit, ꝙ Dauid fugerat à facie Saulis, quia frequenter ipsi Dauid aliũde pericula iminebant: quod satis stat. Sed magis plane Dicendum est, ꝙ isti, qui cõsulunt Dominum, sunt sicut prophetæ, qui nõ possunt cognoscere, nisi id, quod Deus actualiter eis reuelat, circa omnia autem alia ignorantes sunt: ita etiam, qui consulunt I Dominum, non possunt aliud per hoc intelligere, nisi id, de quo specialiter petunt: Dauid autem non expressit totam intẽtionem suam Achimelech, sed dixit, ꝙ consuleret Dominum, an prosperaretur via illius, vel non. Deus autem ad hoc solum respõdit, ideo non poterat Achimelech quicquã per hoc cognoscere de fuga Dauid, vel statu eius: de quo declaratum est præcedenti cap. Sed adhuc istud nõ, solui quæstionem: nam per hoc solum soluitur incõueniens, scilicet, quòd quanquam consuleret Achimelech Dominum pro Dauid, tñ non cognosceret fugam illius: sed an consuluerit, ꝟel non, quod est principale non patet. Dicendum ergo, quòd quanquam litera hoc non exprimat, tamen satis verisi- K mile est, quòd consuluerit: nam Saul postea dixit ad Achimelech: quare consuluisti Dominum pro filio Isai. Si autem hoc falsum fuisset, respondisset Achimelech falsum sibi obijci, tamen concessit crimen tanquam non esse crimen, vt patet infra, scilicet. Nũ hodie cepi consulere pro eo Dominum? absit hoc à me, quasi dicat, non est hoc principium consulendi pro eo Dominum, sed iam multoties consului, ergo videtur concessisse, quòd consuluerat, non tamẽ concessisset, si falsum esset, cùm istud militaret contra eum: ergo consuluit pro eo Dominum.

Multiplex modus consulendi Dominum in veteri testamento.
Quæstio. XIX.

QVAERETVR vlterius, quis modus erat cõsulendi Achimelech Dominum pro Dauid. Respondendum est, quòd multiplex modus consulendi Dominũ erat in veteri testamẽto. Aliter enim consulebat Moyses, & aliter prophetæ ceteri: & aliter sacerdotes magni. Moyses autem habebat duplicem modum consulendi, scilicet, aliquando cõsulebat ad ostium tabernaculi, vbi descendebat columna nubis, & loquebatur ibi Deus ad eum, scilicet, angelus loco eius, vt patet Exo. cap. 29. & Num. 12. Hic tamen rarò Moyses consulebat Dominum,

ctorum, alioquin morerentur, sed solum semel in A anno, in die expiationis, vt patet Leui. cap. 16. iũcto cap. 9. ad Hebræos. In illa autem die loquebatur Sacerdos Domino intra Sancta Sanctorum, & audiebat eum loquentem in propitiatorio, vt declaratũ est Leui. cap. 16. nam propter hoc iubebatur, quòd eo tempore, quo introibat summus Sacerdos in Sancta Sanctorum, nullus hominum esset in tabernaculo, s. ne audiret ea, quæ dicebantur in Sancta Sanctorum. Alijs autem temporibus non erat vetitum sacerdotibus minoribus introire in tabernaculũ, poterat ergo Sacerdos consulere Dominum, de quo vellet in die propitiationis: nunc autem cum Achimelech consuluit Dominum pro Dauid, non erat dies propitiationis, ergo non poterat introire in Sã- B cta Sanctorum ad consulendum Dominum. Si autem aliquis diceret, ꝙ dies illa erat dies expiationis, quia non patet nobis, quæ dies esset. Respondendũ, ꝙ non stat, quia Dauid fugit à facie Saulis, tertio die post Kalendas, vt patet supra cap. 20. & venit in Nobe immediatè, vel ad plus tribus diebus postquam recessit à Saule, vt ipse dixit præcedenti cap. s. continuimus ab heri, & nudiustertius quando egrediebamur. Isti autem dies simul sunt quinque, s. dies Kalendarum, & sequens, quibus latuit Dauid, vt patet supra cap. 20. & tres dies sequentes, quibus peruenit de loco latibuli in Nobe præcedenti cap. & sic erat dies quinta mensis alicuius, quando venit Dauid in Nobe, quia dies Kalendarum est prima dies Mensis C secundum Hebræos, vt patet Nume. cap. 28. dies tamen propitiationis erat dies decima Mẽsis septimi, vt patet Leui. capit. 16 & 23. ergo non venit Dauid die propitiationis in Nobe, & consequenter Achimelech non potuit introire in Sancta Sanctorum ad consulẽdum pro illo. Sed adhuc dato, ꝙ veniſſet Dauid in Nobe die expiationis, nõ poterat Achimelech introire in Sancta Sanctorum ad consulendum Dominum pro Dauid, quia adhuc illa die non licebat Sacerdoti introire in Sancta Sanctorum, nisi Semel, vt patet ad Hebræ. cap. 9. iam tamen introiuisset Achimelech, quando venit Dauid, quia Sacerdos magnus introibat illa die illùc, quando faciebat sacrificia, & introducebat illùc secum sanguinem, D vt patet Leui. ca. 16. tunc autem aderant sacerdotes minores sacerdoti magno ministrando ei, & totus populus videndo solennitates sacrificiorum. Cum tamẽ introiuit Dauid ad Achimelech, inuenit eum solum, nec erat aliquis in toto tabernaculo, qui vidisset nisi Doeg Idumæus. Quod satis colligitur præcedenti cap. 2 infra, in litera ex verbis Dauid, s. scibam in die illa, ꝙ cum ibi esset Doeg Idumæus, proculdubio annunciaret Sauli: si tamen fuissent ibi Sacerdotes minores, & populus videndo sacrificia, nõ locutus fuisset Dauid, specialiter de Doeg, quia quilibet alius de astantibus potuisset hoc annũciare Sauli. Item si illud tempus fuisset, non potuisset Dauid loqui cum Achimelech, quia cum illud sacrificium E esset maximum, totius anni esset summus sacerdos attentus in illo nimis, & nullus posset ei loqui: sicut nullus nũc loquitur sacerdotibus nostris, dum sunt in consecratione. Item, quia Dauid timuisset apparere coram toto populo. Item, quia implicaret cõtradictionem in verbis suis: nam ipse dixit ad Achimelech: rex præcepit mihi sermonem, & dixit: nemo sciat rem, propter quam à me missus es, & cuius modi tibi præcepta dederim: vt præcedenti capit. Si tamen ipse apparuisset coram toto populo, ipse manifestaret, quomodo mittebatur, vel fugiebat: ideo non appareret tunc. Item verba illa erant superuacua, s. siquid habes ad manum, vel quinque panes, da mihi: quia istud dicebatur, vt non cogeretur Dauid ire ad aliam domum ad petendum, nec cognoscere tur, ꝙ venisset, vel capi posset: si tamen ipse venisset ad Achimelech tempore sacrificiorum, die expiationis, antequam introiret in Sancta Sanctorum, videret hoc totus populus, vel saltem multi, ideo verba Dauid essent inania, & stulta. Dicendum igitur, ꝙ etiam si esset dies propitiationis, quando venit Dauid in Nobe, non venerat tali tempore, vt posset sũmus sacerdos introire ad consulendum Dominum pro eo. Secundus modus consulendi Dominum in sacerdotibus magnis erat, ꝙ induerentur Ehpod, & rationale, & proponerent quęstionem: Deus autem illico respondebat. Istum modum dedit Deus sacerdotibus magnis, tanquam proprium cum ipsi soli vterentur rationali, & Ephod: sic enim dicitur Exo. cap. 28., portabit Aaron iudicium filiorum Israel in pectore suo, ideſt rationale, per quod iudicabatur de omnibus quæstionibus filiorum Israel: & isto modo faciliter poterat consulere Achimelech pro Dauid: quia immediatè Deus respondebat, & non oportebat, ꝙ expectaret aliquo tempore Dauid responsionem. Istum etiam modum consulendi habuit sæpe Abiathar filius Achimelech pro Dauid: nam cum recessit de vrbe Nobe tulit secum Ephod, & consulebat in eo pro Dauid, vt patet sequenti cap. & iterũ post hoc consuluit infra cap. 30. quis autem modus consulendi esset in Ephod, declarabitur sequenti ca. *Et cibaria dedit ei*, s. panes sanctos: quia nullos alios habebat ad manum Achimelech, vt patet præcedenti cap. Doeg tamen non curauit exprimere, an essent panes sancti: sed solum, quòd dederit ei panem: magis tamen aggrauasset factum, si expressisset de panibus sanctis: & hoc propter duo. Primò, quia significaretur valida coniuratio Dauid cum eo, s. quia tantum erat illi colligatus, quòd non solum panes laicos ei dare voluisset, sed etiam panes sanctos dedisset, de quibus nulli licebat edere, nisi sacerdotibus. Secundò grauabatur factum, quia per hoc tollebatur excusatio, quam poterat dare Achimelech: posset enim dicere, quòd non cognouerat Dauid fugere à facie Saulis, sed quòd à casu transierat per locũ illum ad expediendum aliquid, ideo dederat ei panes, tunc autem obijceret Saul, quòd ipse cognouerat fugam eius, alioquin non dedisset ei de panibus sanctis, quia poterat expectare, quòd ducerẽtur panes laici de aliqua domo: dedit tamen ei panem sanctum: quod videbatur factum propter impatientiam expectationis in fuga, ideo videtur, quòd ipse cognouerat eum fugere. *Sed gladium Goliath Philisthæi dedit illi.* ideſt etiam dedit ei gladium Goliath, qui erat in tabernaculo. Per hoc etiam grauabatur factum, & poterat grauari illis duobus modis, quibus grauaretur, si Doeg allegasset, quòd panis datus Dauid erat sanctus; & hoc, quia gladius Goliath erat aliqualiter consecratus, & dedit eum illi propter impatientiam expectationis.

Cur Doeg accusauit Achimelech. *Quæst. XX.*

QVAERET aliquis, quare Doeg Idumæus annunciauit Sauli, quòd vidisset Dauid, & accusauit Achimelech. Respondendum, quòd Saul conquestus fuerat de omnibus seruis suis, quòd omnes coniurassent contra eum, quia nullus indicabat ei Dauid: ipse ergo, vt non videretur vnus de coniuratoribus nunciauit ei de Dauid: fecit etiam hoc, vt faueret Sauli: nam ipse desiderabat ei complacere in omnibus: erat enim adulator, & adulatores sunt semper excellẽtes amici, vel hoc simulant: nam fingunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

gunt se plus amare, quàm amari, vt patet 8. Ethi. & quia Saul dixerat, ꝙ nullus dolebat vicem eius indicãdo ei aliquid de Dauid: iste finxit se dolere pro eo indicando quod nouerat. Sed tunc dicetur ad quid nunciabat Doeg ista, quia iam non proficiebant: volebat enim Saul scire locum, vbi esset Dauid, vt posset eum tenere. Doeg tamen annunciabat aliquid, quod ab aliquanto tempore præterierat. Dicendũ est, ꝙ ista annunciatio Doeg nimis proficere poterat ad intẽtum Saulis: nam ipse volebat scire, vbi esset Dauid: & quia Doeg viderat Dauid loquentem cum Achimelech, poterat scire Achimelech, vbi esset Dauid, & rex quærendo ab Achimelech, posset cognoscere locum Dauid. Sed tunc dicetur, quomodo non timebat Doeg nunc annunciare ista Sauli: nam debuisset ea annunciare à principio, quando vidit Dauid cum Achimelech, alioquin pœna videbatur dignus: si enim culpauit Saul sacerdotes, s. quòd scientes de fuga Dauid, non annunciauerunt ei illico, vt patet infra, in litera, s. interficite sacerdotes Domini, nam manus eorum cum Dauid est: scientes, quòd fugisset, & non indicauerunt mihi. Respõdendum est, ꝙ fortè Doeg non fuerat in curia regis vsque ad illud tempus postquam fugit Dauid, ideo non potuit nunciare. Aliter & melius dici potest, ꝙ Doeg erat in curia Saulis, tamen nunquam annunciauit vsque tunc, eoquòd nunquam conquestus fuerat Saul de seruis suis, quòd coniurassent contra eum, nisi tunc. Sed obijcietur, quòd etiam sacerdotes non audierant, quòd conquereretur rex de seruis suis, quia non indicabant ei Dauid, tamen occidit eos, quia scientes eum fugere non indicauerunt. Respondendum, quòd Saul non occidit sacerdotes, quia cognouerunt Dauid fugere, & nõ indicauerũt ei, sed quia putauit illos fauere Dauid contra eum, quod patet infra, cum dixit, ideſt. Interficite sacerdotes Domini, nam manus eorum cum Dauid ẽ, ideſt coniurauerunt cum eo, & adiuuant ipsum: quòd autem dicitur scientes, quòd fugisset: & non indicauerunt mihi: non inducitur tanquam causa, sed tanq̃ probatio, quòd coniurauerant sacerdotes cum Dauid: alioquin cum scirent eũ fugere, reuelassent Sauli. De Doeg autem non præsumebatur, quòd ipse, coniurauisset cum Dauid, vel faueret ei: ideo quanquã sciuisset eum fugere, & non indicasset, non videbatur dignus pœna, sed magis præmio apud Saulem cũ nunc indicauerit, cognita voluntate Saulis.

An peccauerit Doeg, annunciando Sauli de Dauid.
Quæstio XXI.

QVAERET aliquis, an peccauerit Doeg de annunciando Sauli de Dauid. Aliquis respondebit, quòd non: quia quodammodo cogebatur à Saule, quòd indicaret ei id, quod sciret de statu Dauid: Domino autem suo tenebatur dicere veritatem in eo, quod interrogabatur. Respondendum est, quòd Doeg peccauit: quia sicut declaratum ẽ, quilibet de seruis Saulis peccabat mortaliter, si indicaret aliqd Sauli de Dauid, quia sciebant, quòd ipse inquireret eum ad iniustam mortem, ideo indicãdo ei Dauid, fauebant Sauli ad homicidium, sed qui alterum ad hoc fauet, reus homicidij est. Item peccabat Doeg, quia accusabat sacerdotes, & sciebat, vel saltem credebat eos propter hoc perituros, ipsi tamen iniustè peribant, ergo peccabat eos accusando. Sed aliquis dicet, quòd decebat Doeg detegere coniurationem factam contra Saulem, qui erat Dominus suus: sed Achimelech coniurauerat cum Dauid: ergo licitũ erat ei declarare. Respondendum est, quòd Doeg sciebat, quòd non coniurauerant Dauid, & Achimelech, cum sic veniret Dauid, & miratus est, vt patet præcedenti cap. & sicut ipse viderat dari gladiũ, & panes Dauid, & consuli pro eo Dominum, ita ẽt viderat quid loqueretur Achimelech ad Dauid, quomodo admiraretur de aduentu eius, & quid respõdebat Dauid: ex quo cognoscere poterat Doeg, quòd Achimelech nihil nosset de fuga Dauid, & sic non coniurauerat, nec faciebat aliquid illicitum. Denunciando ergo Sauli istud, qui poterat infligere malum, & credebatur certissimè inflicturus ꝙ hoc, quod malum non fuit, peccatum erat. Si autẽ Doeg nesciuisset, an Achimelech nosset fugam Dauid, vel non, & credidisset, quòd sciret, adhuc non debebat istud nunciare Sauli, quia Achimelech non agebat in hoc aliquid illicitum: nam Dauid fugiebat à facie Saulis, qui eum iniustè volebat perdere. Achimelech autem fauebat ei in hoc, quod bonum erat, ideo nihil mali merebatur, sed potius iustus erat, qa eruebat à morte eos, qui iniustè occidendi erant. Sed adhuc dicet aliquis, quòd Doeg non peccauit: quia non egit hoc iniqua intentione, scilicet, vt periret Achimelech, vel Dauid. Respondendum est, quòd istud opus malum erat, & Doeg poterat cognoscere illud esse malum: quacunque ergo intẽtione illud ageret, peccabat: nam malum cum cognitum est esse malum, bona intentione fieri nequit. Sed adhuc præter hæc Doeg, faciebat hoc mala intentione. Erat enim maleuolus: sic enim significauit Dauid loquens ad Abiathar, vt patet infra, s. sciebã in die illa, quòd cum ibi esset Doeg Idumæus proculdubio annunciaret Sauli: si tamen Dauid nesciret Doeg esse maleuolum, & dispositum ad faciendum mala, non dixisset. sciebam, quòd annunciaret Sauli. Item patet hoc ex titulo Psalmi quinquagesimi primi, qui intitulatur de Doeg, vbi Dauid increpat Doeg, dicens: Quid gloriaris in malicia, qui potens es in iniquitate? & ibi dicit, ꝙ lingua sua erat acuta, sicut nouacula ad fabricãdum semper dolos. Et loquitur de isto facto, ergo videtur, quòd maliciosè, ideſt ad malum finẽ locutus fuerit ista Doeg contra sacerdotes. Item patet hoc ex eo, quod postea egit. Nã cum adducti essent sacerdotes coram rege, iussit ministris, quòd occideret illos, & nemo voluit: iussit autem istud Doeg, & ipse occidit omnes sacerdotes: ergo videtur, quòd maliciosè mouebatur contra eos. Peccauit ergo nimis Doeg annunciando Sauli de Dauid, & grauius nunc, quàm si locium annunciasset ei se vidisse Dauid in aliquo loco, & quòd neminem cum illo vidisset: quia tunc non sequeretur hoc malum, quod secutum est. *Misit ergo rex.* Hic ponitur sacerdotum citatio: accusauerat enim illos Doeg: ideo rex fecit illos vocari magis ad puniendum, quàm ad respondendum: nam ira regis nimis increuerat, ideo quanquam iustè satisfaceret Achimelech de obiecto sibi crimine, non audiit est. *Ad accersiendum Achimelech filium Achitob sacerdotem*, ideſt misit ad vocandum eum. Erat enim iste cum alijs sacerdotibus in Nobe, & inde venerunt ad regem. Vocatur iste sacerdos, ideſt sacerdos magnus. *Et omnem domum patris eius*, ideſt etiam iussit vocari omnes, qui erant de domo patris eius. *Sacerdotum, qui erant in Nobe*, ideſt omnem domum sacerdotum pertinentium ad patrem Achimelech, & illi erant in Nobe, scilicet, quia ista ciuitas erat, in qua nunc manebat tabernaculum Domini, postquam arca translata fuerat de Silo, & sacerdotes erant ibi ad faciendum sacrificia, & alias ministrationes sanctuarij. Vocatur autem hic domus patris Achimelech: non solum omnes, qui descendebant à patre Achimelech, sed etiam multi alij, nã infra dicitur, quòd iuerunt 85. sacerdotes vestiti Ephod lineo corã Saule, & omnes isti erant de domo patris Achimelech: non poterat tamen habere tot filios pater Achimelech, vel saltem non erat verisimile, quòd tot filios masculos haberet virilis ætatis, quia non transierũt multę generationes: nec etiam accipitur hic domus patris Achimelech, ideſt domus Aaron, quę erat domus sacerdotum, quia plures sacerdotes erãt de domo Aaron, quàm isti, scilicet, omnes alij, qui sacerdotes erant de domo patris Achimelech, ferè omnes perierunt: nõ tamen fuit hoc in domo Aaron; quia tunc quasi nullus maneret de omnibus sacerdotibus in Israel, cum omnes sacerdotes essent de domo Aaron. Sed dicendum est, quòd vocatur domus patris Achimelech, domus Heli Sacerdotis. De quo habetur supra cap. 1. & 2. isti enim denominantur ab illo, tanquam à patre, quia fuit de primis in isto genere sacerdotum. Pro quo sciendum est, quod sicut declaratum fuit, supra cap. 2. quanquam Heli esset summus sacerdos, non tamen erat de stirpe illorum, quibus iure proueniebat summum sacerdotium: erat enim summum sacerdotium in domo Eleazari filij Aaron, quia ipse erat maior inter filios eius, & postea in nepote eius Phinees filio Eleazari confirmatum est summum sacerdotium: nam Deus promisit ei summum sacerdotium in æternum, quia zelauerat pro ipso occidendo Madianitidem scortum coeuntem cum principe filiorum Simeon, vt patet Num. cap. 25. fuerunt autem postea semper sacerdotes de stirpe Phinees per lineam Eleazari patris sui, vsq; ad tempus Heli sacerdotis: tunc autem propter maliciam, & desidiam sacerdotum, de stirpe Eleazari, translatum est sacerdotiũ de consensu populi in domum Ithamar, qui erat filius minor Aaron: & primus, qui accepit summum sacerdotium in domo ista fuit Heli, de quo supra, capit. 1. & durauit sacerdotium in domo Ithamar vsque ad Abiathar filiũ istius Achimelech: ipsum enim repulit Salomon, ne esset sacerdos magnus, vt patet infra 3. libr. capit. 2. omnes ergo sacerdotes magni de stirpe Ithamar dicebantur esse de domo Heli, eo quod ipse fuit primus, qui in ista stirpe ministrauit in summo sacerdotio: & sic, quando dicitur, quod Achimelech, & omnis domus patris eius venerunt coram rege, vocatur pater eius Heli. Dicitur etiam: qui erant in Nobe, scilicet, quod non venerunt penitus omnes sacerdotes de domo Heli, sed solum illi, qui erant in Nobe: erant autem aliqui pauci de hac domo in alijs locis: quod patet, quia omnes sacerdotes, qui venerunt nunc cum Achimelech, occisi sunt, & sic non mansisset aliquis de domo Heli, nisi Abiathar, qui fugit, vt patet infra, si non fuissent aliqui alij sacerdotes de domo Heli: manserunt tamen aliquot sacerdotes de hac domo, quanquam pauci, ideo necesse est, quod fuerint aliqui alij de hac domo, qui non manerent in vrbe Nobe, quod autem non omnes perierunt, patet, quia Deus promiserat Heli, quod magna pars domus eius periret simul, quando veniret ad virilem ætatem: non tamen dixit de omnibus, supra cap. 2.

Quare Saul fecit vocari omnes sacerdotes de domo Achimelech, cum solus Achimelech fuisset accusatus.
Quæstio XXII.

QVAERET aliquis, quare Saul fecit vocari omnes sacerdotes de domo patris Achimelech, ideſt Heli, cum Doeg solum accusauerit Achimelech, scilicet, quod ipse locutus fuerit cum Dauid. Respondendum est, quod in hoc ad alium finem mouebat eum Deus: est enim generale, quod Deus, cuius immensa potentia est, habeat hoc sibi proprium, quod ei soli mala bona sint, ideſt ex malis sciat elicere bona, vt patet per Boe. de Conso. 4. prosa sexta: Malum autem intendebat hic Saul, scilicet occidere sacerdotes, quia putabat eos fauere Dauid: bonum autem, quod Deus intendebat, erat punitio veterum peccatorum, de quo infra dicetur: & sic Saul nesciens mouebatur ad id, quod bonum erat, ꝙꝙ ipse malum vellet, & sic ipse peccando rectitudinẽ diuinę iustitiæ operabatur, sed non merebatur in hoc: quia ipse non putabat se bonum agere, nec illud intendebat, sed malum. Ad omnipotentiam autem Dei, & summam sapientiam eius pertinebat, quod ipse in malo Saulis aliquod bonum operaretur: & hoc modo iniquitas nostra minor est bonitate Dei, quia non potest iniquitas nostra tantum deprauare actus nostros, quin in illis sapientia, & bonitas Dei aliquod bonum, & rectum ponat, sed illud ad nos nihil pertinet: intentio ergo Saulis erat occidere omnes, qui fauebant Dauid, & quia cum Achimelech videretur fauisse Dauid, credebat Saul, quod non solum ipse faueret ei, sed etiã alij sacerdotes colligati essent cum eo: voluit etiam alios vocare ad occidendum illos. Sed tunc dicetur: quare non vocabat omnes sacerdotes, cum solum vocauerit sacerdotes de domo patris Achimelech. Respondendum est, quod Saul credidit, quod non coniurauerant omnes sacerdotes cũ Dauid, sed credidit, quod isti, qui erant de domo patris Achimelech, coniurassent. Hoc autem videbatur verisimile propter duo. Primò, quia cum Achimelech, qui erat princeps sacerdotum, coniurasset cum Dauid, videbatur, quòd ipse attraxisset omnes, qui erãt de domo sua, ad tenendum eandem opinionem, & credibile erat, quòd magis loqueretur eis super hoc facto, quàm alijs sacerdotibus, eoquòd istis confideret, quia erant de cognatione sua: alijs autem sacerdotibus non confidere. Secundò fuit hoc verisimile: quia Dauid locutus fuit cum Achimelech in vrbe Nobe, & ibi erant sacerdotes de stirpe domus patris Achimelech solum, qui possent scire de transitu Dauid, eoquod ibi fuerat cum Achimelech, & ob hoc præsumebantur omnes coniurasse cum Dauid, scientes, quod transierit per locum illum, & non reuelauerũt illud Sauli: sic enim ipse increpuit eos infra in litera, scilicet: interficite sacerdotes Domini, nam manus eorum cum Dauid est: scientes, quod fugisset, & non indicauerunt mihi. In vrbe tamen Nobe solum erant tunc sacerdotes de domo patris Achimelech, vt patet hic, scilicet, omnem domum patris eius sacerdotum, qui erant in Nobe: ideo solum fecit vocari sacerdotes de domo patris Achimelech. Ista autem fuit intentio Saulis, & ad hoc motus est: Deus tamen non mouit eum ad vocãdum domum patris Achimelech pro hoc, sed quia Deus volebat omnes de ista domo puniri pro peccatis veteribus, vt infra dicetur. Alij autem sacerdotes pertinentes ad domum Eleazari, vel Ithamar, erant immunes ab hoc delicto, pro quo puniẽda erat domus Heli: ideo non fecit vocari illos Saul, sed solum istos, quos Deus puniri volebat; & faciebat ei apparere bonum esse istos solum vocari. *Qui venerunt vniuersi ad regem*, ideſt omnes sacerdotes de domo patris Achimelech, qui erant in Nobe, venerunt: tenebantur enim obedire regi, quia in veteri testamento iurisdictio regalis erat maior, quàm sacerdotalis, eoquod non erant distinctæ ibi duæ iurisdictiones, scilicet, regalis, & sacerdotalis, sicut

Deus facit bona de malis operibus.

Dubitatio

Verisimile fuit, ꝙ omnes sacerdotes de domo Heli coniurassent cum Dauid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cut nunc distinguuntur secularis,& ecclesiastica:sed tota erat quasi iurisdictio secularis,de quo magis dictum est Nume. cap. 11. venerunt etiam sacerdotes promptè ad mandatum regis, quia non erant sibi conscij alicuius criminis, propter quod deberent formidare aduentum ad regem:nã si formidassent, vel suspicarentur Saulem ita iratum, fugissent de terra, sicut Abiathar vnus de his fugit ad Dauid, vt patet infra.

An manserit aliquis sacerdos in Nobe ad faciendas cęremonias sacrificiorum quotidianorum, Quæst. XXIII.

QVAERET aliquis, quomodo omnes sacerdotes de vrbe Nobe, venerunt ad regem: nam tunc non maneret qui faceret cæremonias sacrificiorum quotidianorum:erãt tamen necessaria quędam in templo quotidie, quæ nulla ratione prætermitti poterant,sicut patet de sacrificio iugi,quod fiebat in mane,& in vespere, & istud ex nulla causa dimittendum erat. De hoc Numer.cap.28.& Leuit. 9. Sacerdotes quoque quotidie tenebantur ponere ligna super ad fouendum illum ignem æternum,vt patet Leui.cap.6.scilicet:ignis autem in Altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos subijciens ligna mane per singulos dies. Aliæ etiam similes cæremoniæ erant, pro quibus necesse erat aliquos manere in sanctuario. Aliquis dicet,quòd,quanquam hoc regulare esset, tamen præceptum regis vrgebat eos nimis: ideo reliquerunt ministeria templi, quasi ex necessitate. Respondendum est,quòd hic non erat necessitas absoluta,scilicet,quæ eos redderet impotentes ad hoc agendum, sed solum erat præceptum regis, de quo ipsi poterãt se excusare rationabiliter, quia lex necessitabat eos ad manendum in sanctuario,immo etiam dato, quòd rex vellet eos simpliciter cogere, vt occidendo, vel infligendo aliam pœnam,non debuissent cessare à ministerijs,quæ erant imposita à lege sub necessitate Hoc autem obseruauerunt Iudæi:nam tempore Aristoboli regis Iudęorum pauloante Christi natiuitatem,pugnante Pompeio contra Sacerdotes,qui erant in templo,accidit irrumpi templum sacerdotibus facientibus sacrificia,qui licèt potuissent fugere, & fortè quærere aliquod viuendi refugium, noluerunt: sed immobiles manẽtes in sacrificijs suis ab hostibus trucidabãtur, nec curabant si hostes viderent strictis gladijs sibi præsentes,quominus sacrificia finirent, quia maioris necessitatis putabant sacrificia à lege imposita facere, quàm vitam fugiendo seruare: sic refert Iosephus 14. Antiquita. Non est ergo verisimile, quòd nunc omisissent cæremonias legis propter præceptum regis. Sed potest dici, quòd quanquam dicatur, quòd omnes venerint: non venerunt omnes, quia quidam manserunt: quia tamen ferè omnes venerunt, scriptura dicit, quòd omnes venerunt: nã oĩs non describit vniuersaliter in scriptura semper:nec cogit sicut apud dialecticos, sed accipitur omnis pro multis:sic patet Gen 41. scilicet: omnes prouinciæ veniebant in AEgyptum, vt emerent escas. & tamen manifestum est, quòd non veniebant, quia non habuisset totus mundus cibos in AEgypto pro vna die. Aliter autem potest dici, qnòd omnes sacerdotes de domo patris Achimelech, qui erant in Nobe, venerunt ad regem, prius tamen,quàm ipsi venirent,miserunt pro alijs sacerdotibus de alia domo, siue Eleazari, siue Ithamar, qui ministrarent absentibus illis. Vtrunque autem satis verisimile est. *Et ait Saul ad Achimelech.* Hic cępit Saul quærere, quomodo Sacerdotes coniurassent contra eum, & locutus fuit ad Achimelech,propter duo. Primò, quia ipse erat princeps illorum omnium sacerdotum, qui aderant, & debebat pro eis rationabiliter respondere. Secundò,quia nemo accusatus fuerat à Doeg,nisi Achimelech: ideo contra eum habebat Saul locum inquirendi de crimine. *Audi fili Achitob.* Non vocauit Saul ipsum Achimelech nomine suo, sed nomine communi, scilicet, fili Achitob, in quo ostendebat se esse iratum illi: & sic non poterat rectè iudicare, quia ira impediebat animum illius, ideo quanquam Achimelech iustè satisfecerit pro se, & domo patris sui, nec apparuisset aliquod crimen in sacerdotibus; tamen Saul iussit illos occidi. Sic autem se habebat ad Dauid:nam quia erat indignatus,& valde:nũquam eum appellabat Dauid,sed filium Isai, vt patet sæpe in hoc cap. *Qui respondit:præsto sum Domine,* ideſt ecce adsum,quęras quod volueris:Achimelech enim loquebatur humiliter,coram rege,quanquam rex superbè loqueretur.*Dixitque Saul ad eum:quare coniurastis aduersum me tu,& filius Isai?* ideſt, quod malum ego tibi feci,vt tu,& filius Isai coniuraretis aduersum me? q.d.videtur,quòd iniquè egetis.Erat autem hoc falsũ, quia Achimelech non coniurauerat cum Dauid, cum nesciret,an fugeret,vel an Dauid haberet eum pro hoste.Si autem hoc cognouisset dando ei panes, & gladium,fauebat illi, & dicebatur coniurare cum eo:non quidem ad agendum contra Saulem, sed ad defendendum Dauid à Saule:hoc autem licitum fuit ei erat,sicut supra declaratum est de seruis Saulis. *Et dedisti ei panes,& gladium.* Per hoc probabat Saul coniurationem factam:præsupponebat enim, qꝑ Achimelech sciret Dauid profugum esse à facie Saulis,& tunc dando ei hæc,fauebat hosti regis:sed ignorabat hæc Achimelech.Sed dato, quòd sciuisset,non merebatur mortem,quam ei intulit Saul: nam nõ agit contra Dominum suum,etiam secundum leges humanas, qui occultè adiuuat hostem eius ad fugiendum,vel euadendum solum:si Dominus suus illum iniustè persequatur. *Et consuluisti pro eo Dominum.* Ista omnia dixerat Doeg,& credidit ea Saul: indicabant autem omnia ista satis magnam affectionem, quia non poterat plus Achimelech cõferre Dauid, quod credebat esse Saul ex valida coniuratione, sed erat propter amorem syncerum præcedentem, & præsentem ignorantiam, scilicet, quia eum fugere nesciebat. *Vt consurgeret aduersum me.* Ista litera potest dupliciter accipi propter illam dictionem (vt) quæ potest dicere habitudinem causæ finalis, vel consecutionem. Primò modo est sensus,quòd Achimelech dederat fauorem Dauid in his tribus,scilicet,in panibus,& gladio,& consulendo Dominum hac in tentione, vt insurgeret contra Saulem, & in hoc Achimelech esset directus hostis Saulis. Secundò modo est sensus, quod Achimelech non dederat ista tria ad hunc finem, vt insurgeret Dauid contra Saulem,quia non desiderabat,quod esset aliquis hostis Saulis,sed dederat hæc,vt benefaceret Dauid: & tamen ex hoc beneficio consecutum est, quod insurgeret Dauid cõtra Saulem,scilicet, quia videbat se habere aliquem fauorem apud magnos viros. Communiter autem solet exponi, vt consecutiuè, & non finaliter in scriptura: hic tamen satis potest accipi, quod intelligatur finaliter, quia accusabat Saul Achimelech tanquam hostem suum, ideo verisimile est, quod quæcunque mala ei obijceret:perius tamen est,si accipiatur(vt)finaliter,quàm consecutiuè. *Insidiator vsque hodie permanens,* ideſt ex hoc, quod tu fauisti ei,& faues,ipse insidiatus est mihi,& insidiatur vsque hodie:si autem non dedisses ei fauorem,

Etiam pp timorem mortis nõ relinq̃bãt sacrificia Hebræi sacerdotes.

rem,quanquam ipse insidiare cępisset,destitisset non habens adiutores. *Respondensque Achimelech regi, ait.* Vsque huc rex accusauit Achimelech,& ipse siluit: nunc autem incipit excusare se,& sacerdotes de domo patris sui. *Et quis est in omnibus seruis tuis,sicut Dauid fidelis.* Achimelech enim volens se defendere noluit veritatem negare,scilicet, quòd dedisset panes, & gladium,quia rex ista sciebat. Etiam, quia putabat,quòd confessio istorum nihil nocebat,ideo cessa veritate obiectorum, cępit excusare illa: allegans,quòd nihil peccasset in regem dando Dauid panes, & gladium, & consulendo pro eo Dominum, & qa si Dauid eẽt hostis Saulis,sicut Saul pſupponebat,esset contra regem ista tradi illi: cępit Achimelech declarare, quòd Dauid non esset hostis Saulis inducens hic aliqua.Et dato, quòd Saul diceret Dauid esse hostem suum, ostendebat Achimelech per ista,quę allegabat,non esse verisimile: vel saltem, qꝑ nullus de Israelitis hoc concederet,vel crederet.Primò enim,quia dicit: quis est in omnibus seruis tuis, sicut Dauid fidelis? q.d.nullus est ita fidelis tibi, sicut Dauid: quomodo ergo verisimile est, quòd ipse sit hostis tuus,q.d.nullus hoc crederet,ideo dato,quod accideret,quod esset hostis tuus, tamẽ mihi nõ erat verisimile:ideo non peccaui dando ei hæc.Quod autem Dauid esset fidelior omnibus seruis Saulis, saltem secũdum existimationem Saulis, apparet, quia Saul cõfidebat ei plura negocia,& secretiora, quàm omnibus alijs,vt patet supra capit. 18. *Et gener regis,* i. quis est inter seruos Saulis, qui meruerit effici gener regis, nisi Dauid? q.d.nullus: quomodo ergo verisimile erat, quòd iste,cuius probitas excessit probitatem omnium aliorum apud Saulem,ita vt mereretur esse gener illius,esset hostis eius? q.d. non est verisimile. *Et pergens ad Imperium tuum,* ideſt nullus est inter omnes seruos tuos,qui ita vadat ad imperium tuum,sicut Dauid: quia nulli tot negocia committis, sicut ei:nec aliquis ita prosperè expedit, sicut ipse. Sic patet supra capi. 18. ſ. egrediebatur quoque Dauid ad omnia quæcunque misisset eum Saul,& prudenter se agebat. Quomodo igitur iste esset hostis, cui tot cõfidebas? *Et gloriosus in domo tua,* ideſt erat gloriosus super omnes,qui erant in domo tua:quod apparet ex multis,ſ. quia non poterat esse maior honor, quàm, quòd acciperet quis filiam regis in vxorem,ei tamen soli data est. Secundò erat gloriosus, quia ipse sedebat apud regem in primo,vel secundo loco,vt patet supra ca.20.hoc tamen non datur,nisi viro honoratissimo. Tertiò erat gloriosus,quia datus est ei vnus de maximis principatibus in domo regis,ſ.quòd esset princeps super viros belli,vt patet supra 18.ſ.Posuitque eum Saul super viros belli:postea autem fecit eum tribunum super mille viros e. Quartò erat gloriosus , quia omnes Israelitæ eum diligebant,vt patet eod.ca.ſ.& acceptus erat in oculis vniuersi populi, maximè in conspectu famulorũ Saulis: hoc autem non erat paruum, quia magnus honor, & fauor est, quòd quis ab omnibus diligatur,nec contingit sine speciali Dei gratia. Quintò erat gloriosus,quia omnes Israelitę honorabant eũ, & sequebantur tanquam regem: eo quòd ipse dirigebat eos ad omnia opera belli,vt patet eod. capi.ſ. omnis autem Israel,& Iuda diligebat Dauid:ipse.n. ingrediebatur, & egrediebatur ante eos. Sic etiam patet infra 2.libr.cap.5.ſ. Heri,& nudiustertius,cùm esset Saul rex super nos,tu eras educens,& reducens Israel:quomodo ergo verisimile erat virum, qui tãtam gloriam probitate sua apud regem meruerat, esse insidiatorem eius? q.d.non erat verisimile: quam ergo fauissem illi in omnibus,quæ potuissem, non videbar agere contra regem. *Num hodie cępi consulere pro eo Dominum?* Istud est responsio ad aliam particulam,quia dixit Saul, quod Achimelech consuluerat Dominum pro Dauid:& respondet:num hodie cæpi consulere? q.d putas, quod ego cæpi hodie consulere Dominum pro illo: non est hoc verum, quia sæpe consului Dominum pro ipso, cum esset vir bonus,& amicus regis: Vel aliter:num hodie cępi,ideſt,si ante hoc ego nũ quã consuluissem Dominum pro eo,& hodie cæpissem consulere, erat præsumptio aliqua, quod ego nunc coniurassem cum eo,postquam fugit à facie tua, sed quia sæpe pro eo consulueram, quanquam nunc consuluerim,non erat aliquid præsumendum. Alij exponunt aliter, dicentes, quod Achimelech excusauerit se, negando,quod consuluerit Dominum: & tunc dicunt,qꝑ est sensus:Num hodie cępi? q.d. ante hoc nunquam consulueram Dominum pro Dauid.Quomodo ergo nunc inciperem? ſ.non est hoc verisimile:sed iste sensus non conuenit:tum, quia præsupponit falsũ, scilicet,qꝑ Achimelech non consuluerit Dominum pro Dauid,tum quia non benè consonat literæ præcedenti. *Absit hoc à me.* Istud potest referri ad literam præcedentem,vel ad sequentem:si ad præcedentem referatur,est sensus: num hodie cępi consulere pro eo Dominum? absit hoc à me,ideſt absit à me, quod ego nunquam consuluissem Dominum pro illo,vsque hodie,ideſt,quod nunquam ante hoc consuluissem,& nunc incepissem consulere:qa istud erat præsumptio mali. Vel quia si nunquam consuluissem Dominum pro illo vsque hodie, erat mihi imputabile,quia cum Dauid esset gener regis, & acceptus illi exponebat se multis periculis, debuissem pro eo multoties consulere Dominum. Alio modo refertur ad literam sequentem,scilicet:absit hoc à me,ne suspicetur rex aduersum seruum suum, ideſt absit à me,quod sit in me aliquid,propter quod rex debeat suspicari aduersum seruum suum: & iste sensus est conuenientior. *Ne suspicetur rex aduersum seruum suum,* ideſt aduersum me,qui sum seruus suus: est modus loquendi lepidus,& pertinet ad magnos Dominos. *Rem huiuscemodi,* ideſt, quòd ego coniurauerim cum Dauid aduersus regem,ſ.non est hoc de me suspicãdum:hic enim Achimelech excusat se aliter, quam supra:quia supra allegauerat Dauid non esse hostem Saulis, nec fuisse hoc credibile apud quenquam. Nunc autem, quia Saul fortè assereret semper Dauid esse hostem suum,respondet alio modo, ſ.quod ipse nihil sciuit de hoc, & quod habuit rationabilẽ causam ignorantiæ; ideo quod non suspicetur rex aliquid aduersus ipsum. *In vniuersa domo patris mei,* i. non solum ego non coniurauí cum Dauid, nec est contra me præsumendum, sed etiam nullus de tota domo patris mei, ideſt de filijs Heli coniurauit cum Dauid,nec est iustè præsumendum contra eos. Hoc autem dicebat Achimelech, quia quanquam hactenus contra ipsum solum locutus fuisset Saul, putabat tamen, quod vellet retorquere crimẽ in totam domum eius,sicut postea fecit, ideo excusauit alios. Hoc autem præsumpsit, quia non solum eum fecerat accersiri Saul,sed etiam omnes sacerdotes de domo patris sui: *Non enim sciuit seruus tuus quicquam super hoc negocio, vel modicum, vel grande,* ideſt ego putaui nullo modo Dauid esse hostem Saulis: si tamen fuit aliqualiter, vel in aliquo peccauit, ego, qui sum seruus tuus,nihil de hoc cognoui, nec modicum, nec magnum,ideo nihil mali merui dando panes, & gladium Dauid. Dixit autem:nec modicum, nec grande, quia si saltem aliquid paruum de hoc negocio cognouisset, etiam per præsumptiones non debuisset

Universidad de Deusto
Biblioteca

set dare Dauid gladium, & panes: quia tamen nihil omnino cognouit, excusabilis erat. *Dixitque rex.* Hic iniustè Achimelech cum sacerdotibus comitibus suis condemnatur: rectè enim satisfecerat Achimelech pro se, & domo patris sui, sed tanta rabie furebat Saul contra Dauid, & contra omnes, qui aliquo modo ei fauebant, ꝙ non potuit se continere, quin amara morte omnes sacerdotes trucidaret. *Morte morieris Achimelech tu, & omnis domus patris tui,* ideſt ego dico tibi, ꝙ morieris tu, & omnes sacerdotes, qui tecum sunt de domo patris tui, ideſt de domo Heli, quia coniurastis aduersum me: hic autem Saul vocauit Achimelech nomine suo, cum supra vocasset eũ filium Achitob: & hoc, quia ira regis aliqualiter mitigabatur: non quidem ad hoc, quod desistere vellet à prauè concepto, sed quia flectebatur aliqualiter misericordia ꝓpter mala, quæ iubebat infligi Achitob filio, & socijs eius, ira tamẽ, quam habebat in Dauid ex alia parte stimulabat, & coegit eum occidere sacerdotes. *Et ait rex remissarijs, qui circunstabant eum,* i. iussit seruis, qui erant in circuitu suo, quod occiderent sacerdotes. Vocantur autem emissarij, qui consueuerunt mitti ad aliquid, & poterant significari ꝓ emissarios aliqui serui regis, quos specialiter rex mittere consueuerat ad aliqua negocia. Vel vocantur emissarij large omnes serui Saulis, qui obediebant ei in omnibus, & ibant quocunq; mittebat eos. Ra. Sa. dicit, quod emissarij erant hic Abner, & Amasa, quos consueuerat rex mittere ad negocia regni. Sed hoc non stat de Abner, quia Abner erat honoratissimus in tota domo Saulis, ſ. princeps militiæ supra c. 17. & cognatus Saulis, ſ. patruelis eius, supra cap. 14. occidere autem aliquos de mandato iudicis, est officium vilissimum: ideo non est credendum, quod talia iuberet Saul facere Abner. Item de Amasa non est verisimile, quod esset de emissarijs, quibus hæc iuberet Saul: quia Amasa erat cognatus Dauid, scilicet, filius sororis suæ Abigail, vt patet 1. Paralipom. cap. 2. & postea fuit princeps militiæ Dauid infra 2. lib. cap. 20. tota tamen domus patris Dauid confugerat ad eum, quando erat in spelunca Odollam, & postea fuit semper cum eo: ergo nõ erat ibi Amasa coram Saule: ita vt posset occidere sacerdotes. De hoc patet in principio cap. Item non stat, ꝙ accipiantur hic emissarij specialiter pro aliquibus seruis regis, quos ipse consueuisset mittere ad aliqua negocia: quia infra dicitur, ꝙ isti noluerunt: si tamen essent specialiter aliqui serui regis, ipsis nolentibus, præciperet rex alijs seruis: ipsis tamen nolentibus nullum reperit Saul, cui iuberet occidere sacerdotes, nisi Doeg: ergo videtur, quod nullus de seruis regis voluerat occidere sacerdotes: & sic vocantur emissarij omnes serui Saulis. Item patet, quia cum isti emissarij noluissent obedire Sauli, litera dixit: noluerunt autem serui regis extendere manus suas in sacerdotes, innuens quasi non essent alij serui regis præter istos emissarios, alioquin non diceretur: noluerunt serui eius: sed noluerunt emissarij: omnes ergo serui regis intelligebãtur per emissarios, quia omnes obediebant ei quocunque eos mitteret. *Conuertimini, & interficite sacerdotes Domini,* ideſt conuertimini super sacerdotes ad occidendum eos. Ecce enim iniqua sententia, quæ sine examinatione iuris lata est. *Nam manus eorum cum Dauid est,* ideſt ipsi sunt adiutores Dauid, ideo merentur. In hoc autem erat error in sententia Saulis, quia non erant sacerdotes cum Dauid, ideſt non communicauerant cum eo, sicut Saul fingebat. Etiam dato, quod coniurassent contra Saulem, cum Dauid non merebantur mortem, quia non coniurabant ad agendum aliquid contra Saulem, sed ad excusandum Dauid ab iniqua morte, quam ei Saul infligere volebat: sed neutrum horum erat. *Scientes, quòd fugisset, & non indicauerunt mihi.* In hoc probat Saul intentionem suam, scilicet, quòd manus sacerdotum erat cũ Dauid, ideſt coniurauerant cum eo, quia ipsi sciuerunt Dauid fugere à facie Saulis, & non indicauerunt ei: si tamen ipsi non coniurassent cum Dauid, illico nunciassent Sauli, cum hoc vergeret in eius iniuriam, vel damnum. Ista probatio Saulis multipliciter deficit. Primò, quia non sequitur, quòd ex eo, quòd coniurauerant cum Dauid, non dixerunt ei de fuga illius, vel è contrario, scilicet, eoquòd non dixerunt ei de fuga, apparet, quòd coniurauerint cum Dauid, quia quanquam scirent Dauid fugere à facie Saulis, & conarentur quantum possent eum eripere, dando ei locum fugiendi, & fauorem, non coniurabant cum illo eo modo, quo accipiebat Saul coniurationem, scilicet, quòd inter se conuenerant adiurare Dauid contra Saulem. Secundò deficit probatio Saulis, quia præsupponit falsum, scilicet, quòd sacerdotes sciuissent Dauid fugere à facie Saulis: nam ipsi nesciebant, quod apparet dupliciter. Primò, quantum ad Achimelech: nam licet Dauid cum eo stetterit petens panes, & gladium: tamen nescijt, an fugeret à facie Saulis, quin potius putabat eum à Saule missum ad aliquid expediendum, sicut ei Dauid dixerat præcedenti cap. Tertiò deficit probatio, quantum ad alios sacerdotes, quia illi non solum nesciebant, an Dauid fugeret, vel esset missus à rege, sed etiam nescijuerunt, an venisset in vrbem Nobe, quia non viderunt eum: soius enim Achimelech vidit eum, & fuit locutus cum illo in tabernaculo: Doeg quoque erat die illo ibi, vt patet præcedenti cap. iniustè ergo Saul condemnauit sacerdotes.

Opi. Ra. Sa. Confusatio.

Emissarij q̃ dicãtur.

Iniqua sẽtẽtia Saul contra sacerdotes Domini.

An peccassent serui Saulis, si occidissent Sacerdotes: & an peccauerit Doeg, qui occidit illos.
Quæst. XXIIII.

QVAERET aliquis, an serui Saulis peccauissent, si occidissent sacerdotes: & an peccauerit Doeg, qui occidit illos. Aliquis respõdebit, quòd peccauerant serui Saulis, si occiderent illos: quia exequerentur mandatum iudicis, qui procedit sine iurisdictione: est tamen intolerabilis error, quòd aliquis non habens iurisdictionem procedat: ergo ministri si obediant huiusmodi iudicibus præsertim in executione criminalium, cognito defectu iurisdictionis, peccant mortaliter, & sunt homicidæ, velut si aliqua priuata persona iubente, ꝙ occidam illum, vel illum: si ego obediero, sum homicida: ita hic cum Saul esset iudex laicus: isti autẽ omnes erant sacerdotes: ergo non habebat iurisdictionem ad iubendum illos occidi, & consequẽter ministri, non erant tanquam ministri iudicis, sed tanquam ministri priuatæ personæ, ergo peccarent exequendo. Dicendum, quòd hoc non stat, quia in veteri testamento non erat iurisdictio distincta in Ecclesiasticam, & secularem, sicut nunc, sed rex habebat potestatem super sacerdotes, quia erat tota eadem iurisdictio: dumtamen igitur rex iuberet pro causa iusta sacerdotes occidi, non peccaret: & consequenter nec ministri exequendo præceptum. Sed dicendum, quod ministri peccauerant, si occiderent sacerdotes, quia sententia regis continebat manifestum errorem, scilicet, quia omnes assistentes videbant, quod rex iniquè moueretur, ideo peccarent si obedirẽt ei, præsertim in criminali: debuissent enim ipsi potius iniustam mortem à rege pati, quàm regis præcepto sacerdotibus iniustam mortem infligere. Hoc etiam apparet, ſ. ꝙ serui regis intelligerent se in hoc peccare, quia ipsi ad iussum regis noluerũt exequi: solebant tamen promptè agere quæcunque eis rex iuberet, ergo putabant se peccare cum nũc obedire noluerint. Sed aliquis dicet, ꝙ non peccabant, quia tenebantur obedire præceptis maiorum, & nõ debebant disputare, an iustè, vel iniustè iuberetur: rex tamen erat simpliciter maior, ideo ad præceptũ illius absolutè tenerentur. Dicendum, ꝙ minores tenentur ad præcepta Dominorum, vel prælatorum, potissimè illorum, à quibus sustentationem, & omnia bona percipiunt: ita, quòd eis obediant in omnibus licitis. Etiam si aliquod præceptum fuerit dubium, an sit licitum, vel illicitum, debent isti propter reuerentiam maiorum obedire: si tamen sit aliquod præceptum, quod manifestum errorem continet, vt quia notoriè continet peccatum mortale, non debent subditi obedire Dominis, sed potius debent omnia mala pati, quàm malo consentire: sic autem erat hic, quia manifesta iniquitas erat, quòd occiderentur sacerdotes, cum nihil meruissent. Cũ autem dicebatur, quòd subditi non debent disputare de mandato maiorum, sed obedire. Dicendum, quòd est verum: nam disputare est ad veritatem inueniendã: tunc autem de aliqua sententia, vel lege disputamus, quando dubium est, an iusta, vel iniusta sit. Cũ aũt ẽ manifestè iusta, vel manifestè iniqua, disputatio nulla est, & sic manifestũ est, ꝙ nõ debemus disputare mãdatis superioũ, ga in casu, in quo dubia sunt propter auctoritatem ipsorum debemus illa exequi: hic autem non sic, quia sententia Saulis manifestè iniqua erat, ideo serui sui non tenebantur eã exequi: ideo Doeg, qui executus fuit illam, peccauit grauiter. Vnde Dauid Ps. 51. Qui intitulatur de Doeg, increpat eum de hac executione, dicens: quid gloriaris in malicia, qui potens es in iniquitate? Potentem autem eum dixit, quia potuit inducere Saulem ad hoc, quòd condemnaret sacerdotes: potuit etiam ipse per se omnes illos occidere, cum nullus alius hoc vellet. *Noluerunt autem serui regis extendere manus suas in sacerdotes Domini,* ideſt nullus de famulis regis, qui assistebant ei, voluit educere gladium ad occidendum, vel ad tangendum saltem aliquem de sacerdotibus. Hoc autem fuit propter duo: primò, quia videbant sententiam regis esse iniquam nimis, & credebant, quòd ipsi in hoc peccarent, si exequerentur. Secundo propter reuerentiam Dei, quia sacerdotes erant Domini, noluerunt tãgere eos, quia etiam si aliquid dignũ morte egissent, recusassent tangere eos. *Et ait Rex ad Doeg.* Vidit enim rex, quod nullus de seruis suis voluerat irruere in sacerdotes. Nec mirum si aliquis, cui dicere posset, nisi Doeg: iõ dixit illi, quòd irrueret in eos. *Cõuertere tu, & irrue in sacerdotes Domini,* ideſt, quia alij nolunt hoc facere, conuertaris tu, & occide illos.

Quamuis Doeg propter præceptum vniuersale non iniecerit manus in sacerdotes: tamen Saul propter tria ei singulariter præcepit eos interficere.
Quæst. XXV.

QVAERET aliquis, cum iussisset Saul seruis suis hoc facere, & noluissent, quare iussit potius Doeg. Videtur enim, quòd non debuisset iubere, quia in generalitate seruorum Saulis includebatur Doeg. Cum ergo iuberet seruis suis hoc, debuissent illud omnes serui facere, vel aliquis de seruis, nec Doeg, ergo nõ debuisset ei postea iubere, quia semel videbatur noluisse. Respondendum est, quòd Doeg nõ fecit hoc, quando iussum est seruis Israel in vniuersali, quia putabat, quòd rex nõ intenderet ei iubere hoc, ideo, quanquam ipse esset vnus de seruis, noluit illud agere quousq; plus constaret ei de voluntate regis. Sed tunc dicetur, quomodo Saul iubebat Doeg specialiter hoc facere, cum in generali nullus voluisset, & quare magis ei specialiter hoc dixit, quàm alijs. Respondendum, ꝙ cum nullus voluit agere in vniuersali præceptum regis, credidit rex, ꝙ nemo esset de illis, qui tm̃ hac parte faueret ei, sicut Doeg, & hoc propter duo. Primò, quia Doeg erat adulator, & superexcellens amicus, ideo regi vellet complacere in omnibus approbando factum eius: nam si noluisset occidere sacerdotes, innuisset in hoc sententiam regis esse iniquã, quod est contra adulatores, quia adulatores semper laudãt facta Dominorum, & approbant illa, etiam si turpissima sint. Secundò fecit hoc, quia ipse Doeg fuerat principium huius negocij, cũ ipse accusauisset sacerdotes coram rege, si autẽ nũc noluisset occidere illos tanquam immeritos, ostendere se fuisse calumniatorẽ in accusatione: nam qui non iustè ponitur pro accusatione, non iustè accusatus est. Ad colorãdum ergo factum suum Doeg potius, quàm alij, occisurus erat illos. Tertia ratio esse potest, ſ. quia Doeg nõ erat genere Israelita, sed Idumæus, & conuersus ad Iudaismum: vnde ipse minus misereretur sacerdotibus, qui erant alienigenę respectu eius, quàm alij serui eius, qui erant Israelitæ.

Non iussit Saul seruos suos occidi tanquam contemptores sui præcepti propter tria. *Quæst. XXVI.*

QVAERETVR vlterius, cum serui regis noluerunt obedire ei occidendo sacerdotes: cur rex non iussit illos occidi tanquam contemptores præcepti. Respondendum est, quòd non iussit occidi illos propter tria. Primum est, quia non poterat hoc facere: nam potestas regis solum cõsistit in obedientia subditorum: si enim omnes subditi obediũt, rex potens est: si autem nulli, vel pauci, est impotẽs: nunc autem nullus de seruis regis voluit ei super hoc obedire, ex quo iam rex erat impotens: ideo si vellet iubere alicui, ꝙ occideret istos, non habebat cui iuberet, quia nullus ei obediret: & sic licèt rex nimis iraſceretur contra contemptores præcepti, tm̃ non posset occidere quenquam eorum: sic enim accidit Dauid: nam interdum relinquebat aliqua delicta impunita, eo ꝙ non sufficiebat illa punire, quia non erat aliquis, qui obediret ei ad hoc, sicut cum Ioab occidit Abner virum innocentem Dauid doluit nimis, sed non ausus est percutere Ioab, dixit tamen: porro viri isti filij Saruiæ duri mihi sunt, retribuat Dominus faciẽti malum iuxta maliciam suã: imprecatus est etiam mala multa super Ioab, & domum suam, vt patet infra 2 li. c. 3. Sic ẽt qñ Ioab occidit Amalam iniustè, qui erat cognatus regis, non ausus est occidere illum Dauid, vt patet infra 2. li. c. 20. Item iusserat Dauid in bello contra Absolon, ꝙ caperetur, sed non occideretur: Ioab autem occidit illum, infra 2 li. ca. 18. & præter hoc increpuit nimis regẽ, quia lugebat pro Absolon, vt patet infra 2. li. c. 19. Sed pro his omnibus Dauid non ausus est percutere Ioab: iussit tm̃ in morte sua Salomoni, ꝙ occideret eum, vt patet infra 3. li. c. 2. Secundum erat, quia dato, ꝙ Saul potuisset occidere istos contemptores præcepti sui, non tm̃ occidisset, quia videbat eos iustè repugnare ei, & sic non iraſcebatur eis: ira autem sua succensa erat contra sacerdotes propter odium Dauid, ideo quanquam iniustum esset illos occidere, no-

Universidad de Deusto
Biblioteca

re, noluit: seruis autem suis non erat ante hoc indignatus, ideo nec pro hoc nunc indignatus est. Tertium erat, quia erant multi, qui non obediebāt: solent autem leges humanæ remittere delictum, qñ magna multitudo peccantium est, sic patet extra de cler. excomm. vel depo. mi. ca. latores. Nunc autem erat magna multitudo non obedientium, quia nullus de seruis regis voluerat obedire, ideo licèt potuisset Saul occidere omnes, graue videretur ei nimis omnes illos pro hac re occidere: præcipuè, quia multos eorum intensè diligebat, nec erat talis punitio vtilis, quia maius est damnum ex punitione delicti propter multitudinem peccantium, quàm vtilitas in custodia legis, vel præcepti. Et ista est causa quare leges humanæ non puniunt multitudinem, vt si tota ciui tas peccauerit, vel magna pars vnius regni. *Conuersusque Doeg Idumæus irruit in sacerdotes Domini*, idest conuertit se Doeg ad sacerdotes, & occidit illos. *Et trucidauit in die illa 85. viros*, idest occidit Doeg 85. viros de sacerdotibus, quia tot erant, qui venerant ad Saulem. Nicolaus autem dicit, ꝙ Doeg Idumæus non occidit omnes istos, quia ipse solus nō potuisset hoc, sed aliqui adiuuarent. Sed dicendū est, ꝙ non videtur, ꝙ aliquis adiuuerit eum ad hoc faciendum, quia rege iubēte, nullus de seruis eius voluit mittere manum in sacerdotes: & ob hoc iussit Doeg Idumæo: quomodo ergo nunc aliquis adiuuaret eum de assistentibus regi non est aliqualiter verisimile, sed ꝙ ipse occiderit omnes: nec enim erat difficile, ꝙ ipse occideret 85. viros iugulando illos: quorum nullus illi resistebat. Si enim pugnare debuisset contra eos, saltem inermes existentes, non potuisset, quia vel fugerent, vel omnes oppressissent eum: nullus tamen fugere audebat, sed omnes se occidi permittebant, quia rex hoc iubebat, & credebant se non posse euadere: sic enim Elias propheta occidit quadringētos prophetas Baal. Nā iussit populo, ꝙ teneret omnes, ipse aūt occidebat illos super torrentē Cison, vt patet infra 3. lib. cap. 18. *Vestitos Ephod lineo*, idest omnes isti 85. viri erant vestiti Ephod, s. quia omnes isti erant sacerdotes. Est autem Ephod vestimentum sacerdotale. Dicitur autem, ꝙ erant vestiti lineo Ephod ad differentiam alterius Ephod, ꝙ erat de multis generibus filiorum: & habebat lapides præciosos consutos, ga illud Ephod solius summi sacerdotis erat. Pro quo sciendum, ꝙ sacerdotes habebant vestimenta determinata secundum legem, sine quibus non poterant ministrare: & quia sacerdotes erant diuisi, s. quidam erat sacerdos magnus, & alij minores, erant quoq; vestes distinctæ. Erat autem ordo, ꝙ omnes vestes sacerdotum minorum pertinerent ad summum sacerdotem, sed nulla de vestibus summi sacerdotis pertinebat ad minores. Erant autem quatuor ornamenta sacerdotum minorum, s. femoralia linea vsque ad renes. Secundum erat cidaris, siue caputiū quoddam de lineo rotundum, ꝙ in extremitate coronę acuitur, & non erat totaliter rotundum, vt biretum, Tertium erat tunica linea: induebātur enim sacerdotes quadam tunica linea longa vsque ad pedes, quæ tamen stricta erat: erat autem totaliter, vt alba sacerdotum nostrorū, nisi quia illa erat stricta: alba autem continentior est. Quartum ornamentū erat cingulum ad coaptādum tunicam lineam cortpori, ne laxa flueret: & vocatur istud cingulum baltheus. De his quatuor ornamentis patet Exo. cap. 28. & Leui. 16 erāt autem præter hæc quinque ornamenta summi sacerdotis, vel sex secundū Iosephū. Primū erat tunica tota hyacinthina, in cuius extremitate inferiori pendebāt tintinnabula aurea mixta malogranatis. Secundum ornamētū erat Ephod, quod pertingebat à parte anteriori à cingulo vsque ad partem posteriorem ad cingulum, & habebat in se lapides præciosos consutos, eratque de multis generibus filiorum habēs in parte anteriori foramen quadratum in pectore. Tertium ornamentum erat rationale, quod erat quadratum habens magnitudinem palmi, & continens quatuor ordines lapidum, in quibus erant duodecim lapides præciosi diuersarum specierum continentes duodecim nomina tribuum Israel: & istud erat consutum per catenulas aureas, & vittas hyacinthinas ipsi Ephod in foramine quadrato eius. Quartum ornamentum pontificis erat lamina aurea tegens frontem sacerdotis, in qua erat scriptum sanctum Domini. Quintum ornamentum pontificis erat ad modum Mitrę nostrorum pontifi cum. Sextum ornamentum secūdum Iosephum erat baltheus factus de multis coloribꝰ, quo stringebatur Ephod cum tunica hyacinthina, vt vtrunque corpori cohæret ne aliquid inhonestè laxum flueret. De omnibus his ornamentis quomodo fabricata essent singillatim declaratum est Exo. capit. 28. Cum autem dicitur hic, quod erant vestiti sacerdotes lineo ephod, intelligitur de Ephod, ꝙ poterat conuenire cuilibet sacerdoti, ad differentiā alterius, quod soli Pontifici conueniebat: leuitis autem lex non dedit aliqua vestimenta specialia: Salomon autem, vt ampliaret cultum Dei, fecit illi filia, quibus ministrarent cantando in templo, vel faciendo alia opera sua, & illę erant ad modum vestiū candidarum, quibus omnes ministri Ecclesiæ vtuntur in choro. De hoc Iosephus 8. Antiquitatum.

Ephod duplex.

4. ornamēta sacerdotum.

5. ornamēta summi sacerdotis.

An licebat sacerdotibus ire in vestibus sacris extra sanctuarium.
Quæst. XXVII.

QVAERET aliquis, quomodo sacerdotibus potuerunt venire in vestibus sacris ante regem, quia istę vestes solum etant ad ministrandum coram Domino, & non debebant applicari ad alios vsus: sicut est nunc de vestibus, in quibus ministri Ecclesiæ Missam celebrant: quia nunquam vtuntur illis extra Ecclesiam, nisi in aliquibus actibus sacris, sicut in pompis, vel stationibus ad aliquam Ecclesiā. In veteri autem testamento adhuc erat maior prohibitio in vestibus sacris, scilicet, quod nullo modo sacerdotes efferrent eas de sanctuario, etiam si viderentur aliquo modo facere actus sacros extra sanctuarium: sic patet de sacrificio quotidiano: nam sacerdos debebat surgere in aurora, & indutus vestibus sacris tollebat cineres de Altari, & cum illico deberet eos educere de sanctuario, exuebatur vestibus sacris, vt non efferret eas extra sanctuarium, & cum rediret ad sanctuarium rursus induebatur vestibus sacris ad complendum ritum sacrificii. De hoc Leu. cap. 6. dicitur: Vestietur sacerdos tunica, & femoralibus lineis, tollensque cineres, quos vorans ignis exussit: & ponens iuxta Altare spoliabitur prioribus vestimentis, indutusque alijs efferret eos extra castra. Et hoc modo nunquam apparebant sacerdotes extra sanctuarium in vestibus sacris. Quod magis patet Exec. cap. 44. s. Vittæ lineę erunt in capitibus eorum, & non accingentur in sudore, cumq; egrediētur atrium exterius ad populum, exuent se vestimētis suis, in quibus ministrauerant: & reponent in Gazophylacio sanctuarij, & vestient se vestimētis alijs, & non sanctificabunt populum in vestimentis suis. Si igitur non licebat sacerdotibus egredi ad atrium exterius in vestibus sacris, & illud erat quædam pars sanctuarij: quantominus liceret procul à sanctuario ire in itinere ferendo sacras vestes? ergo non licebat illis portare Ephod lineum coram rege. Respondendum est, ꝙ Ephod lineum non erat aliqua vestis de sacerdotalibus, in quibus ministrarēt sacerdotes: nam de illis verū erat, ꝙ non licebat aliquā educere illis de sanctuario, sed erat Ephod q̄dā vestis linea pertinens ad honestatem sacerdotū, qua induebant sacerdotes supra vestes suas, etiam si non ministrarēt: & hac vti poterant extra sanctuariū. Erat aūt oīno cōparatio huius vestis ad vestes sacerdotales sacras, sicut comparatio vestis candidæ, quam nunc sacerdotes, & quilibet ministri Ecclesiæ portāt ad vestes, in quibus missa celebratur: nam istæ vestes sunt benedictæ ab epō, & specialiter applicitę ad diuinum ministeriū, ideo non licèt illis vti extra locū sacrū, nec applicare eas ad aliquod ministeriū, nisi ad sanctum: vestes aūt candidæ, quibus vtunt oēs ministri Ecclesiæ, non sunt benedictę ab epō, & specialiter applicitæ ad diuinū ministerium, iō licèt eis vti extra Ecclesiā ēt in ministerijs, q̄ non sunt sancta. De vestibus aūt sacerdotalibus ad istud Ephod lineū sic se habebat: nam vestes sacerdotales erant consecratę per aspersionē olei sacri super eas, & sanguinis sacrificiorū, vt patet Exo. c. 29. 1. Cunq; tuleris de sanguine, qui est sup altare, & de oleo vnctionis, asperges Aaron, & vestes eius filios eius, & vestimenta eorū, consecratisq; ipsis, & vestibus, tolles adipē &c. sic ēt patet Leuit. c. 8. Ephod autem lineū non sanctificabat cū illis vestibus: quia determinatę erant illæ vestes, quibus induebantur sacerdotes, qñ consecrabantur, inter quas non erat Ephod lineum, vt patet Exo. c. 29. & Leui. c. 8. Item apparet: ga istud Ephod nō esset vestis sacra: qa Deus determinauit vestes sacerdotum minorū, & Pontificis: tñ inter illas nihil iussit de Ephod, vt patet Exo. ca. 28. & q̄q̄ sæpius fiat mētio in alijs locis de oībus vestibus sacerdotalibꝰ, nunq̄ tñ ibi ponit Ephod: Sic patet Leu. c. 16. vbi ponunt oēs quatuor vestes sacerdotū minorū, quæ habent Exo. ca. 28. Item patet efficacius: quia Ephod lineū erat cōmune tam sacerdotibus, q̄ leuitis: ergo non erat vestis sacra sacerdotū: consequentia patet: quia lex non dederat aliq̄ vestē sacram Leuitis accedere ad aliquid sacerdotale: qa sicut si vellent ministrare ī aliquo ministerio sacerdotali: illico morerē turꝫ vt patet Ngme. c. 3. & 17. ita ēt si vellēt īduj vestibꝰ sacris sacerdotū morerent: qa hoc erat miscere se officio sacerdotali. Q̄d aūt Ephod esset cōe sacerdotibus, & Leuitis, patet: qa Samuel erat Leuita, vt declaratū est su c. 1. & 2 portabat aūt Ephod lineū, vtdr sup. c. 2. s. Samuel aūt ministrabat ante faciem Domini, puer accinctus Ephod lineo: nō ergo erat Ephod vestis sacra: & sic poterant sacerdotes vti illa extra sanctuarium vbicunque vellent.

Quare Deus permisit tot innocentes interfici sacerdotes.
Quæstio XXVIII.

QVAERETVR vlterius de ista morte amarissima sacerdotū, cum nihil meruissent, quare permisit Deus totsimul interfici. Aliquis respondebit, ꝙ cum Deus homini dederit libertatem electionis, & posuerit eū in manu cōsilij sui, permittit eum agere iuxta libitum: quia alioquin coarctaret Deus liberum arbitriū nostrū ad certā mensurā, in quo vel diminueret aliqualiter ratio liberi arbitrij: vel, *vt verius dicatur*, tolleret vertibilitas ad bonum, & malū, & confirmaret in bonum tñ, sicut est in beatis: Saul autem pp odiū, q̄d conceperat in Dauid, & suspitionē, quā accepit de sacerdotibus, ꝙ fauerent illi exarsit durè in eos, & voluit eos occidere: Deus autem quia posuit hominem in manu consilij sui, reliquit Saulē agere pro libito suo. Sed hoc nō stat: nam q̄q̄ permittat quēlibet hoīem desiderare quodcūq; voluerit tñ non permittit eū patrare q̄cunq; vult, nec requirit hoc ad perfectā rationē liberi arbitrij: qa oēs creaturę intelligentes tā angeli, q̄ Dæmones, & hoīes libertatē habent, sed nō possunt efficere qdquid volūt: nō tollit ēt in hoc vertibilitas ad bonū, & malum: qa sufficit ad hoc, ꝙ arbitriū sit vertibile, ꝙ possit bonū, vel malū velle. Q̄d aūt id, q̄d qs voluerit efficere nō pertinet ad libertatē arbitrij: quia libertas arbitrij est facultas intellectus, & voluntatis. Ec sic consistit in his solis duabus potētijs, ꝙ aūt efficiamus quod voluerimus, pertinet ad vires executiuas, q nihil habent de libertate; iō non est maior libertas arbitrij cū quis efficit oīa, quæ elegerit, q̄ cum nihil eorū patrare potest: nō ergo Deus permisit Saulī occidere sacerdotes, vt non diminueret libertas arbitrij eius, quin potius q̄q̄ Deus pmittat homini velle quodcunq; cupit, q̄d sufficit ad merendū, vel demerendū: nihil tñ permittit alicui homini agere, nisi id, quod iustū est ipsum agere, vel id, quod iustū est aliū pati, alioquin peruersus esset totꝰ ordo vniuersi, & ablata esset iustitia diuinæ prudentiæ. Differunt aūt illa duo: nam dr aliquid iustū esse alicui agere quod iustū est simpliciter, & in quo aliquis meretur, vel saltem non demeret, sicut ꝙ colamus Deū, & obseruemus oīa præcepta legis, & proximis beneficiamus & reos criminis puniamus cū ad nos pertinuerit: hæc enim absolutè iusta sunt, iō Deus non solum permittit nobis ista agere, sed etiā hortat nos, & incitat, vt faciamus per gratiā præuenientem pulsatiuam. Secundū erat ꝙ iustum est aliquē pati: istud est, q̄d non est absolutè iustū, sed est iustū quantū ad patientē, & in talibus semp agens peccat, nisi agat ex ignorantia: patiens tñ iustū patit: velut si quis, qui non est iudex, occidat aliquem, qui nihil sibi nocuit: iste enim, qui agit, iniustè agit: ille aūt, qui patit, iustum patit: quia licèt iste nihil mali meruerit, quantū ad illū, à quo percutit, meruit tñ quātū ad alias personas, vel saltem quantū ad Deum: & tunc Deus exigit vindictam de illo per istū, quanq̄ iste nesciat quid agit: & an sit instrumentū Dei. Sic patet Exo. 21. c de illis, qui occidunt aliquos à casu; dr. n. ibi ꝙ si quis occiderit alterū, & non est insidiatus, constituā tibi locum, quo fugere debeat: qa Deꝰ tradidit illū in manus eius. i. Deus industriauit hoc, & posuit istum ī manibus illius, vt occideret eo: & hoc modo facit Deus quantū ad oēs alias passiones hominū: qa q̄q̄ videant iniustè pati à quibusdā: Deus tñ per illos exigit vindictā malorū, quæ aliàs egerunt: isti tñ, qui exequunt sic diuinam iustitiam, non intelligūt quid agunt, sed ad aliud ipsi mouentur seipsos: & ad aliud Deus mouet eos. Sic aūt patet de Caipha summo sacerdote, qui dixit ꝙ expediebat, quod vnus homo moreret pro populo, & hoc non dixit a semetipso, sed prophetauit, vt patet Io. c. 11. ipse tñ non dixit ista verba ad intentionē, ad q̄ Deus eū mouit: nam Deus intendebat per hoc significare, ꝙ necesse erat, vt vnus homo moreret pro toto populo, ne periret tota gēs. i. totū genus humanū, si Christus nō moreret: Caiphas aūt dixit hoc alia intentione. s. ꝙ moreret Christus: quia si nō moreret, venirent Romani, & tollerent locū Iudeorū, & Gētem: expediebat ergo Christum mori, ne ista fierēt. Vtrunq; patet Io. ca. 11. sic ergo contingit in oībus, quos mouet isto modo ad vindicandū delicta: quia ad aliā intentionē ipsi mouentur. s. propter vtilitatē propriā, & vindictā: ad aliū aūt finē Deus illos mouet. s. ad executionē iustitiæ. Et sic stat ꝙ isti peccent grauiter, & ꝙ exequantur Dei iustitiā, ad q̄ ipse mo-

Deus semper permittit aliquem agere id, ad quod tenetur.

Multi licèt iniuste ab hoīe patiantur, iuste tñ inquantū à Deo pillū hominem patiuntur.

uet eos,& ob hoc interdū contingit, ꝙ aliqui hoīes prævaleant contra alios,& inferāt eis magna dāna: ita vt nobis videatur mirabile. Et hoc est, quia Deꝰ dedit eis virtutem ad exequēdum iustitiam eius: ipsi autem putant, ꝙ viribus suis hoc egerunt. Sic patet Abacuc.c.1.vbi dicitur de Nabuchodonosor captiuaturo Iudæos.ſ.Domine in iudiciū posuisti eū.i. fecisti eum iudicem, vel executorem,& fortem, vt corriperes fundasti eū. i. dedisti ei fortitudinem, vt posset corripere Iudam. Sic etiam dicitur de Sennacherib Isa.c.10.quem Deus misit ad nocendum Iudæis.ſ.Væ assur virga furoris mei, & baculus ipse: in manu eorum indignatio mea: ad gentem fallacem mittam eum,& contra populum furoris mei mandabo illi, vt auferat spolia, & eripiat prædam, & reponat illum in cōculcationem,quasi lutum plateārum: ipse autem non sic arbitrabitur,& cor eius nō ita æstimabit, sed ad conterendum erit cor eius. Et postea sequitur: dixit.n. in fortitudine manus meæ feci,& in sapientia mea intellexi. Apparet igitur, ꝙ quanquam isti agant aliquid, quod sit iniustū quantum ad agentem: nunq̄ tamen patiuntur aliqui qđ pati non mereanť: si ergo aliquis fuerit, qui nihil oīno mali mereat, ēt si totus mundus conet eū lædere,non valebit: nisi fortè Deus permiserit eū aliqua pati: quia illi expedit, vt magis mereat: & hoc modo nihil inordinatū est ī vniuerso.ſ. quia quanq̄ homo potest velle qđ desiderat: non potest tñ efficere qđcunq; vult: ēt dato, ꝙ multi iniustè agant, nullus tñ vnquam iniustè patitur. Applicando ergo ad propositum, dicendum est, quod quanquam Saul iniustè agebat occidendo sacerdotes, non patiebanť in iustum: merebantur.n.hæc pati, quę passi sunt. Hoc autem assignandum esset in quolibet malo, qđ aliquis patiť: quia tamen iudicia Dei sunt in perscrutabilia nobis, nescimus quare patianť homines ista, vel illa. Hic tamen ratio diuini iudiciꝫ patet: quia ista venerunt propter peccata filiorum Heli. Pro quo sciendum, ꝙ sacerdotium magnum, quod erat in domo Eleazari Deus trāstulit in domum Ithamar propter peccata filiorum Eleazari,& dedit illud primo Heli sacerdoti promittens ei ꝙ maneret in domo sua in æternum: postea autem filij sui Ophni,& Phinees peccauerunt grauiter in officio sacerdotali contra Deum,& contra Israel, ita vt detraherent homines à sacrificio Dei, vt patet sup.cap.2. Heli autem cognitis peccatis filiorum suorum, noluit eos corripere, vt patet sup.c.2.& 3.ideo Deus misit maledictionem super domum Heli, de qua sup. cap.2. Fuit autem maledictio multiplex. Prima fuit ꝙ domus Heli priuaretur summo sacerdotio, cum dicit ibidem: loquens locutus sum, vt domus tua, & domus patris tui ministraret in conspectu meo in sempiternum, nunc autem absit à me: sed quicunq; glorificauerit me, glorificabo eum: ecce dies veniēt, & proscindā brachium tuum, & brachium domus patris tui, & videbis æmulum tuum in templo in vniuersis prosperis Israel.i. videbis alium summum sacerdotem. Ista autem maledictio nondum erat cōpleta, quando occisi fuerunt isti sacerdotes: qa Abiathar filius Achimelech, qui nunc fugit, vt patet hic in littera, fuit summus sacerdos toto tēpore regni Dauid, vt patet 1.Paralip.c.24 eo autem mortuo Salomō abstulit Abiathar, ne esset summus sacerdos, vt patet inf.3.lib.ca.2.& ibi dicitur, ꝙ tunc completa est ista maledictio. Fuit autem alia maledictio, ꝙ duo filij Heli.ſ.Ophni,& Phinees morerenť vna die simul, vt patet sup. c.2.ſ duo duo filij tui. ſ. Ophni, & Phinees vno die morientur ambo. Istud aūt fuit pauco tempore post maledictionem positam consummatum.ſ. quia isti duo mortui sunt in bello cōtra Philisthinos, cum portarent arcam, vt patet sup. c.4. Fuit aūt tertia maledictio, ꝙ multi de domo Heli.ſ.maior pars suorum moreretur simul in ætate virili, vt patet sup.c.2.ſ.& pars magna domus tuæ morieť cum ad ætatem virilem venerit. Hoc aūt fuit nunc consummatum. ſ.quia isti 85. sacerdotes, qui erant de filijs Heli, occisi sunt simul: oēs etiam alij, q manebant in vrbe Nobe perierunt, illi tamen erāt de filijs Heli: Saul ergo executus fuit diuinam iustitiam cum occidit illos, quos Deus in pœnā delictorum filiorum Heli occidi disposuerat. Non fecit tñ Saul ad hanc intentionem, ideo peccauit: poterat tamen esse aliud delictum istorum sacerdotum, propter quod quilibet ipsorum mereretur mortem: nam propter quodcūq; peccatum mortale, cū sit homo reus mortis æternę, à fortiori merebitur mortē tēporalē. Isti aūt sacerdotes verisimile est, ꝙ in aliquo deliquissent: principaliter tamē propter quod Deus illos occidi permittebat, erat pp maledictionem data sper domum Heli: sic.n. patet de Abiathar: nā ipse meruerat deponi de summo sacerdotio: quia fauerat Adoniæ vt efficeretur rex contra Salomonē, vt patet infra 3.lib.c.1.non tamen fuit propter hoc depositus de sacerdotio, sed quia Deus hoc dederat in pœnam domui Heli: sic patet inf.3.lib.c.2.ſ. Abiathar quoq; sacerdoti dixit rex: vade in Anatho: Et postea sequitur: Eiecit ergo Salomon Abiathar, vt non esset sacerdos Domini, vt impleretur sermo Domini, quem locutus est super domū Heli in Silo.

Sacerdotes isti passi sūt pp peccata filiorū Heli.

Saul nulla ratione potuisset sacerdotes iustè occidere, etiam si non fuisset iratus. Quæstio XXIX.

QVAERETVR vlterius, an potuisset Saul occidere istos sacerdotes licitè, si nō occidisset eos pp vindictā, & quia iratus est Dauid. Et vť, ꝙ sic: qa Deus p̄dixerat eis, ꝙ morerenť, vt patet ſ.ca.2. ergo ipse poterat exequi illud. Rñdēdū est, ꝙ Saul nō poterat occidere licitè sacerdotes istos, ēt si non fuisset iratus ꝯ eos pp Dauid: qa licet Deus p̄dixarat, ꝙ maxima pars domꝰ Heli morereť, cū veniret ad virilē ętatē, tñ non determinauerat illā partē. ſ. quot essēt illi, q morerenť: posset ergo occidere Saul plusq̄ Deꝰ iusserat, & sic peccaret. Itē dato ꝙ Deus dixisset numerū illorū, q occidi debebāt de domo Heli, tñ non dixit qū,& sic nullus sciebat q erāt illi: vnde Saul nesciret, an illi sacerdotes de stirpe Heli, q erāt tpe suo essent illi, quos volebat Deus occidi. Occidēdo ergo illos, peccabat tāq̄ agēs sine mādato. Itē dato ꝙ Deꝰ determinasset quot erāt illi, in qbus cōpleri debebat illa maledictio, & q essent, tñ Saul nō poterat illos licitè occidere, nisi Deus ei mādaret: qa cū illi nō deliquerāt in tpe suo, pp qđ deberēt aliquid pati, nō habebat Saul aliq̄ iurisdictionē ordinariā sup eos. Si ergo illos occideret, necesse erat, ꝙ occideret propria auctoritate, tāq̄ p̄sona priuata, vel iurisdictione delegata. Si primo modo occideret, peccabat: qa p̄sonę priuatę regulariter nō licèt occidere quemq̄, nisi in qbusdā casibus spālibus, vt ī defensione, & similibus, de qbus nullus erat hic. Si aūt hoc deberet agere auctoritate delegata, necesse erat, vt Deus sibi hoc delegaret, cū ad eū solū ptineret ista punire: ergo poterat pcutere sacerdotes Saul, cū Deus nō iuberet ei: si aūt Deus iussisset Sauli, ꝙ exequeretť iustitiā eius contra sacerdotes, & ipse hoc fecisset, mereretť inimis. Sic.n fuit de Achab rege Israel: nā Deus prędixerat ei, quòd occideret de ipso mingentē ad parietem, & clausum, & vltimum in Israel, ideſt, quòd nullum dimitteret de stirpe sua, vt patet infra 3.lib. cap.21.

ca.21. postea verò quidam de prophetis vnxit Iheu in regē Israel: & dixit ei: hæc dicit Dominus Deus: vnxi te in regem super populum meum Israel, & percuties domum Achab Domini tui, vt vlciscar sanguinem seruorum meorum prophetarum,& in terficiam de Achab mingentē ad parietem, & clausum,& nouissimum in Israel, vt patet infra 4. lib. ca. 9. postea Iheu occidit omnes, qui erant de stirpe Achab, ita vt nullū relinqueret: in quo nimis meruit, quod faceret semen suum regnare vsque ad quartā generationem, vt patet infra 4.lib.cap.10.ſ. Quia studiosè fecisti, quod rectum erat, & placebat in oculis meis,& omnia, quæ erant in corde meo fecisti contra domum Achab, sedebunt filij tui vsque ad quartam generationem super thronum Israel, vt patet infra 4.lib.cap.10.sed Deus nihil iusserat Sauli de occisione sacerdotum istorum: ergo peccabat si eos occideret, quanquam Deus iudicasset de illis, quòd occidendi essent. *Nobe autem ciuitatem sacerdotum percussit in ore gladij*, ideſt non solum Saul fecit occidi sacerdotes istos: sed etiam iussit occidi, qui erant in vrbe Nobe. Vocatur autem Nobe ciuitas sacerdotū: quia ibi habitabāt soli sacerdotes cum familijs suis: erat enim ibi templum Domini, vt patet præcedenti cap. ideo data est sacerdotibus, vt ibi habitarent. Dicitur autem, quod percussit in ore gladij, ideſt, ꝙ omnes, qui ibi erāt, perierunt gladio. Refert autem Nicolaus istam percussionem ad Doeg, ſ. quod ipse percussit omnes habitantes in vrbe Nobe,& ideo dicit, quod fuerunt aliqui cum eo: ipse enim solus nō potuit hoc facere. Motiuum suum est, quia verbū præcedens refertur ad Doeg, ſ. quod trucidauit 85. viros. Vult ergo etiam verbum istud, ſ. percussit, referre ad eum, sed referendum est ad Saulem, ſ. quod percussit ciuitatem, ideſt iussit illā percuti: & ibi verisimile est, quod multi fuerint in percutiendo vrbem: quanquam nullus fuit de illis, qui primò noluerunt coram rege percutere sacerdotes, sed fuerunt alij, qui non erant de famulis regis, sed erāt de regno,& illi obedierunt. *Viros,& mulieres*, ideſt tam viros, quàm mulieres fecit occidi: ī hoc autem fuit nimis durus Saul, quia soli viri fecissent coniurationē, si aliqua facta erat: fœminæ autem nihil: ideo nec puniri merebantur. *Paruulos lactentes*, ideſt etiam occidit pueros paruulos, qui erant infra pubertatem, & lactentes, ideſt etiam pueros, qui erant in lacte: habuit se in hoc durus, quàm contra hostes, quia Deus iusserat, quando caperetur aliqua ciuitas hostilis pugnando, quæ se noluisset tradere in pace, occiderentur omnes, qui erant in ea, præter infantes, mulieres, & iumenta, vt patet Deut ca.20. Saul autem oēs istos occidit. *Et bouem,& asinum,& quem in ore gladij*, i. ēt occidit boues,& oues,& asinos: & p hæc intelligēda sunt oīa viuētia, ſ. ꝙ nihil viuens in vrbe reliquerit.

Deus iustè permisit Nobe subuerti (quamuis per iniustum) propter maledictionem filiorum Heli. Quæst. XXX.

QVAERET aliquis, quare Saul deleuit vrbē Nobe sicut hic hť, & quare Deus illā p̄misit deleri. Rñdendū est, ꝙ sicut supra dictū est, nullus patiť aliq̄ iniustū, q̄q̄ multi iniustū agant, licet ergo Saul iniustè subuerteret vrbē Nobe, illi tñ, q ī ea erāt, merebanť hæc pati: & pp hoc Deus p Saulē, licet p iniquū, executus est iustitiā suā. Cā aūt quare p̄misit eā deleri, vť fuisse pp maledictionē filiorū Heli: qa Deꝰ prędixerat, ꝙ maxima pars domus Heli moreretur, eū veniret ad ætatē virilē, vt patet sup.ca.2.sacerdotes aūt isti fuerant trucidati, qui erant de stirpe Heli, & erant viri: iō ēt Deus voluit, ꝙ perirēt familię eorū. Alph. Tost. super 1. Regum.

A rū. Erāt aūt familiæ istorū sacerdotū in vrbe Nobe qa ibi habitabāt, cū dicať illa vrbs esse sacerdotum, vt patet in litera: iō voluit Deus, ꝙ perirent oēs, qui, erant in vrbe illa, tam magni, quàm parui, ſ. vt de eis nō maneret aliqua progenies. De bobus aūt, & alijs iumentis dicendū est, ꝙ illa Deus permisit occidi ad terrorē criminis, ſ. quia q̄q̄ pœna non debeatur directè rebus inaīatis, quia peccare non p̄nt, pereunt illa aliq̄n cū Dñis suis ad tertorem criminis: sicut factū est in submersione Datham, & Abyron: nam iussit Deus, ꝙ nullus contingeret aliquid de his, quę pertinebant ad illos, sed oīa perirent,& aperta est terra, deglutiuitque illos cū oībus, quæ possidebant, vt patet Num.c.16.Iussit ēt Deus, ꝙ cū aliqua ciuitas eēt
B Idolatrarū in terra Israel, occiderenť tā hoīes, q̄ iumenta,& cremarenť oīa, q̄ erant in vrbe: nec acciperet quisq̄ aliqs de illis, vt patet Deut.c.12.& quia ista maledictio veniebat pp crimen magnū filiorū Heli, voluit Deus, ꝙ periret vrbs ipsorum cum omnibus viuentibus, quæ ibi erant: poterant etiam esse aliæ causæ, de quibus homo iudicare nequit.

Saul ex ira subuertit Nobe licet Deus ex alia causa cum moueriť. Quæstio XXXI.

QVAERETVR vlterius, quare Saul sic deleuerit vrbem Nobe. Nā q̄q̄ Saul executus fuerit in hoc iustitiam Dei, tñ ad aliū finē Deus vo-
C lebat ciuitatē destrui,& ad aliū destruebat eā Saul: sicut fuit de Caipha, quē Deus mouit ad loquēdū verba p̄phetica: aliā tñ significationē fecit ipse in verbis suis,& aliā faciebat Deus, vt patet Io.c.11.q̄q̄ igitur Deus fecerit deleri vrbem Nobe, vt cōpleret maledictio posita sup filios Heli, Saul tñ nō egit ad hoc. Sed dicēdū, ꝙ egit ex ira, qua concepit ꝯra sacerdotes, qa reperit eos fauere Dauid, vel putauit: & vt satiaret in eis irā suā, nō solū voluit delere eos, sed ēt pgenies eorū. Deleuit ēt ciuitatē, qa illā habuit exosā tā q̄ ibi coniuratio eēt facta ꝯ eū: nā ibi Dauid locutus est cū Achimelech: sicut ergo reges facere solent, ꝙ domus eorū, q ꝯ eos rei sūt læsæ maiestatis, diruant, & terræ cōplanenť, ita cū vrbs Nobe eēt habitaculū
D sacerdotū, q rei erāt læsæ maiestatis ꝯra Saulē, vt ei videbať, fecit ꝙ ciuitas deleretť, boues quoq; asinos, & iumēta,& oīa aīalia fecit Saul occidi, qa cū qs reꝰ est læsæ maiestatis, confiscātur bona eius: ira Saul ad magis satiandū irā suā fecit oīa occidi. Sed sciēdū, ꝙ dato, ꝙ Saul iustè occidisset sacerdotes Nobe, vt potè si verè coniurassent, ſ. ad p̄sequendū ipsum, adhuc peccasset Saul occidēdo filios eorum: lex .n. iusserat Deut.c.24.ꝙ nō occiderenť patres pro filijs, nec filij p patribus: sic.n. fecit rex Amasias: nā serui patris sui occiderāt patrē suū, ipse aūt postq̄ regnauit, occidit interfectores patris sui, sed noluit interficere filios
E eorū pp legē, vt patet ĵ 4.li.c.14.ſ.cūque obtinuisset regnū peussit seruos suos, q̄ interfecerāt regē patrē suū, filios aūt eorū, q occiderāt, non occidit, iuxta ꝙ scriptū ē in libro legis Moysi: nō morienť pres p filijs, nec filij p p̄rib⁹, sed vnusq̄sq; p p̄cō suo moriet: peccauerat ēt occidēdo vxores istorū sacerdotū, qa dato, ꝙ illi peccassent, nihil pati debāt vxores, qa sūt p̄sonæ nō attinētes ad viros q̄tū ad obligationē pro crimine: nā si filij nō dēnt mori p p̄ribus ſm legē, ad quos magis de p̄rib⁹ attinet: à fortiori nō dēnt occidi iustè vxores p viris, qa sūt p̄sonę minus attinētes: ꝙ patet ex iudicio Dei: nā licèt in iudicio humano nō debeat mori aliqs p alio, sed qlibet p pcō Deut. c.24.tñ ſm iudiciū Dei interdū moriunt alig p alijs: sicut Deus punit peccata patrum in filios vsque in tertiam,& quartā generationē, vt patet Exo c.34.& In iudicio humano nō debet vnus mori, p alio, pōt tñ in diuino.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nume. 14. nunquam tñ dr̃, q̃ Deus puniet peccata virorũ in vxores: ergo à fortiori erit q̃ lege humana .s. q̃ si non potest lex humana occidere filiũ pro patre, minus poterit occidere vxorẽ pro viro: Saul tñ occidit oẽs vxores eorũ, & quotquot alias feminas reperit in vrbe, & hoc ad satiandũ irã suam. De bobus autẽm, & iumentis, cẽterisq; animantibus dicẽdũ, q̃ Saul potuisset illa iuste occidere, si potuisset occidere iuste sacerdotes, vt si verè illi essent rei lęsæ maiestatis: nã tunc poterat iustè confiscare bona eorum: nihil tñ peccauerant: ergo in quocunq; istorũ peccauit Saul. *Euadens aũr.* Hic quod factũ est Dauid denũciatur. s. de occisione sacerdotum, & dr̃. *Euadęs vnus filius Achimelech.* i. cũ occiderent sacerdotes, euasit de eis vnus filius Achimelech s. Abiathar, qui postea fuit summus sacerdos, potuit aũt iste fugere de illis sacerdotibus, q̃ fuerũt prędentes Sauli, qñ Doeg occidit 85. & forte ẽt iste erat vestit⁹ Ephod cũ alijs: & quia serui regis nolebant mittere manus suas in sacerdotes, q̃q̃ videret aliquem fugientẽ non curabant tenere illum. Vel potest dici, q̃ iste fugit de vrbe Nobe: quia mãserant in vrbe fortè aliqui de filijs sacerdotũ, inter quos fuit iste iuuenis Abiathar: & cũ videret, q̃ Rex miserat, vt percuteret vrbs Nobe in ore gladij fugit. *Filij Achitob.* i. Achimelech erat filius Achitob, & iste, q̃ euasit, erat nepos Achitob, *Cuius nomen erat Abiathar.* Iste iuuenis Abiathar, quia erat filius summi sacerdotis de iure pertinebat ad eum summũ sacerdotiũ: nũc aũt qa perierant oẽs de vrbe Nobe, siue fuisset Abiathar maior inter filios Achimelech, vel minor, habiturus erat sacerdotiũ, eo q̃ nullus alius manserat, ad quẽ de iure pertineret, & sic accepit istum Dauid pro summo sacerdote, vt patet. 1. Parali. c. 24. *Fugit ad Dauid.* Non habuit Abiathar aliũ locũ securiorẽ, ad quẽ fugeret, q̃ ad Dauid: quia si fugisset ad aliquã partẽ terrę Israel, caperetur, & occideretur, cũ rex iussisset occidi oẽs, qui erãt in vrbe Nobe: & iste erat vnus de illis. In regna aũt extranea, vt in terram Philisthinorum ire non audebat: quia illa erat terra hostilis: Ad Dauid aũt securè fugit pp duo. Primũ erat: quia Dauid non obediebat Sauli, sed erat hostis eius, iõ manente ibi Abiathar, q̃q̃ aliquis eũ quæreret ad occidendum ex parte Saulis, Dauid non traderet eũ illi. Secũdũ erat, qa Dauid videbaẽ teneri nimis Abiathar pp patrẽ suũ: qa pr̃ suus Achimelech fuerat amicus Dauid, & dederat ei panes, & gladiũ, & consuluerat Dominum pro illo, & ad vltimũ ipse cũ tota cognatione sua perierat pp Dauid: ergo nimis tenebatur Dauid Abiathar pp patrẽ suũ, & cognatos, & sic se obtulit ei dicẽs: mane mecũ, ne timeas, siquis quæsierit animã meã, q̃ret & animã tuã. *Et annunciauit ei q̃ occidisset Saul sacerdotes Domini*: Iste. n. primus retulit Dauid de occisionę sacerdotum, cũ celeriter venisset ad eũ, & nunciauit ei tã de sacerdotibus q̃ de ciuitate, & qũo oĩa, q̃ ad illos pertinebant consumpta fuerint. *Et ait Dauid ad Abiathar.* Hic Dauid miseretẽ sacerdotũ, & dolet, q̃ occasione sua perierint. *Sciebã in die illa.* s. ĩ die, qua ego locutus sum ad Achimelech petens ab eo panẽ in Nobe. *Quod cum esset ibi Doeg Idumæus*, s. quia Dauid sciebat istũ ibi esse: quia vidit eũ in sanctuario, & ipse aliqualiter fuit præsens eis, q̃ agebanẽ inter Achimelech, & Dauid. *Proculdubio annunciaret Sauli.* i. sine dubio ego sciebam, q̃ ille non subticeret, sed nunciaret Sauli ea, q̃ viderat. Hoc dicebat Dauid: quia sciebat Doeg eũ adulatorẽ, vt cõ placeret Sauli, & q̃ accusaret apud eum quẽcunq;, cuius accusationẽ putaret esse acceptam apud Saulem: & quia Sauli placeret audire de fuga Dauid, credidit Dauid, quòd iste ei annunciaret.

An Dauid peccauerit petendo aliquid ab Achimelech, cum sciret ex hoc mortem sacerdotum consecuturam. Q. XXXII.

QVAERET aliquis, an Dauid peccauit petendo aliquid ab Achimelech, vel loquẽdo cũ eo, vidente Doeg, cũ sciret ex hoc consecuturam mortem sacerdotum: qui tamẽ occasione præbet alicui mortem, q̃ verisimiliter credit euenturam, reus est: sic etiam paret, q̃ Dauid in hoc peccauisset: quia ipse cõfessus est peccatũ suum, vt patet immediate. s. ego reus sum omnium animarum patris tui i. ego habeo culpam in omnibus illis. In q̃riũ videt, q̃ nõ peccauerit Dauid petendo aliquid coram Doeg ab Achimelech, quanquam postea ex hoc secuta fuerit mors sacerdotũ: quia Dauid nunquam peccauit mortaliter, nisi ĩ morte Vrię, & adulterio Bersabee, vt patet infra. 3. li. c. 15. s. Fecit rectũ Dauid in oculis Domini, & non declinauit ab omnibus, quæ præceperat ei cunctis diebus vitę suæ, excepto sermone Vrię Hethęi. Ergo non peccauit in hoc. Cũ aũt obijcitur, q̃ Dauid sciebat illud, qđ inde secuturũ erat, ergo erat in culpa. Nicolaus respõdet, q̃ impropriè accipiẽ ibi pro coniecturare, vel timere. Sed hoc nõ stat: quia litera dicit. sciebam in die illa, q̃ cum ibi esset Doeg Idumæus proculdubio annunciaret Sauli, ergo non dubitabat in hoc. Cum autem dicit Nicolaus, q̃ de futuro contingenti non erat certificatus, verũ est hoc quantũ ad hoc, q̃ Dauid sciret pro priè illud, sicut scimus ea, quæ ineuitabilia sũt: sciebat tamen satis certè, ita q̃ ipse non dubitaret: quia cognouerat talem esse Doeg: qui nequaquam se cõtineret, quin ista diceret; & hoc sufficiebat ad hoc, q̃ Dauid peccaret, qa agebat contra conscientiam. Sed dicendum est, q̃ Dauid sciebat, quòd proculdubio Doeg annunciaturus esset ista Sauli nescienti tamen, nec existimabat an propter hæc Saul, vellet occidere aliquem de sacerdotibus, vel nocere eis in aliquo: nam non apparebat aliquid, propter quod rationabiliter debuisset hoc præsumi, cum sacerdotes nescirent de fuga Dauid: non ergo agebat cõtra conscientiã Dauid, quanquam peteret panem, & gladium coram Doeg. Aliter etiam dici põt, q̃ Dauid non vidit Doeg à principio, cum accessit ad Achimelech, sed postea cũ locutus fuit ei: si aũt vidisset à principio, deuitasset loqui cũ Achimelech: nunc aũt q̃q̃ sciret q̃ Saul occideret sacerdotes, eo q̃ annũciarenẽ ei ista p Doeg, nõ peccabat aliqualiter: qa iã non poterat ꝓuidere ꝓteritis, & ĩstud verisimilius est, Cũ aũt dicebaẽ, q̃ Dauid confessus est se peccasse ĩ hoc, falsum est. Et cũ dr̃: ego reus sũ oĩum aĩarum pr̃is tui, est sensus: ego obligatus sum pro illis: qa occasione mea perierũt: ipse tamẽ non pr̃stitit causam directè ad hoc, q̃ morerenẽ sacerdotes: peccatum tñ non est, nisi ĩ eo, qui directè causam p̃bet, vel pp cuius culpã aliquod malum sequit: neutrum aũt erat in Dauid isto modo, qa ipse non præbuerat causam, vt Saul occideret sacerdotes: nec ẽt culpa sua nunciauit hoc Doeg Sauli: quia ipse nescire poterat an ibi erat Doeg, nec suspicari quousq; vidit eũ. Sed adhuc dato, q̃ Dauid sciuisset, q̃ sacerdotes morituri essent, vr̃ aliquibus, q̃ debuisset petere panem ab Achimelech: nam Dauid erat in magna necessitate famis, non poterat habere aliunde panẽ, vt ergo nõ morereturẽ, poterat petere ab Achimelech panem, quanquam sciret ei ex hoc malum futurũ. Sed hoc non stat: quia potius debuisset pati Dauid quæcunq;, quàm agere aliquid, pro quo sciret sacerdotes morituros. Pro quo sciẽdũ, q̃ aut Dauid erat in extrema necessitate famis. s. q̃ non poterat hr̃e aliũde, nisi ab Achimelech, nisi exponeret se mortis pericul[o], vel poterat hr̃e aliunde sine hoc periculo. Si autẽ poterat aliunde habere, dicendum, q̃ peccabat mortaliter petendo ab Achimelech corã Doeg, siue sciret certissimè mortẽ sacerdotum, vel damna inde secutura, aut saltẽ si hoc leuiter suspicaret, quia non debebat alteri cãm præbere periculi, cum ipse sine periculo posset sibi aliũde prouidere. Si aũt Dauid esset in extremitate famis, ita q̃ moriendum sibi esset, nisi peteret panem ab Achimelech. Dicendũ, q̃ aut præsumebat certissimè, q̃ pp hoc moreretur Achimelech cum familia sua, aut aliqualiter hoc suspicabatur, vel timebat, sed non credebat: si enim solum suspicaretur, leuiter, debebat magis prouidere periculo suo certo, q̃ dubio periculo alterius, & poterat petere panem: si tñ certissimè credebat moritu[r]um pp hoc Achimelech cum familia sua, ẽt si Dauid moriturus esset, nisi peteret panem ab Achimelech, potius pati debebat, q̃ moreretur, q̃ q̃ ipse crederet certissimam cãm mortis Achimelech. Paret si mile, velut siquis velit me occidere, si ego non occidam alterum, potius debeo sustinere, q̃ occidar, q̃ q̃ aliũ occidam, dũ ille nihil mali meretur: ita aũt hic potius Dauid dẽbat pati mortẽ certissimã p famẽ, q̃ q̃ faceret occidi Achimelech petẽdo ab eo panem. *Liranus refellit.*

Dauid quare non annunciauit Achimelech, vt obseruaret se à Saule. Quæst. XXXIII.

QVAERETVR vlterius, cum Dauid sciuisset, q̃ erat ibi Doeg, & viderat eum loquentẽ cũ Achimelech, siue Dauid vidisset Doeg ante locutionem, siue post, cur nõ dicebat Achimelech, vt obseruaret se à Saule pp ista, quæ fecerat, & nõ incideret in manus eius: & si fuisset Achimelech instructus super hoc, qñ misit Saul ad vocãdum eũ, ipse fugisset cum tota progenie sua, sicut fugit Abiathar, & nullus perijsset. Responderi potest, q̃ Dauid fortè non timuit ex hoc aliqua mala secutura Achimelech, & familiæ suę, ideo q̃q̃ sciret, q̃ Doeg annũciaturus esset ista Sauli, ideo non instruxit Achimelech. Aliter rñderi põt, q̃ Dauid suspicat⁹ est aliqua mala ventura esse Achimelech; & familiæ suæ pp eum: magis tñ voluit prouidere sibi, q̃ Achimelech, quia si Dauid debuisset instruere Achimelech super hoc, necesse erat, q̃ reuelaret ei fugam suam, alioqn non haberet aliquam cãm dicendi ei, q̃ obseruaret se à Saule, quia dando ei panem, & gladiũ, nihil mali faciebat, si non fugeret Dauid à facie Saulis: si tñ hoc reuelasset Dauid esse sibi mortis periculum, qa tunc Achimelech cum alijs sacerdotibus, ne arguerẽtur rei apud Saulem, tenerent Dauid, & traderent eum in manus Saulis: ex quo sequeretur mors certissima Dauid: elegit ergo potius Dauid se eripere à morte, q̃ eripere Achimelech, & familiam suam. Sed dicet aliquis, q̃ hoc est cõtra supra dicta, s. q̃ potius debuisset Dauid mori, q̃ præbere occasionem, vt morereẽ Achimelech. Dicendum, q̃ non est contra illa, quia aliud est in euasione, aliud est in præstatione occasionis ad mortem alterius, s. quia potius debet aliquis seipsum à morte eripere, ẽt si alij moriantẽ, q̃ eripere alios, non debet tñ præstare alicui occasionẽ ad mortem, vt ipse non moriatur. Quod patet, vt si sint duo hoĩes in periculo mortis, & quilibet nouit, q̃ necesse est vnum eorum mori, & quocunq; eorũ morietur alius certissimè euadet, nullus eorum tenetur mori, vt alius euadat, sed magis debet quilibet solicitari pro se, ẽt si alius moriatur: si tñ ego scio, q̃ nõ possũ, euadere mortem, nisi aliũ occidam, & si occido illũ, certissimè liberabor, potius debeo mori, q̃ illum occidere, quia hic præstatur occasio ad malum. Cũ aũt

aliquis curat seipsum euadere, non præstat directè alicui occasionem ad malũ, ita ergo erat in casu Dauid, & Achimelech: si enim Dauid antequam peteret panẽ ab Achimelech: crederet certissimè, q̃ pp hoc secutura esset mors Achimelech: potius debuisset ipse fame mori, q̃ panem petere. Si ante panẽ petitum hoc ignorauit, & illo accepto sciuit, q̃ Achimelech cũ familia sua moriturus esset, quia sibi panem dederat, nisi ipse eum instrueret, vt fugeret: sciebat etiam, q̃ si ipse instrueret eũ, moreretur, ipse Dauid nõ tenebatur instruere Achimelech, vt fugeret, sed potius debebat curare de salute sua: & iã hic Dauid non operabatur aliquid cõferendo cãm ad mortem Achimelech: quia iam factum erat id, ꝑ q̃ conferebaẽ occasio ad mortẽ, sed solum poterat eripere Achimelech à morte, si instrueret eũ: nõ tñ poterat illũ instruere, quin ipse teneretẽ, & morereẽ: ergo nõ obligabatur alteri consulere cum iactura sua.

Quare Doeg non vocauit sacerdotes, vt tenerent Dauid. Quæst. XXXIIII.

QVAERET aliqs, cum Doeg vidisset, quid fiebat inter Dauid, & Achimelech, cur non vocauit sacerdotes ad tenẽdum Dauid: nam ipse fecisset in hoc singulare seruitiũ Sauli, quia nihil magis ipse desiderabat, q̃ occidere Dauid, & dicebat, q̃ nullus dolebat vicẽ eius, quia nemo annunciabat ei de Dauid: q̃ ergo Doeg accepisset Dauid, & tradidisset Sauli, erat maximum, in quo ei poterat cõplacere: rursus aũt Doeg hoc nimis desiderabat, qa nullus erat inter seruos Saulis, qui ita vellet cõplacere, sicut apparuit in occisione sacerdotum, quia nullo volente mittere manũ in illos, ipse occidit oẽs, vt patet supr. in litera: & ipse fuit, qui primo accusauit sacerdotes corã Saule: ergo debuisset nunc tenere Dauid. Rñdẽdum est, q̃ Doeg nescivit, an Dauid fugeret à facie Saulis, sed putauit, q̃ mitteretur ab eo ad aliquid expediendum, sicut mitti consueuerat, vt patet sup. c. 17. ideo permisit eũ ire: nesciebat aũt Doeg, an fugeret Dauid, eo q̃ ipse receisset prius de curia Saulis, q̃ Dauid, & nesciebat aliquid de nouis immutationibus: hoc aũt fortè, quia ex aliquot diebus exierat Doeg à curia ad expediẽdum aliqua negocia sua, vel regis: & nesciebat quid factũ esset de Dauid: vel fortè mansserat multis diebus ex voto in scũario ad faciendũ sacrificiũ, vel orandũ, & nõ steterat in curia: vel fuerat ibi ad addiscẽdũ legẽ ꝫm, q̃ Hebræi dicũt. Sed prima duo sunt verisimiliora. Cognouit aũt postea cum fugisse, cum stetit coram Saule, & conquestus est Saul, q̃ nemo ei annunciaret de Dauid. Aliqs tñ fortè dicet, q̃ Doeg sciuit fugam Dauid, tñ nõ conatus fuit eum tenere vocando sacerdotes, quia credebat illos coniurasse cum eo, eo q̃ Achimelech dederat ei panes, & gladiũ, vñ non adiuuarent eum ad tenendũ Dauid. Sed dicendũ, q̃ nõ stat, quia dato, q̃ hoc credidisset Doeg, vocasset sacerdotes, quia putaret, q̃ timore regis fauerent ei: vel saltem vidisset qd rñderent ei: & si nollẽt eũ adiuuare, accusauisset eos coram rege, non solum dicens, q̃ Achimelech dederat Dauid panes, & gladium, sed quod maius erat, q̃ ipso vocãte eos in adiutoriũ ꝺ Dauid, nullus voluisset ei fauere, ex quo pateret manifesta cõiuratio cũ Dauid: Doeg quoq; hoc agere voluisset, qa ĩ hoc sciret se prestare magnũ obsequiũ Sauli, non tñ tentauit aliquid horũ agere, ergo videt, q̃ ipse nesciebat Dauid fugere, sed putauit eum mitti à rege ex causis dictis. *Ego reus sum omnium animarum patris tui.* Idest ego obligatus sum pro omnibus animabus, idest, pro omnibus hominibus, qui perierũt de domo patris

Universidad de Deusto
Biblioteca

tris tui. In hoc non confitetur Dauid se habere aliq̃ culpam in occisione sacerdotum: quia ille solum habet culpam, qui directè operatus est ad hoc, ꝙ aliqđ malũ fieret. Vel qui sic se habuit, ꝙ ex culpa sua malũ secutũ est. Dauid aũt neutrũ istorum habebat: iõ non erat reus animarum. Sed dr̃ reus: quia propter ipsũ Saul occidit oẽs viros de domo Achimelech.

Pro hoc autem tenebatur Dauid Abiathar, & quibuscũq; superstitibus de familia Achimelech, & sic suscepit Abiathar beneuolè, & propter hoc dixit ei, ꝙ erat reus omnium animarum patris sui, vt ꝑ hoc intelligeret Abiathar, ꝙ propter istam obligationẽ Dauid esset magis solicitus pro eo. *Mane mecum, ne timeas.* Ideſt mane in comitiua mea. Habebat. n. iam Dauid sexcentos viros, qđ patet: quia sequenti cap. dicitur ꝙ egressi sunt de Ceila Dauid, & sexcenti viri sui. Dixit aũt: ne timeas. s. non timeas Saulem? q.d. ego liberabo te à Saule: putabat enim Abiathar, ꝙ Saul persequeret eum vbicunq; esset, eo ꝙ iusserat occidi omnes sacerdotes de vrbe Nobe: cũ Dauid autem non poterat eum persequi, eo ꝙ Dauid liberaret eum à morte. *Siquis quæsierit animam tuam, quæret & animam meam.* i. non timeas, ꝙ aliquis te occidat: quia siquis quæsierit animam tuam i. quęsierit te ad occidendum, quæret etiam animã meam. i. oportet ꝙ me quærat: quia ego pugnabo pro anima tua, sicut pro anima mea. In hoc autem obligabat se Dauid nimis Abiathar: & erat istud propter duo: primò quia erat nimis obligatus Dauid Abiathar propter patrem suum, & omnes cognatos, qui mortui fuerãt pro eo, quos ipse à morte eripere nõ potuit: ꝑ isto igitur, quẽ apud se habebat, pugnaturus erat vsq; ad mortẽ, ne quis eũ pro hac causa molestaret. Secundò hoc faciebat: quia ad eum confugerat: Dauid enim habebat robur suũ in multitudine eorũ, qui confugerant ad ipsum: pro quorũ singulis si ipse ad mortem non se exponeret, cũ opus esset, omnes eũ desererent, iõ pro quolibet eorũ se debebat Dauid opponere: sic aũt erat de Abiathar: quia cõfugerat ad eũ, iõ obligauit se ei sic: *Mecũq; seruaberis.* i. manendo mecum seruaberis à morte, quam non posses euadere, si in alio loco esses.

CAPITVLVM XXIII.

ET annunciauerunt Dauid, dicentes: Ecce Philisthijm oppugnant Ceilam, & diripiũt areas. Consuluit ergo Dauid Dominum, dicens: Num vadam, & percutiam Philisthæos istos? Et ait Dominus ad Dauid: Vade, & percuties Philisthæos, & saluabis Ceilam.

Perſecutio Saul in ꝑsonã Dauid, & comites.

Descripta in superioribus aperta persecutione Dauid, quam passus est in persona aliena, scilicet in sacerdotibus, hic describit persecutio, q̃ passus est in ꝑsona propria, .s. in se, & suis comitibus: & qa magna Dei pietas nõ permittit hoiem tentari vltra id, qđ põt, sed facit cũ tentatione prouentum, vt patet prima ad Corin. c. 10. iõ circa hoc ponit primo contra Dauid duplex insultus: secundò triplex ꝓuentus sequenti c. Prima in duas: quia primò Saul persequitur Dauid in ciuitate: secũdò eum persequit in deserti vastitate, ibi. *Et vidit Dauid.* Prima in tres: quia primo vrbs Ceila per Dauid defenditur: secũdò in ea contra Dauid obsidio disponitur: tertiò Dauid Dei reuelatione eripitur. Secunda ibi. *Nunciatum est autem Sauli.* Tertia ibi. *Quod cum resciſſet.*

Continua est historię narratio. Quæstio I.

QVAERITVR circa primũ de his, q̃ hñr hic, quẽ ordinẽ habeãt ad prędecentia, .s. an sit cõtinuus, vel sit aliqua transmutatio, & an fuerint facta ea, q̃ habentur hic immediatè post supradicta, vel magno tꝑe post. Respondendũ, ꝙ non est hic aliqua mutatio ordinis: quia sup. dicebat de principijs persecutionis Dauid apertè, .s. qũo Saul occiderit sacerdotes ꝓpter Dauid: & qũo fugerit Abiathar ad Dauid, hic autẽ dñr aliqua, q̃ fecit Abiathar cũ Dauid, .s. qũo consulebat pro eo Dñm, vt patet i litera. Ergo necesse est, ꝙ istud fuerit post ea, q̃ hñr p̃cedenti cap. Cũ aũt quęrit, an fuerint immediatè facta: respondendũ, ꝙ paruũ tẽpus interciditꝫ ea, q̃ habent sup. & hic: quia postquã Dauid venit i terrã Iuda, nunquã cessauit Saul persequi illũ, quousq; recessit de ea, sed Dauid venerat iã in saltũ Hareth, vt patet præcedenti. c. & audiuit Saul, ꝙ venisset, iõ verisimile est, ꝙ persequeretur eũ immediatè: nõ. n. posset ibi manere tempore magno, quin Saul persequereꝫ eũ. *Et nunciauerunt Dauid, dicentes.* i. annunciauerũt ei qũo Philisthini expugnabant Ceilã: isti aũt, q annũciauerũt, erãt viri Ceilę: & venerunt ad Dauid orantes, vt liberaret eos de manu Philisthinorũ.

Quare viri Ceilæ aununciauerunt Dauid persecutionem Philisthinorum. Quæstio II.

QVAERET aliquis, quare viri Ceilę annũciauerunt hoc Dauid. Respondendũ est, ꝙ Dauid morabaꝫ eo tꝑe in deserto Hareth apud vrbem Ceilam, ideo Ceilanis visum est in promptu vocare Dauid: quia nullus melius eis posset succurrere. Etiã quia Dauid semp habebat viros paratos ad pugnã, cũ semper caueret sibi à Saule, & esset in periculo, ideo sine mora poterat irruere sup Philisthinos qua si inopinatus, & præmeret eos. Etiã vocauerunt eũ, quia cum esset Dauid vir bonus, q̃ diligebat à toto Israel, & Iuda, vt patet su. c. 18. crediderũt, ꝙ ꝓptè veniret in eorũ auxilio, iõ vocauerũt illũ, quia nullus melius pugnare poterat contra Philisthinos, quã Dauid: quia sępe pugnauerat contra illos, & attriuerat eos plaga magna, iõ timebant eũ Philisthini magis, quàm quoslibet duces Israelitarum. Item Ceilani vocauerunt Dauid: quia putauerunt, ꝙ libenter veniret, eo ꝙ ad eum ex officio pertinebat pugnare pro Israel: nam Saul constituerat eum ducem belli, & postea fecit eũ tribunum super mille viros, vt patet sup. c. 18. & ipse egrediebatur ad pugnaudũ contra quoscũq; hostes Israel, & omnes Israelitæ sequebant eum, vt patet eo c. .s. Omnis aũt Israel, & Iuda diligebat Dauid: ipse. n. ingrediebatꝫ, & egrediebatur ante eos, .s. ad bellum. Crediderunt ergo Ceilani, ꝙ nunc ẽt vellet sic pugnare pro eis. Itẽ vocauerũt eũ: quia putauerunt hoc esse ei vtile: nã Dauid habebat secũ multos viros, .s. sexcentos, quos nõ habebat vnde aleret, nisi ex prędа: iõ erat desiderans semper habere materiã, ex qua ei prouenireꝫ aliquid ꝓ cibis virorũ suorũ: nũc aũt cũ Philisthini p̃darent Ceilam, si Dauid tolleret prędã de manu, eorũ hr̃et inde magnã vtilitatẽ, .s. qa Ceilani darent sibi partẽ p̃dę, quæ eis ablata fuerat, iõ crediderũt Ceilani, ꝙ in hoc gratum duceret Dauid: quia dabant ei materiam, vnde aliqđ acquireret pro expensis virorum suorum.

Quare Ceilani non vocauerunt Saulem, vt eriperet eos. Quæstio. III.

QVAERET aliquis, quare viri Ceilæ non vocauerunt regem suum Saulem, vt eriperet eos. Aliquis respõdebit, ꝙ crediderunt, ꝙ fortè Saul nolet pugnare contra Philisthinos pro illis, iõ orauerũt Dauid. Sed hoc non stat: qa Saul cũ esset rex Israel, maximè doleret, ꝙ Philisthini inuaderent terrã suã: ergo ipse succurreret, qa ad eũ maximè expectabat ꝓuidere: sic patet infra in litera ibi: cũ Saul iam esset cõprehensurus Dauid, venit nuncius quidã, ꝙ Philisthini infuderant se super terrã Israel, & cessauit à Dauid, & iuit contra Philisthinos, q̃q̃ nimis desideraret capere Dauid: nunc aũt non persequebatur Saul Dauid, nec impediebaꝫ à capiendo eũ: ergo verisimilius est, ꝙ nunc pro illis faceret eundo ad defendẽdũ Ceilã, q̃ cũ iuit ad defendendũ terrã à Philisthinis, relicto Dauid, quem cõprehensurus erat. Non iuerunt ñ Ceilani ad Saulẽ, quia Philisthini prædabanꝫ terram, & subitò recessuri erant: Saul aũt procul à loco ipso morobatur, & priusquam ipsi irent ad Saulẽ, & rẽdirent, recederent Philisthini capta præda, ideo nõ proficiebat, ꝙ Ceilani vocarent Saulem. Ẽtiam, quia si Saul venturus esset ad defendẽdum Ceilam primo congregaret exercitum, quem dũ ipse congregaret recederent Philisthini: iuerunt ergo ad Dauid, quia ille manebat apud Ceilam in deserto Hareth, & habebat viros suos paratos ad pugnam, quia semper parati erant, cum essent in periculo, iõ vocauerunt Dauid, qui eis velociter possit succurrere. *Ecce Philisthini expugnant Ceilam.* i. obsidẽt eam ad capiendum ipsam. Est enim Ceila in sorte Iudæ, & erat coniuncta terræ Philisthinorum, ideo Philisthini putabant, ꝙ ipsi facto impetu in eam, poterant capere ipsam priusq̃ rex Israel veniret ad subueniendum Ceilanis. *Et diripiunt areas.* i. Philisthini diripiunt areas Ceilanorum. Erat. n. tẽpus istud, in quo Philisthini inuaserunt Ceilã tẽpus messium, & erant areę plenę messibus extra vrbẽ, & dũ ipsa ciuitas obsideretꝫ, clausis Ceilanis intra eam, Philisthini, nullo defendente, quicquid erat in areis rapiebant. *Consuluit ergo Dauid Dominum, dicens* volebat. n. Dauid ire ad subueniendum Ceilanis, sed prius voluit consulere Dñm, an deberet illùc ire.

Dauid quare voluit auxiliari Ceilanis. Quæst. IIII.

QVAERET aliqs, quare Dauid volebat ire ad subueniẽdũ Ceilanis. Rñdẽdũ est, ꝙ Dauid erat de tribu Ceilanorũ: nã isti erãt de tribu Iudę, de qua erat Dauid, iõ misertus ẽ illorũ, & voluit eis succurrere. Itẽ, qa Dauid credebat se peccare, si potens defendere Ceilanos ab inuasione Philisthinorũ, nõ defenderet: & hoc verũ est: qa põt alterũ eruere à morte, cũ iniustè patitur, & non eruit, ipse reus mortis est, sicut ille, q̃ occidit. Patet extra de homi. c sicut dignũ. Dauid aũt poterat succurrere Ceilanis, iõ, ꝙ permittere eos pati à Philisthinis, erat consentire delicto. Itẽ ſm. ꝙ dicit Nicolaus, Dauid erat iã vnctus in regẽ super Israel, iõ cura oĩum ptinebat ad ipsum: & si negligeret, peccaret, sicut ille; q negligit in officio suo, potissime cũ ex negligentia sequit̃ mors aliquorum. q̃q̃ ergo Ceilani nõ mitterent ad orãdũ, vt veniret Dauid: ipse ſpõte veniret, cognita obsessione Ceilę. Erat et alia cã, q̃q̃ nõ principalis. s. ꝙ Dauid volebat acquirere victũ, cũ nõ haberet vnde viueret, nisi ex prda hostili, sicut faciebat in terra Philisthinorũ, vt patet, inf. c. 27. nũc aũt poterat habere lucrũ, & insuper agebat aliqđ valde honestũ. s. qa defendebat cõtribules suos ab hostibus, ideo desiderabat ire in Ceilam.

Quare consuluit Dauid nunc Dominum, an deberet auxiliari Ceilanis. Quæstio. V.

QVAERET aliquis, quare cõsulebat hic Dauid Dñm, cũ in multis alijs maioribus factis non

cõsuleret, sicut patet in oĩbus præcedentibus, in qb⁹ nõ legit, ꝙ cõsuluerit Dñm. Rñdendũ, ꝙ Dauid cõsuluit hic Dñm ꝓp duo. Primò ꝓp magnitudinẽ periculi, cui se exponebat volendo pugnare ꝯ Philisthinos: quia Philisthini erant multi, ipse aũt solũ habebat sexcentos viros: vnde non solũ ipse timebat, sed etiam oẽs serui sui, vt patet, infr. .s. Ecce nos hic in Iudæa consistentes timemus, quanto magis si ierimus in Ceilam ꝯ agmina Philisthinorũ? Dauid igitur nõ erat illùc iturus quousq; Deus rñderet ei, an prosperè se haberet in Ceila. Secundò Dauid consulebat Dñm propter Saulem, quia timebat, ꝙ dum ipse iret ad pugnandum ꝯ Philisthinos, non posset sibi præcauere, & Saul poneret ei insidias, atque caperet ipsum sicut postea fecit, quando sciuit eum esse in vrbe Ceila: voluit ergo scire, an ex ista pugna contra Philisthinos aliquod malum ei prouenturum foret. Principale tamen fuit ꝓp timorem Philisthinorum, quia nesciebat an vinceret, vel vinceretur. Quod apparet ex quæstione eius ad Dñm. .s. num vadam, & percutiã Philisthæos istos? & ait Dñs vade: & percuties Philisthęos, & saluabis Ceilã. Cũ aũt dicebaꝫ, ꝙ in alijs magnis causis Dauid non consulebat Dñm, nec legit in superioribus consuluisse: dicendũ falsum esse: erat. n. ista magna causa .s. qa erat dubius euentus belli præcipuè cũ Philisthæi essent valde multi: ergo rõnabile erat Deũ nunc cõsuli, ꝙ aũt in alijs causis magnis Deũ cõsuleret, existimãdũ est. .s. ꝙ nullã de causis magnis faceret sine eius consilio, nec est verũ, ꝙ nũquã consuluerit Dñm in præcedentibus: quod patet, qa qñ recessit à facie Saulis Achimelech cõsuluit ꝓ eo Dñm, vt patet p̃ced. c. ẽt, qñ recessit de terra Moab ꝓ Dei filiũ inde recessit, vt patet p̃cedenti c. qa ꝓpheta Gad dixit ei noli manere in præsidio, sed vade in terrã Iuda: ẽt anteq̃ recederet Dauid à Saule qñ pugnabat ꝓ Israel ꝯ Philisthinos, multotiens Achimelech Sacerdos cõsulebat ꝓ eo Dñm. Sic patet p̃cedenti c. ex verbis Achimelech .s. Nũ hodie cępi cõsulere pro eo Dñm? Absit hoc à me. q.d. non cępi hodie consulere Dñm pro ipso, quia iã sæpe consuluerã. Et sic vr̃ ꝙ in alijs magnis causis Dñm cõsulebat. Dicendũ ẽt est, ꝙ nunc Dauid consuluit Dñm, qa habuit opportunitatẽ consulendi. .s. qa hẽbat secũ sacerdotẽ Abiathar habẽtẽ ephod, iõ postq̃ ille venit ad Dauid consuluit pluries Dñm, q̃ prius solitus erat. Vnde in isto c. ter cõsuluit, vt patet ex lra: & postea sepius, vt pat. j. c. 30. & j. 2. li. c. 2. ante hoc aũt t q̃q̃ Dauid consuleret Dñm, nõ tñ toties, vt nũc. *Num vadã, & percutiã Philisthęos istos.* .s. nũqd bonũ est, ꝙ vadã? & si iuero, nunquid potero ꝑcutere Philisthęos istos? .s. qui obsident Ceilã. Ista erant verba quęstionis Dauid. *Et ait Dominus ad Dauid.* .scilicet, respondit ei per sacerdotem, vel per vocem, aut aliàs sicut ꝓinfra declarabitur: nam ista quæstio fiebat coram Abiathar sacerdote induto ephod, vt infra patet. *Vade, & percuties Philisthæos.* Respõdebat Deus iuxta formam petitionis Dauid, scilicet: vade, ideſt, bonum est, quòd vadas, scilicet, nõ sequetur aliquod malum tibi, ꝙ vadis in Ceilam, & percuties Philisthæos istos, ideſt, prędabis aduersus eos, & percuties eos plaga magna, quia ego tradam illos in manus tuas. *Et saluabis Ceilam.* Ideſt, liberabis eam ab obsidione Philisthinorum, ipsi enim eã obsederant, & expugnabant ad capiendum, vt patet supra, liberabis eriam Ceilam à præda, & eripies illam de manu Philisthinorum. *Et dixerunt viri, qui erant cum Dauid ad eum.* Hic supponendum est, quòd Dauid postquã consuluit Dominum, iussit viris suis, vt parарent se ad descendendum in Ceilam, & tunc ipsi aliqualiter recusauerunt allegãtes, ꝙ esset periculum, vt patet hic. Sed dicet aliquis quomodo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quare socij Dauid nolebant ire in Ceilam.

do viri Dauid recusabant ire in Ceilam, cum Dominus dixisset, ꝙ descēderet. & traderet Philisthæos in manus eius? Respondendum, ꝙ forte serui Dauid nesciebant an ipse consuluisset Dominū sup hoc, sed putabant, ꝙ hoc egisset consilio humano, ideo ipsi volebant allegare rationem suam, vt fortè Dauid conuinceretur, & assentiret eis. Aliter potest dici, ꝙ aliqui de viris Dauid non erat bene confidentes in Domino, ideo quanquam Deus dixisset ꝙ Dauid vinceret, non audebant descendere in Ceilam. Sed primum verisimilius est. Et hoc apparet ex sequenti littera. s. quia iterum consuluit Dauid Dominum super hoc, quod nō videbatur ad aliquid aliud proficere, nisi ad certificandum illos, qui non credebant Dauid hoc agere consilio Dei, sed consilio humano. *Ecce nos hic in Iudæa consistentes timemus.* Ista erat ratio illorum. s. ꝙ Dauid exponeret se magno periculo: quia ipsi in loco, in quo erant contra nullum pugnantes timebant, quanto maior esset timor, si descenderent in terram Ceilæ contra Philisthinos? dixerūt autem non existentes in Iudæa ad innuendum, ꝙ saltus Hareth, in quo erāt, erat in Iudæa, qđ apparet præcedenti ca. cum dixit propheta Gad: noli manere in præsidio, sed vade in terram Iuda: & sequitur ibidē, ꝙ profectus est Dauid in saltū Hareth.

Ceila an esset ī sortè Iude.

Dicet autem aliquis, ꝙ sequit̄ ex hoc, ꝙ Ceila nō esset in sorte Iudæ: quia dixerunt viri Dauid: nos existentes hic in Iudæa timemus, quanto magis si ierimus in Ceilam? ergo Ceila non erat in Iudæa, & accipitur hic semper Iudæa pro sorte tribus Iudæ, & non pro tota terra Israelitarum: sicut aliqui nimis large accipiunt. Respondendum est, ꝙ Ceila erat in sorte Iudæ: quia erat coniuncta terræ Philisthinorum, & non erat aliqua sors, quæ esset ita coniūcta Philisthinis sicut filiorum Iuda: quia ferè tota terra Philisthinorum erat in sorte Iuda, vt declaratū est Iosue cap 15. sed dixerunt isti, ꝙ nunc existentes in Iuda timebant, quanto magis si descenderēt in Ceilam contra agmina Philisthinorum, non innuentes ꝙ in Ceila non essent in Iudæa: sed quia ibi erant in periculo cum agminibus Philisthinorum: nūc autē in saltu Hareth nō habebant aliquem repugnantē, & apparet, ꝙ hoc intenderet: quia non solum dixerunt: quanto magis si ierimus in Ceilam, sed si ierimus in Ceilam contra agmina Philisthinorū. *Quanto magis si ierimus in Ceilam?* q. d. ibi in maiori timore erimus, quàm hic, & declaratur immediatè causa timoris: cum dicitur. *Aduersum agmina Philisthinorum.* Et est nobis durum pugnare cū illis. Etiam erat maior timor: quia erat duplex. s. quia ibi defendere debebant se, & pugnare contra Philisthinos, & cauere nimis, ne eis pugnantibus contra Philisthinos, irrueret Saul super eos, vel tenderet eis insidias. Nunc autem solum habebant vnum timorem. s. ne caperet eos Saul per insidias. Nicolaus autem introducit literam sic. Quanto magis si ierimus & c q. d. si ierimꝰ ad bellandum contra Philisthinos, audiet Saul: & sic dato, ꝙ vicerimus Philisthæos, oportebit nos pugnare ꝫ Saulem, & non poterimus propter labore belli precedentis, & facilius capiet nos. *Rursum ergo consuluit Dauid Dominum.* i. iam cōsuluerat semel an ire deberet in Ceilā: nunc aūt iterū consuluit sup hac re.

An Dauid peccauerit consulendo Dominum bis. Quæst. VI.

QVAERET aliquis, an Dauid peccauerit consulendo bis Dominum super eadē re: si enim essent diuersi articuli, & certificato de vno, adhuc non esset certificatio de alio, rectum erat, ꝙ consuleretur Deus super secūdo. Erat aūt idem negociū: bis ergo consuli in eodem videtur pertinere ad incredulitatem. s. vt si Dauid nō credidisset in primo responso, & vellet Deum consulere, vt cōfirmaret quod primo responderat: sicut homines parum credunt alicui, quousq; sæpe idem asserue rint: hoc tamen quantū ad Deum peccatum est: qa debemus Deo assentire etiā si leuiter nobis aliquid dixerit. Culpantur autem qui Deo ī prima locutione non credentes, iterum signū petierunt: sicut patet de Gedeone, qui quęsiuit à Domino signum in vellere compluto, & in aerea; & cū habuisset primo signum, dixit ne irascatur furor tuus Domine, si adhuc semel tentauero signum, quęrens in vellere, vt patet Iud cap. 6. iste tamen Gedeon aliqualiter culpatur de incredulitate: ergo Dauid eodem modo culpari debet. Respondendum, ꝙ si Dauid petiuisset responderi sibi secundò à Deo tāquam non credens primo responso, vel non firmiter assentiens, et set incredulus, & peccasset. Quæsiuit tamen secūdò nō pp se, sed pp suos, s. quia aliqui eorum nescierāt quomodo Dauid consuluerat primò Dominum super hac re, sed putabant, ꝙ consilio humano descenderet in Ceilam, ideo recusabant illùc ire. Nunc aūt consuluit Dominum, vt ipsi viderent quid Deus responderet. Alij autem de seruis Dauid erant duri corde, & tardi ad credendum: ideo quanquam semel Deus respondisset, in hoc non firmiter assenserunt quousq; iterū responderet: respondit ergo secūdò consultus. Alij autem putabant, ꝙ verba Dei primò dicta non erant efficacia. s. quia non significabatur clare per illa victoria: iō Deus respondit iterū ponēs verba efficaciora: dixerat enim primò: vade, & percuties Philisthæos, & saluabis Ceilam, in quo nō apparebat incredulis, ꝙ Deus certificaret Dauid de victoria. s. ꝙ iuberet eum illùc ire. Iterum autem respondit clarius indicans, ꝙ daturus esset ei victoriam, vt patet inf. s. surge, & vade in Ceilā: ego enim tradam Philisthim in manu tua: hic autem manifestè Deus dicebat se cooperaturū Dauid contra Philisthinos, ideo crediderunt serui Dauid. Dicendum igitur, ꝙ si Dauid consuluisset bis Dominum super eadem re, propter seipsum solum, peccauisset in incredulitate: consuluit tamē propter suos: quia quāquam sciret, ꝙ Deus nūc idem responsurus erat qđ in prima vice: quia tamen serui sui nolebant descendere propter primam cōsultationem, decuit, quòd secundò consuleret.

Quomodo Dauid consuluit Dominum Quæst. VII.

QVAERET aliquis, quis modus erat consulēdi Dñm, quem habebat Dauid. Respondēdū est, ꝙ præcedenti cap fuerunt positi tres modi generales consulendi Dominum, quidam erat Moysi, & alius erat reliquorū prophetarum, tertius erat summorum sacerdotum. De primis duobus nihil ad præsens, eo ꝙ Dauid qñ consulebat hic Dñm, consulebat per summū sacerdotem. s. ꝙ Abiathar. De modo isto ergo dicendū est qualiter fieret. Pro quo sciēdū, ꝙ duo modi erant in cōsulēdo Dñm per sacerdotes. Primum, ꝙ esset ibi ephod: nam sine illo nihil fiebat. Secūdū erat, ꝙ proponerent verba qōnis. De primo dicendum, ꝙ qñcunq; consulebatur Deus per sacerdotē magnū, necesse erat, ꝙ haberet Ephod: sic patet infra, quia cū consulere vellet Dauid Dominum, an veniret Saul contra eum in Ceilam, dixit ad Abiathar: applica Ephod. Iterum etiam, infra capit. 30. cum consulere vellet de latrunculis Moabitarum dixit ad Abiathar: applica ad me Ephod. Sed tunc manet dubium de isto Ephod, an Sacerdos magnus indue-

indueretur Ephod cū aliquis cōsulebat Dominum, vel indueretur ille, qui consulebat. Dicendum est, ꝙ induebatur sacerdos magnus, quia ista vestis erat pōtificalis, & Deus iusserat eam fieri pro solo summo sacerdote: si quis ergo vellet ea indui, ageret contra ministerium sacerdotale, & moreretur, sicut ꝙ vsurparet aliquid alterū de ministerio sacerdotum. Sed dicet aliquis, ꝙ consulēs induebatur Ephod, infra c. 30. dicitur: applica ad me Ephod, & istud dicebat Dauid: ergo volebat ipse indui Ephod: etiam, quia dicitur ibi: Et applicauit Abiathar Ephod ad Dauid, & consuluit Dauid Dominū: ergo Dauid indutus est Ephod, & non Abiathar. Dicendum, ꝙ nequaquā auderet Dauid indui aliqua veste sacra, vel perere illam per se, quia sciret in hoc se vsurpare ministeriū sacerdotale, cū ipse non esset de sacerdotibus, sed dixit ad Abiathar: applica ad me Ephod. i. iuxta me, s. induaris tu Ephod, & mancas iuxta me, vt sic egoꝫ sulam Dominum. Et cū dicitur: & applicauit Abiathar Ephod ad Dauid, non est sensus, ꝙ Dauid induerit se illo, sed ꝙ Abiathar indueret se apud Dauid, & manserit apud eū indutus, & sic erat Ephod apud Dauid. Apparet igitur, ꝙ sacerdos magnus indebatur Ephod, quando aliqua quæstio fieri debebat ad Dominum, & non aliquis alius: & hoc satis apparet Exo. c. 28. vbi dixit Deus: portabit Aaron iudicium filiorum Israel in pectore suo, i. ipse erat, qui portabat Ephod, per quod dabatur iudicium ad omnia, q̄ inquirebant filij Israel, & nō portabit aliquis alius. Secundum erat in consulendo Dominum ipsa verba quæstionis, quæ proponerentur, scilicet quomodo proponebantur, vel à quo. Respondendum est, quòd de hoc multi dubitant: aliqui enim dixerunt, ꝙ proponebantur verba quæstionis, siue per consulentem, siue per sacerdotem, & si Deus volebat concedere id, quod petebat consulens, fulgebāt lapides, qui erant in Ephod, & rationali: si autem Deus non concederet, nihil mutabatur in lapidibus de primo statu: & ꝓ hoc sciebatur exitus quæstionis. Sed istud non stat, quanquam fulgor lapidum ad aliquid proficeret, tamen non consulebatur Deus isto modo, quia non poterat sic responderi ad quæstiones: solū enim poterat hoc modo responderi ad petitiones. s. quia tunc per fulgorem significaretur, ꝙ Deus concederet, quod petebatur: lapide autem nō mutato, significabatur Deum nihil concedere: si tamen quęreretur de aduentu rerum, scilicet, an bellum futurum esset, vel non, & sic de alijs aduētibus, in quibus quærens non se determinat ad aliquam partē quæstionis, non posset apparere per fulgorem lapidis qd Deus signare vellet. Item patet hoc, quia secundum doctrinam Iosephi, qui fuit vnus de sacerdotibus Hebręorum, non proderant lapides, nisi ad duo. s. lapides Ephod ad significandum accepta esse sacrificia, & lapides rationalis ad significandū victoriam belli. De hoc ait in 3. lib. Antiquitatū. s. lapides, quos in humeris ferebat pontifex sardonyces erant: eōrum enim puto naturam omnium ad humanam noticiam venientium amplius fulgere: dum ergo sacrificijs Deus adesset alter, q in dextro humero portabatur, micabat, & ex eo ita splendor prosiliebat, vt etiam procul positis appareret, cum prius hoc lapidi non ineesset: per 12. enim lapides, quos supra pectus pontifex in rationali portabat, victoriam pugnatoris Deus prænunciabat: tantus enim splēdor fulgebat in eis cum nondū exercitus moueretur, vt omni fieret multitudini manifestū eorū auxilijs adesse Deum: iste autem fulgor cessauit ante Christi natiuitatem, quasi 130. annis: nam Iosephus, vbi supra, dicit ꝙ cessauit fulgor lapidum ducentis annis antequam ipse inciperet scribere libros Antiquitatum, sed ipse scripsit post destructā Ierosolimam ꝓ Romanos, quæ fuit quasi 70. annis post Christi Nati uitatem: non ergo respondebatur ad quæstiones ꝓ fulgorem lapidum. Alij autem dixerunt, ꝙ fiebat quæstio in scripto, & responsum in scripto: & ista fuit positio Ra. Ab. Aben Ezra: pro quo ipse prę-supponit, ꝙ intra plicaturam rationalis erant laminæ aureæ inscriptæ diuinis nominibus, & illæ faciebant reddi responsum, scilicet, ꝙ charta illa, in qua erat scripta quæstio, ponebatur inter laminas illas, & cum post paucum educeretur charta, reperiebat ibi responsio scripta: hoc autē videtur ei simile, qa Exo. cap. 28. iubetur, ꝙ rationale haberet pannū duplicatum, quod nō iubetur de Ephod, nec de aliqua veste sacerdotali: dicit autem ipse, ꝙ erat illa plicatura panni ad hoc, ꝙ possent interius poni laminę. Item dicitur eo. c. pones in rationali iudicij doctrinam, & veritatem: quæ erūt in pectore Aaron, qñ ingredietur coram Dño: ergo aliquid erat positū in rationali, quod erat doctrina, & veritas: & istud non videtur esse, nisi laminę aureę. Sed dicendum est, ꝙ quāquam ista positio sit aliqualiter verisimilis, tamē non est vera, nec consonat literæ Exo. 28. c. Nec hic. Primò quantum ad id, quod præsupponit: secundò quantū ad id qđ dicit. De primo patet: nam non vr verisimile, ꝙ in rationali essent laminę aureę: nam si fuissent, descripsisset legislator fabricationem illarum, & nomina, quæ erāt in eis scripta, sicut in omnibus alijs, q̄ iussa sunt fieri, Legislator scripsit qualiter illa fierent, quia alioquin cum ista habeant vigorem ex sola voluntate condentis legem, si non fuissent descripta, posteri nec scirent quid de eis agere deberent, cùm hæc per rationem cognosci non possint: præcipuè autem, quia Aben Ezra ponit istas laminas fuisse factas in modum Astrolabiorum, & ꝙ Astrologi inde sumpserunt modū fabricandi Astrolabia: quod nimis est alienū à rōne, vt declaratū fuit Exo. c. 28. Cū aūt dicitur, ꝙ rationale habebat pannum duplicatū, & non erat in aliqua alia veste sacerdotali: Dicendū, ꝙ non fiebat ad hoc, ꝙ in plicatura panni ponerentur laminæ, sed quia in illo panno parui erant cōsuti duodecim lapides prætiosi, & qa propter pondus lapidū pannis, si simplex esset, faciliter rumperetur, iussit illum duplicari, quia Deus attendebat modum, quo vestes sacerdotales non rumperentur faciliter. Sic patet de tunica hyacintina, in cuius capite iussit poni oram textilē, ne faciliter rumperetur. Sic patet Exo. cap. 28. s. Facies tunicam superhumeralis totam hyacinthinam, in cuius medio supra erit capitium, & ora per gyrum eius erit textilis, sicut fieri solet in extremis vestiū partibus, ne facile rumpantur. Quod autem dicitur, ꝙ in alijs vestibus non iussit Deus duplicari pannum, dicendū quòd hoc fuit, quia ibi nō erat periculum cito rumpendi, sicut in rationali propter pondus lapidum, q erant ibi aggregati. Cum autem dicebatur, ꝙ erant laminæ intra plicaturam rationalis, quia dicitur: pones in rationali iudicij doctrinam, & veritatem: dicendum, ꝙ istud non intelligitur de aliqua lamina, sed de lapidibus, qui ponebantur ad complementū rationalis, nam cum ille pannus quadrangulus esset duplicatus, vocabatur rationale, vt patet allegato c. Deinde tamen iubebantur poni lapides in eo inclusi auro, & tunc dicebatur esse doctrina, & veritas posita in rationali, s. quia tunc præsente rationali ad aliquam quæstionem reddebatur doctrina vera, siue responsum de illa, quod non fieret, si nondum haberet lapides positos: non ergo significantur aliquæ laminę per doctrinam, & veritatem. Secundum erat

Quo tempore scripsit Iosephus.

quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod dicebat Abben Ezra, scilicet, q̄ ista quæstio p- F
ponebatur in scripto, & resp̄ondebatur in scripto:
sed non consonat literæ huic, quia dicitur hic, q̄ Da
uid consulebat Dominum, & ponitur forma verbo
rum solum, & dicitur, q̄ dixit Dauid ad Dominum
sic, vel sic: etiam patet, infra cap. 30. ſ. consuluit Da
uid Dominum, dicens: persequar latrunculos, &c.
Ergo quæstio ista loquendo proponebatur: dicendū
ergo, q̄ quandocunq; quærebatur de aliquo à Deo,
Dubitatio q̄ quæstio proponebatur in verbis. Sed tunc stat du-
bium, an istam quæstionem proponeret sacerdos, si-
ue ille, pro quo consulebatur Deus. Dicendum, q̄
in hoc non est difficultas, quia siue sacerdos istam p-
poneret quæstionem, siue ille, pro quo consulebatur
Deus, nihil differebat: dū tamē esset præsens ephod, G
quia alioquin Deus non respōderet. Dicendum tñ
est, q̄ secūdum q̄ hic colligitur ex ordine literæ, ma-
gis videtur, q̄ Dauid proponeret verba quæstionis,
quàm sacerdos. Nam dicitur in litera, q̄ dixit Dauid
ad Abiathar sacerdotem: applica ephod, & sequit: &
ait Dauid: Domine Deus Israel, audiuit famam ser-
uus tuus, &c. Et illa sunt verba quæstionis. Et iterū,
infra proponitur alia quæstio, & dicitur: dixitq; Dau-
id: si tradant me viri Ceilæ, & viros, qui mecū sunt
in manu Saul: illa tamen erat quæstio, ergo Dauid
proponebat. Patet etiam infra cap. 30. consuluit Da-
uid Dominum, dicens: persequar latrunculos, &c.
Et sic dicitur, q̄ ipse consulebat: cōsulere autem est
verba consultationis proponere. Non tamen mul H
tum refert quis illorum proponeret: quia quocun-
que proponente, idem respōderetur. *Qui respondens
ait illi.* i. respondit Deus secundò Dauid in hac quæ-
stione. Hoc fecit Deus ex magna gratia: nam cum se
mel respondisset, regulariter non erat respōsurus
iterum in eadem quæstione, quia tamen Dauid non
quæsiuit tanquam ipse esset incredulus, sed propter
incredulitatem suorum, vel quia aliàs recusabāt de-
scēdere cum ipso in Ceilam, consuluit Deum iterū.
Surge, & vade in Ceilam. i. non moreris hic, sed imme-
diatè descende. Nam si Dauid moraretur aliquantu
lum, fortè Philisthini obtinuissent primo vrbem, q̄
veniret Dauid: vel saltem diripuissent areas, & reces
sissent, ideo velociter ire debuit. *Ego enim tradam Phili-* I
sthiim in manu tua. i. certus sis de victoria, quia ego tra-
dam Philisthinos tibi: etiam si potestas eorum ma-
ior sit, quàm tua.

*Quis erat modus, quo Deus traderet Philisthinos in mann Da-
uid, cum essent potentiores. Quæst. VIII.*

Modi cō-
munes q.
bus Domi
nus cōsue
uit aliquē
tradere in
manus al-
terius.
1. modus.

QVAERET aliquis, quis erat modus, quo Deus
traderet Philisthinos in manu Dauid, cum ip-
si essent potentiores. Respondendum, q̄ Deo tot
modi sunt faciendi aliquid, quot modis ipse illud vo
luerit facere; quia voluntas sua est sibi in hoc mensu
ra: dici tamen potest, q̄ aliqui modi sunt commu-
nes, quibus ista Deus facere consueuit. Vno modo K
incutiendo timores: nā cùm Iudæi boni essent, Deus
tradebat hostes eorum incutiens eis timorem vali-
dum, ita q̄ ne quaquam auderent stare coram facie
Hebræorum. Sic patet Exo. cap. 23. scilicet terrorem
meum mittam in præcursum tuum, & occidā om-
nem populum, ad quem introieris: cunctorumque
inimicorū tuorū corā te terga vertā. Hoc idem fa-
ciebat Deus in Hebræis, quando mali erant, sed q̄ da
bat Deus eis pauorem, vt non auderent resistere ho-
stibus suis, quāquam essent ipsi multi: & hostes essent
pauci, vt patet Leui. cap. 26. scilicet. Et qui remanse-
rint de vobis, dabo pauorem in cordibus eorum in
regionibus hostium: terrebit eos sonitus folij volan-
tis, & ita fugient quasi gladium, & cadent nullo se- i
quente, & corruent singuli super fratres suos quasi
bella fugientes: nemo vestrum audebit inimicis resi
stere, & peribitis inter gentes. Sic ergo poterat hic
Deus incutere terrorem Philisthinis, vt fugerent à
facie Dauid. Aliter enim Deus poterat tradere illos: 2. modus.
scilicet, mittendo aliqua animalia, quæ offenderent
Philisthinos, non permittentia eos pugnare: & sic le
uiter Dauid, & viri sui caperent eos, vel occiderent.
Simile fuit, quando Israelitæ introierunt in terram
Chanaam: nam Deus misit quædam animalia par-
ua volantia, quæ non sinebāt pugnare Chananæos,
sed effugabant illos. Sic patet Exod. cap. 23. & Deut.
7. ſ. Et mittam crabrones, qui effugabant Heuæum,
& Chananæum, donec deleat omnes, atque dispersi
dat, qui te fugerint, & latere potuerint. Erant au-
tem isti crabrones quædam paruæ auiculæ in mo-
dum apum, quæ venenatis aculeis Chananæos ferie
bant: & vocantur vespæ, vt patet Sapien. ca. 12. ſ. His
tanquam hominibus pepercisti, & misisti antecesso-
res tui exercitus vespas, vt eos paulatim exterminā- 3. modus.
rent. Poterat etiam aliter Deus tradere Philisthinos
in manus Dauid mittēdo magnum exercitum Celi
in adiutorium Dauid, ſ. multos Angelos, qui vocan
tur milites Dei, vt patet Iob cap. 25. ſ. nunquid est nu
merus militum eius? Isti autem pugnarent contra
Philisthinos, & viderent eos Philisthini, atque fuge-
rent, quanquam non viderent illos serui Dauid: sic
factum est de Eliseo Propheta, cùm venerunt cur- 4. modus.
rus, & equites, & obsederunt ciuitatem, in qua ipse
erat, vt caperent eum, tunc venerunt multi cęlestes
milites in adiutorium Elisei, quos tamen nullus ex
parte sua videbat, ideo puer Elisei timuit nimis, &
dixit: Heu heu Domine mi, quid faciemus: & ille re-
spondit: noli timere, plures enim nobiscum sunt, q̄
cum illis. Et cum orasset Eliseus, aperuit Deus ocu-
los pueri, & vidit, & ecce mons plenus equorum, &
curruum ignearum in circuitu Elisei, vt patet infra
4. libr. capit. 6. & tunc hostes non nocuerunt Eliseo.
Aliter etiam adhuc fieri poterat, ſ. q̄ Deus tribueret
magnas vires Dauid, & seruis suis, vltra quàm habe
re solebant: & ob hoc, quanquam Philisthini essent
multi, isti essent potentiores illis: sic enim Deus fecit
Hebræis, quando pugnabant contra Chananæos dā
do eis vires ad pugnandum. Sic patet Deuteron. ca.
8. ſ. ne diceres in corde tuo: fortitudo mea, & robur
manus meæ, hæc mihi omnia præstiterunt, sed re- 5. modus.
corderis Domini Dei tui, q̄ ipse tibi vires præbuit,
vt impleret pactum suum. Aliter etiam esse pote-
rat, ſ. q̄ Deus dissoluisset corda, & vires Philisthino-
rum, ita, vt non valerent pugnare contra Dauid, &
seruos suos, sed pugnaret contra illos Dauid, tanq̄
contra inermes: sic factum est in Amorrheis, quorū
vires, & corda dissoluta sunt ad introitum Israelita-
rum, vt patet Iosue cap. 2. ſ. hæc audientes pertimui-
mus, & elanguit cor nostrum, nec remansit in nobis
ſpiritus ad introitum vestrum. Aliter etiam fieri po 6. modus.
terat, ſ. quòd Deus mitteret adiutorium de Cęlo Da
uid, & seruis suis in aliqua tempestate, qua perirent
Philisthini: sicut cum pugnauit Iosue contra Amor
rheos, de quo dicitur Iosue cap. 10. cumque fugerēt
Amorrhei filios Israel, & essent in descensu Betho-
ron, Dominus misit super eos lapides magnos de cę
lo, vsque ad Azecha, & mortui sunt multo plures
lapidibus grandinis, quàm quos occiderant gladio 7. modus.
filij Israel. Aliter etiam fieri poterat, ſ. q̄ Deus per-
cuteret cęcitate Philisthinos, & ipsi nescirent quo
fugerent, & sic caderent in manus Dauid, & seruo-
rum suorum, & cederentur ab eis, tanquam oues,
sine pugna: sic enim Deus excæcauit omnes Sodo-
mitas,

mitas, quando vallabant domum Loth: & tota no-
cte stantes apud portam domus, nunquā inuenerūt
eam: Gen. 19. c. Sic etiā fuit cum percussit Deus cęci
tate Syros, qui veniebant, vt caperent Eliseum, &
ipse præcedens duxit eos vsque in Samariam, & po-
suit in manibus regis Israel, qui erat hostis eorū: tūc
autem Deus aperuit oculos ipsorū, & viderunt vbi
essent, vt patet infra 4. li. c. 6. Aliter etiā fieri poterat
scilicet, q̄ Deus mitteret super eos de cœlo fragorē
tanquā multi exercitus aduenientis, & cogeret eos fu
gere dimissa præda, & Dauid persequens eos occide-
ret multos. Sic factum est tpe Samuelis: nam cum
Philisthini iniuissent bellum contra Israelitas, faciē-
tibus eis sacrificiū, intonuit Dominus fragore ma-
gno super Philisthęos, & exterruit eos, & cęsi sunt à B
filijs Israel, vt patet supra cap. 7. Sic etiam factum est
tempore Elisei, cū Syri circundedissent Samariam,
& esset magna fames, Deus immisit sonitum super
castra Syrorum per noctem, & fugerunt Syri, reli-
ctis tentorijs armis, & equis, & omnibus, quæ habe-
bant, nudi fugientes, & aliqui conati secum adduce
re de vasis aureis, vel argenteis, ne grauerētur postea
in itinere dimittebāt, vt patet infra 4. lib. c. 7. ſ. Siqui-
dem Dominus sonitum audiri fecerat in castris Sy-
riæ curruū, & equorum, & exercitus plurimi, dixe-
runtq; ad inuicē: Ecce mercede conduxit aduersum
nos rex Israel reges Hethęorum, & Aegyptiorū, &
venerunt super nos: surrexerunt ergo, & fugerunt
in tenebris &c. Aliter etiam fieri poterat, scilicet, q̄
Deus turbaret ipsos Philisthinos inter se, vt in alteru
trum non se cognoscerent, sed putarent se esse ho-
stes, & inuicem confligerent, atq; morerentur: Da-
uid aūt poterat superuenire, & occidere multos de
eis, atque prædam diripere. Sic factum est tempore
Gedeonis, quando pugnauit contra Madianitas: nā
ipsi se primo mutuo occiderunt, putantes se esse ho
stes, & postea Gedeon superuenit illis, vt patet Iudi.
c. 7. Poterant. n. Philisthini seipsos occidere, Dauid
nihil agente, sed aspiciente: sic factum est tempore
Iosaphat regis Iuda conuenientibus contra eū Am-
monitis, Moabitis, & Idumęis. Nā ipsi diuisi in duas
partes se mutuo occiderunt, putantes se esse hostes,
ita, vt nullus maneret. De hoc 2. Paralip c. 20. Pote- D
rat etiam sine pugna Deus occidere hic Philisthęos,
& q̄ Dauid caperet prædam, sicut factū est de exerci
tu Sennacherib: nam Angelus Domini occidit per
noctem. 185. millia virorum in castris Sennacherib,
vt patet infra 4. lib. cap. 19. Aliter etiā poterat Deus
tollere obsidionem Ceilanorum, non veniente Da-
uid in adiutorium eorum, scilicet, q̄ faceret venire
aliquem nuncium dicentem esse aliquod magnum
bellum subitaneum in terra ipsorum, & cogerētur
relinquere vrbem, quā obsidebant, vt succurrerent
malis domesticis: sic factum est de Sennacherib, cū
vellet obsidere Ierusalem: nā Deus dixit: Ecce ego
immittam ei spiritum, & audiet nuncium, & reuer-
terur in terram suam. Et post hoc dicitur, q̄ audiuit E
de Tharaca rege Ethiopum, q̄ veniebat ad pugnam
contra eum, & tunc impeditus est ire in Ierusalem
infra 4. lib. c. 19. sic ēt factum est de Saule, cùm perse
queretur Dauid in deserto Ziph; & cum iam Dauid
desperaret posse euadere, venit nuncius ad Saulem,
dicens: Festina, & veni, quoniam infuderunt se Phi-
listhini super terram: & tunc recessit Saul, desistens
persequi Dauid, vt occurreret Philisthinis, vt patet
infra in litera. Multi alij modi sunt, quibus Deus po
terat tradere Philisthinos in manus Dauid: quia si-
cut sapiētiæ eius, ita & potentię illius non est nume
rus. *Abijt ergo Dauid, & viri eius in Ceilam.* ſ. postquam
omnes certificati fuerunt de victoria per diuinum

A responsum, nullus recusauit quin irent in Ceilam.
Et pugnauit aduersum Philisthæos. ſ. prævalendo contra
eos, & cogendo illos deserere obsidionem vrbis: &
tūc verisimile est, quòd Ceilani egressi fuerint in ad-
iutorium Dauid contra Philisthęos. *Et abegit iumenta
eorum.* i. remouit, scilicet tulit ab eis prædā, quā por-
tabant: nam acceperant Philisthini iumenta, & om
nia, quæ erant in agris in vrbe Ceilæ, & in alijs locis
propinquis. Nam supra dicitur, quòd diripiebant a-
reas, ideſt segetes, quæ erant in areis, & etiam omnia,
quæ erant in campis: Dauid autem abstulit eis om-
nem prædam. Et dicitur abegisse. i. remouisse: pro-
priè enim abigere pertinet ad pecora, cum aliquis,
facto impetu in pecoribus, vel per aliquod aliud ar-
tificium cogit ea dispergi. Et inde vocatur crimen
abigeatus: & vocantur abigei illi, qui sic pecora di-
spergunt, ut alij furentur illa. Accipitur tamē inter-
dum generaliter pro expellere, vel remouere, & sic
accipitur Gen. c. 15. cum dicitur, q̄ Abraham sede-
bat apud diuisiones pecorum, descenderuntq; volu
cres super cadauera, & Abraham abigebat eas. Ali-
quando etiam ad homines pertinet, ſ. q̄ ille dī abi-
gere illos, quos de aliquo loco abijcit: sic ait Teren
tius in Eunucho de quodā petente fundam, vt alios
procul abigeret. *Et percussit eos plaga magna.* ſ. occidit
multos de Philisthęis: nam Deus dixerat, quòd tra-
deret eos in manus illius, q̄d significabat habere su-
per eos perfectam potestatem ad occidēdū multos.
C *Et saluauit Dauid habitatores Ceilæ,* scilicet liberando eos Liberauit
ab obsidione, & liberando prædam, quā abstulerāt Dauid Ce
ab eis, scilicet ea, quæ erāt in areis, & iumenta, quan ilanos.
quam Nicolaus dicit, q̄ ista iumenta non erant Cei-
lanorum, sed Philisthinorum, & adduxerant illa de
terra sua ad portandum in eis blada, & alia bona,
quæ possidebant Ceilani. Et hoc satis verisimile est,
quia illi erant tanquam certi de victoria, eo q̄ Ceila
ni erant pauci, & in extremitate Israel, ideo anteq̄
aliquis veniret ad subueniēdum eis, putabāt, q̄ pos-
sent diripere bona illorū, & eos vinctos deducere in
terram Philisthijm. Et hoc modo non solum Dauid
accepit prædam, quam Philisthini collegerant de
Ceila, sed ēt accepit bona, quæ ipsi attulerant de ter
ra sua. Et hoc pōt haberi ex litera, quæ dicit. Et abe-
git iumēta eorū. i. iumēta Philisthinorū, quæ attule-
rant de terra sua. Vel potest dici in sesu p̄cedēti. ſ. iu-
menta eorum, ideſt, quæ ipsi prædati fuerant, & iam
erant sua iure belli. *Porro eo tempore, quo fugiebat Abia-
thar filius Achimelech.* Hic ponitur quoddam inciden
tale. ſ. de Abiathar quomodo tulit secum Ephod, qñ
descendit ad Dauid. Et dicitur eo tempore, quo fu-
giebat, scilicet tunc quando occisi sunt Sacerdotes,
quia de medio eorum existētium coram rege fugit
Abiathar ad Dauid, vel de vrbe Nobe, sicut dictum
fuit præcedenti c. *Ad Dauid in Ceilam.* i. Dauid erat in
vrbem Ceilam, quando venit ad eum Abiathar, &
iam pugnauerat contra Philisthinos. *Ephod secum ha-
bens descenderat.* i. qñ descēdit, habebat secum Ephod.

*Ephod, quo indutus erat Abiathar, quando fugit in Ceilam,
quod esset. Quæstio VIIII.*

QVAERET aliquis, q̄d Ephod erat istud. Ali-
quis dicet, q̄ erat de illis, quibus induebantur
sacerdotes, scilicet Ephod lineum: nam Abia
thar fugit quando occidebantur alij sacerdotes, &
omnes alij erant induti Ephod lineo, vt patet præce
denti cap. scilicet: trucidauit in die illa 85. viros vesti
tos Ephod lineo. Abiathar ergo, cùm esset sacerdos,
indutus erat Ephod lineo, sicut cæteri, & quando fu
git, duxit secū istud Ephod. Sed dicendum est, q̄ nō

erat

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ephod duplex.

erat Ephod lineum, sed Ephod factum de multis co A
loribus filorum habens lapides præciosos, & cate-
nulas aureas, de cuius fabricatura patet Exo. c. 28.
Apparet autem, q̃ istud esset Ephod sacerdotale, qa
alia Ephod, quę erant linea, nūquā vocātur Ephod
absolutè, sed cum determinatione: scilicet Ephod
lineum. Istud autem, quod tulit Abiathar, vocatur
Ephod absolutè: ergo erat Ephod summi sacerdo-
tis. Item patet, quia hic dicitur de isto Ephod, tanq̃
de aliquo magno proficienti ad multa: Ephod tamē
lineum erat aliquid commune, & non sacrum, quo
sacerdotes poterant vti tam in sanctuario, q̃ extra
C sanctuarium, vt declaratum est præcedenti cap. &
non solum sacerdotes poterāt vti isto Ephod lineo,
sed etiam Leuitæ: nam Samuel, qui erat Leuita, in- B
dutus erat Ephod lineo, vt patet supra cap. 2. ergo
non erat istud Ephod lineum. Item hic dicitur de
isto Ephod, quia postea cōsuluit Dauid Dominū il-
lo præsente, sed Ephod, in quo consulebatur Deus,
erat sacrum habens lapides præciosos, vt patet Exo.
cap. 28. ergo erat istud Ephod sacrum, & non lineū.

Cur ponitur hic De Ephod. *Quæst. X.*

QVAERET aliquis, ad quid introducitur hic de portatione Ephod, quod non videtur agere ad propositum de pugna Dauid. Respondendum est, q̃ istud ponitur ad respondendum tacitæ quæstioni: quia aliquis diceret quomo- C
do Dauid poterat consulere Dominum, & per quē consulebat, & cum quo: hic autem respondetur, q̃ consulebat Dominum per Abiathar sacerdotem, qui erat summus sacerdos, cùm pater eius mortuus fuisset, qui erat summus sacerdos, & non relinque-
batur alius, qui posset succedere immediatius, quàm Abiathar, ergo per eum poterat cōsulere Dominū, & ob hoc dicitur in litera: Abiathar filius Achime-
lech, ad significandum, q̃ ex hoc, q̃ erat filius illius, assecutus fuerat summum sacerdotium. Cōsulebat autem iste Dñm, indutus Ephod: ideo dicitur, quòd Ephod habens descenderat, i. q̃ quando descende-
bat, habebat Ephod. In Hebræo habetur. *Ephod descendit in manu sua.* Sed ad eundem tensum redit. Proprior D
autem modus loquendi est dicere, quòd descendit habens Ephod secum, quàm quòd Ephod descēdit in manu sua, quia iste actus, qui est descendere, nō be-
ne prædicatur de Ephod: ideo litera nostra secuta est Latini sermonis proprietatem, omissa Hebraica Barbarie. Sed adhuc dicet aliquis q̃ istud non suf-
ficit, quia Ephod non erat ad consulendum Domi-
num, sed rationale, in quo erat doctrina, & veritas, & præsente illo, fiebant responsiones, vt patet Exo. cap. 28. s. Pones autem in rationali iudicij doctrinā, & veritatē, q̃ erunt in pectore Aaron, quādo ingre-
dietur coram Domino, & gestabit iudicia filiorum Israel in pectore suo in conspectu Domini: Ephod autem erat vestis distincta à rationali, ergo nihil pti- E
nebat Ephod ad consulendum Dominum. Respō-
dendum est, q̃ Ephod erat quædam vestis curta, quę protegebat scapulas vsque ad cingulum, & partem etiam anteriorem vsque ad cingulum, & non habe-
bat manicas, sed ligabatur condillis sub vtroq; bra-
chiorum vsque ad cingulū, sicut in diploidibus sunt condilli in parte anteriori pectoris. Ista autem vestis habebat duos lapides præciosos. s. onychinos super duos humeros sacerdotis, in quorum quolibet erāt scripta sex nomina tribuum Israel, habebat etiam istud Ephod foramen patens in parte anteriori pe-
ctoris, & erat quadratum ad mensuram palmi: ra-
tionale verò erat vnus pannus quadratus vnius pal-

Forma vnius Ephod.

mi tam in longitudine, quā in latitudine, & habebat in se duodecim lapides præciosos in quatuor ordi-
nibus, ita vt quasi totus eēt coopertus lapidibus: iste aūt pannus ponebat in foramine quadrato Ephod, in pectore sacerdotis, quod foramen erat iuxta men
suram rationalis, & ligabatur rationale cum Ephod vitta hyacinthina, & catenulis aureis, ac annulis: ita vt nullo modo rationale, & superhumerale sepa- Ephod, & rationale nunquam separabantur.
rari possent, vt patet Exo. cap. 28. Immo iubetur ibi, quòd vitta hyacintina ita esset fabrefacta, i. subtilis-
ter, vel artificiosè, q̃ videretur esse eadem vestis: iō hoc modo quicunque tolleret Ephod, tolleret secū rationale, vel è contrario, eo quòd illa ab inuicē nūquam separabantur: & quia Ephod erat maius, quā rationale, vocabatur tota illa vestis Ephod, iō dicitur hic, q̃ portauit secum Abiathar Ephod. i. ratio-
nale, & Ephod, quæ simul erant. Quanquam quan-
tum ad id, de quo agitur, magis attinebat rationale, quàm Ephod. Ex hoc autem apparet verisimilius, q̃ Abiathar non stabat cum illis 85. Sacerdotibus, qui occisi sunt coram Saule à Doeg, quia si ibi fuisset, nō iuisset in Nobe: sed verisimile est fuisse eum in No-
be, & quando Saul misit ad destruendum vrbē, ipse fugit inde, nam si fuisset coram Saule, & fugisset à fa
cie eius, non venisset ad aliquem locū, vt aliquid fer
ret secum, sed potius curaret vitam saluare, fugiens illico ad Dauid, & nō potuisset portare secū Ephod, portauit tamen illud, vt patet hic: ergo non erat cū C
illis, sed in Nobe, quando fugere cepit. Ratio patet, quia si fuisset cum alijs sacerdotibus corā Saule, non habuisset ibi Ephod, quia de vestibus sacris nullā at-
tulerant sacerdotes secum ad Saulem, cum non lice
ret eas educi de sanctuario, sed solū tulerūt Ephod linea, quia omnes erāt induti lineis Ephod, vt patet præcedenti cap. Ephod autem Pontificale cum alijs sacris vestibus custodiebatur in loco sanctuarij ab-
scondito, vt patet Ezechie. 44. c. s. Cunque egredie-
tur sacerdotes atrium exterius ad populum, exuent se vestimentis suis, in quibus ministrauerant: & repo
nent in gazophylacio sanctuarij, & vestient se vesti-
mentis alijs. Abiathar ergo non iuit cum alijs sacer-
dotibus coram Saule, sed māsit in vrbe Nobe, & for te ad ministrandum, sicut dictum est præcedēti c. q̃ necesse erat manere aliquos sacerdotes ad ministrā
dum in sanctuario, alijs euntibus ad regem, qui cum vidisset, quòd vrbs vastari incipiebat, arripiens Ephod fugit.

Quare Abiathar potius duxit secum Ephod, quàm aliam vestem. *Quæst. XI.*

QVAERET aliquis, quare Abiathar potius du-
xit secum Ephod, quàm aliquid aliud: nam nullam vestem sacerdotalem duxit. Respon-
dendum est, q̃ aliqui volunt, q̃ duxerit à casu, scili-
cet, quòd non intendebat Abiathar ducere secum Ephod, sed cum ipse vellet accipere quædam, acci-
dit, quòd inter ea venisset Ephod ipso non vidente: postea autem cognouit. Ista est positio Ra. Dauid Kimhi, & videtur haberi ex litera Hebraica, quæ di-
cit Ephod descendit in manu sua: & nō dicitur por-
tauit Ephod q. d. q̃ ipse nesciebat, q̃ portabat Ephod, sed accidit, quòd inter alia veniret. Et sic dicitur, q̃ descendit Ephod q. d. q̃ sine præcogitatione Abia-
thar descendit. Sed hoc non stat propter duo: pri-
mò, quia oportebat ad hoc, quòd Abiathar porta-
ret secum aliquas res magnas, vt pannorum inuolu-
cra, vel arcas, in quibus, quanquam non crederet se ducere Ephod, accidit, q̃ duceret. Sed hoc falsum est: quia Abiathar velociter fugit, vt vitam saluaret, ideo

ideo non poterat expectare ad ferendū sarcinas ma-
gnas in iumentis, vel alias: ita vt lento gradu proce-
deret: sed portauit secum aliquid valde paruum, qd̃ leuiter, & quasi sine onere ferre posset in via. Inter ta
lia autem nō poterat latere Ephod, quod erat dimi-
dia vestis habens multos lapides præciosos. Secūdò nō stat ista positio, qa istud potuisset stare, si Ephod esset custoditū in domo Achimelech, vel Abiathar, & tūc inter aliquas alias res, quas haberet Abiathar, & vellet secum portare, posset latere Ephod in ali-
qua domo sacerdotali, sed erat in Gazophylacio sā-
ctuarij, quod erat in loco sacro, ad quod non accede
bant, nisi soli sacerdotes, vt patet Ezech. cap. 44. er-
go ad hoc, quòd Abiathar ferret secum Ephod ne-
cesse erat, q̃ introiret in Gazophylacio, vbi illud e- B
rat: & iam inde non posset illud ducere à casu, sed ab intentione, quia sciebat illud ibi esse. Dicendum igitur, q̃ Abiathar duxit secū Ephod specialiter pp multa. Primò, vt ex hoc significaret ipsum esse sum-
mum sacerdotem: nam mortuo Achimelech patre Abiathar, succedebat ipse in summo sacerdotio, cū nullus esset maior inter filios eius, quia omnes mor-
tui erant: vestes autē pontificales pertinebant ad so-
lum summum sacerdotem, qui debebat consecrari in eis, & vti illis, vt patet Exo. cap. 28. & Leui. 8. Abia
thar ergo tulisset secum omnes vestes sacerdotales, si potuisset, quia tamen velociter fugiebat, non pote
rat ferre, quia esset magna sarcina: tulit igitur eam, C
quæ erat præcipua inter pōtificales vestes. s. Ephod, & ista erat p̃ciosior alijs propter lapides præciosos, quos habebat, vt patet Exo. c. 28. & in nulla alia ve-
ste erat, vt patet ibidem. Alia causa, & præcipua erat, quia Abiathar fugiebat de vrbe sua propter mortis periculum, & cum iam moraturus esset in terra alie
na profugus semper cauēs, ne eum Saul per insidias caperet, im minebant ei magna pericula: & quia ad hæc magna prudentia non sufficit, voluit habere di
uinum consilium: habebant autem summi sacerdo
tes responsum Dei in omnibus, quæ petebant præ-
sente Ephod, ideo vt ipse posset consulere Deum in omnibus periculis suis, portauit Ephod: nihil enim sibi vtilius esse poterat in omnibus, quæ erant in vr-
be Nobe: & sic non curauit aliud secum ducere, nisi D
Ephod. Alia causa fuit propter Dauid. Cum. n. ele-
git Abiathar fugere de vrbe Nobe, disposuit venire ad Dauid: & quia Dauid erat in quotidianis pericu
lis, licut Abiathar, eo quòd Saul insidiabatur, vt ca-
peret eum, erat valde conueniens Dauid, vt haberet in quo consuleret Dominum: sed hoc non poterat esse, nisi habendo Ephod, ideo Abiathar curauit po-
tius secum ducere Ephod, quàm aliquid aliud.

An licuit Abiathar educere Ephod de templo.
Quæstio XII.

QVAERETVR vlterius, an licuit Abiathar educere Ephod de sanctuario ad portandum secum. Aliquis dicet, q̃ sic, quia licuit alijs sa-
cerdotibus portare Ephod extra sanctuarium cum E
omnes induti essent Ephod lineis coram rege, vt pa
tet præcedenti c. Sed hoc non stat, quia illa Ephod, quibus sacerdotes induti erant, erāt linea, & nō erāt sacra, cum liceret Leuitis indui illis, vt patet de Sa-
muele, qui erat Leuita supra cap. 2. Ephod tñ, quod portabat Abiathar non erat lineum, sed sacrum. s. vestis præciosissima inter omnes vestes pontificales, ergo non licebat illud educi de sanctuario. Sic patet Ezech. cap. 44. vbi iubetur, q̃ sacerdotes exuantur vestibus sacris in Gazophylacio, & non exeant ad atrium exterius, vbi est populus induti: illis ergo mi

A nus licebit educi aliquam de vestibus sacerdotalib? extra sanctuarium, cum non liceat educi ad atrium, quod est quædam pars sanctuarij. Dicendum ergo, quòd regulariter non licebat alicui educere Ephod sacrum de sanctuario: nunc tamen licuit Abiathar, eo quòd illud inde educebat tanquam volens illud saluare: nam iusserat rex, quòd omnes occiderētur, qui erant in vrbe Nobe, & deleretur vrbs. Putauit ergo Abiathar, q̃ diriperentur omnia, quæ erant in sanctuario quare voluit liberare aliqua eorum inde, & si potuisset omnia secum ferre, licitè tulisset. Item licet nō posset aliquis educere vestes sacras de loco suo, manente sanctuario in eodem loco: cum tamē ducebatur de loco ad locum, portabantur res sacræ
B extra sanctuarium: nam quando per desertū Israelitæ castrametabantur, omnes res sacræ erant intra sanctuarium. Cum vero mouebantur castra quælibet res sacra per se portabatur, vt arca per se, & candelabrum p̃ se, & sic de cęteris: educebanturq; omnia de sanctuario, vt patet Num cap. 4. sic etiam in terra Israel, quando mouebatur sanctuarium de loco ad locum omnes res sacræ educebantur de sanctuario, sicut cū portabatur arca p̃ se, vt patet infra 2. lib. c. 6 & hoc non erat illicitum, quia erat necessarium: sic etiam fuit in Abiathar: nam cū tota vrbs deleretur, mouendum erat sanctuarium de loco illo, & omnes res sacræ ducendę essent p̃ Leuitas: ma
gis ergo licebat eas duci per Abiathar, qui erat sum-
C mus sacerdos: licuit ergo illi educere Ephod de sanctuario. *Nunciatum est ergo Sauli.* Hic ponitur secundū huius cap. in quo obsidio cōtra Dauid, & viros suos in vrbe Ceila disponitur: nam audiuit Saul ibi esse Dauid, & disponebat illum obsidere irruendo subito super ipsum. *Quòd venisset Dauid in Ceilam.* Istud fuit nunciatum aliquot diebus, postquam liberauit Dauid vrbem illam de manu Philisthinorum: quod patet, quia Abiathar sacerdos fugit ad Dauid, quando erat in Ceila, vt patet supra in litera. Sed Abia-
thar erat iam cum Dauid, quando Saul conatus est venire in Ceilam, vt patet hic: cum per eum consu-
luerit Dominum: ergo aliquot dies transierant à tē-
pore, quo Dauid venit in Ceilam vsquequo nuncia
tum est Sauli: isti autem, qui nunciauerunt fortè fue
runt aliqui de seruis Saulis, qui diligenter inquirebāt vbi esset Dauid, vt nunciarent Sauli, quia ipse con-
questus fuerat de omnibus, q̃ omnes serui sui coniu
rauerant cum Dauid, & quod nullus volebat ei an-
nunciare de illo, vt patet præcedenti cap. *Et ait Saul: tradidit eum Deus in manus meas.* Ecce enim quantum exęcauerat Saulem malicia: nam cum esset: in ma-
nifestissimo crimine, quia persequeretur Dauid, pu-
tabat, quòd Deus faueret ei contra Dauid. s. traden- Maliciæ effectus.
do illum in manus eius: ista tamen est conditio om-
nis maliciæ, vt faciat hominem errare circa particu-
laria iudicabilia, vt patet 6. Ethico. ita vt licet valde malus sit, malicia faciat ei apparere bonum, qd̃ agit. Dicitur autem Deus tradere aliquem in manus alte
rius, quandocunque ipse cogit aliquem incidere in potestatem alterius, vt ab eo puniatur: & sic puta-
bat Saul, quòd propter peccata Dauid iam Deus cō
cluserat ipsum in manus eius. Sic etiā dicitur Exod. cap. 21. quòd Deus tradit aliquē in manus alterius. s. quando aliquis non insidians, nec intendens occide-
re aliquem, occidit, quia tūc Deus procurauit, vt il-
lud fieret. s. vt pateretur ille, qui passus est ꝓpter deli-
cta sua, & alius, quia casu eum occidit ignoranter, & inuoluntariè factus est minister diuinæ iustitiæ. *Conclususque est, & ingressus in vrbem, in qua portæ, & seræ sunt.* Pro hoc iudicabat Saul, q̃ Deus tradiderat Da-
uid in manus eius. s. quia erat inclusus in vrbe. q. d. q̃

ante

Universidad de Deusto
Biblioteca

ante hoc Dauid ambulabat in mõtibus,& licet Saul persequeretur eum,habebat locum fugiendi, vel se abscondẽdi:nunc aũt,qa erat intra vrbẽ,in qua erãt portę,& serę,non posset exire Dauid, quãdo vellet. Hoc autem dicebat Saul, quia intendebat secretè iubere Ceilanis,vt clauderẽt portas,& non permitterent exire Dauid.tunc autẽ ipse irrueret subito in vrbem, & traderent ei Dauid. Dicitur autẽ conclusus in vrbe,quia ex omni parte clausus est.s.quia nõ habet locum fugiendi,cum vndique murus, & portæ sint. Dicitur ingressus.i.ꝙ intrauerit in vrbem,& ex hoc conclusus est. Dixit autem,in qua portæ,& serę sunt,ad differentiã viculorum, vel rurum in quibus non sunt portæ, nec seræ,& ita liberum erat Dauid inde fugere,sicut esset in agro:Ceila aũt erat vrbs, iõ habebat portas,& seras, maximè quia cum ista esset apud terram hostilem.s. Philisthinorũ,erat bene vallata. *Et præcepit Saul omni populo.*i. vocauit Saul omnẽ populum Israel,vt congregarentur ad ipsum. In hebręo habetur. *Vocauit, vel clamauit Saul populum ad se.* Sed idem est:dicitur autem,ꝙ præcepit omni populo.i.multis:quia non est verisimile,quòd totus populus Israel vocaretˢ ad veniendũ in pugnã contra Dauid:quia hoc erat valde superfluum, cũ Dauid haberet paucos viros secum.s.sexcẽtos solum. Etiã, quia hoc erat contra intentionem Saulis: ipse.n.volebat subito irruere super Dauid priusquã fugeret de Ceila: si tamen deberet vocare totum populum ad pugnandum contra Dauid, moraretur aliquot diebus expectando populũ, & interim fugeret Dauid. Etiã quia si totus Israel vocaretur,non poterat fieri secretè quin perueniret ad Dauid fama ista, & tunc nihil proficeret conatus Saulis. Dicendum ergo,ꝙ Saul accepit secum multos viros, qui more scripturę vocantur totus populus,sed isti nõ essent vltra duo milia,vel tria millia virorum:vt cõiter.n. qũ Saul persequebatur Dauid, ferebat secum tria millia virorũ, vt patet sequenti c.& infra 26. *Vt ad pugnam descenderet in Ceilam.*i.ad pugnandum ibi contra Dauid. Putauit enim Saul,ꝙ Dauid non circũspiceret quousq; iam inclusus esset à Ceilanis,& ciuitas tota cingeretur obsidione: tũc verò putabat Saul,ꝙ Dauid vellet se defendere intra vrbem, & quia erat vir pugnator, volebat Saul congregare multos contra eum. *Vt obsideret Dauid, & viros eius.*s. quia putabat Saul,ꝙ Dauid,& viri sui non fugissent de vrbe quousq; obsiderentur, quia ista obsidio esset eis incognita: Saul tamen non potuit hoc agere secretè:ideo sciuit hoc Dauid,& exiuit de vrbe prius qꝫ Ceilani eum includerent. *Quod cum resciisset Dauid.* Hic ponitur tertiũ huius cap in quo Dauid diuina reuelatione à dispositа obsidione eripitur. *Quia præpararet Saul ei clam malum;* idest cognouit Dauid,ꝙ Saul per insidias disponeret eum capere.s.iubendo,ꝙ clauderetur intra vrbem, & deinde,ꝙ cingeretur obsidione ipsa vrbs. Hoc autem fortè audiuit ab aliquo de Ceilanis, quia Saul miserat nuncios secretè ad Ceilanos, vt clausa vrbe non permitterent egredi Dauid: & quia diligebant eum Ceilani,cum eos eruisset de manu Philisthinorum,aliquis eorum reuelauit Dauid, & tunc consulto Domino fugit. Nicolaus dicit,ꝙ hoc sciuit Dauid per exploratores suos, quia cum esset in continuo periculo semper cauebat sibi, & habebat dispositos aliquos exploratores, q possent ei renũciare de Saule. Et hoc etiam verisimile est. *Dixit ad Abiathar sacerdotem.*s.sacerdotem magnum. Hic recurrit Dauid ad diuinum consiliũ:quia audierat,ꝙ Saul quæreret ei malum occultè, & nesciebat an verum esset,& si expectaret vsquequo sciret via humana,fortè irrueret prius super eum Saul, quàm ipse cognosceret: & tunc non esset locus effugiendi: voluit ergo scire hoc per diuinam consultationẽ, vt haberet tempus ad prouidendũ sibi. *Applica Ephod.*i.induc te Ephod. Istud dixit Dauid,quia quandocũque sacerdos magnus indueretur Ephod.s.rõnale cũ Ephod, & consuleret Dñm de aliquo dubio, vel alius præsente eo consuleret: Deus illico rñdebat: & ad hoc datum fuerat Ephod, vt per illud iudicarentur omnia dubia,ideo vocabatur rationale iudicij, quia per illud iudicabatur: sic patet Exo.cap.28.s.pones in rationali iudicij doctrinã,& veritatẽ, quæ erunt in pectore Aaron, quãdo ingredietur corã dño, & gestabit iudicia filiorum Israel in pectore suo. Deus autẽ respondebat præsente Ephod,non quidem, ꝙ esset aliqua virtus in Ephod, pp quam Deus induceretur ad respondendum de dubijs quæsitis,quia Deus non est virtus materialis, quæ inducatur per aliquid ad agendum,sed est virtus purè libera agens qđ vult, & quando vult. Respõdebat tñ præsente Ephod,& nõ sine illo:quia ipse instituerat istum modum respondendi.In rõnali tamẽ,vel Ephod non erat maior virtus,qꝫ in lapidibus,vel lignis syluarum. Idem autẽ est in omnibus formis sacramentorũ, quæ consistunt in verbis, quia in sacramentis aliquid realiter efficitur,s.ꝙ gratia confertur: verba tamen secundum se nullã habent efficaciam: sic.n.apparet in verbis consecrationis: nam illis prolatis,immediatè est ibi corpus Christi in hostia,quod ante non erat, ad hoc tñ non habent efficaciam aliquam verba illa, quæ pferũtur, plusquã vnus lapis,vel lignũ: quia aliàs si,in se verba haberent efficaciã,necesse erat,ꝙ omni tpe,& à quocunq; illa proferrentur haberent eandem efficaciam. Sed falsum est, quia si aliquis ea ꝓferat, qui nõ sit sacerdos,nihil efficit: vel si ꝓferat ea sacerdos non habens intentionem consecrandi. Nulla est ergo efficacia in his verbis,sed solus Deus est, q consecrat, quia tñ ipse instituit,ꝙ pista verba fieret consecratio,& non aliàs, quandocunq; prolata fuerint à sacerdote cum intentione consecrandi, necesse est, ꝙ aliquid fiat:& si ista non proferantur,nunq̃ fiet cõsecratio. Ita ergo erat de Ephod. s. ꝙ nullã hẽbat virtutem ad hoc,ꝙ fieret rñsio in dubijs pluſquã ligna, vel lapides: tamen illo præsente Deus volebat rñdere:& sine illo nunquam respondebat.s. si consulerẽtur à sacerdotibus: hoc aũt solum erat, quia sic ipse instituerat. *Et ait Dauid.*s. locutus fuit verba qõnis,q sequuntur. In hoc aũt apparet, ꝙ non proponebat sacerdos qõnem, sed Dauid,pro quo consulebatur, quia in oĩbus vicibus,quibus Abiathar cõsuluit Dominũ pro Dauid, dicit litera, ꝙ loquebatur Dauid: sic apparet hic,& infra c.30. Posset tamen dici,ꝙ ista dixit Dauid nõ quidem per se, sed per Abiathar: sed quia ille dicebat pro Dauid, dicebatur Dauid ista dicere: qa ille dr̃ aliquid agere, cuius noĩe illud fit. Et hoc tenet Nicolaus. s. ꝙ loqueretur Abiathar: magis tñ consonat literæ, ꝙ loqueretur Dauid: nimis enim esset educere literã à sensu suo,si sic exponeremus:iste tñ extorsiones sententiarũ fieri nunquã debent sine necessitate.s. qñ aliter exponẽdo literã nõ staret in veritate: vel sequeretur aliquod inconueniens: hic tamen nihil horum est, quia proferre verba quæstionis non erat officium sacerdotale, ita ꝙ nulli conuenire posset,nisi ipsi: ideo quòd laicus formaret verba quæstionis,vel sacerdos,non erat inconueniens. *Domine Deus Israel.* Loquebatur Dauid ad Deum tanq̃ esset præsens: & verũ est, ꝙ ps̃ens erat, quia nulli loco abest, cum sit infinitus: ibi tamẽ specialiori modo erat propter præsentiã Ephod, quod erat sacrum, & Deus illo præsente, respondebat. *Audiuit famam seruus tuus*, scilicet ego, qui sum seruus tuus,audiui famam de Saule.s.per Ceilanos, qui nũciauerũt ei, ꝙ vellet illùc venire Saul: vel per exploratores suos,qui semper inquirebant, quid Saul ageret contra Dauid,vt ait Nicolaus. *Quod disponat Saul venire in Ceilam.* s. ꝙ congregat populum ad veniẽdũ in Ceilam contra me,vt etiam vrbem destruat, quia erat ibi Dauid. *Vt euertat vrbem propter me.*i.venit ad capiendum me, & ad subuertendũ vrbem:non.n.erat principale, quod intendebat Saul subuertere vrbẽ, sed capere Dauid, quia tamen si ibi maneret Dauid, pugnaret Saul contra vrbem ad destruendum eam, donec caperet Dauid. Vel fortè intelligebat Dauid, ꝙ nõ solũ destrueret Saul vrbẽ,si maneret ibi Dauid, sed etiam si inde fugeret,quia Ceilani receperant eũ in vrbe: hoc autem verisimile erat,quia Saul deleuerat vrbem Nobe, quia ibi fuit Dauid cum Achimelech,quando dedit ei panes, & gladium, nihil merebantur mali viri vrbis, quia hoc non cognouerant: à fortiori ergo videtur, ꝙ vellet Saul delere vrbem Ceilæ propter Dauid, eo ꝙ omnes viri Ceilę publicè receperant Dauid,& habebant eum apud se.

Quomodo Saul,postquam fugit Dauid, non deleuit vrbem Ceilam. Quæst. XIII.

QVAERET aliquis,cũ postea fugerit Dauid de Ceila,cur Saul non deleuit vrbem Ceilæ: ipse enim persequebatur vsq; ad mortẽ omnes fautores Dauid: nam sacerdotes, qui nihil fauerãt ei,qa putauit Saul, ꝙ fauissent illi, occisi sunt, & vrbs eorum deleta est, vt patet præcedenti ca. hic autem magis apparebat fauor,cùm Ceilani haberẽt publicè apud se Dauid. Respondendum est, ꝙ Saul non occidit aliquem de Ceilanis,nec euertit vrbem eorum sicut Nobe, quanquam ibi fuit Dauid ꝓpter multa. Primum fuit quia non putauit Ceilanos fauere Dauid contra eum,nec recepisse illũ, vt defenderent contra Saulem,sed susceperunt ꝓpter necessitatem.s.quia Philisthini inuadebãt vrbem eorum, & deleturi erant eam: nõ habuerunt autem aliquẽ, ad quem confugere possent pro tunc,nisi ad Dauid: ille autem eripuit eos de manu Philisthinorum, & tunc introiuit in vrbem: non ergo fecerunt aliquid irrationabile permittendo ingressum in vrbem ei,q vrbem liberauerat de manu hostium: nec ex hoc psumebantur coniurasse cum illo, præsumerentur autem,si susc epissent eum in vrbe non præcedente aliqua causa: contra viros autẽ Nobe præsumpsit Saul ꝙ coniurassent cum Dauid, eo quòd fuit ibi quãdo fugit à facie eius, & datus est ei gladius,& panes: occidit ergo viros Nobe, & nõ Ceilanos. Secũda ratio erat,qa placebat Sauli,quòd introiret Dauid in Ceilam,eo quòd ibi posset eum capere, & non in agro, vt dixit supra. s. tradidit eum Deus in manus meas, conclususque est in vrbem,in qua portę,& seræ sũt. Cum igitur Ceilani cooperarentur voluntati Saulis.s.vt ibi posset capere Dauid,noluit eis aliquid magis agere,quin potius tribuisset eis,si accipiẽtes Dauid in vrbem per insidias tradidissent illum ei. Tertia ratio fuit,quia Deus non permisit,ꝙ perirent Ceilani: nam sicut declaratum est præcedenti cap. licet cuilibet sit liberum malum velle: nulli tamen est liberũ malum perficere, sed tantam habet ad hoc potestatem,quantam Deus permittit: Deus autem non ꝑmittit aliqua mala pati, nisi in aliquo illa meruerit. Dato ergo ꝙ iraſceretur Saul cõtra Ceilanos, Deus conuerteret animum eius, vt non diffiniret vrbem eorum esse delendam, quia illi non meruerant. In vrbe autem Nobe secus fuit: quia Saul iratus fuit illis,putans,ꝙ coniurassent cum Dauid: Deus autem dedit locum furori eius, eo quòd viri Nobe merebantur illa mala pati aliunde. s. quia Deus posuerat super eos sententiã maledictionis propter filios Heli,vt morerentur. Vt ergo executioni traderetur iustitia sua,dedit locũ furori Saulis. In Ceilanis autem nihil tale erat à Deo propter aliqua peccata ipsorũ, ideo non permisit succendi iram Saulis contra eos. *Si tradent me viri Ceilę in manus eius.* i.si descenderit Saul in Ceilã,an viri Ceilę tradent me in manus eius, vel nunquid pugnabunt,vt defendãt me: hoc aũt dixit, quia audierat,ꝙ Saul misisset ad Ceilanos, vt claderẽt portas ad tenẽdũ ibi Dauid: qđ si facerent, satis putabat, ꝙ habita opportunitate,traderent eum in manus Saulis. *Et si descendet Saul,sicut audiuit seruus tuus.* idest,si verum est id,quod audiuit, scilicet ꝙ descendere velit Saul huc.Nicolaus dicit, ꝙ ista duo nõ fuerunt simul proposita, quanquam hic simul ponuntur, sed primo habuit responsum Dauid de vna, & deinde proposuit aliam. Motiuum eius est, qa Deus non respondit ad istas duas simul,sed ponitur rñsio ad vnam,deinde ponitur rñsio ad aliam, vt patet in litera:non tamẽ multum refert,an simul proposuerit,vel non,nec ratio sua est efficax,scilicet,quia non respondetur simul ad ista duo: nam quanquam ipse duo proponeret,Deus poterat respondere ad vtrunque,vel ad vnum tantum,vel ad neutrum: sicut aliquando quæsitus per sacerdotes in Ephod, nihil respondit: sic patet de Saule infra cap.28. nam consuluit Dñm de bello, in quo ipse postea mortuus est, & noluit ei respondere per sacerdotes,nec per somnia,nec per prophetas.Hic igitur posset non respondere ad vtrunque quęsitum,sed ad alterum tantũ,& quia nunquam recedendum est ab ordine literæ sine necessitate,magis videtur,ꝙ ista duo simul Dauid petierit,& ꝙ Deus ad vnum tñ responderit: si tamẽ voluerimus tenere cum Nicolao,satis stat. Ra. Dauid Kimhi dicit secundum sapientes Hebræorum, quòd ex hoc habetur modus cõsulendi Dominum in Ephod, scilicet, ꝙ nũquam proponeretur simul, nisi vna qõ.si autem proponerentur duæ,Deus solũ respondebat ad vnam, vt patet hic, quia Deus noluit respondere Dauid,nisi ad vnam,& deinde respõdit ad aliam. Sed falsum est: quia aliquando Deus respõdebat ad duas quæstiones simul,vt patet supra in litera,scilicet.num vadã,& percutiam Philistheos istos? & respõdit Deus: vade, & percuties Philistheos, & saluabis Ceilam. Patet etiam hoc infra c.30.cùm dixit Dauid: Persequar latrunculos hos, an non? & comprehendam eos? Dixit Dominus. persequere: absque dubio.n.comprehendes eos,& excuties prædam. Non ergo erat limitatus modus quærendi in Ephod,scilicet,an poneret vna quęstio, vel multæ: sed poterat quilibet ponere quòd voluisset: Deus autem respondebat ad quas volebat,vel ad omnes: hic autem non respondit ad duas simul,sed ad vnam,iõ Dauid iterum posuit quæstionem,quam primo posuerat. *Domine Deus Israel indica seruo tuo*, idest oro, vt declares veritatem harum duarum quæstionũ mihi seruo tuo. *Et ait Dominus. descendet*, idest Dominus respondit: Saul descendet in Ceilam ad capiendũ te. Non est aũt intelligendũ istud verbũ Dei absolutè, quia tunc falsum esset,cum saul non descenderit in Ceilã, vt patet infra:sed intelligitur cũ ꝺditione,s.si hic manseris,descendet. Postea autem sciens Saul, ꝙ exisset Dauid de Ceila, dissimulauit exire contra eum,scilicet fingens, ꝙ non habuisset intentionem eundi in Ceilam ad ipsum. hic enim respõdit Deus ad quæstionem,quę in ordine prima erat,scilicet,an Saul descenderet in Ceilam,vel non:quanquam viri Ceilæ traderent eum in manus Saul, vel non.

Dixitque

Dauid quomodo sciuit obsidionẽ,quã disponebat Saul per Ceilanos.

In forma Sacramentorũ quæ virtus ipsa.

Opinio Nicolai.

Ra.Dauid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dixitque Dauid. Hic ponit iterum quæstionem, quã iam posuerat, sed quia Deus non respõdit ad illam, repetit eam. *Si tradent me viri Ceilę, & viros, qui mecum sunt in manus Saul.* i. si descenderit huc Saul, nunquid viri Ceilæ tradent me in manus eius? Hoc dicebat, quia dato, ꝙ Saul vellet descendere in Ceilam, si Ceilani adiuuare vellent Dauid contra Saulem nõ multum timeret Dauid: si tamen Ceilani aperirent portas Sauli, vt ingrederetur ad Dauid, vel caperent Dauid per insidias, & ponerent in manibus Saulis, erat fugiendum Dauid inde. *Et dixit Dominus: tradent.* i. tradent te viri Ceilę in manus Saulis. Istud verbũ intelligendum est conditionaliter, sicut supra dicebat, scilicet, ꝙ si maneret Dauid in vrbe, viri Ceilæ traderẽt eum Sauli, postea tñ non tradiderunt, quia Saul non descendit, & Dauid nõ mãsit in Ceila, vt patet infra.

An peccarent viri Ceilæ tradendo Dauid, si veniret Saul.
Quæstio XIIII.

QVAERET aliquis, si viri Ceilæ traderẽt Dauid in manus Saulis, veniente Saule ad vrbem, an peccarent. Et videtur, ꝙ sic: sciebãt. n. ꝙ Saul quæreret animã eius iniquè: ideo tenebantur eũ defendere, alioquin rei erãt homicidij, quia manifesto facinori non obuiabant, vt patet extra de homici. c. sicut dignũ. Rñdendũ est, ꝙ Saul venturus erat in Ceilam, si ibi maneret Dauid, & si viri Ceilæ nollent tradere eũ in manus eius, pugnaret cõtra vrbẽ, & occideret oẽs, atq; subuerteret vrbem: hoc aũt sciebãt Ceilani: nam non fecerunt tñ pro Dauid viri Nobe, & occidit eos, atq; deleuit vrbem: à fortiori ergo, si ipsi resisterent Sauli nolentes tradere Dauid in manus eius, pugnaret contra eos, & perderet illos cũ vrbe sua. Dicendũ igitur, ꝙ Ceilani peccarent, si sponte darent Dauid in manus Saulis, s. si ipsi desiderarẽt tradere eum, vt complacerent Sauli: tunc. n. peccabant in duobus. Primò, quia sciebant Dauid esse innocentem, & tradebant eum ad iniustam mortem, cuius ipsi erant tanq̃ principales auctores. Secundò peccabant agentes contra naturam, quia reddebant malũ pro bono, s. quia Dauid liberauerat eos à morte de manu Philisthinorum, ipsi autẽ tradebant eũ in mortem: si tñ Ceilani traderẽt Dauid, ne ipsi morerentur, non peccabant: quia non obligabãtur ipsi mori, vt liberaretur Dauid, nec obligabantur mori cum eo defendendo ipsum. Sciendum tamen, ꝙ nõ poterant tradere licitè Ceilani Dauid in manus Saulis per omnem modum, q̃q̃ timerent mortem, si nõ facerent: sed hoc erat, quod poterãt facere, s. ꝙ ipsi coacti ne morerentur, aperirent portas vrbis, vt introiret Saul ad capiendũ Dauid, si vellet. Hoc enim licitè facerent Ceilani propter duo. Primò, qa aperiendo non videbantur agere, sed pati, & timor iustissimus excusabat eos in hac parte. Secũdò, quia ipsi tenebantur aperire portam vrbis Sauli, quandocũque veniret: quia erat Saul Dominus eorum: & secundum legem Dominij subditi tenentur aperire portas loci Dño suo, siue iratus, siue placatus venerit: non poterant tamen Ceilani agere aliquid contra hoc: nam dato, ꝙ Saul iussisset eis sub pœna mortis, & deletionis vrbis, ꝙ Dauid per insidias caperent, vel aliàs, & traderent eum in manus eius, non debebant hoc facere, quia in hoc præstarẽt causam immediatam iniustę morti, cuius ipsi essent auctores: potius tñ debebant ipsi iniustè ab aliquo mortẽ pati, q̃ eam iniustè alicui infligere: etiam si Saul inquisiuisset pro Dauid in vrbe, vtpote, si introisset in vrbem, & Dauid lateret in aliquo loco cognito Ceilanis, nullus eorum debebat rñdere, vbi erat, sed potius debebant mortem pati, quàm illum prodere: & si Saul vellet eos compellere ad iurandum, nõ debebant iurare, sed sustinere penam. Etiam dato, ꝙ introeunte Saule in vrbem, fugeret Dauid per aliã partem vrbis; & iuberet Saul Ceilanis sub pena mortis, ꝙ comprehenderent Dauid, vel eum adiuuarent ad hoc, neutrum facere debebant, sed potius mortẽ sustinere, eo ꝙ in rebus illicitis obedire nõ debebãt. Item dato, ꝙ esset clausa ciuitas Ceilæ, & obsessa à Saule, & Dauid vellet fugere de vrbe, Ceilani tenebant aperire ei portas vrbis, alioquin iam ipsi aliquid agerent ad hoc, ꝙ caperet Dauid: hoc tñ illicitũ erat, s. cooperari ad mortẽ innocentis: ergo tenebantur eum permittere fugere, & dato ꝙ Saul iuberet, ꝙ tenerent eum, Ceilani non debebant in hoc obedire, sed potius mori, quia pp nullũ timorẽ debebant ipsi cogi ad faciendũ malũ. Hæc aũt dicta sunt sm obligationem, quam habebãt Ceilani quantũ ad legem Dei, & sm conscientiam: Si tñ attendat quædã probitas humana, & inclinatio naturę rõnalis, non solum tenebant Ceilani ad hoc: sed ẽt ad maiora, s. vt non aperirent portas vrbis Sauli, sed adiuuarent Dauid contra Saulem, si illũ occidere vellet, ẽt si in defensione eius scirent se morituros: nam Dauid posuerat animã suã in manu sua, vt eriperet Ceilanos de manu Philisthinorũ: & si ipse non venisset in eorũ auxilium, forte capta fuisset ciuitas, & perijssent Ceilani: tenebant ergo ex quadam rõne humana Dauid vicem reddere: s. vt sicut ipse, p illis se morti exposuerat, ita versa vice illi pro eo morti se traderent. Aperire autem portas Sauli ad capiendum Dauid, vt ipsi nõ morerentur, videbatur valde crudũ, quia iuxta Aristo. lib. 8. in fine Ethic. inhumanum est auxiliatorem expelli: Lex tamen Dei non obligabat eos ad tã ta, sed ad ea, quæ dicta sunt. Ratio autem diuersitatis satis patet: quia Lex diuina nunquam permittit, ꝙ aliquis pro alio peccet, etiam leuiter, dato ꝙ ab eo immensa suscepisset bona: inclinatio autem naturæ humanæ, quæ videtur esse quodammodo rationalis, facit pro illis, à quibus bona magna recipimus ad similia quocunque modo nos exponamus. *Surrexit ergo Dauid, & viri eius quasi sexcenti.* s. audito responso, ꝙ si Dauid maneret in Ceila, veniret Saul, & Ceilani traderent eum in manus eius, siue timore mortis, siue vt placerent Sauli, recessit de vrbe, quia non putauit iam sibi securum esse manere ibi. Sed dicet aliquis: quomodo dicitur hic, ꝙ erant quasi sexcenti viri eum Dauid: quia præcedenti cap. dicitur, ꝙ conuenerunt ad Dauid qui erant in angustia, & oppressi ære alieno quasi quadringenti viri. Respondendum ꝙ Dauid à principio quando fuit in spelunca Odollam aggregauit sibi quasi quadringentos viros, & quia illi non sufficiebant ei ad id, quod itendebat, voluit habere plures. Ab illo autem tpe, quo fuit in spelunca Odollam aliquanta mora fuit vsquequo fuit in Ceila: nam post spelunçam Odollam venit Dauid in terra Moab, & stetit in præsidio aliquanto tempore: deinde iubente Gad propheta venit in terram Israel in saltum Hareth, vt patet præcedenti cap. deinde venit in Ceilam. In hoc autem tempore medio aggregauit ad se quos potuit: fuerunt que cum eo quasi sexcenti viri: & sic q̃n exiuit de Ceila habebat sexcentos viros secum: postea autem non legitur plures habuisse: sed semper dicitur, ꝙ erant sexcenti, vt patet infra cap. 25. & 27. & 30. hoc autem fuit quia putauit illos sibi sufficere ad id, quod volebat, & noluit alios capere. *Et egressi de Ceila.* idest, egressi fuerunt de Ceila. Hoc fuit antequam Ceilani possent inuenire consulere Dominum priusquam Ceilani exe querentur aliquid de eo, quod volebat Saul. *Huc illucque vagabantur incerti*: idest postquam exierunt de vrbe Ceila, non iuerunt ad aliquam aliam vrbem, ne Saul denuo insidiaretur eis ad obsidendum eos in vrbe, sicut nunc insidiatus fuerat, sed iuit in desertum Ziph, vt patet infra, idest morabatur autẽ Dauid in deserto, in locis firmissimis, mansitq; in montes solitudinis Ziph: sed dicitur, ꝙ vagabantur huc, & illùc incerti, s. quia non audebant manere in aliquo determinato loco, ne Saul poneret insidias super eos, vel sciret, vbi erant: nunc autem cum vagarentur huc, & illùc cum Saul audiret eos esse in aliquo loco, & iret illùc, non reperiret eos ibi, & sic desperaret, cessaret que illos persequi. In Hebręo habetur. *Ambulauerunt, quò ambulauerunt*. Sed ista sententia est barbara, & significat rem factam, sine præsuppositione finis, sed à casu, & est sensus; ambulauerunt quò ambulauerunt, idest illùc ibant, quò eos fortuna, vel impetus deducebat, non præsupponentes ire ad aliquem locum determinatũ: ideo litera nostra significantius dixit, quòd vagabantur incerti, idest non habentes aliquem locum determinatum, quò irent. Litera Chaldaica habet. *Iuerunt quò eis vtile fuit*. Sed istud non tantum consequitur sensum literæ Hebraicæ, quantum litera nostra. *Nunciatum est Sauli, quòd fugisset Dauid de Ceila*. Saul enim fuit piger in exequendo id, quod volebat contra Dauid: ideo priusquam ipse recederet de loco suo ad eundum contra Dauid, audiuit, quòd iam recesserat Dauid de Ceila. *Et saluatus esset*, idest posuisset se in loco securo, in quo non essent ferę, & portæ, sicut in Ceila, vt capi posset, q. d. existendo in Ceila erat in periculo, egressus autem de illa saluus erat, quanquam maneret prope Ceilam: eoquòd iam habebat locum fugiendi, & non in Ceila. *Quamobrem dissimulauit exire*, idest, noluit Saul exire de loco suo ad veniendum in Ceilam: & dissimulauit, idest finxit, quòd non disposuisset venire in Ceilam contra Dauid, vt non crederetur ex hoc illusus esse à Dauid. *Morabatur autem Dauid in deserto*. s. postquam exiuit de Ceila, noluit introire in aliquam vrbem, vel locum munitum: quia timuit sibi accidere, vt disponebatur in Ceila: si enim illi, quos à morte Dauid eripuerat, non erant ei fideles, quia volebant eum tradere Sauli: quanto minus fideles sibi essent cæteri Israelitæ, pro quibus nihil specialiter egerat? nullis ergo viris habitantibus in locis muratis amplius confisus est. Vnde post hoc nũquam legitur Dauid introisse in aliquem locum muratum in terra Israel, vsque ad mortem Saulis, sed manebat in desertis. Istud autem desertum, in quod egressus ẽ postquam exiuit de vrbe Ceila, erat desertum Ziph, vt patet infra in litera. *In locis firmissimis*, idest morabatur in locis firmissimis deserti, scilicet, in altis rupibus, ad quas nõ posset accedere Saul, & viri sui: vel saltem præ tædio, & labore illùc non ascenderent. Sed nec propter hoc desistebat Saul, qa furor eius erat fortis, & nulli labori cedens: vnde persequebatur Dauid, & viros eius super petras altissimas, ad quas homines ascendere non poterant, vt patet sequenti cap. s. & perrexit ad inuestigãdum Dauid, & viros eius, etiam super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus peruiæ sunt. In Hebręo habetur hic. *In castris, vel munitionibus*, idest moratus est in castris: non erant autem ista castra: quia erat ibi locus desertus, in quo nulli homines habitabant: sed dicuntur castra, vel munitiones, quia ille rupes ita erat altissimæ, & scopuli vndique prærupti in modum theatrium, quòd habebant effigiem turrium, & locorum munitorum: nec erant minoris fortitudinis,quàm loca munita. Hebræi autem quidam volunt, quòd accipiantur hic castra propriè, ad quæ cõfugeret Dauid: sed non stat rationabiliter: quia Dauid fuerat nunc in magno periculo, eoquòd manebat in vrbe murata, & Saul gaudebat super illo, qua si iam eum in manibus teneret, dicens: tradidit eum Deus in manus meas: conclusus est in vrbe, in qua portæ, & serę sunt: quomodo verisimile esset, quòd denuo rediret Dauid ad alia loca murata: nullo, inquã, modo: quia ibi similiter capi poterat, vt in Ceila. Patet etiam hoc, quia sequenti cap. dicitur, quòd Dauid habitauit in locis tutissimis Engaddi, & Saul persequebatur eum super abruptissimas petras. Et habetur in Hebræo in castris Engaddi, vbi nos dicimus in locis tutissimis: ibi tamen manifestissimum est, quòd non erat in loco murato Dauid: quia tunc nõ inquireret eum Saul super abruptissimas petras, sed obsideret castrum, in quo esset. Item patet, quia ibi dicitur, quòd cum persequeretur Saul Dauid super petras abruptissimas, intrauit in quandam speluncam ad purgandum ventrem, & ibi erat Dauid: ergo non erat in aliquo castro, vel loco munito, sed in deserto sine muris. In Hebræo tamen dicitur ibi, quòd erat in castris Engaddi: ergo non accipiuntur castra pro locis muratis, sed pro locis arduis, & fortissimis: hoc autem secuta est litera nostra dicens. in locis firmissimis. *Mansitque in monte solitudinis Ziph*, idest moratus est in quadam parte montis, quæ erat in solitudine, quæ vocatur Ziph: nam ista terra Ziph est montuosa, & est magna: in cuius quadam parte erat mons quidam satis præruptus, in quo visum est Dauid securum habitare. In Hebræo habetur hic. *Ciphim*. vbi nos dicimus Ziph, & est pluralis numeri, velut si diceremus in deserto Ziphæorum, sicut habetur infra. Hebræi autem qui dam dicũt Ziphim esse nomen appellatiuum, & significat eos, qui faciunt picem, & morantur in syluis: & quia Ziphæi morabantur in solitudine, vt patet hic putant, quòd sunt illi, qui faciunt picem, & maximè, quia apud Hebræos Zephex significat picem, vt habetur Genesis cap. 7. vbi iubetur, quòd arca liniretur pice, & ponitur istud nomen. Sed dicendum est, quòd hic Ziph sit nomen proprium alicuius regionis magnæ, quæ est in solitudine sortis Iudæ, & habitatores illius vocantur Ziphęi; vel secundum literam Hebraicam vocantur Ziphim. Habituit autem Dauid in ista solitudine propter duo. Primò, quia ista erat terra prærupta nimis, ad quam difficilè erat aliquos ascendere, ideo putauit, quòd quã quam Saul sciret eum ibi esse, non inquireret ipsum propter difficultatem terræ. Secundò erat ibi, quia terra illa erat in extremitate sortis Iudæ apud terram Philisthinorum, & si cõtingeret, quòd Saul persequeretur eum in deserto illo, posset faciliter fugere in terram Philisthinorum, quod non ageret, si fortè fuisset in terra Israel in medio eius. *Quærebat tamen eum Saul cunctis diebus*, idest, quanquam Dauid lateret in locis asperrimis, non desistebat eum quærere Saul: quia furor magnus, quem conceperat in Dauid, faciebat eum nulli labori cedere. Dicitur autem, quòd quærebat eum cunctis diebus, scilicet, omnibus diebus, quibus mansit in terra Israel: postea autem vidit Dauid, quòd non erat sibi securum manere in terra Israel, vt patet infra capit. 27. scilicet. ait Dauid in corde suo: aliquando incidam in manus Saul: nonne melius est, vt fugiam, & saluer in terram Philisthinorum, vt desperet Saul, cesserque me quærere in cunctis finibus Israel? Et tunc fugit. Nunciatum est autem Sauli, ꝙ fugisset Dauid in Geth, & non addidit vltra,

Ceilani tenebantur aperire portas Sauli.

Ziph q.d significet.

Dauid habitauit in solitudine Ziph.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt quæreret eum: deinde non fuit reuersus Dauid in terra Israel, quousque mortuus est Saul. Sciendum autem, quod istud, quòd hic ponitur, non habet ordinem rectum ad præcedentia, & sequentia: nam id, quod habetur supra, & infra, est idem factū, quia supra dicitur, qūo venit Dauid ī desertū Ziph, & infra postea ponitur qūo stetit in deserto illo, & Ionathas ascendit illùc ad eum, & postea Saul persecutus est ipsum in eodem deserto: istud tñ interponitur hic ad significandum oīa, quæ postea acciderunt de persecutione Dauid vsquequo recessit in terram Philisthinorum. s. quia omnibus istis diebus persecutus fuit Saul Dauid. *Et non tradidit eum Dominus in manus eius.* i. q̄q̄ Saul conatus fuisset capere Dauid inquirendo eum diligenter: tñ nunq̄ potuit illum tenere, quia Deus voluit, ꝙ nunq̄ teneretur ab eo: nam dispoſuerat, ꝙ futurus esset rex in Israel, ideo euitabat oīa illa, ꝑ quæ posset impediri dispositio sua. Dī aūt, ꝙ Deus non tradidit eum in manus eius. s. ex eo, ꝙ non cæpit eum: oīa. n., quæ homines patiuntur, vel patrant ex Dei permissione, vel cooperatione descēdunt: & quia Deus non permittebat Dauid tradi in manus Saulis, dī ꝙ nō tradidit eum in manus eius, & si ipse non tradebat cooperando, vel permittendo: impossibile erat, ꝙ Saul caperet Dauid.

Persecutio Dauid ī deserto.

Et vidit Dauid. Hic ponitur secundum principale huius, ca. s. persecutio Dauid in deserto: voluerat. n. tenere eum in vrbe Ceila, & quia vidit se frustratū hac intentione sua, conatus est eum persequi in mōtibus, & desertis. In quo ponūtur tria. Primò Dauid à Ionatha confortatur. Secūdò à suis contribulibus accusatur. Tertiò Saul eū in latibulis perscrutatur. Secunda ibi. *Ascenderunt autem Ziphęi.* Tertia ibi. *At illi surgentes.* Circa primum dī. *Et vidit Dauid, quod egressus esset Saul, vt quæreret animam eius,* i. cognouit Dauid, ꝙ Saul egressus fuerat de domo sua ad inquirēdum eum in montibus, non cessans à persecutione, quan quam primò frustratus fuerit.

Dauid quomodo cognouit Saulem egressum esse ad persequendum eum. Quæstio XV.

QVAERET aliquis, qūo Dauid cognouit, ꝙ egressus fuerat Saul ad persequēdum eum. Aliquis respondebit, ꝙ hoc cognouit per consultationem Dñi. s. quia nūc cum esset in periculo quotidiano sæpe consulebat Dñm de statu suo, præsertim cū haberet opportunitatem consulendi, quia habebat secum sacerdotem magnum Abiathar. Vnde supra in litera ter consuluit. Hoc aūt non multum stat, qa Dauid non cōsuleret Dñm de aliqua re, nisi de qua dubius esset, & haberet incitatiuum ad inquirendū: si tamen ipse nihil audiuisset per nuncios, vel aliàs de Saule, ꝙ egressus fuisset ad persequēdum eum, non consuleret Dñm super hoc, quia non dubitaret. Sic patet supra de descensu in Ceilam: nā consuluit Dauid Dñm, an descēsurus esset Saul in Ceilam, & hoc quia audiuerat, ꝙ Saul vellet descendere. Sic patet in verbis consultationis. s. Dñe Deus Israel audiuit famam seruus tuus, ꝙ disponat Saul venire in Ceilam; ergo non cognouit nunc Dauid de persecutione sua per consultationem: vel si per illam aliquid cognouit, oportet ꝙ per famam, vel aliàs aliquid, ante hoc cognouisset. Pōt aūt dici, ꝙ Dauid cognouit hoc per exploratores suos, qui inuestigabant secretè ea, quę Saul disponebat agere contra Dauid: habebat enim Dauid aliquos viros de suis, qui ibāt ad curiam Saulis secretè, & sciebant quid moliretur Saul contra Dauid, & per hos audiebat hæc: sic patet infra 25. cap. s. videns autem, ꝙ veniſſet post se in desertum, misit exploratores suos, & didicit, ꝙ illùc veniſſet certissimè. Vel potest dici, ꝙ audiuit per famam: nam licet Dauid non introiret in loca munita postquam ingressus est de Ceila, tñ viri sui declinabant ad aliqua loca pro cibis, & ibi poterant audire aliquid, quod disponeret Saul contra Dauid. Aliter potest dici, ꝙ hoc nunciauit Ionathas Dauid: nam priusquam perscrutaretur Saul Dauid in mōtibus, Ionathas abijt ad Dauid, & cōfortauit eum, dixitq;, nec enim inueniet te manus Saulis patris mei. In quo innuitur, quòd inquirebat eum, sed non posset inuenire: ergo reuelauit ei, ꝙ inquireretur à Saule.

Saul licet fuerit delusus in fraudibus suis: non tamen desitit, tantus erat furor, quem conceperat contra Dauid. Quæstio XVI.

QVAERETVR vlterius, qūo Saul nunc egressus est ad persequendum Dauid, cum prius, videns se confusum, destitisset: nam, cùm nunciatum est ei, ꝙ egressus fuisset de Ceila, dissimulauit exire ad persequendum eum. Rñdendum est, ꝙ Saul voluerat tenere Dauid in Ceila, & cum vidit fraudes suas delusas esse, erubuit: & pro tunc cessauit persequi: tanta tamen erat cordis sui inquietudo propter nimium furorem, quem conceperat in Dauid, ꝙ desiderabat facere id, in quo prius erubuerat. Sic enim factum est à principio inimicitiarum eius cum Dauid, quando conatus est eum lancea configere cum pariete, supra c. 18. Postea tñ fecit eum tribunum super mille viros, & dedit ei filiam suam in vxorem, e. c. sed rursus impatientia cordis sui stimulatus, iussit Ionathæ, & seruis suis, ꝙ occiderent Dauid, supra c. 19. tūc verò Ionatha loquente bona pro Dauid placatus est Saul, iurauitque, ꝙ nullum malū pateretur Dauid. Iterum tñ succensus est furor eius, conatusq; est eum lancea perfodere, eo. c. sic ergo ibi dolor nō sinebat eum in eo, quod semel iu dicasset, sed rursus succendebatur furor. Ita q̄q̄ hic verecundia fecisset eum desistere, rursus tamen cordis prauitas ad priora reduxit. Alio modo dici potest, ꝙ aul dissimulauit exire ad persequendum Dauid, quando sciuit cū egressum de Ceila: non quidem tanquam erubescēret, vel simpliciter desistere vellet, sed per hoc insidias ponebat. s. vt Dauid putaret, ꝙ non fuisset intētio Saulis veniendi ad tenendum eum in Ceila: ideo ꝙ nunc in aliquo loco securè maneret, putans ēt, ꝙ nunc Saul nollet persequi eum, & per hoc facilius eum Saul incautum acciperet: & istud videtur verisimilius. *Porrò Dauid erat in deserto Ziph, in sylua.* s. ex eo, ꝙ recessit Dauid de Ceila venit in desertum Ziph: & manebat ibi ꝓpter duas causas supra positas: erat enim locus ille præruptus, nemorosus, & opacus, in quo latere possent Dauid, & pueri sui: & ad locum ipsum venit Ionathas ad Dauid. Et dicitur, ꝙ erat in sylua, idest in parte magis sylуestri illius terræ: erat nanque terra Ziph magna, cuius quædā partes erāt planiores, aliæ verò sylуestres, & præruptæ: Dauid aūt morabatur in parte sylуestri, eo ꝙ ibi securius erat. *Et surrexit Ionathas filius Saul.* s. de domo sua, quæ erat in Gabaa, & venit ad Dauid. Nicolaus autem dixit, ꝙ surrexit de societate patris sui. s. ꝙ Saul iuerat ad persequendum Dauid, & cum eo Ionathas: non vidente aūt Saule, Ionathas perrexit ad Dauid, & locutus fuit cum eo: Sed non multū videtur, ꝙ hoc faceret Ionathas, quia cùm esset in exercitu patris sui, vix posset egredi, quin videretur à custodibus exercitus, & nūciaret Sauli, ꝙ erat periculū. Nec valet, si dicas, ꝙ poterat exire nullo videte, sicut factum est, qñ erāt castra Saulis apud Gabaa: & exiuit Ionathas cum

cum armigero suo ad castra Philisthinorum, vt patet supra c. 14. & nullus cognouit, an aliquis deesset de castris: nam dixit ibi Saul. requirite, & videte qs abierit ex vobis, ꝙ cum requisiuissent, compertum est abijsse Ionatham: nam tunc Ionathas non curabat, an ab aliquo videretur, quia etiam si videret nō erat ei periculum: ideo exposuit se ad exeundū, nullo vidente, & accidit, ꝙ nullus videret eum: nūc aūt non exponeret se Ionathas huic: quia q̄q̄ posset accidere, ꝙ non videretur egredi, tñ verisimilius erat, ꝙ posset videri, q̄. ꝙ non videretur: si tñ videretur, erat periculum magnum Dauid, quia aliqui sequerētur Ionatham secretè quousque peruenirent ad latibula Dauid, & renūciaretur hoc Sauli, qui iret ad persequendum eum: Ionathas aūt non pateretur hoc, ideo nollet egredi de castris ad vidēdū Dauid. Itē qa si egressus fuisset de castris, redijsset postea in castra, vt non putaretur aliquid egisse: dicit tamen infra, ꝙ postquam stetit Ionathas cum Dauid, reuersusq; est in domum suam: ergo videtur, ꝙ non erat in castris cum Saule, quando surrexit, vt iret ad Dauid.

Quomodo Ionathas scivit locum Dauid, cum Dauid maneret in montibus, & non semper in eodem loco. Quæstio XVII.

QVAERET aliquis, qūo Ionathas sciuit ire ad locum, in quo erat Dauid, quia ille erat in mōtibus, & non manebat semper in eodem loco, ideo q̄q̄ interdum sciuisset de loco eius, tamen rursus ne sciret: maximè, quia Dauid occultabat se omnibus hominibus, ne inueniret eum Saul: qūo ergo sciret locum Ionathas. Aliquis fortè dicet, quòd Dauid erat charissimus Ionathæ, ideo reuelabat ei locum, in quo erat, & nulli alteri. Sed hoc nō stat, quia istud fuit, qñ Ionathas, & Dauid manebāt in domo regis, quia tunc ambo communicabant sibi inuicē secreta, & Dauid latuit in agro tribus diebus, nullo sciente, nisi Ionatha, qui postea descendit ad eum, vt patet supra ca. 20. nunc autem non colloquebātur sibi mutuo Ionathas, & Dauid, quia postquam fugit Dauid à facie Saulis, nunquam locutus fuerat Ionathę vsq; nunc, ideo non posset ei per collocutionem reuelare locum suum. Dicēdum est igitur, ꝙ Ionathas sciebat nunc locum, vbi erat Dauid, & postea etiam sciebat vbicū que ille esset, & hoc per exploratores, quia habebat Dauid semper aliquos viros, qui scrutarentur quid disponeret Saul contra eum, & isti loquebantur Ionathæ ex parte Dauid, significantes ei locum, & intentionem Dauid. Sed tūc dicet aliquis, qūo Dauid confidebat Ionathæ, vt reuelaret ei locum suum, quia poterat ille fauere patri suo, & indicare ei locum Dauid, & sic traderet eū in manibus eius: Rñdendum, ꝙ tantam sensérat Dauid Ionathæ charitatem, cū diligeret eum, sicut animam suam, ꝙ nihil erat, quod ei non confideret: iam enim eum tē tauerat in rebus magnis, & fidelem inuenerat, qñ latuit in agro, & tertio die venit Ionathas ad eū nuncians intentionē patris sui, & ꝙ pro defensione eius pater conatus fuerit ipsum lancea configere, vt patet supra cap. 20 Cum igitur tunc Ionathas seruauerit vitam Dauid, cum potuisset eum tradere Sauli, confidit se totum Dauid Ionathæ, & ponebat vitam suam in manu eius.

Ionathas ita secretè iuit ad Dauid, quod non dubitauit de patre. Quæstio XVIII.

QVAERETVR vlterius, quomodo ausus fuerit Ionathas venire ad Dauid in sylуam: iam enim ipse passus fuerat mala à patre propter Dauid, cum conatus fuisset eum lancea confodere, vt patet supra capit. 20. ergo nunc timere debuisset ire ad Dauid. Responderi potest, ꝙ Ionathas iuit ita secretè ad Dauid, quòd pater suus non cognouerit hoc aliquo modo, ideo non timebat malum sibi ex hoc euenturum esse. Et credendum est, quod Ionathas solus iuerit in sylуam, ne aliquis vadens cum ipso posset scire locum Dauid: sic enim iterum fecit, quando latebat Dauid in agro: nam solus cum puero paruulo descendit in agrum, & locutus est ad Dauid, vt patet supra capit. 20. Potest etiam dici, quod quanquam Saul cognosceret Ionatham fuisse ad Dauid, non multum curaret Ionathas, nec putaret se aliquid passurum propter hoc: nam non cognosceret aliquid nouum Saul de Ionatha sciendo, quod ibat ad Dauid, cum iam sciret, quod diligebat eū nimis, & ꝙ inierat fœdus cum eo præcedenti c. sed solum caueret Ionathas, ne tunc qñ iret, aut rediret, cognosceret Saul, ne per hoc sciret locum Dauid. Nec valet, si dicas ꝙ Saul conatus fuit lācea petere Ionatham pro Dauid, supra c. 20. quia hoc non factum est, eo ꝙ Ionathas diligebat Dauid, vel exhibebat se ei amicum in quibus poterat, sed quia pro eo rñdit contra voluntatem patris, vt patet e. c. cum dixit Saul Ionathæ: Scio, ꝙ in cōfusionem tuam diligis filium Isai: & tamen tunc nō conatus fuit Saul percutere eum lācea, postea verò dixit Saul, ꝙ adduceretur Dauid, qui erat filius mortis, & rñdit Ionathas: Quare morietē? quid fecit? & tunc Saul arripuit lanceam, vt percuteret eum. ergo solum erat, quia rñdebat ei: & ex verbis suis iratus fuit Saul: Post hoc aūt Ionathas nihil rñdebat, vel loquebatur Sauli super hac re; iō q̄q̄ aliquid ageret pro Dauid, non timebat sibi malum euenturū. *Et abijt ad Dauid in sylуam* .i. venit ad eum in desertum Ziph: ibi. n. tūc manebat, vt patet supra. *Et confortauit manus eius in Deo.* Idest cōfortauit eum ad defendendum se à Saule, & fugiendum ab eo, nec in hoc desperaret, quanquam quoti die eū ꝑsequeretur Saul, qa Deus erat adiutor eius.

Qualis fuerit confortatio Ionathæ ad Dauid. Quæstio XIX.

QVAERETVR quę fuit ista confortatio Ionathæ ad Dauid. Aliquis respondebit, quod Ionathas adduxerit Dauid in desertum cibos, quibus conforraretur: nam Dauid, & viri sui erant in angustia ciborum interdum: nam cum Saul persequeretur crebro Dauid, erant viri Dauid coarctati in mōtibus, & spelunćis; ita vt sæpè non possent descendere ad loca coniūcta pro cibis, & præmeret eos famis angustia: Ionathas verò ferendo Dauid cibos confortabat eum. Sed hoc non stat, quia Ionathas non auderet aliquid ferre pro Dauid: nam ad ferendum hæc oportebat, quod cum Ionatha irent alij viri: hoc tamen erat periculosum, quia poterat sic denūciari locus eius Sauli, ideo nō portaret secum viros, nec cibos. Etiam quia litera non concordat, vt postea dicetur. Aliquis dicet, quòd Ionathas tulit arma ad Dauid, quia fortè Dauid, & viri sui erant malè armati, egebant autem armis, cū essent in quotidianis periculis: ideo tulit arma pro eis, hoc autem significat confortare manus eius, idest dare arma in manibus Dauid, & seruorum suorum, quibus confortarentur ad pugnandum, & resistendum cuicunque. Sed istud non stat, quia sicut non portauit panes Ionathas Dauid, eo quòd ad hoc necesse erat, vt irent alij cum eo, quòd erat periculum Dauid, ita & ad ferendum arma, ideo non tulit aliqua.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Item quia si Saul hoc cognosceret, posset nimis ĩdignari: quia nihil magis vetitum est hostibus dari, q̃ arma: Dauid tamen erat vt hostis Saulis, saltem ſm æstimationẽ saulis: ꝙ ergo ferret ei Ionathas arma, quibus pugnare posset contra Saulem, & defendere se ab eo, nimis durum Sauli videretur: vnde nec auderet hoc facere Ionathas. Sed dicendum est, ꝙ ista confortatio Ionathę ad Dauid solum fuit in verbis admonens, ne vnq̃ Dauid desiceret aĩo quanquam haberet multos hostes: sed confideret se semper à Deo liberandum. Hoc patet quia dr̃, ꝙ confortauit manus eius in Deo q.d. ista confortatio non fuit, nisi ex parte Dei, dando ei bonam spem in Deo. Etiã patet per verba sequẽtia: ait. n. Ionathas. ne timeas: nec. n. inueniet te manus Saulis patris mei. Ionathas autem voluit nunc confortare Dauid, putãs ei hoc nimis proficere. Nam cum Dauid haberet hostes multos, credebat Ionathas, ꝙ consternaretur aĩo, & non auderet resistere, vel fugere: sed tanq̃ desperatis rebus, nõ haberet de seipso curam, & traderetur in manus Saulis. *Dixitq; illiuc timeas.* i. nõ timeas, quòd morieris. Hoc. n. dixit Ionathas: quia rationabiliter timere debebat Dauid mortẽ, cùm haberet tot hostes, & maneret in terra illorum: quia aliquo die poterat incidere in manus ipsorum. Ad vltimum aũt hoc timens recessit de terra Israel, dicens: aliqua die incidam in manus Saulis: nõne melius est, vt fugiã, & saluer in terra Philisthinorum, desperetq; Saul, & cesset me persequi, vt patet infra cap. 27. *Nec enim inueniet te manus Saulis patris mei.* i. quanquam quotidie persequatur te pater meus ad mortem, tamen nunquam inueniet te: nec tu timeas te inueniendũ: qa Deus est adiutor tuus. Hoc autem non dicebat ex certitudine, sed ex desiderio: sic. n. amici solent dicere amicis suis esse illis euentura ea, quæ desiderãt eis euenire, quanquam nesciant an ea euentura sint: est enim illud magis exoptare, quàm prænunciare: sic enim erat de Ionatha: quia cum ipse nimis diligeret Dauid, desiderabat ꝙ nullum malum pateret à patre suo, nec inueniretur aliquando ab eo: iã prænunciauit ei hoc, maxime: quia Ionathas volebat cõfortare Dauid in verbis, & expediebat, ꝙ ei hoc diceret: sic autem postea accidit, ꝙ nunquam Saul inuenit Dauid. s. ad hoc ꝙ posset eũ capere: quanquã bis inuenit ad hoc, ꝙ loquereť cum eo, vt patet sequenti ca. & infra 26. *Et tu regnabis super Israel.* i. & tu eris rex, mortuo patre meo, sup Israel: sic. n. postea factũ est.

Rñ. auct.

Ionathas quomodo dicebat, quòd Dauid esset regnaturus post patrem super Israel. Quæst. XX.

QVAERET aliquis, quomodo Ionathas dixit istud: nam ipse erat filius primogenitus regis, & ad eum de iure ptinebat succeſſio: quomodo ergo dicebat, ꝙ Dauid regnaret super Israel. Aliquis dicit, ꝙ Ionathas intellexit hoc post mortem suam. s. ꝙ morereť Saul, & inde ipse: post vtriusq; aũt mortem regnaret Dauid. Sed hoc nõ stat: quia Ionathas intellexit hoc, ipso viuente: nam dixit: tu regnabis super Israel, & ego ero tibi secundus in dignitate post te. Aliquis aũt dicet, ꝙ Ionathas dixit istud propheticè: nam sic postea accidit, ꝙ non regnaret ipse, sed Dauid regnaret, mortuo Saule. Sed hoc non stat: quia prophetia cum non sit voluntate humana allata, sed spiritu sancto inspirata, vt patet 2. Petri c. 2. non possunt prophetę mentiri in eo, quod prædicunt: Ionathas tamen errauit hic: quia dixit: tu regnabis super Israel, & ego ero tibi secundus: non fuit tamen Ionathas secundus regnante Dauid: quia prius mortuus est Ionathas, quàm regnaret Dauid, vt patet in principio sequentis libri: nam postquam deplanxit Dauid Saulem, & Ionathã est vnctus, in regem super Iudam, inf. 2. lib. ca. 2. & postea vnctus est super totum Israel inf. 2. li. ca. 5. Aliquis aũt dicet, ꝙ hoc dixit Ionathas ex affectione sicut dicebať supra, ꝙ dixit ex affectione: non inueniet te manus Saul patris mei. Sed hoc non stat: quia quanquam Ionathas diligeret Dauid sicut animam suam, si tñ in libertate sua esset, potius sibi vellet regnum, & ꝙ Dauid esset ei secundus, q̃ ꝙ regnaret Dauid, & esset ipse secundus post Dauid. Et hoc potissimè: quia de iure competebat regnũ Ionathę, & non Dauid, nisi aliquid alterum specialiter Deus ordinasset. Quod non præsupponitur nunc cognitum esse Ionathæ ab eis, qui sic respondent, iõ nõ dixit hoc ex affectione, quasi sic desideraret: sed qa credidit sic futurum. s. ꝙ Dauid regnaret super Israel: quomodo aũt hoc sciret Ionathas, dubiũ est. Aliqui volũt, ꝙ hoc sciebat, quia iam notũ erat, ꝙ Samuel vnxerat eum in regem, & tunc rationabiliter velle debebat ista Ionathas. s. ꝙ Dauid regnaret, & ipse esset secundus illi. Nam regnum datũ fuerat Sauli nõ ex genere, vel successione, sed ex Dei electione, vt patet sup. c. 9. & 10. sic igitur putabat, ꝙ ipse non habebat ius successionis in eo, ꝙ pater suus non acquisierat iure successionis, sed per electionem Dei. Et quia sciebat, ꝙ Dauid vnctus erat in regem per Samuelem, constabat ei, ꝙ ad eum nõ pertinebat ius regni, sed ad Dauid: iõ volebat id, quod Deus disposuerat: q̃q̃ si arbitrio eius relictum foret, potius elegisset Ionathas, ꝙ ipse regnaret, quã quòd regnaret Dauid. Hoc aũt rationabiliter dictum esset, si præsupponeret verum, sed falsum est. s. ꝙ Ionathas adhuc cognosceret Dauid vnctũ esse: qa dr̃ infra: sed & Saul pr̃ meus scit hoc. s. ꝙ tu regnabis sup Israel: Saul tamen nesciebat Dauid vnctũ esse, vt infra declarabit: ergo nesciebat Ionathas. Nisi fortè dicas, quòd Ionathas sciebat Dauid vnctum esse: tamen hoc nunquam reuelauerat Sauli, & sic Saul sciebat Dauid regnaturum: non quasi sciens eum vnctum, sed ex alia causa. Ionathas autem sciebat eum regnaturum: quia sciebat eum vnctum in regem. Sed primum magis stat. s. quòd nesciret hoc Ionathas, quasi sciret Dauid vnctũ, sed quia videbat multa, in quibus Deus eum adiuuabat, quæ designabant ipsum peruenturum ad statum regium. *Et ego ero tibi secundus.* i. quando tu fueris rex, ego ero tibi secũdus post te in honore, & gradu. Hoc aũt dicebat Ionathas ex affectione, quia præsupposito, quòd Dauid regnaturus esset, volebat ipse esse secundus illi. Hoc autem erat rationabile propter duo: primò qa nullus erat ita amicus Dauid, sicut Ionathas, qui diligebat eũ, sicut animam suam, vt patet supra cap. 18. & 20. Secundo quia Ionathas erat filius regis, & vir strenuus dignus honore magno: sed non fuit hoc: quia Ionathas mortuus est antequã regnaret Dauid, ideo si superuixisset Ionathas, Saul mortuo, forte Dauid nõ regnasset immediatè: quia ipse recusasset suscipere regnum viuẽte Ionatha, qui erat amicissimus eius, & filius regis: cuius iuri præiudicare nollet: & quia Israelitæ nollent vngere Dauid in regẽ viuente Ionatha, cũ ipse esset filius regis, & vir strenuus aptus ad liberãdũ Israel de manu hostiũ. Nã semel liberauit eos de manu Philisthinorum, quando ipse, & armiger suus pugnauerunt contra aciem Philisthinorũ, vt patet sup c. 14. Deus tñ, q̃ volebat Dauid regnare immediatè post Saulẽ, ablaturus erat oĩa impedimenta ad hoc, ideo sicut disposuerat de Dauid, quòd regnaret post Saulẽ, ita disposuerat de Ionatha, quòd morereť simul cũ Saule: & sic factũ est ꝛ ca. vltimo. *Sed*

1. Opin.

Sed & Saul pater meus scit hoc, i. non solum ego scio, ꝙ regnaturus sit post patrem meũ, sed etiam ipse cognoscit istud: hoc dicebat ad magis confortandum Dauid, quia cũ aliquis scit se timeri ab hostibus suis nimis, & reputari potentem, crescit animus eius ad pugnandum contra illos, si ergo cum Dauid sciret se reputari futurum regem apud Saulem confortaretur, & minus timeret eum.

Quomodo Saul sciebat, quòd Dauid esset regnaturus. Quæstio. XXI.

QVAERET aliquis, qũo Saul sciebat, ꝙ Dauid regnaturus esset. Aliquis respõdebit, ꝙ sciebat, eoꝙ audierat eum fuisse vnctum in regem à Samuele: & quia Deus hoc volebat, non poterat euitari humano consilio. Sed hoc non stat, quia si hoc sciret Saul occidisset Samuelem pro eo, ꝙ vnxit alium viuente eo: sic enim dixit Samuel, quando misit eum Deus ad vngẽdum Dauid: audiet Saul, & interficiet me, supra 16. cap. nihil tamen mouit Saul contra Samuelem, qui tamen adhuc viuebat, cum mortuus fuerit, infra ca. 25. ergo nondum cognouerat Dauid ꝙ vnctum esse in regem. Sed dicendũ, ꝙ sciebat eũ regnaturũ. i. cognoscebat ex quibusdam præsumptionibus. Primò, quia totus populus fauebat illi, & honorabant eum magis, q̃ regem, sicut patet in cantu mulierum: vnde dixit Saul supra c. 18. Dederunt Dauid decem millia, & mihi dederunt mille, quid ei superest, nisi solum regnum? Præsumebat ẽt hoc Saul, quia videbat, ꝙ Deus erat cum illo in omnibus operibus suis anteq̃ fugeret à facie eius: tñ occidẽdo Goliath, cũ esset inermis: tũ pugnando fæpissimè cõtra Philisthinos: & ob hoc cum in cunctis prospere ageret, timebat eum Saul. Sic patet supra c. 28. s. Et vidit Saul, & intellexit, ꝙ Dominus esset cum Dauid, & magis cępit timere eum. Credebat ergo, ꝙ Deus, q̃ liberabat eum ab istis periculis, elegerat eũ in regẽ. Credebat ẽt hoc Saul pp alia pericula, à quibus postea liberatus est Dauid: nam cum conatus esset eum lancea percutere bis, nunq̃ percussit, supra ca. 18. & 19. & cum iussisset eum comprehendi in domo, liberatus est per fenestram, & cùm postea misisset ad tenendum eum in Ramatha, omnes nuncij sui coacti sunt prophetare, & postea ipse Saul: & nemo potuit eum tenere, supra ca. 19. Deinde ẽt corã rege Achis liberatus est, supra 21. c. postea quoque euasit insidias Ceilanorum supra in litera. Hęc autem omnia putabat Saul non posse fieri, nisi Deus specialiter adiuuisset Dauid, & verũ erat: ideo præsumebat, ꝙ ipse futurus esset rex, potissimè, quia cognoscebat, ꝙ spiritus Domini recesserat à se, & transierat ad Dauid, supra ca. 18. Sed aliquis obijciet, ꝙ Saul non cognoscebat hoc nunc, quia sequenti cap. dicitur, & nũc scio, ꝙ certissimè regnaturus sis, & habiturus ĩ manu tua regnũ Israel: ergo nesciebat ante illud: sed illud fuit post hoc aliquanto tempore, ergo nũc sciebat. Dupliciter respõderi potest. Vno modo, ꝙ Saul incępit ibi scire: non quidem, ꝙ nunquam ante hoc sciuisset Dauid regnaturum esse, sed quia ibi cępit habere præsumptionem aliam: quia, sicut nunc dictũ est, Saul sciebat Dauid regnaturum ex coniecturis, & quia ibi habuit nouam quãdam coniecturam, ex illa cępit iterũ scire. Aliter rñdetur, & melius, ꝙ ibi non refertur nũc ad illud verbum, scio, sed ad illud verbum, iura, quia litera dicit: & nũc quia scio, ꝙ certissimè regnaturus sis, & c. iura mihi. i. nunc iura mihi, ꝙ nõ deleas semen meũ, qa scio, ꝙ certissimè regnaturus sis, & tũc non innuitur, ꝙ nouiter sciret Saul Dauid regnaturum, sed poterat ante scire.

Quare Saul persequebatur Dauid, si sciebat, quòd Deus vellet eum facere regem. Quæstio XXII.

QVAERETVR vlterius, cum Saul sciret Dauid regnaturũ esse, cur persequebatur eũ: nam sciebat eum regnaturum, hoc putabat, quia credebat, ꝙ Deus vellet eum facere regẽ, cum adiuuaret eum in omnibus, diuinũ tñ consiliũ effugere non possumus, sicut patet Gen. c. vltimo, s. nũ Dei possumus renuere voluntatẽ? q.d. nõ possumus effugere id, ꝙ ipse vult. Ergo frustra conaretur Saul contra Dauid. Rñdẽdũ. ꝙ Sauli accideret, sicut accidit oĩbus incontinentibus, qui sunt egressiui ab opinione, vt patet 7. Ethicorũ. Isti. n. ſm rationem, & opinionem vniuersalem iudicant non esse fornicandum, & iudicant fornicationem esse malã: adueniente tñ passione perturbať rõ sua pp põs delectabile, & iudicant bonũ esse sibi fornicari, eoꝙ argumentũ eorũ elt distortũ, vt patet in eodẽ 7. Ethico. Ita ẽt erat de Saule: ipse. n. secundũ rõnẽ credebat sibi esse impossibile capere Dauid, eoꝙ Deus volebat eũ defendere, quia tñ erat durus furor eius contra Dauid, cum succenderetur iste furor, turbaretur rõ eius, & iudicabat se posse capere Dauid: hoc aũt, qa vel põte passione Saul nõ cogitabat, an Deus vellet defendere Dauid ab eo, & iõ putabat, ꝙ posset eum capere. Vel dato, ꝙ putaret, ꝙ Deus vellet illum defendere, iniquitas & passionis ferocitas impellebant eum ad desiderandum, & aggrediendũ id, ꝙ sciebat impossibile: sic. n. factũ est sequenti c. Nã ibi iterũ dixit Saul, ꝙ sciebat Dauid regnaturũ, & cessauit persequi eũ: iterũ tñ redijt ad persequendum ſ. c. 26. quia interdũ passio rõni cedebat: interdũ verò succendebať cõtra rõnem. *Percussitque igitur vterque fœdus,* idest ambo fecerunt ibi fœdus, s. promittendo sibi seruare fidem, & veritatem. *Coram Domino,* idest istud factum fuit corã Domino. Non accipitur hic esse specialiter coram Domino, quia in libris Moysi dr̃ aliquid fieri coram Domino, qñ fiebat intra sctũariũ coram Altari, vel ostio tabernaculi, aut Sancta Sanctorũ, vt patet sępe in Exodo, vel Leuit. Deuteron. & libro Numerorũ: & hoc quia Deus specialiter erat in locis illis pp aliquas ministrationes, q̃ ibi Deo fiebãt, & non in alijs locis. Hic aũt non erat sctũarium, quia erãt ambo in sylua; sed dicuntur fœdus feciſſe coram Dño, quia dicuntur illa fieri corã Dño, ad quęcunq; ipse vocatur in teste: Dñs tñ inducebat hic à Dauid, & Ionatha, vt esset testis fœderis eorũ, & faceret seruari illud, vt patet supra ca. 20. cum dixit Ionathas: de verbo aũt, ꝙ locuti sumus ego & tu, sit Dñs inter me, & te vsque in sempiternũ. Etiam dicebãtur agere coram Dño, quia per nomen eius ibi iurabant ad validandũ fœdus, vt patet e. c. s. dixit Ionathas: quęcũq; iurauimus ambo ĩ nomine Dñi, dicẽtes: Dñs sit inter te, & me. Etiã qñcũq; aliqs actus fit, q̃ licitus est, & ad Deũ aliqualiter ptinet, Deus dr̃ esse põs illi: sic patet Mat. c. 18. s. vbi. n. sunt duo, vel tres cõgregati in noĩe meo, ibi sũ in medio eorũ. Sic ẽt dr̃ Iosue c. vltimo, ꝙ Ios ue congregauit Israelitas, & steterunt in conspectu Dñi in Sichẽ: non erat tñ sctũariũ in Sichẽ, sed in Silo, vt declaratum est ę. c. dicuntur tñ congregati coram Domino, quia venerant ad iniendũ fœdus cum Domino, vt colerent eum, vt patet ibidem.

Ionathas, & Dauid ter inierunt fœdus. Quæst. XXIII.

QVAERET aliquis, quare Ionathas, & Dauid nunc inierunt fœdus: nã iã bis inierãt fœdus, & sufficiebat semel iniuisse. Respondendum, ꝙ Dauid, & Ionathas ter inierunt fœdus. Primò à principio amicitiarum contractarum inter Dauid, & Ionatham, quando occidit Goliath: de quo supra ca. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundò hoc fecerunt, qñ Dauid receſſit penitus à Saule, ne occideretur: quia tunc denuo inierunt fœdus ſupra ca. 20. Tertiò inierunt fœdus hic, qñ venit Dauid in ſyluam Ziph, & poſtea Ionathas venit ad eũ. Dicendũ tñ in hoc, q̃ ſi Ionathas, & Dauid iniebant ſemper ſuper eiſdem articulis, ſufficiebat vnũ fœdus: ſi tñ erant diuerſi articuli, ita q̃ in quolibet fœdere addebatur aliquis nouus articulus, neceſſaria erant plura fœdera, ſicut iuramentũ alicui præſtitũ de obediendo, vel ſeruando veritatem non extendi tur niſi ad ea, de quibus exprimitur: ſi ergo Ionathas volebat exprimere nouos articulos: oportebat iniri noua fœdera. Videtur tñ dicendum, q̃ non eſſet artículus nouus in quolibet fœdere, ſed in omnibus pro miſerunt idem, ſ. q̃ ambo ſeruarent ſibi veritatem, & fidem, tam in ſe, q̃ in fœdere ſuo vſque in ſempiternum, ideo ad hoc non oportebat replicare fœdera, Ionathas tñ voluit, q̃ multoties fierent, vt ſic viderentur firmiora, quia licet ſemel iurare veritatem ſeruare tãtum obligat, ſicut multoties idem iurare: tñ plus ſolent homines timere infringere id, q̃ ſæpe iurauerũt, q̃ id, q̃ ſolũ ſemel. Etiam faciebat hoc Ionathas, quia qñ aliquis iurat alteri ſeruare fidem, intelligitur, ſi ẽt alius ei ſeruauerit. Si aũt vnus de iurãtibus incipit non ſeruare, alius non tenetur ſeruare illi, quia frangenti fidem fides frangenda eſt. Extra de iureiuran c. peruenit: & qa poſtq̃ Ionathas, & Dauid inierãt fœdus, pr̃ Ionathæ multa innouauerat ſ. apertè perſequẽdo Dauid per deſerta, ideo putabat Ionathas, q̃ fortè Dauid iraſceretur, & nollet ſtare fœderi inito: voluit ergo nunc renouare fœdus, vt iã non haberet Dauid occaſionem dicendi ſe nolle fœdus Ionathæ, quia poſtea multa innouata fuerãt: nã poſt illud fœdus vltimum nihil innouatũ eſt, quia licet poſt illud Saul perſecutus fuerit Dauid per deſerta, tñ ante hoc ẽt conſueuerat eum perſequi manifeſtè: non ergo innouabat aliquid ſic faciendo, præcipuè, quia iniendo iſtud fœdus innuebat Ionathas, q̃ quicquid ageret Saul, agebat contra intẽtionẽ eius: iõ propter hoc non violarentˉ fœdera inter eos inita.

Ionathas replicauit fœdera, vt eſſent firmiora, licet non oporteret.

Dauid, & Ionathas in fœderibus ſuis promiſerunt ſeruare miſericordiam tam pro ſe, quàm pro ſemine eorum: Quæſtio. XXIIII. I

QVAERETVR vlterius, quid ponebatur in fœderibus iſtis Ionathæ, & Dauid. Rñdendũ, q̃ hic non apparet quid dixerint: ſed videtur, q̃ inierint de ſeruando ſibi mĩam, & veritatẽ, tam pro ſe, q̃ pro ſemine ſuo: nam nunc Ionathas, & Dauid cogebãtur ab inuicẽ diſcedere, & fortè Ionathas timebat, p nunq̃ videret Dauid ſaltẽ vſque ad mortẽ patris ſui: iõ volebat, q̃ conuenirent inter ſe hoc, q̃ Ionathas vbicunq; eſſet procuraret bonum Dauid, & nunq̃ ageret contra eum: Dauid quoq; nunq̃ noceret Ionathę, nec ſemini ſuo, ſed potiꝰ ꝓficeret. Sic. n. pepigerunt, qñ receſſit penitus Dauid à Saule: nã Ionathas ꝓmiſit reuelare Dauid intentionẽ Saulis, & petiuit ab eo, dicẽs: ſi vixero facies mihi mĩam Dñi, ſi verò mortuꝰ fuero, nõ auferes mĩam tuã à domo mea vſq; in sẽpiternũ, ſup. c. 20. hoc idẽ repetiuit poſtea Ionathas, recedẽte Dauid, cũ dixit: q̃cũq; iuraui mus ambo in noĩe Dñi, dicentes: Dñs ſit inter me, & te, & ĩter ſemẽ meũ, & ſemẽ tuũ vſq; ĩ sẽpiternũ e. c. K

Seruauerunt Ionathas, & Dauid cæremonias fœderis. Quæſtio XXV.

QVAERETVR vlterius, an obſeruauerint hic Ionathas, & Dauid cæremonias fœderis: erant aũt cæremoniæ inter antiquos, q̃ diuideretur aliquod animal per medium, & illi, qui iniebant fœdus, tranſirent per medias diuiſiones ad ſignandũ, q̃ quicunque fœdus rumperet, iſto modo diuideretur: quandocunque autem fœdera fiebant, obſeruabantur hæc: nunc autem non patet, an obſeruatum fuerit. Dicendum tamen eſt, quòd fuit obſeruatum, quia alioquin non vocaretur fœdus, cum omitterẽtur cæremonię illius. Etiam quia iſtæ cæremonię obſeruabantur inter Deũ, & hoĩes, ergo nõ renuerent illas Dauid, & Ionathas tanquam gentilicas. Patet hoc, quia cũ Deus pepigit fœdus cũ Abraham dando terram promiſſionis, diuiſa ſunt animalia, & trãſiuit ignis inter medias diuiſiones loco Dei. Gen. 15. ẽt qñ Iſraelitæ promiſerunt obſeruare legem in confirmatione eius occiſa ſunt animalia, & pars ſanguinis aſperſa fuit ſup populũ, & pars ſup librum legis, & Altare, q̃ erat loco fœderis, & ſignificabat, q̃ q̃ non obſeruaret pactũ illud, funderetur ſanguis eius ſicut illorum animalium: & iſtud idem erat, quod tranſire per medias diuiſiones. De hoc Exo. ca. 24. ſic etiam fecerunt Iſraelitæ tempore Sedechiæ regis inientes fœdus de obſeruando quandam legem, & occiderunt vitulum, tranſieruntque per medias diuiſiones, vt patet Ierem. cap. 34. Item Ionathas, & Dauid non omitterent iſtam cæremoniam tanquã non potentes habere aliquod animal ad diuidendum: quia cum eſſent in loco deſerti apud paſtores multos poterant habere pecora. De hoc patet infra c. 25. vbi dr̃, q̃ Dauid, & viri ſui morabantur in deſerto apud paſtores Nabal Carmeli. Credendum eſt ergo, q̃ Dauid, & Ionathas fecerint cæremonias fœderis hic, q̃q̃ non exprimantur. *Manſitque Dauid in ſylua.* ſ. facto fœdere manſit Dauid in ſylua, in qua ante erat, quia per iſtud fœdus non erat ſecurus à Saule, ſed à Ionatha. *Ionathas autem reuerſus eſt in domum ſuam.* ſ. in Gabaa, quia ibi erat domus eius, & patris ſui, vt patet ſupra cap. 16. & 17. & infra in litera. *Aſcenderunt itaque Ziphęi.* Hic ponitur ſecundum huius ſecũdæ partis, in quo Dauid à ſuis contribulibus accuſatur: nam ſiue accipiantur Ziphæi, vt eſt nomen appellatiuum, ſcilicet, pro facientibus picem, vt volũt quidam Hebræi, ſiue accipiantur, vt ſunt aliqui viri ſic nominati, ſemper eſt verum, quòd ſint contribules Dauid, quia iſti habitabant in ſorte Iudæ: ergo erant de ſtirpe Iudæ. Nam Iſraelitæ ſic erant diſtincti, q̃ quilibet habitabat in ſorte tribus ſuæ, eoquòd nullus poterat habere poſſeſſionẽ, niſi in Tribu ſua, etiam ſi vellet emere, vt declaratum eſt Leui. ca. 25. & Numeri 27. & hoc verum erat, niſi in ſacerdotibus, & leuitis, qui non habebant aliquam determinatam poſſeſſionem, ſed dabantur eis vrbes, in qualibet Tribu, vt patet Numeri, cap. 25. & Ioſue, ca. 21. Iſti autem non erant ſacerdotes, nec Leuitæ: quia illi non vacabant officijs turpibus, ſicut eſt facere picem. Si autem accipiatur, vt eſt nomen proprium, adhuc eſt magis manifeſtum, & iſtud eſt verum: quia Ziphæi nominãtur à quodam, qui ductus eſt Ziph: ille autem erat de Tribu Iuda, quia erat Nepos Caleph, vt patet primo Paralipomen. cap. 2. Caleph autem erat de tribu Iuda, vt patet Numeri capit. 13. & 24. ideo Ziph ponitur inter illos, qui computantur de filijs Iuda, vt patet primo Paralipom. capit. 2. & 4. *Ad Saul in Gabaa, dicentes*, ideſt Ziphæi venerunt ad Saulem annunciantes ei de Dauid, & venerunt in Gabaa, quæ eſt nomen vrbis, qa ibi erat domus eius, vt patet ſupra cap. 15. & 22. Iſti Ziphæi peccauerunt nimis, tum quia erant de ſtirpe Iuda, de qua erat Dauid, & tenebantur eum diligere magis, quã viri, qui erant de alijs tribubus: ideo cæteris paribus magis peccabant iſti denunciando hoc Sauli, quàm ſi fuiſſent de alijs tribubus: tum quia iſti cooperabantur Sauli ad malum. Sciebant enim, q̃ Saul vellet occidere Dauid iniuſtè: ipſi verò denunciando ei de Dauid cooperabantur ad hoc, q̃ occideretur, & ſi fuiſſet occiſus, ita eſſent ipſi rei homicidij, ſicut ipſe Saul: tum quia iſti non fuerunt compulſi à Saule metu pœnarum, nec ſaltem inducti per aliquã promiſſionem bonorum: ſed ipſi ſpontè iuerũt ad Saulem ad annunciandum ei de Dauid. *Nonne ecce Dauid latitat apud nos?* Iſtud ponitur hic ad ſatisfaciendum modo loquendi Hebraico, quia non erat cõueniens poni hic aliquid per modum quæſtionis, cum hic non fuerit interrogatio. ſed ſolum denũciatio de Dauid, q̃ eſſet in deſerto Ziphæorum. Si tamen velimus introducere literam per modum queſtionis, vt ſtat: debemus ſcire, q̃ Ziphæi dixerint Sauli: quid agis hic, q̃ non perſequeris Dauid? Nonne apud nos latitat? ideſt nunquid neſcis, q̃ latitat apud nos? ideſt in terra noſtra? *In locis tutiſſimis Siluæ*, ideſt manet in locis altioribus, & ſecurioribus totius Syluę Ziph. In Hebræo habetur hic. *In caſtris Syluæ*. Sed exponendum eſt ſicut ſupra, ſ. q̃ iſta caſtra non eſſent aliqua loca murata, ſed partes fortiſſimę deſerti, & præruptæ ſicut turres, & mœnia, & qa loca talia sũt ſecura, eoq̃ cum difficultate quis illũc aſcendere debet, vocantur in litera noſtra loca tutiſſima. *In colle Hachila*, ideſt latet in quodam colle, qui vocatur Hachila. In Hebræo vocatur *Habilla*. Eſt autem nomen proprium, infra etiam ponit iſtud nomen 26. cap. *Quæ eſt ad dexteram deſerti*, ideſt Sylua iſta eſt ad partem dexterã deſerti Ziph. In Hebræo habetur hic. *Ieſimon*, & ſignificat deſertum, & habetur iſtud nomen ſæpè. Sic patet Nu. cap. 24. vbi dicit litera noſtra: dirigens cõtra deſertum vultum ſuum, & habetur in Hebræo Ieſimon. Aliquando tamen litera noſtra accipit iſtud nomen tanquam commune, ſ. pro deſerto: aliquando autem ponitur tanquam nomen proprium, vt patet infra in litera, ſ. Dauid autem, & viri eius erant in deſerto Maon in campeſtribus ad dexteram Ieſimuth Et in Hebræo dicitur Ieſimon, ſicut hic. *Nunc ergo ſicut deſiderauit anima tua, vt deſcenderes, deſcende*: ideſt ſcimus. q̃ anima tua, ideſt tuipſe deſideraſti nimis tenere Dauid, & deſideras: nunc autem nos poſſumus complere deſiderium tuum tradendo tibi Dauid. Deſcende ergo, ſ. in terram noſtram, ſicut deſiderauit anima tua, vt deſcenderes, ideſt, & dabimus tibi Dauid, ad quẽ anima tua deſiderat deſcẽdere. Accipitur autem anima pro ipſo homine. Sic enim habetur Leui. cap. 2. & 4. & 5. in multis locis, cùm dicitur: anima ſi peccauerit offeret, &c. ideſt, ſi peccauerit homo: vel poteſt accipi anima pro parte, ſicut dicere ſolemus: anima mea, vel cor meũ deſiderat hoc, quãquam anima non deſideret, nec cor, ſed homo: quia iſti actus non prędicantur de parte, ſed de compoſito. *Noſtrũ autem erit, vt tradamus eum in manus regis*: q.d. non habebis alium laborem accipiendo Dauid, niſi, quòd deſcendas: quia reliquum laborem nos ſuſtinebimus, ſ. tradendo eum in manus tuas: hoc autem dicebant, quia fortè Saul nollet ire, reputans eſſe graue nimis, q̃ perſequeretur Dauid ꝑ loca abruptiſſima, & ad extremum non poſſet eum capere, quia haberet multa latibula, in quibus abſconderetur, vel poſſet fugere per loca illa aſpera: Ziphæi autem dixerunt, q̃ non attenderet ad hoc, quia ſolum curaret ipſe deſcendere: nam ipſi volebant tradere Dauid in manus eius ſine aliquo labore ſuo. Hoc autem dicebant Ziphæi, vt complacerent Sauli: qa ſciebant, q̃ nimis deſideraret capere Dauid, & conqueſtus fuerat de ſeruis ſuis, quia nemo ei indicabat Dauid: putauerunt ergo, q̃ ſi ipſi indicarent Dauid Sauli, facerent ſingulare obſequium illi, & haberẽt

aliquam immunitatem à rege. *Dixitque Saul. benedicti vos à Domino*. Congaudet Saul Ziphæis, & imprecatur eis benedictionem, quia voluerunt obſequi in eo, q̃ ipſe maximè deſiderabat: ideo tanquã ipſe nõ potens ſufficiẽter retribuere illis pro obſequio orat à Domino benedictionem ſuper illos, ideſt multiplicationem bonorũ. Benedictio enim ſignificat augmentum. Sic patet Deut. cap. 7. & 28. vbi ponitur benedictio in ſobole, & in terræ naſcentibus: & ponit maledictio è contrario. Et apparet manifeſtè bñdictionẽ eſſe augmentũ, & maledictionẽ detrimentũ. Sic patet 2. ad Corin. cap. 9. ſ. qui parce ſeminat, parce & metet, qui in benedictionibus ſeminat, in benedictionibus & metet: & opponitur ibi benedictio pareitati: eſt autẽ parcitas auaricia, ergo benedictio abundantia. Patet etiam eod. cap. cùm dicitur: præparent repromiſſam benedictionem: ſic vt benedictionem, & non vt auaricium: ergo benedictio, & auaricia opponuntur: hanc abũdantiam orabat ad Deum Saul pro Ziphæis, quia obſequebantˉ ei. *Quia doluiſtis vicem meam*, ideſt doluiſtis de me, vel doluiſtis loco mei. ſ. ego nimis doleo, quia non poſſum tenere Dauid. Vos etiam doluiſtis oſtendentes mihi qualiter tenerem. De hoc autem conquerebatur Saul omnibus ſeruis ſuis, dicens, q̃ nullus doleret pro eo, vt patet præcedenti capit. Non eſt qui vicem meam doleat ex vobis. *Abite ergo*, i. eatis in deſertũ, vbi Dauid latet. Hoc dicebat Saul, quia volebat, q̃ Ziphæi præcederent eum, vt denũciarent ei locum certum Dauid, & ipſe poſtea ſequeretur. *Diligentius prœparate*: ideſt cum magna diligentia præparate mihi locum certum, vt non cogar vagari incertus per ſolitudines, ſed vadam ad rem certam, vt patet infra: iubebat autem Saul fieri omnia iſta cum magna diligentia, quia ſciebat Dauid eſſe nimis diligentem in obſeruando ſe à Saule. Etiam ſemper cogitabat, quòd Saul ponebat ei inſidias, vt patet inf. ſ. Recogitat. n. de me, q̃ callidè inſidier ei, ideo fugeret Dauid, niſi ſatis diligenter, & cautè Ziphæi obſeruarent latibula, & ſubterfugia eius. *Curioſius agite*, ideſt cum magna cura, vel ſolicitudine tractate iſtud negociũ, nihil diligẽtiæ omittẽtes. Iſta oĩa ad idẽ redeũt, ſed ponunt ad ſignificãdũ magnũ deſideriũ Saulis ad hoc, q̃ fieret iſtud negociũ diligẽter, qa timebat, q̃ ẽt ſi obſeruarẽt nũc Dauid ſerui ſui, effugeret, ſicut cũ eſſet in Ceila poſuit ei Saul inſidias, ſed fugit, vt patet ſupra in litera. *Et cõſiderate locũ, vbi ſint pedes eius*, i. videte vbi nunc latet, vt ſciatis mihi reſpondere de loco certo. Quærere aũt de pedibus hominis vbi ſint, eſt, q̃ quæratur vbi eſt ipſe homo. In Hebręo eſt iſta litera breuius, quia loco iſtarum trium clauſularum. ſ. diligentius præparate, & curioſius agite, & conſiderate locum, &c. Habetur in Hebræo. *Scitote, videte vbi ſit pes eius*. Sed qa iſta verba sũt expreſſiua magnę diligentię circa aliqd, litera noſtra poſuit tres clauſulas æqpollentes magis ſignantes diligentiam. *Vel quis viderit eum*, i. ſi non ſcitis omnes vos latibulum eius, ſaltem videte quis eſt, qui viderit eum latere, & ſciat locum determinatum. q.d. non moueamur per famã habentẽ auctorẽ incertum. ſ. q̃ omnes dicant ſin tali loco eſt, & nullus ſciat, an ibi ſit, quia per hoc cõtingeret Saulẽ vagari inutiliter. *Recogitat. n. de me, qđ callidè inſidier ei*. Iſta ẽ cã, quare iubebat Saul adhiberi magnam diligentiam ſciendo locum Dauid, quia ipſe at ſemper ſuſpectus de Saule, q̃ inſidiaretur ei callidè. i. ſubtiliter, vel artificioſè: ideo ſemper eſſet paratus, ne incideret in inſidias Saulis, ad q̃ adhiberet magnam ſolicitudinem: vt ergo falleretur iſta ſolicitudo, & diligentia Dauid per Ziphęos, neceſſaria erat nimia ſagacias, & ſolicitudo ipſorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quomodo sciebat Saul, quòd Dauid cogitaret de eo, quòd insidiaretur ei callidè. Quæstio. XXVI.

QVAERET aliquis, quomodo sciebat Saul, ꝙ Dauid recogitaret de eo, ꝙ insidiaretur ei callidè. Respondendum est, quòd hoc poterat scire ex quadam præsumptione generali, quia illi, qui sunt verè hostes conantur sibi inuicem nocere quàtum valent: Saul autem erat hostis Dauid, & hoc nouerat ipse Dauid, ideo rectè cogitare deberet, quòd Saul conaretur ei nocere, siue apertè, siue p insidias. Item posset hoc cognoscere Saul ex præsumptione magis propinqua, s. quia si Dauid nō timeret aliquas insidias Saulis, non fugeret per deserta, sed maneret in locis muratis. Nunc tamen nunquam introibat in aliqua loca munita, sed latebat semper in syluis: & hoc sciebat Saul: ergo sciebat, quod Dauid recogitabat de eo, quòd insidiaretur ipsi. Item hoc sciebat Saul: quia rationabile erat, quòd timeret Dauid insidias Saulis, cùm sæpe Saul fuisset ei insidiatus: nā cum conatus fuit eum percutere lancea, misit seruos suos ad vallandum domum Dauid per noctem, vt eum tenerent, ipse autem euasit manus eorum depositus per fenestram à Michol, vt patet supra ca. 19. iterum etiam cum esset Dauid in vrbe Ceila, insidiabatur ei Saul, vt clausa vrbe caperetur: Dauid autem cognitis insidijs recessit. Quòd ad Saulem peruenit: & tunc Saul cognito, ꝙ insidiæ suæ patuissent dissimulauit exire, vt patet supra in litera: sciebat ergo Saul, quòd Dauid recogitaret de eo, ꝙ insidiaretur ipsi, cum sæpe eius insidias cognitas sciret à Dauid. *Considerate, & videte omnia latibula eius, in quibus absconditur*: ideſt diligenter videte, quæ sint loca, in quibus consueuit latere, s. vt quanquam non reperiatur in vno, inquiramus alterum, & alterum, ita vt euadere non possit. Dicitur autem de latibulis, in quibus absconditur, ideſt consueuit abscondi, quia fortè Dauid erat in Sylua Ziphæorum ab aliquot diebus, & non latebat semper in eodem loco, sed aliquando hic, & aliquando alibi: & hoc, vt minus cognosceretur locus eius. Sic enim fecit ipse Dauid, quando egressus est de Ceila in Syluam: nam non manebat semper in vno loco, sed dicitur, quòd ipse, & viri sui vagabantur in certi: ita etiam erat nūc, quia Dauid, & viri sui erant in deserto Maon, cum prius essent in locis tutissimis Syluæ. Vel potest intelligi: Considerate omnia latibula eius, in quibus absconditur. i. in quibus potest abscondi: quia licet in vno loco solum visus fuisset abscondi Dauid, quia tamen poterat abscondi in aliquo alio, si ibi essent alia latibula, iussit, quòd inquirerentur omnia latibula, & obseruarentur, vt quando Saul veniret, si non inueniret eum in vno latibulo, saltem inueniret in alio. *Et reuertimini ad rem certam*: ideſt venite postea ad me, quando sciueritis locum, in quo est: vel omnia latibula, in quibus potest abscondi, 'vt ego tūc vadā vobiscū.

Cur Saul volebat ad rem certam capere Dauid, & non vagari frustra. Quæstio XXVII.

QVAERET aliquis, quare Saul nolebat ire ad rem incertam: nam ipse tanto desiderio ardebat, vt caperet Dauid, quòd non reputaret laborem viarum, nec etiam si aliquando frustraretur intentio sua, potissimè cum ipse aliquādo persecutus fuerit Dauid super petras abruptissimas, quæ solis ibicibus peruiæ sunt, vt patet seq. cap. & tamen non iuit Saul ad rem certam, cum non consecutus fuerit ipsum Dauid. Respondendum est, quòd Saul volebat ire ad rem certam, & non vagari inutiliter propter duo. Primò propter laborem sui, & suorum. Nam terra illa, in qua Dauid manebat, erat abruptissima, & difficilis viatoribus: vnde nimis grauarentur serui Saulis discurrere per excelsas petras, potissimè nihil consequendo. Secundò volebat ire ad rem certam, vt non deluderetur ad Dauid: nam si iret in solitudinem ad rem incertam, euaderet Dauid, & frustraretur intentio Saulis, in quo gauderet Dauid, & haberet quoddam genus victoriæ de Saule, & ipse Saul sentiret se in hoc despici, & erubesceret. Sic enim fecit quando molitus est insidias Dauid in Ceila: nam cum, illis cognitis, Dauid fugisset in vrbe, Saul erubuit, & dissimulauit descendere in Ceilam: & hoc erat præcipuum, propter quod volebat ire ad certam rem: nam si toties falleretur insidiando Dauid, erubesceret vlterius persequi illum. Cum autē obijcitur, quod sequenti cap. iuit Saul ad loca durissima, & ad rem incertam. Respondendum est, quod putabat scire Saul ad rem certam: nam dictum ei fuerat, quod Dauid latebat in locis tutissimis Engaddi, & putauit eum ibi esse, & verè ibi erat: vnde ad rem certam iuit, quia Saul introiuit in eandem speluncam, in qua erat Dauid cum viris suis, vt patet ibidem: & cum dicis, quòd iuit ad rem incertam, ga euasit Dauid, non stat ratio: nam quòd Dauid euaserit, fuit ex diuina dispositione, quę excedit omne humanum consilium: illi tamen, qui duxerūt Saulem ad loca tutissima Engaddi, ad rem certam eum miserunt: nam ipse introiuit in speluncā, in qua erat Dauid, & postea locutus est ei, ideo semper cauebat Saul ire ad aliquid incertum, sic etiam infra 26. c. cum iterum Saul persecutus est Dauid, iuit ad rem certā: nam apud eum castrametatus est Saul, ita vt Dauid descenderet per noctem ad capiendum hastam, quę erat ad caput Saulis, vt patet ibidem. *Vt vadam vobiscum*, ideſt nunc ego ibo vobiscum, quando mihi nunciaueritis locum certum. Dicendum tamen, quod Ziphæi non iuerunt in saltum ad inquirendum latibula, & redierunt postea ad Saulem in Gabaa, sed solum præcesserunt eum in via per aliquantum spatium, vt ipsi prius possent habere determinatum locum, quam accederet Saul ad desertum. Sic patet infra, s. at illi surgentes abierūt Ziph ante Saul, ideſt, ipsi præcedebant Saulem eundo, Saul tamen non mansit in domo. Sed tunc dicetur, quòd Saul significauit hic, quòd redirent ad eum in domum suam, quia dicitur hic: reuertimini ad rem certam, ideſt reuertimini ad me, ad nūciandū rem certam. Dicendum est, quòd fortè Saul à principio disposuit manere in domo quousque Ziphæi afferrent ei rē certam: postea tamen indicauit hoc esse inconueniens, quia dum ipsi redirent in Gabaa ad Saulem, & iret Saul ad Dauid, cognosceret Dauid insidias, & fugeret, & sic frustraretur intentio Saulis, ideo quanquā misissēt Ziphæos, vt reuerterentur ad ipsum, tamen immediatè mutata sententia secutus est eos. Aliter potest dici, quòd Saul dixerat eis, vt reuerterentur ad rem certam, ideſt ad nūciandum ei rem certam: hoc tamen non in Gabaa in domum suam, sed ꝙ reuerterētur ad iter prope syluam, in qua erat Dauid, & ibi nunciarent ei, & tunc Saul egressus est de domo sua præcedentibus eum Ziphæis, & peruenit ad aliquantam partem itineris circa syluam, ad quem locum redierunt postea Ziphæi cognito de latibulo Dauid, & ex ipso loco iuit Saul cum Ziphæis. *Quòd si etiam in terram se obstruxerit*. i. etiam si clauserit se in terra, inquiram eum, q.d. vos scitote semel omnia latibula eius, ita vt non possit euadere, quia postea ego inquiram eum etiam si lateat intra viscera terræ. *Perscrutabor eum in cunctis millibus Iuda*. i. inquiram in tota terra Iuda. Hoc dicebat Saul, quia nunc Dauid latebat in terra Iuda. Et non solum inquireret eum in sylua Ziphæorum, sed etiam in tota terra Iuda, si sciret latibula eius. Hoc autem dicebat Saul ad animandum Ziphæos, vt persequerentur Dauid inquirentes diligenter: nam fortè ipsi putarent, ꝙ Saulem taderet laboris syluarum, & nollet perquirere Dauid, ideo etiam ipsi remisse agerent inquirendo illum: vt ergo ipsi solicitè illum inquirerent, dixit, ꝙ non solum perscrutaretur eū in sylua illa, sed etiam in tota terra Iuda, etiam si in visceribus terræ se absconderet. Dicit autem Nicolaus, ꝙ hoc dicebat Saul ad significandum Ziphæis, ꝙ non solū Israelitæ de alijs tribubus adiuuarent Saulem inquirendo Dauid, sed etiam omnes de tribu Iuda, qui erant contribules Dauid: in quo Saul persuadebat Ziphæis, ne ipsi putarent se deteriores omnibus alijs viris Iuda. s. si ipsi soli proderent Dauid, & inquirerent eum, reliqui autem occultarent ipsum. In hebræo habetur hic. *Si in terra fuerit, perscrutabor eum*. i. si māserit ī terra ista, semper eum inquiram. q. d. nisi descenderit in terrā Philisthiim, vel iuerit in alia regna extranea, semper inquiram eum, dum fuerit in terra hac. *In cunctis millibus Iuda*. Exponunt Hebræi cum præcedenti litera. s. si fuerit in terra. i. in terra ista Iuda, ego perscrutabor eum in cunctis millibus Iuda. i. cogam omnes millenarios, siue tribunos, qui vocantur principes millium, ad hoc, ꝙ perscrutentur illum, & dent eum mihi. Ista est expositio Rab. Da Kimhi, sed non stat, quia non accipiuntur hic millia pro principibus millium. s. pro tribunis, sed pro multitudine populorū: scilicet, perscrutabor eum in cunctis millibus Iuda. i. in tota terra multitudinis habitatorum Iudæ. sic accipitur Micheæ, cap. 5. s. Et tu Bethlehem effrata parvula es in millibus Iuda, ideſt, paruulus locus es inter multitudines Iudæ, q.d. alia loco sunt maiora in populis Iudæ. Sic etiam accipitur Deutero. cap. 33. s. Hæ sunt multitudines Ephraim: & hæc millia Manasse. Ibi tamen accipiuntur millia non pro tribunis, sed pro multitudinibus populorum, ita hic. s. ꝙ in omnibus illis multitudinibus inquireret non omittendo aliquam partem terræ Iuda. Cum etiam dicunt: si in terra fuerit, perscrutabor eum. i. si manserit in terra hac, non conuenienter exponitur à Iudeis: nā nunc Saul sciebat Dauid esse in terra Iuda, & ibat ad persequendum eum tanquam existentem in terra illa: ad quid ergo diceret, si fuerit in terra. i. si manserit in terra ista? Videbatur enim quasi superfluum, ideo videtur, ꝙ litera magis voluerit exprimere, innuens intentionem nimiam Saulis ad persequendū Dauid. s. si in terra fuerit. i. etiam si fuerit intra terrā in viscera eius. Hoc enim significabat desiderium suum, & obstinationem in laborando ad consequendum desideratum: & ob hoc litera nostra expressius dixit: Quòd si etiam in terram se obstruxerit. i. clauserit se in viscera terræ. Nam litera nostra exponit magis obscuritatem hebraicæ locutionis. Sic enim habetur supra, vbi dicit litera nostra. recogitat enim de me, ꝙ callidè insidier ei. dicit litera hebraica. *Recordans recordabitur*. i. recordabitur de me, ꝙ ego cōstitue tim ei insidias ante hoc: & nunc etiam cogitabit, ꝙ ei insidior. *At illi surgentes*. Hic ponitur tertium huius partis, in quo Saul Dauid in latibulis perscrutatur indicantibus Ziphæis: & dicitur. *At illi surgentes*. i. Ziphæi surrexerunt illico de vrbe Gabaa, in qua nunc erant, vt exequeretur id, quod iubebat Saul. *Abierunt in Ziph*. i. venerunt ad desertum Ziph: nam quando ista dicebantur, erant in Gabaa cum Saule, vt patet supra: nunc autem redierunt in Ziph. i. in syluam sic nominatam: ex hoc autem apparet, ꝙ Ziph sit nomen proprium terræ: & non dicantur Ziphæi illi, qui faciunt Picē. *Ante Saul*. i. præcesserunt ipsi Saulē ad hoc, ꝙ Saul veniret postea ad rem certam, sicut eis supra dixerat. Non tamen mansit Saul in Gabaa ad hoc, ꝙ redirent Ziphæi ad nunciādum ei iterum locum Saulis in Gabaa, sed secutus est Ziphæos, & venit vsque ad quandam partem itineris, ad quam postea redierunt Ziphæi nunciantes ei locum Dauid. *Dauid autem, & viri eius erant in deserto Maon*. i. eo tempore, quo venerūt Ziphæi ad inquirendum certum locum Dauid: erat Dauid in solitudine Maon. Est autem Maon quædam ciuitas, apud quam erat desertum: & vocabatur ab illa desertum Maon: sicut vocatur desertum Hareth à quadam vrbe nomine Hareth, vt declaratum est præceden. cap. apparet etiam ꝙ sit vrbs, quia Iosue. cap. 15. ponitur Maon vrbs sortis Iudæ, patet etiam, quia infra ca. 25. dicitur, ꝙ erat vir quispiam in Maon, & possessio eius in Carmelo, ideſt, habitabat ille vir in vrbe Maon, & habebat possessionem suam in Carmelo.

Quomodo stat, quòd Dauid esset in deserto Maon, cum supra dicatur, quòd erat in deserto Ziph. Q. XXVIII.

QVAERET aliquis, quomodo dicitur hic, ꝙ Dauid erat in deserto Maon: nam supra dicitur, ꝙ erat in deserto Ziph, & ibi nunciauerunt eū esse Ziphæi. Aliquis dicet, ꝙ Dauid nunquam habebat locum certum ad manendum, ne cognosceret locus eius, & possent ei poni insidiæ: sed vagabatur incertus hinc, & inde: sicut dicitur supra in litera, ꝙ Dauid, & viri sui egressi de Ceila hùc, & illùc vagabantur incerti: ita forte nunc. Quamquam quando Ziphæi iuerunt ad nunciandum Sauli quod Dauid esset in deserto Ziph: tamen forte dum irent descendit in desertum Maon, & ibi erat quando ipsi redierunt. Sed dicendum est, ꝙ hoc non stat: quia Dauid non mutauit locum quousque nunciatum est ei, ꝙ veniret Saul, vt patet infra, scilicet, & nunciatum est Dauid, statimq; descendit ad petram: ergo ante hoc nihil mutauerat. Dicendum ergo, ꝙ in eodem loco erat Dauid, quando Ziphæi iuerunt ad Saulem, & quando redierunt ad sciendum locum eius: ille tamē vocatur diuersis nominibus, s. desertum Ziph, & desertum Maon. Est tamen desertum Ziph nomē generale, desertum Maon est tanquam pars eius: nam Maon est ciuitas specialis, & desertum, quod est apud illam, vocatur desertum Maon: Ziph autem est nomen cuiusdam regionis, in qua sunt aliquæ vrbes, & tota solitudo terræ illius vocatur desertū Ziph: ideo cum dicitur de solitudine Ziph, nominant in ea partes speciales, eo ꝙ illa sit solitudo magna: sic patet supra in litera: nam cum vellēt dicere Ziphęi, ꝙ Dauid erat in deserto Ziph, dixerunt: ecce Dauid habitat apud nos in locis tutissimis syluæ in colle Hachila, quæ est ad dexteram deserti, vbi tres determinationes positæ fuerunt. s. in locis tutissimis, & in colle Hachila, & ad dexteram deserti. Et ista omnia ad significandum, quæ pars syluę esset, in qua Dauid erat. Nominatur ergo ista sylua diuersis nominibus, sicut interdum eadem vrbs habet multa nomina, vt patet de Hebron, quę vocatur Cariatharbe, Iosue. c. 14. & 21. & vocatur Mambre, vt patet Gen. cap. 23. & 49. & vocatur etiam Hebron. *In campestribus*. ideſt manebant Dauid, & viri sui in parte campestri illius deserti. Vocatur pars campestris illa, quæ non est penitus plana, sed habet aliquid de montuositate. *Ad dexteram Iesimuth*. ideſt erat tunc Dauid ad partem dexteram loci, qui vocatur Iesimuth. Sciendum autem ꝙ litera nostra variè accipit istud nomen: nam vbi dici-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicitur hic Iesimuth in Hebræo dicitur Iesimon: & F
est nomen commune significãs desertum: litera autem nostra aliquando ponit illud pro nomine communi, & aliquando pro nomine proprio: nam supra in litera dicitur: In colle Hachila, quæ est ad dexteram deserti, & habetur ibi Iesimon in Hebræo, vbi litera nostra dicit, deserti. Hic autem idem nomen ponitur in Hebræo: & litera nostra voluit accipere illud tanquam commune, ita vt diceret, desertum: sed dixit, Iesimuth, corruptè tãquam sit nomẽ proprium. Ex hoc autẽ apparet, quod supra dicebatur, scilicet, ꝙ idem desertum sit desertum Ziph: & desertum Maon: nam Ziphæi nunciauerunt Sauli, ꝙ esset Dauid in terra eorum, quæ est desertum Ziph, & dixerunt. Dauid latitat apud nos in locis' rutilissimis G
syluæ in colle Hachila, quæ est ad dexteram deserti. Hic etiam dicitur, ꝙ erat Dauid in deserto Maon in campestribus ad dexteram Iesimuth, siue deserti: cũ ponatur hic nomen, quod est supra, vbi litera nostra dicit, desertum: ergo idem locus erat collis Hachila, & desertum Maon, cum vtrunque ponatur ad dexteram Iesimuth, siue deserti. *Ibat ergo Saul, & socij eius ad quærendum eum.* ſ. recedentibus Ziphæis de Gabaa, surrexit Saul cum multitudine virorum, & iuit ad persequendum Dauid. *Et nunciatum est Dauid.* ſ. ꝙ Saul veniret ad persequendum eum: non fuit enim nunciatum de Ziphæis, ꝙ iuissent ad indicandum Sauli locum Dauid, eo ꝙ isti secretius egerunt, & non potuerunt cognoscere istud exploratores Dauid: ipsi H
tamen cognouerunt aduentum Saulis, quia non poterat sic celari Saul, cum veniret cum multitudine, sicut celati sunt Ziphæi, qui fortè pauci erant, quando iuerunt ad syluam, & nihil suspicabantur de eis viri Dauid. *Statimque descendit ad petram.* i. immediatè, vt audiuit Dauid de Saule, descendit de loco, in quo erat ad petram. Dicunt aliqui, ꝙ petra est nomen castri, vbi Dauid posuit ea, quę habebat, vt esset expeditior ad fugiendum: & istud castrum est in solitudine. Alij autem volunt, ꝙ petra erat aliqua magna rupis cauernosa, in qua Dauid reposuit res suas, noluit tamen ibi manere, ne forte à Saule includeret ibi, & cogeretur, vt se traderet ei, vel moreretur pugnando. Sed dicendum est, ꝙ ista petra erat aliqua I
magna rupis, de qua infra dicitur, ꝙ vocauerunt locum illum petram diuidentem: & ibi Saul postea circundabat Dauid, & viros suos, nec descendebat Dauid ad petram, vt ibi reponeret aliquid, sed vt fugeret manus Saulis.

Quare recessit Dauid de deserto Ziph, cum intellexit, quòd Saul illùc iret. Quæst. XXIX.

QVAERET aliquis, quare descendit Dauid de loco, in quo erat, audito, ꝙ veniret Saul. Respondendum est, ꝙ egit ex timore, ne ibi caperetur à Saule: noluit enim expectare diuinum miraculũ, scilicet, ibi veniente Saule, vt Deus defenderet eum, K
quanquam non fugeret, sed voluit opere humano prouidere sibi quantum poterat. Cùm verò prudentia, & potentia humana deficerent, recurrendũ erat ad miraculum sicut supra factum est. ſ. quando Saul circundabat Dauid, & desperabat Dauid se posse euadere: nam tunc Deus misit nuncium, qui faceret inde recedere Saulem propter Philisthæos, vt patet infra: nunc vero quia tempus habebat Dauid ad saluandũ se, præoccupauit fugere de loco, in quo erat. Hoc autem fecit propter duo: primo ne Saul cognosceret vbi erat: nam cum veniret Saul ad persequendum eum, putabat ipse, ꝙ audisset eum esse in certo loco, & ad illum veniebat. Nunc autem cum non reperiret ibi illum, fortè desisteret à persecutione, videns se illusum. Secundum erat, vt Dauid haberet locum fugiendi, quia in partibus superioribus collis Hachila, vbi erat nũc Dauid, erat locus angustus, & si expectaret ibi Saulem, circundaret eum facilitèr, & caperet. Descendit ergo ad partes inferiores deserti, vt ibi latiorem locum haberet fugiendi, & non posset ita faciliter circundari à viris Saulis quam quam adhuc ibi cinxit eum Saul, & viri sui in modũ coronæ, vt patet infra. *Et versabatur in deserto Maon*, idest, & discurrebat per diuersas partes deserti Maon antequam veniret Saul: istud enim est desertum, de quo supra dicitur.

Quomodo stat, quòd Dauid versaretur in deserto Maon, cum supra dicatur, quòd recesserat inde. Quæstio. XXX.

QVAERET aliquis, quomodo dicitur hic, ꝙ versabatur Dauid in deserto Maon: nam iam supra dictum est, ꝙ recesserat inde, & descendit ad petram: etiam infra videtur hoc significari, cum dicitur, ꝙ Saul audito hoc, persecutus est Dauid in deserto Maon. i. audito, ꝙ recessisset de loco, in quo prius erat. Respondendum est, ꝙ Dauid fuit in deserto Maon ante aduentum Saulis, & postea etiam, sicut patet ex litera, quæ dicit de Dauid, quòd erat in deserto Maõ in campestribus. Postea autem dicitur, ꝙ descendit ad petram ſ. de loco, in quo prius erat, & versabat in deserto Maon. Hoc autem erat, quia desertum Maon, quãquam sit quædam pars deserti Ziph, sicut supra declaratum est, tamen erat magnũ, & habebat in se quasdam partes montuosas, & alias planiores. Dauid autem erat in isto deserto Maon, in partibus sublimibus. ſ. in colle Hachila, quando denunciatum est Sauli, ꝙ erat in deserto Ziph. Et de hoc dicitur supra, ꝙ erat in deserto Maon ad dexteram Iesimuth. Postea autem audito, ꝙ veniret Saul: descendit ad quasdam partes planiores eiusdem deserti ad petram: & de hoc dicitur hic, ꝙ statim descendit ad petram, & versabatur in deserto Maon. Et sic fuga Dauid non fuit magna, sed fuit aliquanta declinatio à loco illo, ne inueniret eum Saul, vbi putabat. *Quod cum audisset Saul.* Hoc potest referri ad duo: vno modo, ꝙ Saul audiuit id, quod retulerunt ei Ziphæi. ſ. ꝙ venerunt aditer ad eum, vt nunciarẽt de loco Dauid, sicut promiserant. Alio modo intelligitur, quod cum audisset Saul. ſ. ꝙ Dauid recesserat de loco, in quo erat. Cognouit enim recessum eius per Ziphæos, quia illi obseruabant diligenter locum eius, sicut iusserat Saul, & viderunt quando recessit, & quo iuit: vnde nunciatum est illicò Sauli, & ipse persecutus est eum vsque ad petram, ad quam descẽderat Dauid, ita vt circundaret eum ibi in modum coronę, vt patet infra, & iste est verus sensus. *Persecutus est Dauid in deserto Maon.* idest, non iuit ad collem Hachila, in quo prius sibi dictum fuerat, ꝙ erat, sed secutus est eũ in deserto Maon ſ. veniendo ad partes inferiores deserti Maõ, ad quas fugerat Dauid apud petram. Et accipitur hic desertum Maon sicut accipiebatur immediatè, cùm dictum est: & versabatur in deserto Maon: & non sicut accipiebatur supra, cũ dicitur: Dauid autem, & viri eius erant in deserto Maon, quia ibi accipitur desertum pro partibus exterioribus, in quibus nunc erat Dauid. *Et ibat Saul, & viri eius ad latus montis*, ſ. Dauid descenderat de parte superiori montis, in qua prius erat ad partes inferiores, vt ibi posset euadere; Saul autem ibat per latus montis

montis ad tenendum Dauid: iste mons est, qui vocatur collis Hachila, in cuius summitate prius erat Dauid, vt patet supra, postea autẽ descendit ad partes inferiores ad quoddam latus illius. *Ex parte vna.* i. Saul erat in latere mõtis ex parte vna, in qua nõ erat Dauid: nã Dauid descẽderat ad illud lat⁹ mõtis, qđ magis distãs erat à Saule, vt per illud posset euadere, Saul aũt veniebat ex alia parte: quia tñ habebat Saul secũ multos viros, subito cinxit montem, ita vt ex omni parte Dauid in modum coronæ clauderetur. *Dauid aũt, & viri eius erant in latere montis ex parte alia.* ſ. ex parte illa, quæ erat oppositа parti, per quam veniebat Saul, vt sic cum Saul ad vnam partem procederet, Dauid fugeret ad oppositum, & nunquam eum caperet, Saul tamen cinxit totum montem, vt non haberet locum fugiendi. *Porro Dauid desperabat se posse euadere à facie Saulis.* i. cum videret Dauid se circundari à viris Saulis, & propter locorum angustiam non patere aliquod subterfugium, desperabat de euasione sua. In Hebræo habetur vbi nos dicimus desperabat. *Nehapam.* quod significat angustiatum, vel strictum, quod conuenit homini, quando ex præssura, vel labore non potest emittere anhelitum, quia iam deficit tota virtus in spirandi, & respirandi: & hoc redit ad literam nostram. ſ. ꝙ Dauid desperabat se posse euadere, quia desperatio est afflictio magna, cum aliquis non habet quid agat: sicut cum homini anhelitus intercluditur. Considerãdum autem circa hoc, ꝙ secundum, ꝙ Hebræi dicunt, & refert Ra. Dauid Kimhi hic incępit Dauid increpare Samulem, tanq̃ mendacem: ipse enim vnxerat eum regem, & dixerat, ꝙ regnaturus esset in Israel: nunc autem videbat se in limine mortis, quam desperabat se posse euadere: ideo dicebat Samuelem mentitum, & ꝙ iam nulla veritas erat in promissionibus per prophetas. Dicũt etiam, ꝙ tunc Dauid composuit Psalmum illũ, scilicet. Credidi propter, & ibi dicitur: Ego dixi ī excessu meo omnis homo mendax. Quod exponunt de Samuele, ſ. ꝙ dixerit tũc, ꝙ omnis homo erat mẽdax, non solum homines vulgares, sed etiam ꝓphetæ. Et probant, ꝙ intelligatur de hoc, quia dicitur ibi: ego dixi in excessu meo, idest in excessiua aduersitate, vel desperatione: maximè quia dictio Hebraica, quę ponitur ibi pro excessu, est similis huic dictioni, quæ ponitur hic pro desperatione. ſ. quia ista derivatur ab illa: nam ibi dicitur. *Hozi.* Hic autem dicit. *Nehapas.* Quod secundum Hebræos satis patet esse idem. Dicunt etiam, ꝙ vt non crederet Dauid Samuelem esse mentitum, misit quendam nuncium, vel angelum ad Saulem, vt sic cogeretur dimittere Dauid, vt patet infra: & sic apparet vera promissio Samuelis. Iste tamen sunt fictiones Hebræorum: nũ quam enim Dauid propter aliquam aduersitatem tantum excessit, ꝙ diceret prophetas esse mentitos: nam etiam si Saul cępisset Dauid, & eum occidere vellet, non diceret tunc Samuelem esse mentitum: nam satis stabat prophetia Samuelis cum hoc, ꝙ ipse caperetur à Saule, & occideretur: sciebat nanque Dauid, ꝙ Deus promittebat multa per prophetas, & illa intelligebantur cum conditione. ſ. si illi, quibus fiebat promissio, manerent in eodem statu, sicut fadum est ad sacerdotem Heli sup. cap. 2. cum dicitur: loquens locutus sum, vt domus tua, & domus patris tui ministraret in conspectu meo vsque in sempiternũ: nunc aũt dicit Dñs, absit hoc à me, sed quicunq; glorificauerit me, glorificabo eũ, q aũt contemnunt me, erũt ignobiles: & ibi subditur qũo Deus abstulit sacerdotiũ de domo Heli. Et Iere. c. 18. dr, ꝙ Deus subito promittit alicui genti, ꝙ ædificabit illam, & plãtabit: & tamen si gens illa egerit malum in conspectu eius, ipse quoque agit pęnitentiam super bono, quod promiserat ei agere: & subito loquetur de aliqua gente, ꝙ disperdat eam, & eradicet: si tamen gẽs illa pęnitentiam egerit de malo suo: Deus quoque pęnitentiam agit de malo, quod comminatus est: & tamen in omnibus his non sunt falsa verba prophetarum, cum intelligantur promissiones cum conditione: ita ergo Dauid, quanquam premeretur à Saule, & iam vellet occidi, non putaret, ꝙ Samuel mentitus fuerat, dicendo eum futurum regem super Israel, & vngendo in regem: sed magis putaret, ꝙ Deus istud promiserat, sed intelligebatur ꝓmissio ſ. si maneret Dauid in statu, in quo erat: forte autem Dauid postea peccauit, vel saltem putaret se in aliquo offendisse, quãquam non esset certus: cum nemo sciat an odio, vel amore dignus sit, vt patet Eccle. c. 9. ex hoc crederet, ꝙ Deus indignatus erat, & nolebat eum regnare super Israel: sic n. de ipsomet Saule acciderat: nam Deus vnxerat eum in regem, quasi ipse, & tota posteritas sua habituri essent regnum, quia tamẽ peccauit faciendo sacrificiũ antequam veniret Samuel, Deus prædixit ei, ꝙ non regnarent filij sui post eum, vt patet supra cap. 13. scilicet: stultè egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui: quod si non fecisses, iam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum, sed nequaquam vltra cõsurget regnum tuum: sic ergo putasset Dauid de se, ꝙ propter aliquod delictum suum Deus priuauerat eum regno, quod promiserat, & tradiderat illum in manibus hostis sui, & non crederet ob hoc mentitũ fuisse Samuelem. Quod aũt dicunt de Psal. ſ. Credidi propter ꝙ fecerit eum tunc Dauid, & vocauerit ibi Samuelem mendacem, non est verum. Nam non fecit eum tunc, sed postea quãdo Syba seruus Isboseth mentitus fuit Dauid, dicens, ꝙ Dominus suus fauebat parti Absolonis, & tradidit ei agros illius: postea autem reperit hoc falsum esse, & iratus est nimis. De hoc infra, 2. lib. cap. 19. & tunc dixit Dauid: Omnis homo mendax: & fecit illum Psalmum.

An Dauid peccauerit desperando se posse euadere manus Saulis. Quæstio. XXXI.

QVAERETVR circa hoc cùm dicatur, ꝙ Dauid desperabat se posse euadere, an peccauerit in hoc. Aliquis reñdebit, ꝙ sic, quia desperabat dictis propheticis, & cõsequenter non credebat eis: infidelitas tamen magnum vitium est: quia sicut fides est prima virtus, sine qua impossibile est placere Deo, vt patet ad Hebræ. cap. 11. & homo iustus viuit ex fide, vt patet ad Roma. cap. 1. ita infidelitas erit primum vitium, quod primò, & maximè repugnabit virtutibus: sed Dauid non credebat dictis propheticis: ergo erat infidelis, quia circa ista stat fides: & debemus potius assentire dictis propheticis, quàm eis, quæ nos videmus. Sic patet in Canonica Petri. 2. c. 1. vbi dicit, ꝙ magis credendum est prophetæ, quàm ei, quod ipse vidit: vnde cum dixisse se vidisset trãsfiguratum Christum in mõte Thabor, ait: Habemus autem firmiorem propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes: Samuel tamen erat prophetа, & vnxerat Dauid in regem prædicens ei, ꝙ futurus esset rex, ꝙ ergo ipse desperaret se posse euadere erat contra veritatem prophætiæ, quæ asserebat eũ prius futurum regem, quàm moriturum: ergo erat infidelis desperando de euasione. Respondendum est, ꝙ quanquam Dauid credidisset se nunc capiendum esse, & occidendum à Saule, ꝙ Samuel fallà dixisset, non erat infidelis, nec peccabat: nam quanquã Samuel esset propheta, tamen aliquis posset dicere,

quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd Dauid neſciebat eum eſſe prophetam. Hoc tamen non debet aſſeri, quia Dauid non debebat dubitare in notorijs: erat tamē notorium in toto Iſrael, quòd Samuel erat propheta, & quòd nunquā mentiebatur, vt patet ſupra ca. 3. ſ. creuit autem Samuel, & Dominus erat cum eo, & nō cecidit ex omnibus verbis eius in terram, & cognouit vniuerſus Iſrael à Dam vſque Berſabeæ, quòd fidelis Samuel eſſet propheta Domini. Et ſic nunc in eis, quæ dixerat de domo Heli nihil mentitus fuerat, ita etiam poſtea multa dicebat, & nunquam errabat: vnde quandocunque aliquid prædicebat, iam totus populus abſque dubio illud futurum eſſe credebat: ſic dixit puer Saulis ad eum antequam vngeretur in regem, loquēs de Samuele ſupra cap. 9. ſ. Ecce eſt vir Dei in ciuitate hac, vir nobilis, & omne, quod loquitur abſq; ambiguitate venit. Quòd ergo Dauid crederet Samuelem non eſſe prophetam, vel dubitare de hoc, erat dubitare de notorijs: & ignorantia talis, vel dubitatio non excuſat. Dicendum ergo aliter. ſ. quòd Dauid ſciebat Samuelem eſſe prophetam: poterat tamen ignorare ſatis rationabiliter an vnctio ſua in regem factam fuiſſet propheticè, vel feciſſet eam Samuel ex corde ſuo. Errant enim interdum prophetæ, vel falſum dicūt dupliciter. Primò modo ab intentione. ſ. quia ſciunt aliquid falſum eſſe, vel cōtra voluntatem Dei, & tamen conantur illud aſſerere, vel facere. Hoc patet in Balaam, qui prophera erat, & tamen conabatur maledicere Iſraelitis, & faciebat ad hoc ceremonias: quanquam Deus iuſſiſſet ei, quòd non malediceret illis. Num. capit. 22. 23. & 24. Sic etiam patet Deuteronom. cap. 13. ſ. Si ſurrexerit in medio tu prophetes, aut qui ſomnium ſe vidiſſe dicat, & prædixerit ſignum, atq; portentum, & euenerit quod locutus eſt, & dixerit tibi: eamus, & ſequamur Deos alienos, non audies verba prophetæ illius: ſic enim dicitur Deuteronom. cap. 18. prophe ta, qui arrogantia deprauatus voluerit loqui in nomine meo quæ ego non præcepi illi: vt diceret, aut ex nomine Deorum alienorum, interficietur. Secūdo modo prophetæ errant per ignorantiam, ſ. quia putant verum eſſe, quod dicunt, & non eſt, quia Deus non loquitur illis hoc: ſed ex animo ſuo illud dicunt putantes eſſe verum, & bonum: ſic patet de Natham propheta, ad quē dixit Dauid, quod volebat ędificare templum Domino, & Natham ait: omne, quod eſt in corde tuo, vade, & fac, quoniam Dominus tecum eſt. Et tamen immediatè ſequitur, quòd Deus dixit ad Natham, quòd nū ciaret Dauid, ꝙ ipſe non ædificaret templum, ſed filius eius, vt patet infra 2. lib. ca. 7. Ita igitur putare poterat Dauid, quòd Samuel egiſſet hoc ex corde ſuo, non conſulto Domino, & ſic poterat eſſe falſum, ideo quanquam nō crederet, non peccabat. Si autem obijcies, quòd Samuel erat propheta fidelis, & notorium erat in toto Iſrael eum eſſe prophetam, ideo non dubitare deberet in dictis eius, non conſtat: quia ſi propheta ſemp loqueretur propheticè, & nunquam poſſet loqui, niſi propheticè, cum ſemel conſtitiſſet eum prophetam: non debebat dubitari poſtea in aliquo de verbis ſuis: prophetæ tamen ſemper loquebantur propheticè, & hoc propter duo: primò, quia non poterant: nam ſpiritus propheticus non eſt tanquam habitus alicuius ſcientiæ, qui ſemper immaneat per quem poſſit propheta, quandocunque voluerit intelligere, ſed eſt ad modum actus tranſeūtis, ſcilicet, quòd tunc propheta aliquid propheticè intelligit, quando Deus eum actualiter immutat: illa verò immutatione ceſſante, propheta nihil plus intelligit, q̄ alij homines, vt declaratum eſt ſupra capit. 10. & 19.

Prophetę dupliciter aliquā do poſſunt errare.

Prophetę non ſemper loquūtur ꝓphetice.

ideo ſi illo tempore, quo Deus non immutat prophetam, ipſe conetur aliquid dicere, illud non erit propheticè dictum, ſed erit contingens, ſicut id, q̄d dicunt omnes alij homines, & poterit eſſe falſum. Secundò non loquuntur prophetę ſemper propheticè, quia non volunt: interdum enim habent prophetę ſpiritum prophetiæ, & nolunt prædicere id, ꝙ Deus iubet, ſed aliquid aliud: & tunc ſemper falſum dicunt: ita eſt de prophetis maleuolis, ſicut de Balaam. Ad hoc ergo, quòd conſtaret, quòd prophe ta loquebatur aliquid propheticè, nō ſufficiebat, ꝙ haberetur tanquam propheta: & omnia, quæ ante hoc dixiſſet, vera fuiſſent; ſed neceſſe erat, quòd ipſe induceret aliquod ſignum in confirmationem, vt patet Deuteronom. cap. 13. & 18. debebat autem ſic fieri, quòd propheta diceret: ego denuncio tibi tale, vel tale euenturum eſſe ex parte Dei, & tunc debebat ſubiungere, & ad probationem huius fiet tale, vel tale miraculum: ſi autē illud fieret, debebat credi, quòd ille propheta loquebaꝰ propheticè: ſi tñ nō eueniret debebat credi, quòd ille non erat propheta: ſed ex malicia ſua illud confixerat, Deuteron. ca. 18. Quomodo autem ſigna præmitti debebant à ꝓphetis ad hoc, quòd facerēt aliquam probationem, declaratum eſt Deuteronom. 13. ca. Samuel autem non præmiſerat aliquod ſignum Dauid ad cōfirmationem eorum, quę dixerat de regno futuro: ergo quanquam non credidiſſet Dauid verbis eius, & deſperaret nunc futurū regem, non eſſet infidelis, nec aliquatenus peccaret, cum non obligaretur credere iſta eſſe verba Dei: ſi tamen Dauid putauiſſet iſta eſſe verba Dei, & ſic etiam nunc crederet: quia tamen erat in anguſtia putaret, quòd Deus nolebat ſeruare promiſſum infidelis eſſet.

An Dauid tenuit verba Samuelis fuiſſe propheticè dicta: an deſperando ſe poſſe euadere peccauerit. Queſt. XXXII.

QVAERETVR vlterius, dato, quòd Dauid ſemper tenuerit verba Samuelis eſſe propheticè dicta, an peccauerit nunc deſperando ſe poſſe euadere. Nicolaus reſpondet, quòd Dauid non deſperabat hic ſimpliciter de promiſſione Dei, nec putabat, quòd ipſe moriturus eſſet, aut capiēdus à Saule, ſed deſperabat ſe poſſe euadere abſq; bello cum Saule, quod bellum horrebat nimis, quia timebat de morte ſuorum, & aliquorum, qui erant cum Saule inuoluntariè: & quia ipſe voluiſſet hoc fieri ſine bello, & non poterat, vt ei videbatur, quia erat circundatus, dicitur, quod deſperabat ſe poſſe euadere. ſ. ſine bello. Iſtud enim aliqualiter ſtat: ſed non multum conſonat literæ; cum litera dicat, ꝙ deſperabat ſe poſſe euadere. De ſe autē principalius, hoc dicitur, quàm de alijs. Sed videtur dicendum, ꝙ Dauid deſperauit hic ſe poſſe euadere, tamen non peccauit, quia fortè Dauid deſperabat: non quidem de veritate verborum diuinorum, ſed de ſua ſalutione à periculo: putabat enim ſatis ſtare, quod verba Dei vera eſſent, & ipſe caperetur à Saule. ſi intelligerentur cum conditione, & illam non ſeruaſſet Dauid: vtpotè, quia peccauiſſet poſt illam promiſſionem, & ſic licebat ei deſperare ſine incredulitate. Si autem promiſſiones Dei intelligerentur abſolutè, & propter mutationem eorum, ad quos fiunt, ſiue in bonum, ſiue in malum, non ſuſciperet aliquam varietatem, non poterat deſperare Dauid de completione verborum Dei ſine infidelitate. Aliter poteſt dici, quòd quanquam putaret Dauid promiſſionem ad ſe factam de regno eſſe ſimpliciter inuariabilem,

bilem, tamē poterat deſperare de ſalute ſua ſine incredulitate, vtpotè ſi tunc non recordaretur actualiter, an Deus promiſiſſet ei, ꝙ futurus eſſet rex: nam poterat deſperare de vita, ſicut quilibet alius homo deſperaret videns ſe ſic ab hoſte circūdatum. Quod autem poſſet Dauid tunc non poſſe conſiderare, ꝙ Deus ei promiſiſſet regnū, ſatis ſtat, quia multa ſunt homini notiſſima, quæ actualiter non cogitat: & ſi illa cogitaret, aliquid faceret, quod non facit: & aliquid dimitteret, quod non dimittit: ſicut omni fideli notum eſt, quòd pro quolibet peccato mortali debetur pęna æterna: & quòd in omni peccato Deus offenditur: peccantes tamen non ſemper iſta cogitant, quādo peccant: immo ſi iſta conſiderarēt multa facere dimitterent, quæ cogitauerant. ſic igitur de Dauid accidere potuit. Aliter poteſt reſponderi, quòd Dauid deſperabat ſe poſſe euadere. ſ. quin caperetur à Saule, tamen propter hoc non deſperabat de completione verborum Samuelis, quia fortè putabat, quod quanquam caperetur à Saule, non occideretur, ſed Deus liberaret eū aliquo modo miraculoſè. Aliter etiam dici poteſt, quòd Dauid deſperabat de euaſione ſua, & de vita. ſ. quia putabat ſe capiendum, & occidendum à Saule, tamen non deſperabat propter hoc de completione verborum Samuelis, quia credebat, quòd Deus poſſet ſuſcitare à mortuis, & poſtea regnaret in Iſrael: ſic enim fuit de Abraham; quia Deus dixerat ei, quòd ſemen ſuum eſſet ſicut Stellæ Cœli, & ſicut puluis terræ, Gen. 13. & 15. c. Abraham autem credidit hoc, & reputatus eſt ei ad iuſtitiam; Gen. 15. c. Poſtea tamen Deus iuſſit Abrahæ, quòd occideret illum filium ſuum vnicum, in quo complendę erant promiſſiones, quo occiſo, impoſſibile erat eas compleri. Abraham tamē putabat eas ſemper complendas: quia credebat, ꝙ Deus ſuſcitaret illum à mortuis, & complerentur in eo promiſſiones: ſic patet ad Hebræ. cap. 11. ſ. Fide obtulit Abraham, Iſaac, cum tentaretur, & vnigenitum offerebat, in quo ſuſceperat repromiſſiones: ad quem dictum eſt, quia in Iſaac vocabitur tibi ſemē: arbitrans, quia à mortuis ſuſcitare potens eſt Deus. Omnes iſti quatuor modi ſunt ſatis probabiles: Primi tamen duo ſunt magis propinqui veritati. *Itaque Saul, & viri eius in modum coronæ cingebant Dauid, & viros eius.* ſ. Saul venerat à principio ad quoddā latus montis illius, & in alio latere oppoſito erat Dauid cū viris ſuis, quia tamen viri Saulis erant multi, cinxerūt Dauid, & viros ſuos in modum coronæ: dicitur autem in modū coronæ, quia corona eſt circulus perfectus, & ponitur hoc ad ſignificandum, ꝙ ex omni parte Dauid, & viri ſui concluſi erant, ita vt nō maneret eis locus effugiendi, niſi per miraculum, & ſic factum eſt: nam Saul iam capturus erat Dauid, & viros ſuos, niſi veniſſet nuncius de ingreſſu Philiſthinorum referens. *Vt caperent eos*, ideſt ad hoc cinxerat Saul, & viri ſui viros Dauid, vt caperent illos in medio, & non haberent locum fugiendi. *Et nuncius venit ad Saul dicens:* iſte nuncius obſtitit, quin caperetur Dauid, quia immediatè receſſit Saul: venit autem iſte nūcius ex parte Dei. ſ. quia Deus volebat eruere Dauid de manu Saulis, quòd iſte videbatur conuenięs modus, ideo voluit eum: de iſto nuncio dicūt aliqui Iudæi, ꝙ erat Angelus, ſicut Rabbi Iudas: alij autem dicunt, ꝙ fuerit homo de Iſraelitis, ſicut Rabbi Phinees. Et verum eſt, ꝙ hic ſatis poteſt dici pro vtraq; parte: nam in Hebręo idem nomen eſt pro Angelo, & pro nuncio. ſ. Malach. Dicendum tamen eſt, quòd fuerit nūcius: nam ſi fuiſſet Angelus, & locutus fuiſſet vt Angelus ſuſpicatus fuiſſet Saul hoc fieri, vt ipſe deſereret Dauid: & fortè non fuiſſet tantum incli

natus ad ceſſandum perſequi eum, ſicut nunc cum ſciret illum eſſe nuncium, & credidit, ꝙ Philiſthini terram vaſtarent. *Feſtina, & veni.* Hoc dixit nuncius, vt incitaretur Saul ad veniendum cito: nam ſi dixiſſet ſolum: veni, quia Philiſthini volunt aggredi terram tuam, vel iam aggrediūtur, non deſtitiſſet Saul ab incepta perſecutione, prius enim caperet Dauid, cum eſſet in promptu; dixit tamen feſtina, ideſt nullo modo moreris: & ob hoc Saul, quanquam breuiter capere poſſet Dauid, deſtitit, vt occurreret Philiſthinis. *Quoniam infuderunt ſe Philiſthiim ſuper terram*, i. extenderūt ſuper terram tuam ad vaſtandum eam, & iam vaſtant. Infundere enim pertinet ad illa, quę cum ponantur ſuper aliquid, extendunt ſe per illud totum: ſicut aqua ſi ponatur ſuper aliquod planum extendit ſe per totum, & oleum ſi ponatur ſuper aliquam partem veſtis, extendit ſe per plures partes.

Miſſus à Dauid an poſſit mentiri. Queſtio XXXIII.

QVAERET aliquis, an hoc, quod nunciauit iſte nuncius de aduentu Philiſthinorum, verum eſſet: vel ſolum Deus miſit illum ad fallēdum Saulem, vt deſiſteret à perſecutione Dauid: nam ad hoc, quòd Deus conſequeretur quod volebat, non differebat, an iſte nuncius mentiretur, vel vera diceret. Sed aliquis dicet, quòd non ſtat, quia cum Deus mitteret iſtum nūcium non mentiretur, quia Deus non impellit ad mendacium. Dicendum tamen, ꝙ hoc nō ſtat: nam dato, quòd aliquid iudicio Dei fiat, poteſt fieri per mendacium, & deceptionem: ſic patet infra 3. lib. cap. 22. cum Michæas propheta dixit, quod vidit Dominum ſedentem ſuper ſolium ſuū, & omnem exercitum Cœli aſſiſtentē ei, & dixit Dominus: quis decipiet Achab regē, & egreſſus eſt ſpiritus, dicens: Decipiam illum, cui locutus eſt Deus: in quo? & ille ait: egrediar, & ero ſpiritus mēdax in ore omnium prophetarum eius: & dixit Dominus: decipies, & prævalebis: egredere, & facita. Ille autem ſpiritus mentitus eſt per omnes prophetas Achab: & ille exequebatur Dei miniſterium: ergo quanquā aliquis mittatur à Deo, mētiri poteſt in eo, ad quod mittitur à Deo. Sed dicendum eſt, quòd hoc nō ſtat: nam ſi aliquis mittatur à Deo, nūquam mentietur, niſi fortè voluerit agere quod Deus non iuſſit ei: ſic patet ex verbis Moyſi: Num. cap. 16. cum dixit: ſi cōſueta hominum morte iſti interierint, & viſitauerit eos plaga, qua cæteri viſitari ſolent: non miſit me Dominus, in quo innuit, quòd ſi ipſe mentiretur in hoc non erat verum, quòd Deus miſiſſet eum: ergo innuebat, quòd illi, qui à Deo mittuntur, nō poſſent mentiri. ſ. inquantum non excedunt formam diuini mandati: poteſt tamen interdum ſe extendere ad alia, & tunc mentiūtur: & ſic innuit Deus, quòd interdum prophetæ agunt vltra id, quod ipſe dicit eis, vt patet Deuteron. cap. 18. ſ. propheta autem qui arrogātia deprauatus voluerit loqui in nomine meo quæ ego non præcepi illi, vt diceret, interficietur. Sciendum tamen interdum pro hoc, quod interdū Deus iubet hominibus, vt fallant alios, & miſſis à ſe iubet, vt decipiant interdum eos, ad quos mittūtur. & ipſe quoque interdum decipit homines: nulli tamen iubet aliquando, vt mentiatur: nec aliquis miſſus ab eo mentitur aliquando ex mandato ſuo: nec ipſe vlli vnquam mentitus eſt. De primo patet exēplum, quod Deus iuſſit Iſraelitis, vt ponerēt inſidias viris vrbis Hai, vt facilius eos occiderēt, vt patet Joſue c. 8. iuſſit quoq; Gedeoni, vt deciperet Madianitas faciendo, ꝙ ipſi inter ſe pugnarent tanq̄ contra hoſtes ꝓp lucernas, & lagenas fractas Gedeonis, vt

patet

Universidad de Deusto
Biblioteca

patet Iudi. c. 7. sed in his deceptio est. De secundo patet. s. q̃ illi, qui à Deo mittunt decipiãt interdũ alios, & Deus eis iubeat hoc: nam ipse misit Samulem iubens, q̃ ferret vitulum secum, vt per hoc intelligerẽt viri Bethlehemitę, q̃ solũ veniebat ad sacrificandũ: ibat tũ principaliter ad vngendum Dauid, vt patet supra ca. 16. Exemplum de tertio s. q̃ Deus decipiat homines, sicut fuit in Syris pugnantibus contra Samariam: nam Deus fecit audiri sonitũ curruum, & equorum, & exercitus plurimi in castris eorum, & nihil erat: fiebat autem hoc, vt Syri putarẽt, q̃ Israelitę habebant secum multum exercitũ aliunde congregatum: vnde dixerunt Syri: Ecce mercede conduxit aduersum nos rex Israel reges Herhæorum, & Aegyptiorum, & venerunt super nos, vt patet infra. 4. lib. cap. 7. Deus tamen nunquam legitur mentitus fuisse, nec q̃ iusserit alicui mentiri, vel mendacium approbauerit. Cur autem permittat deceptionem, & faciat: & nunquam mendacium, declaratum est supra cap. 16. Dicendum igitur, q̃ si iste nuncius mitebatur à Deo, non mentiretur. Ad id, quod dicebat infr 3 lib. cap. 22. Dicendum est, q̃ ibi spiritus i. Dęmon mẽtitus est in ore omniũ prophætarũ Achab: & fecit eum errare, tamen Deus non iussit ei, q̃ mẽtiretur. Quòd autem Deus permittat mendaciũ, vel q̃ iubeat, differt. Sed obijcietur, quia ibi dicitur: Egrediar, & erò spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius: & dixit Dominus: Decipies, & prævalebis: egredere, & fac ita: in quo non solum est diuina permissio, sed etiam mandatum determinatum de faciendo hoc. Dicendum est, q̃ Deus non mandauit spiritum, vt mentiretur: nec illa litera hoc probat: nã illa, q̃ dicuntur ibi, fuerunt in visione imaginaria: nam dixit ibi Michæas: Vidi Dominum sedentem super solium suum, &c. Istud erat in imagine per somnium, sicut accidere solet alijs ꝓphetis, & Deus ostendit ei istud, quasi q̃ Michæas videret spiritum dicentem, q̃ deciperet: & Deum iubentem, q̃ egrederetur ad decipiendum: Deus tamen non iubebat hoc, nec spiritus loquebatur aliqd Deo, sed ista ostendebantur prophetæ ad signandum, q̃ Deus permitteret Dęmonem mentiri per ora omnium prophetarum Achab, & istud erat ita certum, sicut si Deus iussisset illi: quia cùm Deus permitteret, Dęmon certissimè facturus erat. De nuncio ergo dicendum, q̃ si Deus mittebat illum, verum diceret: Deus tamen non misit, ita q̃ iuberet venire ad Saulem, sed misit eum inquantum posuit in corde suo, q̃ veniret, vel in corde eorum, qui destinauerunt eum ad Saulem: tamen quicquid sit, verum erat quod iste nuncius retulit: nam Philisthini irruerant super terram, & Saul persecutus est illos, vt patet sequenti cap. s. cunque reuersus esset Saul postquam persecutus est Philisthęos, &c. Ergo verè venerant in Israel. Simile habetur infra. 4. lib. c. 19. cum Sennacherib vellet oppugnare Ierusalem, & esset Ezechias in afflictione magna, Dominus dixit: Noli timere: ecce ego immittã ei spiritum, & audiet nuncium, & reuertetur in terram suam: & deijciam eum gladio in terra sua: ecce enim qualiter Deus missurus erat nuncium, vt illo audito, recederet Sennacherib, & sic factum est, qa audiuit de Tharaca rege Aethiopum, q̃ egressus esset ad bellum contra eum, & non accessit ad Ierusalem audiens de illo bello, sed misit literam ad Ezechiam, vt patet eo cap. *Reuersusque est ergo Saul desistens persequi Dauid.* Ideſt, cum audiuit verba nuncij illicò destitit circundare Dauid, & perrexit contra Philisthinos: nã nuncius institerat nimis, dicens. festina, & veni. *Et perrexit in occursum Philisthinorum.* i iuit ad retinẽdum eos, ne transirent partem vlteriorem terræ: infundebant enim se super terram ad modum locustarum, & volebant totam pertransiri, & prędari: Saul autem occurrit eis velociter, ne se extenderent lędendo plures partes terræ.

Deus aliquando mendacium approbat, nec tamen iubet.

Deus aliquando capit homines.

Deus nunquam mẽtitus est, nec iussit aliquem mentiri.

Nuncians Sauli de adũentu Philisthinorum verum dixit.

Quomodo Saul destitit à persecutione Dauid, cum in breui potuisset eum capere, & quomodo Deus infigit cordi nostro quascunq; passiones, & desideria.
Quæstio, XXXIIII.

QVAERET aliquis, quomodo Saul destitit à persecutione Dauid, cum ita breuiter capturus esset eum propter bellum Philisthinorum. Nam Saul desiderabat nimis capere Dauid, & exponebat se omnibus laboribus propter hoc, ita vt satis ipse vellet sustinere aliqua Damna, vt caperet Dauid: nũc tamen concluserat eum, ita vt nihil superesset, nisi q̃ caperetur: quomodo ergo destitit ab hac opportunitate propter bellum Philisthinorum: nam si propter captionem Dauid totaliter omittere deberet Saul bellum Philisthinorũ, habuisset aliquam rationem omittendi captionem Dauid, vt consuleret rei publicæ: non tamen impediebatur bonum reipublicæ propter hanc captionem, quia poterat immediatè occurrere Philisthinis: quomodo ergo destitit? Dicendum est, q̃ destitit propter duo. Primò quia verba nuncij indicabant magnam celeritatem, scilicet, festina, & veni: quia infuderunt se philisthini super terram, scilicet, q̃ extendebant se super omnem partem terræ, & cito possent facere aliqua tam grauia damna, q̃ postea illis occurri non posset: potissimè si prope erat, vt aliqua loca diriperent, atque vastarent, nisi illis Saul occurreret. Debebat illico illũ ire, ne si modicum moraretur iam essent irrogata damna: etiam quia quanquam Saul circundedisset Dauid, ita vt nullo modo posset euadere: tamen nõ poterat Dauid ita velociter capi, quia cùm esset magna latitudo montis inter loca, quæ cinxerant ferui Saulis, Dauid posset discurrere hinc, inde, & moraret satis Saul capiendo illum, quanquam ad extremum capiendus erat, & quia significabãtur magna damna futura, nisi Saul confestim occurreret Philisthinis: noluit Saul morari capiendo Dauid. Secũdum, & præcipuum erat, quia Deus mouit cor eius ad volendum desistere, scilicet innuens ei valde magna pericula si immediatè non occurreret Philisthinis: innuit etiam difficultatem capiendi Dauid. Erat enim in manu Domini mouere cor eius quocunq; vellet: est enim cor omnium hominũ in manu Domini, & potissimè corda regum: sic patet Prouerb. cap. 21. scilicet. Sicut diuisiones aquarum, ita cor regis in manu Domini, quocunque voluerit inclinabit illud, & iste motus fuit efficacior, quàm verba nuncij: cum generale sit, quòd ea, quæ ab intra agũt, fortiora sint, quàm exteriora, sicut passio fortius impellit, quàm verbalis suasio. Quòd autem Deus immiserit cordi Saulis aliqd stimulum, vt vellet desistere immediatè à persecutione Dauid, apparet per simile in eo, quod factum est de Sennacherib infra. 4. lib. cap. 19. Nam dicitur: Ecce ego immittam ei spiritum, & audiet nuncium, & reuertetur in terram suam: ecce non solum dictum est, quòd Deus faceret, quòd audiret nuncium referentem sibi de Tharaca regi Aethiopum egrediente ad bellum contra eum, sed etiam dicitur: immittam ei spiritum, ideſt ponam scrupulum, vel desiderium in corde eius ad recedendum hinc, & eundum in terram suam: sic ergo de Saule factum credi debet, scilicet, quòd Deus misit ei istum nuncium, & etiam immisit spiritum cordi eius, ideſt quoddam incitatiuum ad mox desistendum à persecutione Dauid. Est enim in potestate Dei cordi nostro quascunque passiones affigere, scilicet timorem, gaudium, vel dolorem, aut spẽ, & sic de cęteris. De timore patet Exo. cap. 23. Vbi dicitur: terrorem meũ mittam in prævrsum tuũ, cunctorumque inimicorum tuorum coram te terga vertam. De hoc etiam Leui. cap. 26. scilicet, & qui de vobis remanserint dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hostium, terrebit eos sonitus folij volantis, & ita fugient, quasi gladium cadent nullo sequente, & corruent singuli super fratres suos. De alijs passionibus patet Deut. cap. 28. q̃ Deus eas affigat homini in pęnã, scilicet: dabit enim tibi Dominus cor pauidum, & deficientes oculos, & animã mœrore consumptam: & erit vita tua quasi pendens ante te: timebis noctæ, ac die, & non credes vitæ tuę: Mane dices: quis mihi det vesperum? & vespere, quis mihi det mane? propter cordis tui formidinem. Deus igitur affigeret nunc aliquem stimulum cordi Saulis, vt cogeretur illicò desistere à captione Dauid cum Deus eum liberare vellet. *Propter hoc vocauerunt locum illum petram diuidentem.* Ideſt postquam hoc factum est, vocatus fuit semper locus ille petra diuidẽs, & hoc fuit ex eo, quod ibi accidit, scilicet, quia ibi diuisus est, ideſt, recessit Saul à Dauid. Dicit Rabbi Dauid Kimhi secundum Rabbi Samuelem, quòd vocatur petra Dauidens: quia viri Saulis diuisi sunt inter se super hoc, quibusdam dicentibus, quòd deberet Saul prius capere Dauid, q̃ occurreret Philisthinis, cum in breui capiendus esset: alij autem dixerunt magis consulendum reipublicæ, quàm desiderio speciali Saulis. Ra. Sal. dicit, quod vocatur petra diuidens: quia ibi diuisum est cor Saulis, s. quia dubitabat an persequeretẽ Philisthinos, vel istaret captioni Dauid: sed primus sensus est melior. Ista petra diuidens est illa, de qua supra dicebatur, scilicet: statimque descendit ad petram: & versabatur in deserto Maon: erat enim illa petra in latere montis, ad quam descendit Saul de summitate collis, & cum Saul, & viri sui cinxerunt eum in modum coronæ, manebat ipse cum viris suis apud hanc petram: Saul autem, & viri sui erant à principio in latere montis oppolito, sed postea cinxerunt in modum coronæ montem, & pertingebant vsque ad petram, apud quam erat Dauid: ibi autem captui erant eum, nisi recessissẽt Saul: & quia ex loco illo recessit, vocata est petra diuidens.

Ordo historiæ continuatus est. *Quæstio. I.*

QVAERETVR circa hoc de ordine eorũ, quæ habentur ad præcedentia, an sit continuus ordo: vel sit aliqua anticipatio, vel recapitulatio, & an ea, quæ habentur hic, facta sint immediatè post superiora. Respondendum, quòd hic est ordo continuatus: quia ea, quæ habentur hic, fuerunt facta post superiora, cum supra diceretur de persecutione Dauid à Saule in deserto Maon: hic autem agitur de persecutione facta in monte Engaddi, in quo iterum latuit Dauid: fuit autem ista post illam, eo quòd illa persecutio cessauit per aduentum Philisthinorum: nam cum audisset Saul, quòd se infuderant super terram, recessit à loco illo, vbi persequebatur Dauid: fuit tamen persecutus eum in Engaddi postquam venit de bello Philisthinorum, vt apparet infra: ergo prius fuit persecutio, de qua habet præcedenti c. quàm ea, quæ habeẽ hic. Cum autem dicitur, an fuerint immediatè facta ea, quæ habentur hic, post superiora. Dicendum quòd pauci dies interciderunt: nam Saul destitit solum à persecutione Dauid, vt occurreret Philisthinis. Verisimile est autem, quod eos in paucis diebus de terra excluderet, quia istud non erat bellum campale, ideo ita vt figerentur castra in campo, & disponerentur acies sicut fiebat in alijs bellis, quando veniebant reges Philisthinorum contra Israel, sicut patet de bello, in quo mortuus est Goliath: nam quadraginta diebus steterunt acies vtrinque constitutæ, & non pugnabatur, vt patet supra cap. 17. sic etiam factum est in bello, quod fuit in monte Gelboe, in quo mortuus est Saul: nam acies vtrinque constitutæ fuerunt: hic autem verisimile est, q̃ isti essent latrunculi Philisthinorum, qui ingressi fuerant in terram Israel, vt inde aliquid acciperent: hos autem facile potuit Saul excludere de terra sua, immediate tamen, vt Saul desijt persequi Philisthinos, redijt ad persequendum Dauid in monte Engaddi, vt patet infra, scilicet: cunque reuersus esset Saul postquã persecutus est Philisthæos, &c. Ergo modicum tempus intercidit inter istas duas persecutiones. *Ascendit ergo Dauid inde.* Ideſt, recessit de illo loco, scilicet, de deserto Maon. De petra diuidente. *Et habitauit in locis tutissimis Engaddi.* Ideſt incepit ibi manere dum Saul, non persequebatur eum. In hebræo habetur. *In castris Engaddi.* Et accipiuntur castra non pro munitionibus, sed pro locis altissimis, & inaccessibilibus, quę ita naturaliter sunt tuta, sicut ea, quæ humana cura munita sunt, vt declaratum est prędicti cap. & satis aparet infra: quia si ista fuissent castra murata, non potuisset Saul ingredi in illa, & tamen dum esset Dauid in his castris, erat in quadam spelunca, & in illam introiuit Saul ad purgandum ventrem. Ergo non erant ista loca murata, sed loca ardua, & dura: ideo dixit litera nostra in locis tutissimis, quia ita tuta sunt ista loca, sicut si essẽt murata. Est enim Engaddi nomen cuiusdam villę, à qua denominantur isti montes: est enim locus inclytus propter mõtes amęnissimos, quales non sunt in tota terra Israel: ibi enim nascitur balsamum, sed iam villa Engaddi bello deleta est. De hoc ait Solinus in Polyhistor. cap. de Iudea: Engadda oppidum infra Hesenas fuit, sed scissum est: verum inclytis nemoribus adhuc durat decusluciſque palmarum eminentissimis nihil vel bello, vel æuo derogatum. Est autem locus iste præcipue famosus in vineis; vnde vineæ Engaddi laudantur. De hoc Canticorum cap. 1. Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi. De isto loco dicitur in lib. de situ terræ sanctæ: Engaddi in

Montes Engaddi, in quibus nascitur balsamũ.

CAPITVLVM. XXIIII.

ASCENDIT ergo Dauid inde, & habitauit in locis tutissimis Engaddi. Cunque reuersus esset Saul postquã persecutus est Philisthæos, nunciauerunt ei, dicentes.

Descriptus fuit in superioribus multiplex contra Dauid insultus, hic consequenter subiungitur erga ipsum triplex Dei prouentus: quia primo Saul eius persecutor ipsius manibus traditur. Secundò Nabal eius irrisor moritur sequenti capit. Tertiò Saul erga eum veritatis præuaricator eius manibus itemo traditur, infra cap. 26. Prima in duas, quia prius describitur crudelitas Saulis Dauid persequentis. Secundò benignitas Dauid iniquo Sauli parcentis, ibi. *Eratque ibi spelunca.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

in tribu Iuda, vbi abscondit se Dauid in solitudine, hoc est in regione illa campestri, quæ vocatur Aulon, & vocatus est vicus pergrandis Iudæorum. Cõputatur etiam Engaddi tanquam vna de ciuitatibus sortis Iudę, vt patet Iosue. c. 15.

Quare Dauid de Maon recessit in Engaddi. Quæst. II.

QVAERET aliquis, quare Dauid recessit de deserto Maon, & iuit in desertum Engaddi.

Respondendum est, quòd Dauid sciebat, ꝙ vellet Saul eum persequi semper quandiu maneret in terra Israel, cum eum haberet nimis exosum: putauit ergo, quòd cum rediret à bello, illico veniret ad persequendum Dauid: quia fuerat in periculo magno in deserto Maõ, noluit ibi manere, quia hoc esset tentare Deum, cum ibi semel euasisset miraculosè, & vellet adhuc manere ad hoc, quòd iterum egeret miraculo ad liberationem suam. In alio autem loco fortè melius se haberet. Nam iam in deserto Maon nouerat Saul latibula Dauid indicantibus Ziphæis, & dato quòd recessisset in aliam partem deserti Maon, vel in quencunque locum terræ Ziphæorum, non euaderet: quia iam Ziphæi præuiderant omnia latibula eius in terra ipsorum, cum dixisset eis Saul: considerate, & videte omnia latibula eius, in quibus absconditur, præcedenti capit. vbicunque ergo lateret in terra Ziphęorum periculum sibi erat. Item, & præcipuè, quia Ziphæi desiderabant prodere Dauid, vt complacerent Sauli, cum ipsi venissent ad Saulem, dicentes: ecce Dauid latet apud nos in locis tutissimis syluæ, præcedenti ca. quia ergo semel cęperant indicare loca eius Sauli, & hoc nimis placuerat ei, nõ cessarent quousque traderent Dauid in manus eius, si esset in terra eorum: putauit ergo Dauid tutum sibi esse fugere de deserto Maon. In deserto autem Engaddi securius erat Dauid propter tria, quàm in deserto Maon.

In deserto Engaddi erat Dauid securior, quã Maon.

Primò, quia in deserto Engaddi non cognoscebatur, aliquod latibulum Dauid, cum ibi Dauid nunquam fuisset profugus: in deserto autem Maon cognoscebantur omnia latibula eius à Ziphæis: immo in desertum Engaddi non cognoscebatur venisse Dauid: vnde quando reuersus est Saul de bello Philisthinorum, nesciebat vbi esset Dauid: quousque nunciatum est ei, quòd esset in deserto Engaddi, vt patet infra. Secundò erat ibi securius, quàm in deserto Maon: quia desertum Engaddi erat difficilius incessui, quàm desertum Maon: nam dicitur infra de hoc deserto, quòd perrexit Saul ad inuestigandum Dauid, & viros eius super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus peruiæ sunt, vt patet infra: de deserto autem Maon, vel sylua Ziphęorum non dicitur tanta difficultas ad gradiendum; ideo Dauid putauit, quòd fortè Saul cognito, quòd esset Dauid in locis asperrimis propter difficultatẽ viarum nollet persequi eum ibi, & tamen propter hoc non destitit. Tertiò erat ibi Dauid securius, quàm in deserto Maon, quia Ziphæi erant habitatores terræ Maon, cum Maon sit quædam pars terræ Ziphæorum, vt declaratum est præcedenti c. Ziphæi autem iam erant hostes Dauid, quia conabantur eum inquirere vbicunque esset, vt complacerent Sauli. In deserto autem Engaddi, quod erat extra terram Ziphæorum, non credebat se Dauid habere aliquos maleuolos, qui curarent indicare locum eius Sauli, sicut faciebant Ziphæi; ideo putauit, quòd ipse securius esset ibi, quàm in deserto Maon: nec enim visum fuit sibi alium locum esse aptiorem pro tunc ad fugiendũ, quàm desertum Engaddi: iõ illuc fugit,

Quare Dauid de deserto Maon non fugit immediatè in terram Philisthinorum. Quæstio. III.

QVAERET aliquis, quare Dauid non descendit immediatè in terram Philisthinorum, cũ fugit de deserto Maon. Videbatur enim sibi vtilius esse: nam cum maneret in terra Israel vbicunque ille esset, semper sequeretur eum: Saul enim dixerat præcedenti cap. etiam si in terram se obstruxerit, perscrutabor eum in cunctis millibus Iudæ. Ipse quoque Dauid hoc videbat, quòd cum sæpe eum persequeretur Saul, aliqua die posset cadere in manus eius: vnde dixit in corde suo: aliquando incidam in vno die in manus Saul, nonne melius est, vt fugiam, & saluer in terra Philisthinorum: & sic factum est: quia quanquam destitisset Saul persequi Dauid; tamen iterum persecutus est eum in deserto Engaddi, vt patet hic: quousque recessit in terram Philisthinorum, vt patet infra cap. 27. Debuisset ergo fugere. Respondendum est, quòd non fugit Dauid nunc in terram Philisthinorum propter tria. Primum erat, quia Dauid non erat fugiturus in terrã illam, nisi in defectum terræ Israel, scilicet quando crederet se non posse omnino saluari in terra Israel: hoc autem adhuc non credebat: quia putauit, quòd in monte Engaddi euadere posset ex causis supra assignatis: ideo volebat tentare, an ibi esset securus. Item, quia Dauid quando fugit in terram Philisthinorum, fuerat sæpe à Saule inquisitus, & quasi circundatus. Primò in deserto Maon, quando cinxit eum in modum coronæ apud petram diuidentem, præcedenti cap. Secundò in deserto Engaddi, cum introuit Saul in spelunca, in qua erat Dauid, vt patet infra in litera. Tertiò in colle Hachila in terra Ziphæorum, quando descendit Dauid ad castra Saulis infra cap. 26. toties ergo inquisitus putauit, quòd aliqua die caperetur: ideo credidit, quòd nõ erat bonum toties tentare Deum: sed dixit: aliquando incidam vna die in manus Saulis: nonne melius est, vt fugiam, & saluer in terra Philisthinorum, & tunc fugit infra 27. cap. nunc autem solum circundederat, & inquisiuerat semel Saul Dauid: putauit autem Dauid, quòd fortè vellet postea desistere Saul: ideo adhuc non habebat motiuum sufficiens ad descendendum in terram Philisthinorum. Secunda causa erat, quia Dauid non audebat descendere in terram Philisthinorum, eo quòd ibi non benè reciperetur, vel non maneret securè: quia Philisthini præsumerent contra ipsum, quòd finxisset fugam à Saule, & tamen non verè fugeret, sed iret ad insidiandum Philisthinis, vt aliqua die multos eorum ex inopinato occideret, vel faceret alia damna: voluit ergo Dauid, quòd quando iret in terram Philisthinorum, crederẽt Philisthini cum rationabiliter motum ad eundum, & quòd verè fugeret à Saule: hoc autem adhuc non crederent, quia nondum cognitum esset in terra eorum, quòd Saul persequebatur Dauid, cum solum semel inquisiuisset eum in deserto Maon: ideo putarent aliquã fraudem esse, si ad eos descenderet: cum autem ipse illùc descendit, sæpe iam Saul persecutus fuerat ipsum, scilicet, tribus vicibus, vt patet supra præcedenti cap. & hic, & infra 26. Hoc autem cognitum esset Philisthinis: quia ista fiebant ad terram eorum: nam loca, in quibus latebat Dauid in sorte Iudæ erant in latere Philisthinorum: vnde Philisthini audirent ea, quæ fiebant, præcipue quia non erant ista aliqua parua, quę possunt celari, cum rex persequeretur vnum militem, & rex cum tribus millibus virorum vagabatur per deserta, & abrupta loca: quando ergo descenderet Dauid in terram Philisthinorum cognoscerent Philisthini, quòd habebat iustam causam recedendi de terra Israel, & reciperent eum libenter sicut factum est, infra capitulo vigesimoseptimo.

Tertia causa, & præcipua erat, quia Deus mouebat eum ad non descendendum. Deus enim volebat eruere Dauid de manu Saulis, & volebat per eum manifestare gloriam suam, ideo quanquam interdum non loqueretur ei per se, nec per alios prophetas: inclinabat, tamen semper ad faciendum, id qđ expediebat, & quòd Deus disponebat, vt fieret: disposuerat autem Deus magnificare Dauid ostendendo innocentiam suam, & clementiam erga Saulem, & ostendendo iniquitatem Saulis erga eum: malicia autem Saulis aliqualiter fuerat manifestata contra Dauid, vsque nunc, quanquam postea magis manifestata est: clementia tamen & innocentia Dauid erga Saulem nondum fuerat ostensa, sed postea nimis claruit in duobus.

Primò quando introiuit Saul in spelunca in qua erat Dauid, & abscidit Dauid partem chlamydis Saulis, potuissetque eum occidere, sed noluit, qua in clementia conspecta Saul flexus est animo, & erubuit. Vnde dicitur, infra in litera: & leuauit Saul vocem suam, & fleuit: dixitque ad Dauid iustior tu es, quàm ego. Secundò manifestata est ista clementia, & innocentia Dauid, quando descendit in castra Saulis dormiente eo, & arripuit lanceam, quæ erat fixa apud regem: potuissetque eum occidere sed noluit, quin potius prohibuit socium suum occidere Saulem, vt patet, infra cap. 26. Si autem nunc recessisset Dauid in terram Philisthinorum, non apparuisset clementia eius, & innocentia erga Saulem. Ista autem volebat Deus manifestare, quia nimis ꝓfutura erant Dauid ad hoc ꝙ Israelitæ acciperent eum in regem, sicut declaratum est præcedenti cap. dedit ergo Deus in corde Dauid, vt non descenderet in terram Philistinorum, sed fugeret in desertũ Engaddi. *Cumque reuersus esset Saul postquam persecutus est Philisthæos.* scilicet immediatè, vt desijt ꝓsequi Philisthinos redijt ad persequendum Dauid, & ex hoc apparet, quod supra dicebatur, scilicet, quòd modicum temporis intercidit inter ea, quæ habentur præcedenti cap. & hic, scilicet solum illud tempus, quo expulit Saul Philisthæos de terra sua: erant enim latrunculi quidam, qui infuderãt se super terrã Israel ad prædandũ: quos cito excluſit Saul de terra sua, & isti sunt illi, de quibus nunciatum est Sauli præcedẽti cap. scilicet festina, & veni, quoniam infuderunt se Philisthini super terram. *Nunciauerunt ei dicentes.* qui erant isti non patet. Fortè dicendum est, quòd erant Ziphei: nam Dauid erat in terra eorum, quando recessit Saul à persequendo eum propter Philisthinos: & credendum est, ꝙ ipse iussit aliquibus de Ziphęis obseruare quò iret Dauid, vt cùm rediret de persecutione Philisthinorum denuo eum inquireret: illi verò viderãt Dauid fugientẽ in desertum Engaddi, & nunciarunt postea Sauli. *Ecce Dauid in deserto est Engaddi.* iste locus Engaddi est in valle, per quam transfit Iordanis, quæ dirrigitur vsque ad mare Sodomorum, & est non procul à Iericho: habet autẽ ex parte vallis loca amenissima, in quibus sunt palmæ, & arbores, de quibus habetur balsamum, & famosissimas vineas: ex alia parte habet deserta asperrima, & loca inaccessibilia, in quibus latuit Dauid. *Assumens ergo Saul tria millia virorum electorum ex omni Israel,* idest in toto Israel elegit de viris fortissimis tria millia ad persequendum Dauid. Istos autem viros semper postea secum habuit, dum mansit in terra Israel Dauid, & isti procedebant cum eo semper, quando ibat ad inquirendum Dauid. Sic etiam patet infra capit. 26. scilicet, & surrexit Saul, & cum eo tria millia virorum de electis Israel, vt quæreret Dauid in deserto Ziph: accepit autem tot viros, & de fortissimis, vt possent expugnare Dauid, & viros suos vbicunque essent, & circundare loca latibulorum, sicut fecit præcedenti capitulo. Etiam quia sciebat Dauid esse virum valde bellicosum, & viri qui erant cum eo erant amaro animo, & cum viderent, quòd bellum pro vita esset defendẽda, sumerent magnas vires, quia desperatio exponit hominem ad multa pericula: & sunt bella hominum desperatorum fero cissima, sicut ait Abner ad Ioab infra 2. lib. capit. 2. scilicet num vsque ad internitionem tuus mucro deseuiet, an ignoras, quòd periculosa sit desperatio? Timor quoque solet magnas vires homini apponere, vt ait Aesopus, scilicet.

Naufragio vires suggerit ipse timor.

Credebat ergo Saul, quòd Dauid & viri sui pugnarent nimis cum viderent se ad mortem circundari: voluit ergo habere secum tria millia virorum electorum, cum Dauid solum haberet secum sexcentos viros non de electis, sed quales ad eum congregati fuerant. *Perrexit ad inuestigandum Dauid, & viros eius,* scilicet perrexit in desertum Engaddi, vt inuestigaret eum ibi, quia dictum fuerat illi, quòd erat ibi. Et dicitur ad inuestigandum, quia nunc non ibat Saul ad rem certam, sicut quando iuit in desertum Maon: quia ibi Ziphei præuiderant locum Dauid, & iuerunt ad nunciandum Sauli de illo: ipse vero descendit immediatè ad eum: ideo tunc non ibat ad inuestigandum, sed ad circundandum, vel capiendum Dauid: nunc autem ibat ad inuestigandum, quia quanquam audisset, quòd erat Dauid, in deserto Engaddi, tamen nesciebat in qua parte illius erat: ideo volebat inuestigare, idest inquirere eum per totum desertum. *Etiam super abruptissimas petras,* idest volebat inquirere in deserto Engaddi non solum in locis planis, sed etiam super abruptissimas petras, idest locis excelsis, & inaccessibilibus. Hoc autem erat, quia Saul nullũ laborem recusabat, vt caparet Dauid: sic enim ipse innuit præcedenti capitulo dicens, quòd si etiam in terram se obstruxerit, perscrutabor eum in cunctis millibus Iuda; quasi dicat vbicunque ille fuerit, ego inquiram eum, non obstante loci asperitate, etiã si incluserit se in viscеribus terræ. In Hebræo habetur hic. *Super facies altitudinum,* & idem est hoc: sed litera nostra voluit magis explanare, quia modus loquendi Hebraicus est nimis obscurus: facies enim vocatur ipsa pars exterior rei, siue superficies: sic dicitur supra capit. decimoquarto, ꝙ erat mel super faciem agri, idest fluebat per superficiem eius. altitudines autem vocantur hic ipsa loca eminentiora deserti: huiusmodi autem sunt scopuli prominentes, vel magnæ petræ: facies autem altitudinum dicuntur extremitates superiores scopulorũ, vel magnarum petrarum. Et istę partes vocantur præruptæ, quia terminantur in acutum, & non habent aliquid planum, sed ex omni parte habent angulos, & rupturas: litera ergo Hebraica signat, quòd Saul ambulabat super facies altitudinũ, idest super extremitates superiores scopulorum, & petrarum magnarum. hoc autem clarius dixit litera nostra, scilicet super abruptissimas petras, idest super saxa acuta, & ardua. *Quæ solis ibicibus peruiæ sunt,* idest quæ ita sunt præruptæ, quòd non possunt per eas ambulare, nisi ibices. Peruiũ. n. vocatur illud spatium per quod ambulari potest ad differentiam rerũ inaccessibilium, vel oĩum rerum solidarũ, per quarũ viscera

viscera nullus transire potest: vnde illa non sunt F
peruia. Istę autem petræ abruptissimæ erant solis
ibicibus peruiæ, idest nullus poterat per eas ambu-
lare, nisi ibices propter duritiam suam. Non est hoc
absolutè intelligendum, quia si nullus posset per eas
ambulare, nisi ibices, non ambulauisset per eas Saul,
& viri sui: & tamen ambulabat, vt patet hic. Intelli-
gitur ergo, ꝙ solis ibicibus peruię erant, s. ꝙ nullus
poterat per eas ambulare sine magna difficultate, ni
si ibices: homines autem ambularent per illas reptā
do, sicut dicitur supra cap. 14. de Ionatha, quādo iuit
ad aciem Philisthinorum, scilicet: ascendit autē Io-
nathas reptans manibus, & pedibus. & armiger eius
post eum: In Hebræo non habetur hic tota ista lite-
ra: sed ꝑ toto hoc, s. super abruptissimas petras, quæ G
solis ibicibus peruiæ sunt: habetur in Hebręo. *Super facies altitudinum caprearum*. vocantur istæ altitudines
caprearū, quia solæ capreæ per illas ambulare pos-
sunt propter difficultatem, & hoc signauit litera no
stra, dicens: quæ solis ibicibus peruiæ sunt. i. quæ so-
lum sunt ambulabiles ibicibus. Aliqui autem errāt
hic putantes ibices esse ciconias, sed falsum est: quia
pro ciconia non dicitur, ibix ibicis: sed ibis ibidis.
Hic autem vocantur ibices. Ideo dicēdum, quòd ac
cipitur ibix pro cerua, vel pro capra. Differūt enim
capreę à ceruis: capreæ. n. habitant in mōtibus altis-
simis, nec est aliquod animal, quod ad tantam perue
niat celsitudinem ambulando: iste autem aliquando
cadunt de rupibus altissimis, sed non læduntur: di- H
cit enim Isidorus Etymol. lib. 11. ꝙ capreæ de mon-
tibus altissimis se præcipitantes illęsas super cornua
se recipiunt. habent enim aliqualem concordiam
cum ceruis: ideo litera nostra interdum mutat no-
mina. Sciendum autem quòd sicut apud nos sunt
duo nomina, scilicet ceruus, & caprea: ita apud he-
bręos sunt alia duo nomina, quæ parum differunt,
scilicet. *Aiala, & iaala*. primum accipitur pro cerua,
secundum pro caprea: quando accipitur aiala in sin
gulari habet in plurali. *Aialim*. pro masculis. *Et aia-
loth*. pro fœminis: sic patet Gen. cap. 49. vbi litera no
stra dicit Nephtalim ceruus emissus: & in Hebræo
ponitur *Aiala*, idest cerua: quando autem accipitur
in singulari iaala habet in plurali, *Iaelim*, pro mascu- I
lis: & *Iaeloth*. pro fœminis, & significat capreas: lite-
ra autem nostra aliquando seruat istam differentiā.
sic patet Iob. cap. 39. in prin. cum dicitur: nunquid
nosti tempus partus ibicum in petris? Vel paturien-
tes ceruas obseruasti? ibi ponitur in Hebręo *Iaalim*.
sicut hic: & Hieronymus vocauit eas ibices sicut hic.
Et manifestum est, ꝙ sint eedem, quia hic dicitur: su
per abruptissimas petras, quę solis ibicibus peruiæ
sunt: & Iob. cap. 39. dicitur: Nunquid nosti tempus
partus ibicum in petris? Aliquando autem litera no
stra non seruat istam differentiam, sed ponit ceruas
pro ibicibus: sic patet Psal. 102. cum dicitur: Hero-
dij domus dux est eorum, montes ceruis, petra refu-
gium herinacijs. Et vbi litera nostra dicit ceruis, in
Hebræo habetur, iaalim, i. ibices, vel capreę. Sic etiā
patet. Prouer. cap. 5. cum dicitur, cerua carissima, K
& gratissimus hinnulus. Et habetur ibi in Hebræo,
iaala, idest caprea, vbi nos dicimus cerua. Ponitur er
go hic de ibicibus ad significandum, ꝙ nulla quadru
pedia ascendere poterant, quia non ascendunt ad lo
ca tam ardua, sicut capreę. Si autem acciperēt ibix
pro ciconia, litera non ageret ad propositū: quia tūc
non solum ciconiæ possent ambulare super petras
abruptissimas, sed etiam omnes aliæ volucres. Opor
tet ergo accipi pro capreis; & tunc est differentia in-
ter eas, & alia quadrupedia, scilicet, quia nulla alia
poterant ambulare super petras illas abruptissimas,

Ibices nō esse ciconias: sed capreas.

nisi capreę. Apparet etiam ex eo, quod habetur Iob
cap. 39. cum dicitur de conceptu ibicum, quòd in-
curuantur ad fœtum, vt pariant, & rugitus emit-
tunt: separantur filij earum, & pergunt ad pastum,
egrediuntur & non reuertuntur ad eas: omnia autē
ista falsa essent de ciconijs, quia ipse non pariunt cū
difficultate, sicut dicitur de ibicibus, quòd emittūt
rugitus. Etiam non incuruantur ciconiæ, vt pariāt
fœtum, sed oua. Etiam filij ciconiarum non per-
gunt ad pastum, quia hoc conuenit quadrupedib⁹.
De ibicibus autem nunquam dicitur, quòd pergunt
ad pastum. Item dicitur ibi, quòd egrediuntur, & nō
reuertuntur filij earum ad eas. De ciconijs tamen fal
sum est, quia inter ibices vix est aliqua, quæ cum tan
ta pietate fętus alat, & ab eis quoque in senectute
alatur tanto tempore, quanto ciconia parens filios
adhuc paruulos nutrierat: nō ergo accipiuntur hic
ibices pro ciconijs, sed pro capreis. *Et uenit ad caulas
ouium, quæ se offerebant vianti*, idest, cum ambularet Sa-
ul per desertum Engaddi per viam venit ad caulas
ouium, idest ad quædam ouilia, vbi colligebantur
oues in deserto, vt manerent ibi clausæ per noctē,
ne vagantes lacerarentur à feris: istæ autem caulæ
offerebant se vianti, idest eunti per viam in deserto,
scilicet, quia quicunque iret per viam, videret eas,
eo quòd ibi iuxta viam erāt: quod patet in Hebræo
cum dicitur. *Ad caulas ouium super viam*. (*Eratque ibi
spelunca.*) Hic ponitur secundum, scilicet ipsius Sau-
lis crudelitas contra Dauid persequendo ipsum ad
mortem: & diuiditur in tres partes: quia primò po
nitur Dauid miseratio, secundò miserationis mani-
festatio, tertiò Saulis responsio. Secunda ibi. *Surre-
xit autem Dauid*. Tertia ibi. *Cum autem complesset Da-
uid*. Dicitur autem, quòd erat ibi spelunca, scilicet
apud caulas illas ouium, vel in caulis, & ob hoc ha-
buit opportunitatem Saul intrandi in illam, quia
erant caulæ apud viam, & illa spelunca erat iuxta
caulas: Saul vero diuertit à via ad purgandum ven-
trem, & introiuit in speluncam illam, quia erat lo-
cus secretus. *In qua ingressus est Saul, vt purgaret ventrem*,
idest diuertit à via ad introcūdum in illam, vt ibi ho-
nestius purgaret ventrem. Non cogitauit autē Saul,
quòd ibi esset Dauid, alioquin non intrasset, quia pu
taret sibi periculum ex hoc sequi, sed magis vocas-
set seruos suos, vt circundarent speluncam, & cape-
rent Dauid, vel mitterent iacula, aut lapides à parte
exteriori, vt occiderent Dauid, & viros eius: non cre
didit tamen Saul, quòd ibi esset Dauid, quia nō erat
verisimile, quòd lateret apud viam, cum ibi facili-
ter comprehendi posset. In Hebræo dicitur, *Ingres-
sus est Saul ad ponendum pedes*. quod idem est, quod pur
gare ventrem. Est tamen modus honestior loquen-
di, sed quia obscurior erat, litera nostra explanauit.
ponere autem pedes est emittere stercora, vel vrinā,
quia pedes vocantur interdum ipsa genitalia, vel po
steriora vasa. Sic enim habetur Isai. cap. 46. vbi dici-
tur de viris, qui bibebant aquas pedū suorum, idest
aquas defluentes à genitalibus. *Porro Dauid, & viri
eius in interiori parte speluncę latebant*, idest, in illa spelun-
ca, in qua introiuit Saul, erant Dauid, & viri sui,
ibi enim latuerant.

Quare Dauid intrauit in speluncam illam.
Quæstio IIII.

QVAERET aliquis, quare Dauid introiuit in
speluncam illam. Respondendum est, quòd
Dauid non intrauit interius tanquam ibi con-
sueesceret morari, quia cum erat in solitudine illa
nullo persequente, vagabatur per diuersas partes
deserti,

deserti, vbi commodius poterant, & declinabat ali- A
quando ad prædam ad aliqua loca coniuncta, quæ
non essent de terra Israel: nam Dauid nunquā præ-
dabatur aliquid in terra Israel, & quia nunquam po-
terat viuere, nisi de rapina, cum nihil aliud haberet,
manebat semper in extremitatibus terræ Israel, vt
posset faciliter diuertere ad aliqua loca, quæ essent
extra terram Israel, & ibi prædaretur, & ob hoc to-
to isto tempore, quo Saul persecutus est Dauid, nun-
quam reperietur, quòd fuerit Dauid nisi in terra sor
tis Iudę: quia ista erat extrema inter oēs sortes Israe-
litarum ex latere Meridiano, eratque coniuncta Phi
listhinis, Amalecitis, Idumæis, & Moabitis, & qui-
busdā alijs populis, scilicet Gessuri, machati, & Ger-
ze. Et de istis agebat prædas Dauid, sicut quādo erat B
in terra Philistthinorum, infra 27. cap. his ergo vaca-
bat Dauid, & vagabatur per desertum, dum nemo
eum persequebatur. Nunc autē habebat Dauid ex-
ploratores suos, sicut prius, ex quo cępit esse profu-
gus, qui nunciarent ei, quid ageret contra eum Saul:
isti autem nunc nunciauerant Dauid, quòd Saul ve-
niret ad capiendum ipsum in deserto Engaddi, ideo
latere voluit: & quia sciebat, quòd Saul vellet eum
inquirere in omnibus locis, vbi suspicaretur eum es-
se, volebat latere in loco, vbi non suspicaretur; de
ipso: Saul autem suspicaretur esse Dauid in locis se-
cretissimis, vbi maxime latere posset: prope viam au
tem erat locus publicus, ad quē quilibet accederet,
ideo non putaret eum ibi esse: ideo Dauid ex hoc C
videbatur securior, quia credebat se ibi non inquirē
dum. Fecit etiam hoc Dauid, quia Deus mouit eum
ad istud, cum vellet magnificare eum in abscisionę
chlamydis Saulis: & quia si Dauid lateret procul à
via, Saul non introiret speluncas, vel loca secreta ta-
lia, & sic non posset manifestari misericordia Dauid
in Saule: mouit ergo Deus vtrunque, scilicet Dauid
ad introeundum in speluncam illam, vt lateret, &
Saul ad introeundum in eam, habita opportunitate
ad purgandum ventrem.

Quare Saul intrauit in speluncam ad purgandum aluum.
Quæstio V.

QVAERET aliquis, cur Saul introiuit in spe-
luncam purgaturus aluum. Aliquis rīnde-
bit, quòd hoc faciebat, vt non offenderet
solem purgando vētrem in loco publico. Ista enim
fuit quorundam Iudæorum hæresis, qui vocantur
Merobaptistæ, qui obseruabant mundiciam magnā
in omnibus rebus, & cum vētrem purgaturi essent,
faciebant, ne radij solis possent contingere stercora,
sed operiebant illa puluere: Saul autem fortè esset
ilorum discipulus, & voluit obseruare, ne stercora
contingerentur à radijs solis, quod accidebat purgā-
do aluum in spelunca. Sed hoc non videtur, quia
tempore Saulis nondum inter Iudæos increuerant
hæreses in modo viuendi, & credendi, scilicet Pha-
risæorum, Saduceorum, Hesenorum, Merobaptista
rum: sed post tempora Machabæorum paulo ante
Christi tempus omnia ista pullulauerunt, vt patet p
Iosephum 13. & 14. antiquitatum. Sed magis alicui
videbit dicendum, quòd Saul egit hoc ex præcepto
legis: iubebat. n. Deus stercora operiri, ne tangeren-
tur à radijs solis Deut. cap. 28. scilicet: Habebis locū
extra castra, ad quē egrediaris ad requisita naturę ge
rens paxillum in baltheo, cunque sederis, fodies per
circuitum & egesta humo operies, quo releuatus es.
Idem autem videbatur, quòd aliquis deponeret ster-
cora in loco secreto, vbi non possent tangi à radijs
solis, vel quòd operiret ea humo, quando deponeret

in loco publico. Saul ergo introiuit in speluncam,
vt satisfaceret legi. Sed dicendum, quòd hoc non
stat: quia ista lex non obligabat Hebræos, nisi tempo
re, quo erant in deserto, quod patet cum dicitur: Ha
bebis locū extra castra ad requisita naturę. Castra ta
men vocantur congregationes Israelitarum in cāpo
per tentoria. Et quanquam aliquando castra trahan
tur ad significandum vrbes, & omnia loca habita-
tionum, tamen hic non potest sic intelligi, quia ra-
tio legis posita in litera declarat, quòd solum intel-
ligatur tempore, quo erant in deserto: cum dicitur
eod. cap Dominus enim Deus tuus in medio ambu-
lat castrorū, vt eruat te, & tradat tibi inimicos tuos,
vt sint castra tua sancta, & nihil in eis appareat fœ-
ditatis, ne derelinquat te. Dominus tamen non erat B
in medio eorum, scilicet in quolibet loco, quando
habitabant in terra Israel. In deserto sic: quia omnes
Israelitæ castrametabantur per circuitum sanctua-
rij per quatuor angulos, vt patet Num. cap. 2. In ter-
ra autem Israel non erat Deus per specialem assistē-
tiam, nisi in vno loco, scilicet in quo erat sāctuariū:
ideo ista lex, si seruaretur non poterat seruari, nisi in
illo loco, sed adhuc ibi non obligabantur Iudæi ser
uare illam, quia ratio legis est, ꝙ sint castra munda,
eo ꝙ Deus ambulat per medium castrorum. e. c. sci-
licet quando mouebatur arca de loco ad locum, &
alia vasa sacri ministerij: sed cum erat sanctuarium
in aliquo loco terræ Israel, ponebatur ibi fixum ad
manendum, nisi forte Deus aliquo tempore iube- C
ret illud inde mutare, & sic Deus non ambulabat p
medium castrorum in illo loco, sed manebant om-
nia vasa sancta in sanctuario. In deserto autē nun-
quam figebantur castra ad manendum semper, sed
cum intentione recedendi inde breuiter: ideo Deus
ambulabat ibi per castra, quia mouebantur per locū
illum, in quo prius fuerāt castra omnia vasa sancta:
non ergo Saul fecit ꝑp legē illam, quia non obliga-
batur ad eam: maxime cum esset in desertis, vbi nul
la erat hominum habitatio. Sed egit propter ho-
nestatem, scilicet, vt secretius illud ageret, quia alij
veniebant cum eo, & voluit latere. *Et dixerunt serui
Dauid ad eum*, scilicet, locuti sunt incitādo eum ad oc-
cidendum Saulem: viderunt enim illum introeun- D
tem, & cognouerunt, & quia Dauid habebat ibi op-
portunitatem occidendi Saulem, voluerāt, ꝙ ibi oc-
cidisset eum. *Ecce dies de qua locutus est Dominus ad te*. i.
Dominus promisit tibi dare hostes tuos aliquo tem
pore in manus tuas: intelligendum, quòd aliquādo
Dominus promiserat Dauid tradere ei hostes suos
in manus suas, & non determinauerat tempus. Viri
autem Dauid videntes opportunitatem occidendi
Saulem, qui erat maximus hostis Dauid, dixerunt, ꝙ
illa erat Dies, de qua intelligebatur diuina promis-
sio: quia non videbatur aliquod tempus conuenien
tius, quàm nunc, cum sine labore posset occidere
hostem suum.

*Quomodo Saul non audiuit socios Dauid in spelunca lo-
quentes. Quæst. VI.* E

QVAERET aliquis, cum Saul introisset in spelun
cam, & esset apud Dauid, & viros suos, ita vt
Dauid potuisset Sauli amputare partem chla-
mydis, quomodo poterant viri Dauid loqui ad eū,
quin audiret Saul verba ista. Quidam Hebræi re- Dicta Hę-
spondent ponentes quasdam insanias. Dicunt enim bræorū ri-
ꝙ Dauid aliquando dixerat Deo, cur creauerat ho- dicula.
mines stultos, & araneas, & muscas: quia ista tria vi-
dentur esse superuacua in natura rerum: immo no-
ciua. Deus autē respondit, ꝙ ipse monstraret Dauid

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aliquādo insanire inuat. De musca.

ista tria esse vtilia ad aliquid:& quòd omnibus his ali quando egeret. De stultitia patet,quia profuit ei,ꝙ efficeretur stultus corā rege Achis : alioquin captus fuisset,& forte perijsset supra cap. 21. De musca dicunt,quòd fuit vtilis Dauid: nam cum ipse descēdit de colle Hachilla in castra Saulis dormientibus vniuersis,& accepit lanceam Saulis, dicunt, quòd dormiebat Abner apud Saulem. Dauid autem non bene respiciens posuit pedem inter crura Abner dormientis,& extenti in terrā: qui strinxit pedē Dauid in somnijs: Dauid aūt nō poterat pedē excutere,ꝙn excitaret Abner. Si autē excitaretur,teneretur Dauid à viris Saulis: vñ nesciebat Dauid,ꝙd ageret:tunc Deus misit muscam, vt dicunt & momordit crura Abner, qui illico resoluit vincula pedis Dauid non excitatus à sopore, & liberatus est Dauid. De hoc infra cap.26. De aranea dicūt, quòd profuit Dauid hic,quia araneę operuerunt os spelūcæ telis suis existentibus Dauid, & viris suis intra,& cū Saul ingressus est speluncam vidēs ad ostium telas aranearum, satis credidit, ꝙ nullus intus erat, alioquin introeūdo rupisset telas aranearū,ideo securè introiuit Saul in speluncam, & non inquisiuit ibi Dauid,quia non putauit ibi esse,nec ex hoc attendit ad voces,quę interius formabantur. Sed iste insaniæ sunt,neque ad propositum respondent: nam dato, quòd tela aranearum profuisset ad hoc, quòd Saul non suspicaretur ibi esse Dauid, tamen si postea audiret interius voces,manifestè cognosceret ibi aliquem esse,& tūc faceret inquiri,an esset ibi Dauid: nihil ergo hoc ꝑderat. Aliquis autem dicet, quòd non audiuit hoc Saul, quia fortè vnus solus de seruis Dauid locutus est ei hoc,& in paucis verbis,& nimis silenter: ideo quanquam esset Saul prope illos, non audiret. Sed hoc non stat: nam existente Saule in spelunca, multi de seruis Dauid locuti sunt ad eum, & ipse ad omnes: & oportebat ibi audiri quædam verba, quasi iurgantium, quæ satis audiret Saul. Quod patet: quia serui Dauid dixerunt ei, quòd occideret Saulem, ipse autem cogitauit hoc facere, sed postea mutauit propositum,& cum viri eius vellent insurgere in Saulem,ipse increpuit eos verbis,ne insurgerent,vt patet infra:scilicet.& confregit Dauid viros sermonibus, & nō permisit eos, vt consurgerent in Saul. Hæc tamen fieri non poterant, quin aliqualiter verba murmuris resonarent: ideo si fuisset Saul apud Dauid,& viros suos,audiuisset aliqua verba eorum,sed non audiuit. Dicendum est igitur, ꝙ quāquam Dauid,& viri sui locuti,sunt multa,Saule existente in spelunca,tamen nihil audiuit Saul eorum, quæ dicebantur: hoc autem fuit, quia ista spelunca, in qua latuit Dauid, cū viris suis,erat valde magna: quod satis apparet, quia ibi erat Dauid cū sexcentis viris,& tamen Saul introiens in illam non solū non audiuit verba,sed etiam nullum eorum vidit: vidisset tamen necessariò, si ista spelunca fuisset parua. Erat etiam opaca nimis in parte interiori: solum autem erat quędam lux in parte exteriori apud introitum: & ista fuit causa, quòd Dauid, & viri sui viderunt Saulem introeuntē: ipse autem non vidit eos manētes interius, quia ipsi erant in caligine, & Saul erat in loco lucido: vnde non solum Dauid, & viri sui viderunt Saulem introeuntem, sed etiam cognouerunt quis esset. Erat tamen satis distans ab eis ꝓ magnitudinem speluncę : ideo non potuit audire verba eorum. Hæc autem innuit litera, cum dicit: porro Dauid, & viri eius in interiori parte speluncę latebant.q.d. quòd solum Saul introiuit apud ostiū speluncæ. Dauid autē,& viri sui erant in parte extrema: ideo nec vidit eos, nec audiuit.

De aranea.

Alia opi.

Decisio authoris.

Deus nunciauit Dauid, per aliquem prophetam, quòd traderet inimicos eius in manibus suis. Quæst. VII.

QVAERETVR vlterius, quando vel per quē Deus locutus est Dauid,ꝙ traderet inimicos eius in manibus. Respondēdum est, ꝙ Dauid propheta erat:tamen non legitur, ꝙ Deus loqueretur ei iubendo ei aliquid facere, vel denunciādo aliquid futurum,sicut fiebat in alijs prophetis, quia prophetia Dauid erat alterius generis,s. non ad prænunciando futura,sed ad sciendum facere cantica diuinę laudis,inspirante Deo,quę aliter facere nescirет. De hac differentia declaratum est supra c. 22. ideo quando Deus aliquid volebat reuelare Dauid, non reuelabat ei per se: sed denunciabat alteri, vt ei reuelaret,vt patet supra cap.22.& infra 2. lib. cap.7. & 12. Dicendum igitur, ꝙ istud,quod Deus reuelauerat Dauid de tradendo hostem suū in manus suas, poterat reuelari per prophetas, vel per sacerdotes; nam habebat Dauid secum Abiathar sacerdotem, qui consulebat Dominum pro illo in omnibus, q̄ vellet, sicut patet præcedenti cap.& infra 30.ꝙ hunc autem poterant consulere Dominum de statu suo, & Deus responderet ei,ꝙ traderet hostes suos in manus illius sicut respondit de Philisthinis, dicens: surge, & vade in Ceilam : ego enim tradam Philistijm in manu tua: poterat etiam respondere per prophetas,s.per Samuelem Gad,& Nathan:isti.n. tres erant tempore Dauid: de Samuele patet, quia ipse vnxit eum in regem, & fortè prædixit ei, qūo Deus traditurus erat omnes hostes eius in manus suas, & magnificaturus eum esset : poterat etiam sibi reuelari ꝙ Gad,quia iste erat cū eo eo tempore,quo erat præsus in præsidio in terra Moab,& dixit ei: noli manere in præsidio, sed vade in terram Iuda supra c. 22. iste etiam fuit cum Dauid quasi vsque ad mortem suā: nā cū Dauid numerasset populū, & Deus vellet eum percutere,Gad denunciauit ei plagas à Deo promissas,infra 2. lib cap. vltimo. Poterat etiam annunciari sibi per Nathan,quia etiam iste fuit tempore Dauid,& prænunciauit aliqua ei,vt patet infra 2. lib cap.7.& 12.& iste vnxit Salomonē in regem, vt patet infra 3. lib.c.1. Iste autem Nathan nūciauit aliquādo Dauid verba similia, vt patet infra 2. lib. cap. 7.scilicet.fuit tecum in omnibus, in quibus ambulasti, & interfeci omnes inimicos tuos à facie tua. Et postea dicitur : requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis:fortè ergo iste Nathan prædixerat Dauid, quòd traditurus esset Dominus hostes suos in manus eius. *Ego tradam tibi inimicum tuum*, idest dabo inimicū tuum in manus tuas, ꝙ enim Deus tradat alicui in manus alterius,est, ꝙ det ei opportunitatē ad occidendum illū,siue voluntariè, siue inuoluntariè,quasi ipse Deus agat hoc totum: & nihil ille, cui alius in manibus traditur:& sic dicitur Exod.cap.21. de eo,qui occiditur ab aliquo à casu, ꝙ Deus tradidit illum in manus eius,scilicet, ꝙ ipso nihil operante ad hoc Deus facit,vt per eum alius occidatur:hoc autem dixerunt serui Dauid,ad incitandum, vt occideret Saulem, quia Deus ei promiserat tradere illum in manus: ergo videtur, ꝙ licitè ageret occidēdo eum,quia aliàs nō dixisset Deus, ꝙ traderet ei hostem suum:nam ipse non cooperaretur ei ad illicitū; Dauid tamen non assensit propter omnia hæc, sed adhuc erat dubius. *Vt facias ei sicut placuerit in oculis tuis*, idest tradet eum Deus in potestate tua, vt de illo facere possis,vt libuerit,siue occidere, siue dimittere: Debes ergo illum occidere, cum Deus eum tibi tradiderit, ꝙa alioquin frustratoria esset iusta traditio.

Quomodo

Quomodo intelligi possint ista verba Domini quòd traderet inimicos Dauid in manibus eius. Quæst. VIII.

QVAERETVR de istis verbis Dñi ad Dauid qūo intelligant̄ de tradēdo sibi inimicū Rūdēdū,ꝙ nō pōt plenè patere de quo inimico intelligātur ista verba,& an de vno,vel de multis,& ad qd dicebātur ista Dauid.nā hic nō habent̄ verba,q̄ Deus reuelauit Dauid,siue ꝑ Sacerdotē, siue ꝑ Prophetam: sed solū recitant̄ ista verba à viris Dauid, & non ꝑstat,an isti protulerunt illa,sicut propheta,vel sacerdos protulit, vel mutauerūt aliquid, per qđ efficiatur alia sententia,vel si protulerūt isti ad aliū finē verba hæc, q̄ prophera protulerit: constat aūt, ꝙ isti intelligebāt, vel saltem innuebāt se intelligere, ꝙ ista verba dicta fuerint de Saule, qui erat inimicus Dauid : quoniā nūc tradiderat Deus in manus eius, ideo debebat facere de eo ad legē hostis. Sed Ra.Da.Kimhi dicit, ꝙ ista verba dicta Dauid, nō intelligebantur de Saule, sed de alijs hostibus: voluerunt tñ serui Dauid conuertere ad Saulē,& hoc probat, quia Deus non tradidit Saulē in manꝰ Dauid ad occidēdū eū, cū nō occiderit illum:alij tñ,de quibus dicebantur ista,tradēdi erant in manus Dauid,vt ipse occideret illos:poterat aūt esse,ꝙ verba reuelationis diuinæ fuissent:ego tradā inimicos tuos in manus tuas, & facies illis ꝙquid volueris: & tunc intelligebatur de philisthinis, vel de omnibus alijs gentibus, cōtra quas Dauid aliquas inimicitias habiturus erat: quia omnes illas tradebat Deus in manus Dauid ad interficiendū,vt patet infra 2.lib c.7.s.& fui tecū in oībus, in quibus ambulasti,& interfeci oēs inimicos tuos à facie tua. Vtiaūt Dauid locuti sunt singulariter,dicētes:ego tradam inimicum tuum: vt hoc conuerterēt ad Saulē, & istud satis verisimile est. Sed quicquid sit, magis vr, ꝙ ista verba dicta ad Dauid intelligerētur de Saule: ipse.n.sic intellexit illa: nam cum viri sui dixerūt ei hoc,ipse surrexit cogitans occidere Saulē : sed postea mutatū est cor eius, & amputauit solā extremitatem chlamydis,vt infra declarabitur: si tamen putasset ista verba dicta esse de alijs hostibus,non surrexisset ad occidendū Saulē. Videtur ergo dicendum, quòd intelligerentur ista de Saule. Esset aūt modus, ꝙ cū quotidie esset Dauid in periculis propter persecutionem Saulis, quæreret à Deo, quid sibi futurū erat cū Saule: scilicet,an semper euaderet, vel capiēdus esset ab illo. Deus aūt,vt confortaret Dauid diceret : ego tradam inimicum tuū aliqua die in manus tuas, & facies illi quodcunque volueris,i. non timeas, ꝙ capiendus sis à Saule, sed magis ipse capietur à te, quia ego tradam eum aliqua die in manus tuas. De ista aūt die non fuit explicitū,quando esset, ideo cùm nunc viderunt opportunitatē ad occidēdum Saulē putauerunt, ꝙ iste erat dies,de qua Deus locutus fuerat,& dixerunt: ecce dies,de qua locutus est Dñs ad te: non tamen ex hoc intelligebatur, ꝙ Dauid deberet occidere Saulē. s. ꝙ Dñs traderet eū in manus illius : ita vt haberet potestatem faciendi ei,quicquid vellet; tamen non faceret aliquid mali ei,quia Deus nō tradebat eum ad hoc in manus Dauid;sed solum,vt ostenderetur innocentia,& clemētia Dauid in Saulem. *Surrexit ergo Dauid.* s. de loco, in quo erat in extremitate spelunce cum viris suis, & venit ad locum Saulis. *Et præscidit oram chlamydis Saulis silenter*, i. amputauit cū magna securitate ita leuiter, vt nihil sentiret Saul. Pendebat autē ista ora chlamydis ad partē posteriorē,& Dauid retro Saulē stās abscidit eam.vel forte Saul cum vellet vētrem purgare,deposuit chlamydem in terra, & ibi Dauid abscidit partem illius, non sentiente Saule.

Alph. Tost. super 1. Reg.

Quomodo Dauid potuit abscindere partem chlamydis, non sentiente Saule. Quæst. VIIII.

QVAERET aliquis, quomodo Dauid potuit venire ad Saulem,& abscindere partē chlamydis non sentiente Saule. Dicendū, ꝙ hic est duplex difficultas: vna est quomodo poterat scindere Dauid partē chlamidis Saulis,ꝙn ipse sentiret, ꝙa scindēdo oportet,ꝙ extēderet Chlamys, & traheret eā Dauid ad se,& tūc moueret Saul.Secunda difficultas est cū fuerit Dauid in extremitate spelūcę,& venerit vsq; ad Saulē,qūo non audiuit eū Saul venientē. Ad primā difficultatē dici pōt, ꝙ pars chlamydis pendebat in terrā,& poterat Dauid ponere pedē sup illā,& extendere ad scindēdū,ita vt nō sentiret Saul. Vel melius dicendū est, ꝙ cū Saul voluit purgare ventrē retro se deposuit chlamydē aliqualiter distantē: & tūc Dauid potuit abscindere partē chlamydis, vel accipere totam chlamydem non videntе, nec sentiente Saule,quia non mouebatur ipse. Sed tunc dicet aliquis,cur Dauid non accepit totā chlamydē, ita vt nihil scinderet, cum hoc potuisset,non videntе Saule. Dicendum, quòd hoc fuit, vt Saul nō cognosceret aliquem latere in spelunca: nam cū ipse deposuisset chlamydem apud se, & postea,non reperiret,manifestè apparet aliquē ibi latere: & tunc faceret Saul inquiri speluncam illam à viris suis, & inueniretur Dauid: abscisa autem parte chlamydis non perciperet hoc Saul, vnde exiret de spelunca nihil suspicans. Pro quo sciendum, quòd Dauid amputauit partem paruam, quæ sufficeret in signum, quòd fuerat apud eum in spelunca Saul : nam si amputasset chlamydis medietatem, vel magnam partem, Saul antequam exiret de spelunca, vel saltem postquam esset extra in loco lucido conspiceret notabilem defectum chlamydis, & sciret factum fuisse in spelunca, cum ante hoc non habuisset chlamys illum defectum,ideo faceret inquiri illam ad sciendum quis ibi lateret, quod vergebat in periculum Dauid:amputata autem parua particula, nō esset aliquis defectus notabilis in chlamyde. Ideo Saul non respiceret ad hoc quousque sibi diceretur : & sic factum est:quia non respexit Saul quousque Dauid exiens de spelunca ostenderet ei oram chlamydis, vt patet infra. Ad secundam difficultatem dicendū, ꝙ satis graue videbatur,quòd veniret Dauid vsque ad Saulem, ita vt amputaret ei partem chlamydis, & tamen ipse non sentiret aliquem venientem : nā quanquam Dauid satis caute vitasset strepitum pedū,tamen nullum sonum,saltem leuē audiri qñ accederet ad Saulē, satis videbatur difficile. Aliqui dicūt ꝙ Dauid iacebat apud locū illum , in quo sedit Saul ad purgandum ventrem, ideo non mouendo se de loco suo potuit amputare chlamydem Saulis. Sed hoc non stat:quia dicitur in litera. Surrexit ergo Dauid,& præcidit oram chlamydis.ergo ad hoc ꝙ præscinderet eam, oportebat eam moueri de loco suo. Item litera hoc innuit,cum dicat,quòd Dauid & viri sui erant in parte interiori speluncę. Si tamen fuisset Dauid coniunctus loco Sauli : ita quòd ad scindendum partem chlamydis, non oporteret eum moueri de loco suo, non dixisset scriptura, ꝙ Dauid erat in parte interiori speluncę: quia vel Dauid non esset in parte interiori, vel si ipse esset ibi,ēt Saul esset in parte interiori. Litera tamen vult distinguere, cum de Saule solum dixerit, ꝙ introiuit, in speluncam,& de Dauid dixit, quòd erat in parte interiori:ergo non erant in eodem loco.Sed dicendum est, quòd Dauid surrexit de loco suo, & venit vsq; ad Saulem, sed ita molliter se habuit in venien-

Universidad de Deusto
Biblioteca

do, quòd nullus omnino pedum ſtrepitus auditus F
eſt: & hoc ſignat litera, cum dicit: & præſcidit oram
chlamydis Saulis ſilenter, ideſt in magno ſilẽtio, ita
vt nihil poſſet audire Saul. Et ſi adhuc aliquis ſem-
per inſtet, quòd non poterat hoc facere Dauid, quin
ſentiretur à Saule: Dicendum, quòd aliquid Deus
operatus fuerit hic ſupernaturaliter, ſcilicet, dando
magnam leuitatem motui Dauid: ita vt nihil omni
no audiri poſſet de ſtrepitu: vel dando ſurditatem
pro tunc in auribus Saulis, vt non audiret ſtrepitũ
Dauid venientis: ſic enim Deus percuſſit cęcitate
viros Sodomitas, vt non poſſent videre oſtium do-
mus Loth: Gen. cap. 19 Sic etiam percuſſit cęcita-
te Deus Syros, vt non cognoſcerent quem inqui-
rebant, quanquam præſens eis eſſet, vt patet infra G
4. lib cap. 6. percuteret ergo Saulem nunc ſurditate.
Apparet etiã hoc veriſimile, quia multoties Deus
in actibus Dauid contra Saulem operabatur mira-
culosè. Sic enim factum eſt, infra 26. cap. quando
Saul, & viri dormiebant in caſtris: & deſcendit Da-
uid, & tulit lanceam, & ſcyphum aquæ, quæ erant
ad caput Saulis, & nullus vidit hoc in caſtris, quia
omnes dormiebant: hoc tamen non fuit quaſi ex
aliquo accidenti, quia non erat vllatenus veriſimi-
le, quòd in omnibus caſtris nullus vigilaret: Deus
tamen miſerat ſuper eos ſoporem, vt nemo vide-
ret Dauid, vt patet ibidem, ſcilicet: & non erat quiſ-
quam, qui videret, & intelligeret, & vigilaret, ſed
omnes dormiebant, quia ſopor Domini irruerat H
ſuper eos: ita ergo hic ſurditas à Deo miſſa venit ſu-
per Saulem, ita vt nõ audiret venientẽ ad ſe Dauid.

Dauid quando præſcidit oram chlamydis Saul volebat eum interficere: ſed mutatus eſt à Deo, Quæſtio X.

QVAERE T aliquis, cum Dauid ſurrexit, vt
veniret contra Saulem quid intendebat fa-
cere. Aliquis dicet, quòd intendebat fa-
cere id, quod fecit, ſcilicet, quòd præſcinderet partẽ
chlamydis Saulis. Sed dicendum eſt, quòd non erat
intentio Dauid, quin potius Dauid intendebat oc-
cidere Saulem, licet non determinatè. In quo ſcien-
dum, quòd cum Saul introiuit in ſpeluncam, & co I
gnitus eſt à Dauid, dixerunt ei viri ſui: ecce dies, de
qua locutus eſt ad te Dominus: citantes eum ad oc
cidendum Saulem: ipſe autem non p enitus deliber-
rato animo iuit contra Saulem, ſed magis declina-
bat ad occidendum, quàm ad contrariam partem:
amputauit tamen prius oram chlamydis, & cum
vellet occidere Saulem, Deus mutauit propoſitum
eius, & doluit, quòd inchoaſſet: reuerſuſq; eſt ad ſer
uos ſuos ad partem interiorem ſpeluncæ, & dixit
eis, quòd nolebat occidere Saulem: quia malũ erat:
tunc ipſi voluerunt irruere in Saulem: ſed Dauid
placauit eos ſermonibus, & deſtiterunt. Apparent
autem hæc: quia cũ præſcidit Dauid partem chla
mydis Saulis, dicitur in littera: percuſſit Dauid cor K
ſuum, ideſt cor Dauid percuſſit eum, ſcilicet inſtigã
do, quòd male ageret: ſubito enim inſurrexit quidã
ſcrupulus, ne occideret Saulẽ, & apparet, quòd in-
telligãt de hoc: quia non poteſt intelligi de ora chla
mydis abſciſa: quia iam abſciderat illã, quando per-
cuſſit eum cor ſuum: & tamen cum dixit ipſe: pro-
pitius ſit mihi Dominus, ne faciam hanc rem: ergo
nondum fecerat id, quod intendebat facere: & dici
tur ibi, vt mittam manum meam in eum: ergo vi-
detur, quòd prius intenderat mittere manum in eũ:
alioquin non diceret, propitius ſit mihi Dominus,
ne faciam rem hanc: etiam quia non pœniteret de
illo, ſi non propoſuiſſet: pœnituit tamen, cum dica-
tur: percuſſit Dauid cor ſuum, ſcilicet, remordit eũ
conſcĩa, ergo intendebat occidere: ſed poſtea Deus
mouit animum eius, vt non occideret: quod patet
magis ĩ littera, ſcilicet, tradidit te Deus hodie in ma
nu mea in ſpelunca: quia cogitaui, vt occiderem te,
ſed pepercit tibi oculus meus: ideo Dauid tulit ſecũ
partẽ chlamydis, quam abſciderat, & noluit vltra
procedere in eo quod propoſuerat. Quod autem
immediatè redierit ad ſeruos ſuos dimiſſo Saule, pa
tet: quia dicitur: dixitq; ad viros ſuos: propitius ſit
mihi Dominus, ne faciam hanc rem: quòd autem
ſerui ſui voluiſſent irruere in Saulem, niſi ipſe pla-
caſſet eos, apparet: quia infra dicitur, & cõfregit Da
uid viros ſuos ſermonibus, & non permiſit eos, vt
conſurgerent in Saulẽ: ergo conſurgere intẽdebãt.

An Dauid peccauiſſet, ſi occidiſſet nunc Saulem, Quæſtio XI.

QVAERETVR vlterius, an Dauid peccauiſ- Argumẽ. q̃ nõ pec.
ſet, ſi occidiſſet hic Saulem. Aliquis reſponde-
bit, quòd non: quia Dauid dicitur egiſſe bonũ Sauli, ma.
vel miſericordiam, vt patet infra, eo quod non occi
dit eum, cum potuiſſet occidere: ſi tamẽ Dauid pec
cauiſſet occidendo, obligaretur non occidere: ergo
non occidendo non faceret miſericordiã: quia mi-
ſericordia eſt de his, ad quæ obligati non ſumus. Irẽ Secundo.
Saul dixit Dauid: Dominus reddat tibi viciſſitudinẽ
hãc pro eo, quod operatus es in me hodie: viciſſitu-
do tamen debet reddi pro operibus ſuper erogatio-
nis: quia ad neceſſaria ſine aliqua viciſſitudine tene-
mur: ergo Saul putabat, quòd Dauid non obligaret
ad dimittẽdũ eũ viuere, & conſequenter poterat eũ Tertio.
licitè occidere. Item Deus dixerat Dauid ego tra-
dam tibi inimicum tuum, vt facias ei ſicut placue-
rit in oculis tuis, vt patet ſup. ergo per hoc dabat ei
licentiam ad faciendum de Saule quicquid vellet,
quandò haberet eum in manibus, & ſic poſſet iuſtè
occidere illum. In contrarium videtur, quòd non Io oppo
liceret Dauid: quia non licèt alicui propria auctori- ſitum
tate occidere alterum, niſi in defenſionem, cũ aliàs
euadere non poteſt: ſed Dauid non erat iudex Saulis
ad condemnandum eum, nec erat miniſter, cui iuſ-
ſum eſſet à iudice, quòd occideret Dauid: nec habe-
bat etiam neceſſitatem ſe defendendi, cum Saul eũ
non inuaderet: ĩmò nec putabat eum ibi eſſe, ergo
non habebat aliquam cauſam occidendi eum iuſtè. Rõ.
Reſpondendum eſt, quòd peccauiſſet Dauid, ſi occi Peccaret
diſſet nunc Saulem: quod patet: quia qui agit cõtra Dauid ſi
conſcientiam, peccat, ſicut patet ad Roma capi. 14. nũc occ
ſcilicet. Omne, quod non eſt ex fide, peccatum eſt. i. diſſet Saul
omne, quod ſit contra id, quod cõſcientia credit, eſt lem.
peccatum, ſed Dauid credebat illicitum eſſe, quòd
occideret Saulem, ergo ſi occideret peccaret. Patet
hoc: quia dr̃ in littera: percuſſit Dauid cor ſuum. i.
remordit eum conſcientia. Dixitq;: propitius ſit mi
hi Dominus, ne faciam rem hanc, ideſt Deus tollat
à me poteſtatem, & volũtatem faciendi hoc. Quic-
quid ergo poſtea faceret, peccatum eſſet: quia cõtra
conſcientiam fiebat. Item Dauid non habebat ali-
quam cauſam occidendi Saulem, niſi quia erat ho-
ſtis eius, ſed iſta non ſufficiebat: quia quod hoſtis oc
cidat hoſtem eſt agere propria auctoritate: quia fit
ſine iudice, & ſine lege: quod ſemper iniuſtum eſt:
nam quòd quis interdum occidat alium ſine iudi-
cis auctoritate licitum eſt, eo quòd lex dat poteſta-
tem in talibus, & tunc licet fiat ſine iudice, tamen
non fit ſine lege, ſicut quòd quis occidat alium de-
fendendo ſe, vt eſt publicum in iuribus, ſcilicet,
quando aliàs non poteſt euadere, vel q̃ occidat ſu-
rem

rem nocturnum, de quo neſcit, an veniat ad furan- A
dum, vel ad occidendum. extra de homicidio cap. ſi
perfodiens. & ſiquis reperiat alium cum vxore ſua
turpiter agentem, poterit ſine iudice occidere illũ.
C. de adulter. l. Gracus. & ſic in ſimilibus caſibus. lex
tamen nũquam dat auctoritatem hoſti, q̃ poſſit oc-
cidere hoſtem ex eo ſolum, q̃ eſt hoſtis, ſed ſolũ erit
licita occiſio, quando fuit bellum iuſtum inter eos.
Hoc autem non erat inter Dauid, & Saulẽ: quia cũ
Saul eſſet Dominus Dauid, quanquam vellet graua
re Dauid, non licebat ei reſiſtere Sauli tanq̃ hoſti, ſed
fugere de terra eius. Quòd ergo occideret eum, iniu-
ſtum erat. Si tamen aliquando Saul circũdaret Da-
uid, & conaretur eũ occidere, & ille non poſſet mor B
tem effugere, niſi occidẽdo Saulem, poterat eum oc-
cidere, q̃ tamen Dauid expectaret vindictã de Sau-
le pro malis, quæ paſſus fuerat, Saule nunc nihil agẽ-
te, illicitum erat: & ſic ſignificauit Dauid, dicens ad
Saulẽ infra, ſ. iudicet Dominus inter me, & te, & vl-
ciſcatur me de te: manus autẽ mea non ſit in te. Er
go putabat peccatum eſſe, quòd ipſe vindictam ex-
peteret. Item patet, quia dicitur ibidem. ab impijs
egredietur impietas: manus ergo mea non ſit in te.
Putabat igitur impietatem eſſe Dauid, q̃ occideret
Saulem, ideo dixit, q̃ nõ egrederetur hoc ab eo, ſed
ab impijs: credebat. n. Dauid peccatum eſſe, q̃ quis
vlciſceretur manu ſua, ideo cum Abigail dixiſſet ei,
ne vlciſceretur ſe de Nabal conſenſit illicò, vt patet
ſequẽti cap. ſcilicet, cum ergo fecerit tibi Dominus C
omnia, quæ locutus eſt bona de te, q̃ conſtituerit te
ducem ſuper Iſrael: non erit tibi hoc in ſingultum,
& in ſcrupulum cordis, quòd effuderis ſanguinem
innoxium, aut ipſe te vltus fueris. Item non ſolum
peccaret Dauid, ſi occideret Saulem, quaſi illicitè
occideret vnum hominem, ſed peccaret grauiſ-
simè: quia occidebat regem: nimis enim differt oc-
cidere ruſticum, vel occidere regem, cum vterque
ſine cauſa occiditur: ideo cum Dauid attenderet ad
alia, in quibus peccaret, ſi occideret Saulẽ, maximè
attendit, q̃ erat Sul rex, & quòd erat peccatum gra-
ue occidere regem: vnde dixit in litera: propitius ſit
mihi Dominus, ne faciam hanc rem Chriſto Domi
ni. Et cũ poſtea ipſe Dauid referret Sauli, q̃ potuiſ-
ſet eum occidere, & non occidit, dixit cauſam hu-
ius eſſe, quia erat rex, vt patet infra in litera. ſ. Et co-
gitaui, vt occiderẽ te: ſed pepercit tibi oculus meus:
dixi. n. non extendã manũ meam in Dñm meũ: quia
Chriſtus Dñi eſt. Vñ reputabat Dauid magnum pec-
catum eſſe, q̃ occideret quis regem, & quòd in nul-
lo caſu liceret ei eum occidi. Sic dixit ipſe ad Abiſai
ſocium ſuum, qui volebat occidere Saulem, vt pa-
tet infra cap 26. ſcilicet. ne interficias eũ, quis enim
extendet manum ſuam in Chriſtum Domini, & in-
nocens erit? q. d. nullus poteſt eum occidere iuſtè,
q̃q̃ mala agat. Sed aliquis dicet, q̃ Dauid poterat
condemnare Saulem, quia ipſe erat rex, & habebat
iuriſdictionem ad iubẽdum illum occidi, cùm me- E
ruiſſet. Dicendum eſt, quòd Dauid, quanquam vn-
ctus eſſet in regem, tamen q̃diu viueret Saul, non ha
bebat iuriſdictionem aliquam de iure, vel de facto,
eo quòd Deus non vnxerat eũ, niſi vt regnaret poſt
Saulem, & non, illo viuente. Item, quia dato, q̃ ha-
buiſſet iuriſdictionem de iure, & de facto, non licuiſ
ſet ei hoc facere, quia non faceret tanquã iudex, ſed
tanquam hoſtis: nec faceret ad corrigendum mala,
ſed ad vindicandum iniuriam: ſic enim incitabant
eum ſerui ſui, dicentes: ecce dies, de qua locutus eſt
Dominus ad te: ego tradam tibi inimicum tuũ. Vn-
de tanquam inimicum volebant eum occidi, & nõ
tanquam præuaricatorem legis: cuicunque autem

iudici illicitum eſt ferre ſententiam in aliquem, qui
hoſtis eſt ſolum: ergo nequaquã licebat Dauid hoc
facere. Cum autem arguitur, q̃ Dauid egit bonum,
vel miſericordiam Sauli: ergo non obligabatur hoc Ad primã
facere, quia alioquin non eſſet miſericordia. Dicen- rationẽ in
dum, q̃ litera non dicit miſericordiam, ſed bonum: pricipio.
fit autem bonum non ſolum cum agimus aliquid,
quod eſt ſupererogationis, ſed etiam cum agimus,
id, quod iuſtum eſt, & ſic iuſtum erat, q̃ Dauid non
occideret Saulem, & occidẽdo peccaſſet, tamen nõ
occidere bonum erat, dato tamẽ q̃ diceretur, quòd
feciſſet miſericordiam, adhuc non ſequitur ex hoc,
q̃ non obligaretur ad illam: quia quanquam com-
muniter dicamus, q̃ tunc miſeremur aliquibus, qñ Miſericor
agimus ſupra id, quod tenemur: tamen miſericor- dia interdũ eſt de
dia interdum eſt de neceſſarijs. Sed conſiderandũ, neceſſa-
quòd ſi attendatur opus, quod fit quantum ad Deũ, rijs.
non vocatur miſericordia, in neceſſarijs: ſed voca-
tur iuſtitia: ſi tamen attendatur reſpectu eius, cui cõ
fertur aliquid, vocat̃ opus miſericordiæ, quia quãtũ
ad illum non eramus obligati: quia ipſe nihil nobis
contulerat: eramus tñ obligati quantum ad Deum:
quia hoc iuſſerat. Ita ergo hic, cùm Saul multa ma-
la egiſſet in Dauid, merebat̃ ab eo ſimilia pati: Deus
tamen vetabat, q̃ Dauid ſe vindicaret, & etiã leges
humanæ hoc vetant: ideo quando Dauid permiſit
Saulem abire potens eum occidere, miſerebatur ei,
quia non retribuit ei, quod merebatur, ſed quantũ
ad Deum, non erat iſta miſericordia, ſed obligatio: C
cum Deus prohiberet vindictam. Ad ſecundam ra Ad ſecun
tionẽ, cùm dicebatur, q̃ Saul orauit, q̃ haberet Da- dam.
uid viciſſitudinem, quę viciſſitudo ſolũ datur p ope
ribus ſupererogationis. Reſpondẽdum, q̃ iſtud fuit
quantum ad Saulem opus ſupererogationis, cũ ipſe
meruiſſet occidi à Dauid, vel ab aliquo alio, ideo dã
da erat ſibi viciſſitudo à Saule: ſed reſpectu Dei, nõ
erat iſtud opus ſupererogationis: ſed neceſſitatis:
præmium tamen non datur ſolum pro operibus ſu
pererogationis, ſed etiam pro neceſſarijs: vnde nõ
ſolum apud Deum merentur qui mandata, & con-
ſilia obſeruant, ſed etiam, qui in ſolis mandatis ſe
exercent, & pro his debetur eis præmium, quod vo-
catur viciſſitudo. Ad tertiam quando dicitur, quòd D Ad tertiã.
Deus dederat Dauid licentiam occidendi Saulem,
cùm dixiſſet: ego tradam tibi inimicum tuum &c.
Dicendum, quòd iſta ſolum dicta fuerunt ad cõfor
tationẽ Dauid, qui timebat nimis Saulem, & ſuper
hoc conſuluerat Dñm, Deus autẽ, vt cõfortaret eũ,
dixit, q̃ non ſolũ non traderetur ipſe in manus Sau
lis, ſed ẽt Saul traderetur in manus eius, ita vt poſſet
ei facere quicquid vellet, & hoc verũ erat. ſ. q̃ tantũ
miſertus fuerat Deus Dauid, vt poneret inimicum
ſuum in manibus eius, ita vt poſſet facere de eo, q̃c-
quid vellet: ſed non concedebat ei, quòd hoc face-
ret. Primum autem fuit verum, ſcilicet, quia pote-
rat Dauid occidere Saulem, vel dimittere, cum ha-
buiſſet eum in manibus ſuis, ſed non licebat, niſi di-
mittere: fecit tamen quod voluit de eo, quia vo-
luit amputare oram chlamydis eius, & amputauit:
& voluit eum dimittere, & dimiſit. *Poſt hæc percuſſit Dauid cor ſuum*, ideſt conſciẽtia Dauid remordit eum:
eſt enim hic Dauid accuſatiui caſus: & cor eius no-
minatiui. Iſta percuſſio cordis vocatur quidam ſcru
pulus inſurgens in anima Dauid: ipſe enim diſpo-
ſuerat occidere Saulem, & cum iam abſcidiſſet orã
chlamydis, factus eſt quidã motus in animo eius, vt
non occideret, & quia motus ille erat ſubitaneus, &
fortis, vocatus eſt percuſſio. Fuit autem iſte motus à
Deo, quia Deus diſpoſuerat, q̃ Saul non periret ma-
nibus Dauid, ſed manibus Philiſthinorũ: nam ſi Da-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uid occidisset Saulē, fortè Israelitę nūquam voluis-
sent eum accipere in regem: nam ipsi dilexerunt eū
nimis,quia benefecit Domui Saulis,& doluit p mor
te Saulis, & filiorum suorum, atque vltus est mortē
eorum quantum valuit,vt patet infra 2.lib.cap.1. &
4.si ergo ipse occidisset Saulē,nimis iratus fuisset to-
tus populus contra eum, nec vellent illum in regē:
Ionathas quoque,qui superstes esset, efficeretur ho
stis Dauid,cùm prius esset amicissimus, & perseque-
retur eum ad mortē, quod erat valde graue Dauid.
Quanquā ergo licitè potuisset Dauid occidere Sau-
lem fauore Ionathæ nō occidisset, ne molestaret eū.
Eo quòd abscidisset oram chlamydis Saul, idest Doluit Da-
uid postquam abscidit partem chlamydis Saulis, nō
quidem,q absciderat illam, sed quia habebat inten-
tionem occidēdi Saulem,& cum illam abscidit, nō
intēdebat solum illam abscindere, sed etiam vitam
Saulis. De ista parte chlamydis dicendum est,q fue-
rit parua propter causam supra assignatam. *Dixitque
ad viros suos.* Hic subintelligendum est, q quanquam
Dauid haberet intentionem occidendi Saulē à prin
cipio:tamen postquam amputauit partem chlamy-
dis,pœnituit de eo,quod cogitauerat, & reuersus est
ad viros suos,& dixit,q nolebat occidere eum:quod
satis apparet,quia cum ipse dixerit ista verba sequen
tia seruis suis postquam abscidit partem chlamydis
Saulis,oportebat,quòd rediret ad eos,abscisa ista par
ticula,vel q loquerer illis ex loco, in quo erat Saul.s.
vbi ipse abscidit partem chlamydis, sed non est veri
simile,q locutus fuisset ex loco,in quo erat Saul, qa
tunc audiuisset Saul, cum ipse propinquior esset tūc
Dauid,q̄ serui sui,& tamen non audiuit: ergo non
fuit locutus existens apud Saulem,sed reuersus fuit,
abscisa particula,ad seruos suos. *Propitius sit mihi Do-
minus,ne faciam rem hanc.* i. Deus faciat rem istā longè es
se à me,vel Deus sit propitius mihi non permittēdo
me facere rē hanc,vel amouendo eam à corde meo.
Ista res erat occisio Saulis: nam viri sui suaserant ei,
q occideret eum, & ipse sic conceperat: sed postea
pœnituit arbitrans se malū agere. *Domino meo Christo
Domini*, idest non debeo facere istam rem Sauli pro-
pter duo: primo, quia Dominus meus est, & ob hoc
quanquam mihi ipse nocere conetur, tamen nō de-
beo eum occidere, sed magis fugere à facie eius. Se-
cundū est,quia Christus Domini est. i. à Deo vnctus
in regem. Quòd autem aliquis occidat regem suum,
grauissimum peccatum est. *Vt mittam manum meam in
eum.* i. quanquam misi manum in vestem eius abscin
dendo illam, tamen non mittam in eum ad occidē-
dum ipsum. *Quoniam Christus Domini est.* i. ista est causa
potissima,cur non occido eum,quanquam sit hostis
meus,quia est Christus Dñi: & non licet eum occidi.

*An Dauid peccauerit abscindendo partem chlamydis
Saulis. Quæstio XII.*

Arguitur q primo,

QVAERET aliquis, an peccauerit Dauid, ab-
scindendo partē chlamydis Saulis. Aliquis di-
cet, q sic: nam litera dicit: post hoc percussit Dauid
cor suum,eo q abscidit oram chlamydis Saul. i. con
sciētia sua remordit eum propter hoc: sed quod est
contra conscientiam, peccatum est, vt patet ad Ro-
ma.c.14.ergo peccauit Dauid abscindēdo illam. Itē
cum aliquis cōmittit irreuerentiam voluntariè con
tra eum, quem tenetur nimis reuereri, peccat mor-
taliter: sed Dauid fecit huiusmodi. ergo peccauit ni
mis: prima pars patet:quia cum quis committit irre
uerentiam in eum, quem tenetur reuereri, agit con
tra debitum,ergo peccat mortaliter, q Dauid fece-
rit: sic patet,qa Saul erat rex,sicut ipse dixit,q Chri-

Secundo,

stus Domini est:ideo tenebatur ei nimis reuereri Da
uid: Deus.n. hoc iubet. Sic patet prima Petri cap. 2.
scilicet. subiecti estote omni humanę creaturę pro-
pter Deum,siue regi tanquam præcellenti. Et Apo-
stolus Paulus dicit ad Roma.cap.13.quòd qui resistit
potestati,ordinationi Dei resistit:qui autem resistūr,
ipsi sibi damnationem acquirunt. Et postea subdit:
ideo necessitate subditi estote non solū propter irā,
sed & propter conscientiam.ergo contra conscien-
tiam agit quicūque non obedit principatibus:& ꝑse
quenter,qui eis non reueretur, agit contra conscię
tiam. Abscindendo tñ oram chlamydis Saulis hēbat
se Dauid irreuerēter, quia nullus saltem deberet ꝓ-
tingere vestes regis, nisi ipso volente: ergo peccabat
Dauid abscindendo oram chlamydis. Itē Samuel
non erat tantæ reuerentiæ inter Israelitas,sicut Saul
postquam factus est rex, nec tenebantur obedire ei
Israelitæ in aliquo, & tenebātur obedire Sauli, Saul
tamen peccauit scindendo partē chlamydis Samue
lis: ergo à fortiori peccaret Dauid scindendo chla-
mydē Saulis. cōsequentia patet,quia si q rex percu
tiat aliquem,est peccatum:ergo q rusticus percutiat
regem sine causa, erit maius peccatum. Sic patet. 5.
Ethicorum, cum dicit Philosophus, q contra palsū
non est iustum simpliciter: sicut si rusticus percutiat
regem,non solum debet percuti,sed occidi: & si rex
percusserit rusticum, non est iustum eum repercuti.
Antecedens patet, quia cum Saul abscidisset extre-
mitatem pallij Samuelis,dixit ei Samuel: Scidit Do
minus regnum Israel à te hodie: si tamen non pec-
cassset,non dixisset hoc. In contrarium videtur, q
non peccauerit in hoc Dauid,quia non cōputat scri
ptura istud inter peccata eius, nec de hoc apparet,
quod ipse voluerit: ergo non peccauit: potissimè cū
scriptura dicat, q nunquam declinauit Dauid tota
vita à præceptis Domini, nisi occidendo Vriam, &
fornicando cum Bersabee, vt patet infra.3. lib c.15.
& intelliguntur etiam omnia alia, quæ expressa sūt:
sicut fuit de numeratione populi,de qua infra 2.lib.
cap. vlti. Istud tamen non fuit inter cætera expres-
sum: ergo non peccauit Dauid in hoc. Respondeꝫ
dum quòd Dauid non peccauit abscindendo chla-
mydem Saulis. Hebræi tamen putauerunt, q pecca
uerat,ideo Ra. Dauid Kimhi, & alij dicunt, q quia
Dauid peccauit in vestibus,Deus puniuit eum vesti-
bus,faciendo,vt non proficerent ei, scilicet, quia qñ
fuit senex operiebatur vestibus, & non calefiebat,vt
patet infra 3 lib. cap.1. & ideo dicunt, quòd quicun
que non curat de vestibus, vestes non proficient ei.
Sed istud non stat,quia q Dauid non calefieret oper
tus vestibus,proueniebat ex senectute per defectum
caloris naturalis, & propter sanguinis euacuationē.
Si autem fuisset tanꝫ pœna peccati, habuisset istud
in iuuentute sua immediatè postquam abscidit par-
tem chlamydis, vel aliquāto tempore post,nunquā
tamen habuit vsque ad senectutem, ergo non pro-
ueniebat ei tanquam pœna peccati, sed vt defectus
naturæ: quod satis apparet infra 3. lib. cap.1. quòd
attribuitur hoc senectuti,cum dicitur: & rex Dauid
senuerat: habebatque ætatis plurimos dies: cumque
operiretur vestibus, non calefiebat,idest ita erat ma-
gnæ ætatis,quòd etiam si operiretur vestibus,nō ca-
lefiebat. ergo non erat datum in pœnam peccati: q
autem non peccauerit, apparet: quia Dauid age-
bat id,ad quod Deus tradiderat Saulē in manus eius:
Deus enim promiserat tradere Saulem Dauid,vt pa
tet supra: hoc autem erat ad magnificandum Dauid
ostendendo eius clementiam, & innocentiā in Sau-
lem. Ista autē non potuisset ostendi,nisi Saulis chla-
mys abscisa fuisset, vt posset particulam eius ostēdere

dere Dauid,per quam probaret, q potuisset occide-
re Saulem, quando illam particulam abscindebat,
sed non voluit. Si aūt non demonstrasset illam, q̄q̄
diceret,quòd potuerat occidere Saulem,non crede-
retur ei, cū potius esset præsumptio in contrarium,
scilicet,quòd desideraret mortem eius,quia erat ho-
stis suus: nō faciebat ergo Dauid hoc in dedecus re-
gis, nec contēnendo eū, sed quasi necessitate cōpul-
sus, vt haberet ꝓbationes innocētiæ suæ, quas aliàs
habere non posset. Desiderabat aūt illas, quia ꝑ eas
poterat pacificari sibi Saul, vel saltem conciliaret si-
bi animum populi,vt nollent eum persequi: vel pro
futuro tempore haberet eos fauorabiles: non ergo
peccauit Dauid: quia nihil sine rationabili cā egit.
Ad Primam rationem cum dicebatur, quòd Dauid
pœnituit de hoc: ergo erat peccatū. Dicendū, quòd
non pœnituit: & cum dicitur in litera: post hoc per-
cussit Dauid cor suum,eo quòd abscidisset orā chla-
mydis Saul, non debet sic intelligi, quòd propter
hoc solum percusserit eum cor suum: sed quia cum
scindebat oram chlamydis habebat intentionē oc-
cidendi eum,& de hoc doluit,quia ista intentio iniu
sta erat. hoc patet ex litera,cum dicitur immediatè:
propitius sit mihi Dominus, ne faciam rem hanc
Christo Domini,vt mittam manum meam in eum:
ergo nō percutiebat eum cor suum, nisi ꝓpter hoc:
nam hora chlamydis iam abscisa erat, & non dice-
bat ipse de ea: propitius sit mihi Dominus, ne faciā
rem hanc: occisio autem Saulis fuisset iniusta, ideo
pœnituit Dauid, quia cogitauerat de ea: sed non ꝓp
chlamydem. Ad secundum cum dicitur, q irreue-
renter se habuit contra Saulem,in quo peccabat: Di
cendum,quòd Dauid tenebatur obedire Sauli,& ha
bere se reuerenter erga eum in omnibus, nisi mor-
tis periculum sibi ex hoc immineret, vtpote, si Saul
vellet occidere Dauid: & ipse nullo mō posset eua-
dere,nisi defendendo se,occideret Saulem, quāquā
occidendo eum non se habebat reuerenter ad illū,
tamen licebat ei propter periculum,quod aliàs eua-
dere non poterat,sed quandocunque Dauid non es
set in hac perplexitate tenebatur reuereri Sauli: nūc
autem non erat in aduersitatę, quia nihil nocen-
do Sauli euadere poterat: ergo si se haberet irreue-
renter circa illum,peccaret: abscindendo tamē par-
ticulam chlamydis non se habuit irreuerenter: nā
non egit in contemptum regis,sed necessitate com-
pulsus,vt haberet probationes clemētiæ suæ, & in-
nocentiæ in eum,sicut supra dictum est. Si autē sem
per dicas, q non licebat Dauid tangere vestes regis,
vt haberet inde probationes. Dicendum, q licuit,qa
licet absolutè nō licere,vtpote,si vellet Dauid scin-
dere vestes regis, vt haberet ꝓbationes cōtra alios,
rege nihil mali merito: nunc tamē Saul sibi hoc im
putet, qui ex necessitate sua talem se cōstituerat cō-
tra Dauid, vt Dauid egeret probationibus contra
eum: quæ non fierent, nisi abscisa veste regis. Ini-
quitas ergo Saulis, & necessitas probationis Dauid
fecerunt istum actum licitum. Nullum tamen isto-
rum solum suffecisset ad faciendum actum licitum,
quia dato, quòd esset Saul nimis iniquus, si non ha
beret Dauid aliquam necessitatem probandi con-
tra eum ex vestibus suis, non licuisset ei abscindere
chlamydem. Vel dato, quòd Dauid habuisset ma-
gnam necessitatem probandi cōtra aliquem alium,
& non potuisset fieri probatio, nisi per vestes regis,
& si Dauid non probaret,incurreret magna damna,
vel corporalem pœnam, si Saul non peccasset con-
tra eum, vt propter hoc demereretur sibi abscindi
particulam vestis, peccaret Dauid,quia abscindi istā
particulam absolutè erat quoddam dedecus: nullus

Prima ratio in oppo.

Secunda in oppo.

tamen alteri infert dedecus,nisi ille quantum ād eū
hoc promeruerit: Saul tamen nihil mereretur dato
hoc casu: ergo non liceret Dauid abscindere partī-
culam vestis eius, etiam si esset in magna necessita-
te probandi. Ad tertium cum dicitur, q Saul pec- Ad tertiā.
cauit rumpendo pallium Samuelis: ergo peccauit
Dauid scindendo pallium Saulis, negetur antece-
dens: non enim peccauit Saul:nam non intendebat
rumpere vestem Samuelis in iniuriam eius, nec ali-
quo modo: sed cum recederet Samuel à Saule,& co
naretur eum tenere Saul, accidit, q rumperetur ex-
tremitas pallij Samuelis. Et cū obijcitur, q Samuel
illico dixit Sauli: Scidit Dominus regnū Israel à te-
hodie,quod non dixisset, nisi peccasset Saul. Dicen-
dum,quòd Saul peccauerat: sed non in hoc: peccā-
uerat autem non complendo mandatum Dei cōtra
Amalecitas,vt patet supra cap. 15. sed quia pro illo
peccato regnum Israel scindendum erat de Domo
Saulis: & accidit, q istud conuenienter significare-
tur per scissionem chlamydis Samuelis: ideo illico,
vt chlamys scissa est, dixit ad eum: scidit Dominus
regnum Israel &c. Hoc aūt qa Prophetę sōliti erant
Prophetare per quædam corporalia indicia,sicut ꝓ-
phetauit Isaias per nuditatem suam captiuitatē qua
rundam gentium: Isai.20. c. sic ēt Ieremias prophe-
tauit portando catenas in collo suo captiuationem
Iudæorum à Babylonijs, Iere.cap.27.

*Multæ fuerunt causę,propter quas Dauid non occidit Saul, ef-
ficax tamen fuit quia erat rex. Quæst. XIII.*

QAERETVR vlterius, cur Dauid dicit hic, q
nolebat manum suam mittere in Saulē,quia
erat Christus Dñi: nunquid si nō fuisset Chri-
stus,licuisset ei manum mittere in eum: vel cur hoc
dicebat? Respōdendum est, q multæ causæ fuerūt,
propter quas Dauid non occidit Saulem, sed præci-
pua fuit,quia Saul erat rex: & si fortè ista nō fuisset,
Dauid occidisset Saulem, nec putasset sibi esse illici-
tum. Pro quo sciendum, q Dauid non erat occisu-
rus Saulem,quia erat pater Ionathæ: & dato, q nul-
la alia causa fuisset,non occidisset eum,ne contrista-
ret Ionatham,quem nimis diligebat,sed potius ipse
fugeret in terram longinquam, quàm vt duceretur
ad necessitatē occidēdi Saulē patrem amicissimi sui
Ionathæ. Alia causa erat, quia quāquā Saul nocuis-
set Dauid: tamē non purabat iustum esse, q ipse ma
nu sua se vlciscereturi: sed alius eum occideret,sicut
dicitur infra:manus mea non sit in te. Et non solum
contra eum purabat sibi illicitum esse propria aucto
ritate sumere vltionem, sed etiam contra quencun-
que. Et sic fuit de Nabal Carmelo, cū dixit Abigail
ad Dauid:Non erit tibi hoc in singultum, & in scru-
pulum cordis, quòd effuderis sanguinē innoxium,
aut ipse re vltus fueris. Tertia causa erat,quia nō ha-
bebat Dauid aliquod motiuum ad occidendum iu-
stè Saulem: nam occisio hostis iusta est, quando non
potest euitari mors propria: & ne nos occidamur ab
hostibus, occidimus hostes nostros:nūc autem Saul
non inuadebat Dauid, nec habebat Dauid aliquam
necessitatem se defendendi, ergo si occideret Saulē,
esset aggressor,& iniustè ageret. Quarta causa erat,
quia Saul erat Dominus Dauid: impium autem est,
q subditi in Dominos manus erigant: sic enim di-
xit supra Dauid: Propitius sit mihi Dominus, ne fa-
ciam rem hanc Dño meo. Quinta cā erat, qa erat,
Saul rex: nam erat nimis iniquum, q in regem ali-
quis de seruis manum mittat: potissimè quia reges
apud Iudæos erant maioris auctoritatis,quàm inter
alias gentes, præsertim in duobus primis s. in Saule,

& Da-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Dauid:quia isti non fuerunt facti reges voluntate humana,sed Deo vngente illos:& à seipso iubente hoc fieri sine aliqua humana consultatione. De Saule patet supra.cap.9.& 10.De Dauid sup. cap.16. Omnes autem præallegatas causas quanquã essent inductiuæ ad hoc,q̃ Dauid non occideret Saulem, tamen non putabat eas esse efficaces. De prima patet, quia quanquam nollet Dauid contristare Ionatham propter amicitiã, tamen ex illa sola causa nõ tenebatur,nõ occidere Saulem, nec peccabat ex ea soluti,si illum occideret:sed ex alijs causis:nam dato, q̃ nimis tristaret Ionathas de morte patris sui, C tamen si Dauid nõ potuisset se aliter defendere, & ob hoc occidisset Saulem, non peccabat, quãquam contristaret Ionatham:nam non peccat aliquis cõtristando amicum,sed iniustè contristat eum.
Secundam etiam non putauit esse efficacem: qa q̃q̃ non debeat aliquis manu propria petere vindictã, quando iudicẽ habet,qui ei possit ius reddere de iniustè inflicto damno,si tamen inter eum & illũ, qui iniuriam,vel damnũ intulit, nullus iudex superior sit,licet ei propria auctoritate vindictam petere,vel satisfacere sibi de damno irrogato accipiendo violenter bona illius, qui damnum intulit:sic enim est inter veros hostes, qui possunt sibi indicare iusta bella:& sine alicuius auctoritate prædas, & cędas agũt. Hoc autem quia nullus iudex est superior vtrisque hostibus, qui possit ius reddere iniuriam passo. Sic autem erat in Saule, & Dauid: nam Saul gerebat se contra Dauid tanquam hostis,& non erat aliquis,q̃ posset iustitiam facere Dauid de Saule, cum esset Saul Rex,& non haberet iudicem superiorem: liceret ergo Dauid ex hoc propria auctoritate vltionẽ sumere,sicut in eo,qui potest indicere iustũ bellũ.
Tertiam rationẽ ẽt nõ putauit Dauid efficacem,qa q̃ aliquis non debeat occidere alium,nisi defendendo se,& q̃ defensio fieri debeat cũ moderamine inculpatæ tutelæ,solum tenet inter eos,qui habent iudicem communem potentem satisfacere iniuriam passo. Cum autem iudex nullus est superior,nõ solum est licitum, q̃ quis defendit se ab hoste cũ moderamine, sed etiam nõ est illicitum, si aggrediatur eum,& non solum si aggreditur, sed etiam qualiter I cunq; aggrediatur,siue per insidias, siue aliàs: qa oĩa licent contra hostes, dum tamen veritas promissorũ eis obseruetur: Saul autem erat hostis Dauid,& nõ erat aliquis iudex,qui posset satisfacere ei de iniuria,quam pertulerat à Saule,ideo non solum licebat ei occidere Saulem defendendo se,sed etiam aggrediendo. Quartam rationem non putauit Dauid esse efficacem:nam quanquã Saul fuisset Dominus Dauid,iam tamen non erat,vt Dominus,sed vt hostis, & quãdiu aliquis manet sub dominio alicuius, non licet ei manum erigere in Dominum suum,ẽt si ab illo iniustè patiatur, nisi fortè defendendo se à morte: si tamen semel fuerit extra Dominum suũ, licebit ei contra illum quidquid licet contra quen- K cunq; alium hominem: sic etiam,dum manſit Dauid in dominio Saulis,& non erat declaratus,vt hostis Saul,non licebat Dauid insurgere contra Saulẽ: iam tamen publicatus fuerat Dauid, vt hostis Saulis; ideo licebant ei contra Saulem ex hac parte ea, quæ contra alios homines: quia iura dominij iã nulla erant. Quinta tamen causa adhuc manebat, & hanc putauit Dauid esse efficacem.s. q̃ Saul erat rex vnctus à Deo:ideo propter hanc noluit eum occidere. Erat autem motiuũ suum, q̃ Saul à solo Deo acceperat iurisdictionem:quia ipse vnxit eum in regẽ nullo homine petente illum,sup.cap.9.10.& faciendo eum in regem fecerat superiorem omnium, & F exemerat eum à iurisdictione omnium inferiorũ: ideo putabat Dauid, q̃ solus Deus esset iudex eius, & eum solũ haberet vltorem. Hoc significauit Dauid se intelligere, infra in littera, cum dixit:tu autẽ insidiaris animæ meæ, vt auferas eã: iudicet Dominus inter me & te,& vlciscatur me Dominus ex te: manus autem mea non sit in te. Ecce qualiter solũ Deum inuocauit iudicem,& vltorem: q̃ putauit eũ solũ esse iudicem Saulis: vnde arbitratus est Dauid, q̃ in nullo casu licebat ei, vel alicui Israelitæ occidere Saulem aggrediendo. Sic enim dixit Dauid ad Abisai: ne interficias eum, quis enim extendet manum suam in Christum Domini, & innocens erit? q.d.nullus poterit extendere manũ in eum,quin sit G reus:si tamen aliquis casus esset,in quo licuisset occidi Saulem aggrediẽdo, non dixisset Dauid,quis extendet manum suam in Christum Domini,& innocens erit: quia aliquis posset extendere,& esset innocẽs. Credidit ergo nullũ casum esse,in quo hoc liceret: & ob hoc quanquam Dauid habuisset alias causas non occidendi Saulem, nũquam expressit aliã, nisi quia erat Christus Domini:sic patet sup.s.propius sit mihi Dominus,ne faciam hanc rem Christo Domini:& postea etiam subdit,vt mittam manum meam ī eum,quoniam Christus Domini est. Postea etiam cùm diceret Dauid Sauli, cur non occidisset eum: hoc solum expressit.s.& cogitaui, vt occiderẽ te; sed pepercit tibi oculus meus. Dixi enim nõ ex- H tendam manũ meam in Dominũ meum:quia Christus Domini est.sic etiam infra ca.26.ex hac sola causa iussit Dauid abisai,vt non occideret Saulem. *Viuit Dominus*, ista littera vsq; ad illam partem. *Et confregit Dauid viros suos*, non habetur in hebrẽo,nec est de textu,nec habetur in libris correctis:sed fuit appositũ à principio per modũ glosæ interlinearis, & postea insertum est textui per ignorantiam librariorũ, vel aliquorum correctorum. Causa autem, quare fuit apposita ista particula hic per modum glosæ interlinearis,fuit quia inf.26.cap.cùm loqueretur Dauid in simili casu de non occidendo Saulem, dixit ista verba ad Abisai:ideo visum est ea cõuenire huic loco,& posita sunt per modum glosæ; sed postea inserta fuerunt textui,vt dictum est:quia tamen communiter habentur in libris nostris exponẽtur. *Viuit Dominus*, modus iurandi est: velut siquis diceret:iuro per Deum,vel per vitam Dei:sic enim dicitur Iere.cap.4.iurabunt,viuit Dominus:sic etiam de iure iuran.c.& si Christus: *Quia nisi percusserit Dominus eum*, ideſt nisi Deus illum occiderit per se.q.d.ego nõ occidam eum,sed ipse morietur aliquo de tribus modis hic positis. Et primus est, q̃ meus percutiat eũ.i. ipse p̃ se occidat illũ, vel tradat eũ in manus alicuiꝰ, qui occidat ipsum inuoluntariè,vel aliàs sicut dicit Exo.ca.21.q̃ Deus tradidit eum manibus eius. *Aut dies veniet, vt moriatur*. Iste est secũdus modus,quo aliquis moritur.s. quando viuit toto tẽpore,quo fm naturam viuere potest.s.superueniens ad senectutem: vel saltem viuit illo tpe, qd̃ sibi à Deo prefixũ est,vt patet Iob c.14.s.breues dies hominis sunt,& numerus mẽsiũ eius apud te est: cõstituisti terminos eius, q̃ p̃teriri non poterũt. *Aut descendens in prælium perierit*. Iste est tertius modus, quo aliquis moritur.s. quãdo obijcit se periculis in bello, & occidit ab hostibus.

Tres modi di moriendi.

An differant inter se isti tres modi moriendi positi hic à Dauid: & quę sunt periodi specierum,& indiuiduorum.
Quæstio XIIII.

QVAERET aliquis de istis tribus modis moriendi,an differant inter se. Aliquis dicet,quòd non:quia omnes reducuntur ad secũdum.s.aut dies eius venerit, vt moriatur: nunquam tamen aliquis moritur, nisi venerit dies mortis eius: quia quandocũq; aliquis moriatur,& qũocunque,semper moritur in die illo, vsq; ad quẽ ętерna Dei prouidentia disposuit vitam eius. Ante terminum autem illum nemo moritur:nec etiam potest illum aliquis excedere, sicut dicitur Iob cap.14 constituisti terminos eius,qui præteriri non poterunt:alioquin diuina p̃ uidentia falleretur,si aliquis prẽueniret terminum, quem ipse prẽsciuerat,vel transcenderet illũ: quod de Dei sapientia concedendũ non est, ergo siue aliquis descendens ad bellum perierit, siue Deus percusserit eum, semper venit dies eius,vt moriatur,& quia illa erat dies,de qua Deus prẽsciuerat. Respõ- B dendum est, q̃ iste secundus modus differt ab alijs. Pro quo sciendum,q̃ dies mortis alicuius accipitur tripliciter. Vno modo pro die in quo moritur. Alio modo pro die,quo Deos prẽsciuit ipsum morituꝝ. Tertio modo p̃ die,quo finit̃ periodus eius, siue mensura durationis secũdum exigentiam complexionis eius. Primo modo qualitercũq; aliquis moriatur, & quandocũq;,dicitur tũc esse dies eius:quia dies eius est dies mortis,& tũc ille homo moritꝰ: ergo tunc est dies eius, & sic non differunt inter se isti tres modi. Secũdo modo accipiendo etiam est dies hominis,vt moriatur quandocũq; moritꝰ: quia prouidentia Dei certa est, & siue aliquis homo viuiturus sit vsquequo per naturam eum viuere possibile C est; siue in medio ætatis incidente infortunio moriatur, illa est dies eius: quia in illo die Deus prẽsciuit de homine illo, quòd moriturus esset, cum non possit falli diuina prouidentia. Tertio modo vocat̃ dies hominis, vt moriatur ille, qui terminat totam periodum durationis indiuiduorum speciei humanę: vel ille, qui terminat periodum huius hominis. De primo:patet:quia sicut omnium natura cõstantium est positus numerus magnitudinis,& augmenti iuxta Aristo. 2. de anima; ita positus est numerus durationis, cuiuslibet rei secundũ exigentiam speciei:& ista mensura durationis vocat̃ periodus: species autem secundum,q̃ sunt differentes natura,ita etiam differunt in durationibus. Est autem perio- D dus vitę humanę varius secundum temporum varietatem: quia à principio humani generis viuebãt homines ferè vsq; ad mille annos,vt patet Gene.ca. 5. postea autem pauliſper vita diminuta est: nunc autem maxima duratio est centum. 20. annorum, vel quasi: & ista est periodus speciei humanæ,quanquam rari homines attingant hanc ætatem: qa periodus speciei humanæ dicitur illa, quã possunt attingere homines benè complexionati nullum habentes nocumentum: & quia aliqui ad istam accedunt quanquam rari,ista erit periodus.Secunda periodus est cuiuscunq; homines: nam quãquam fm conditionem speciei possint homines accedere ad prædictam ætatem: aliqui tamen sunt, ita malè cõ- E plexionati, q̃ secundum naturam eos illùc pertingere est impossibile,ideo isti habent varias periodos secũdum varietatem complexionum: dies autem, quæ terminat periodum cuiuslibet,dicitur esse dies eius, vt moriatur: Accipiẽdo autem duobus modis primis,non differunt isti tres modi moriendi, quos ponit hic Dauid: quia omnes reducuntur ad secundum.s.ad diem hominis, vt moriatur. Accipiendo autem tertio modo diem hominis pro terminante periodum speciei, vel indiuidui, differunt duo modi.s.primus,& tertius à secundo: quia tunc solũ dicitur venire dies alicuius,vt moriatur, quando moritꝰ in senectute magna, vltra quam nullus hominum A viuere potest,vel quãdo propter imperfectionem complexionis suæ in parua ætate aliquo morbo dissoluitur: quicunq; autem violenter moritur, siue ī bello, siue aliàs, nondum venit dies suus,vt moriat̃: & sic intellexit Dauid, ideo distinxit istos tres modos. De hoc etiam intelligitur illud Iob. capit. 14.s. Constituisti terminos eius, qui præteriri non poterũt.s.termini speciei humanę,vel periodi cuiuscũq; indiuidui,quem secundum complexionem suã pertingere potest: & non intelligitur de terminis vitæ accidentalibus.s.cum aliqui sibi mortem inferunt, vel propter culpam suam moriuntur,& possint maiori tempore viuere.

An differunt primus,& tertius modus moriendi.
Quæstio XV.

QVAERETVR vlterius de alijs duobus modis.s.de primo,& tertio, an ĩter se differant. Et videtur,q̃ non:quia quòd aliquis descendat in bello,& moriatur, vel q̃ Deus percutiat eum,idem est: nam omnes, qui in bello occiduntur ab hostibus, traduntur à Deo in manus hostium. s. quia ideo moriuntur, quia Deus vult ponere eos in manu hostium suorum: illi tamen, qui traduntur à Deo in manus alicuius,dicuntur percuti ab eo,cùm nihil aliud sit Deum percutere aliquẽ, nisi quòd ipse aliquem occidat per se,vel tradat eum alteri occidendum:ergo non differunt isti modi: potissimè cũ etiam Deus dicatur percutere illos, qui moriuntur in bello,vt patet infra 2.lib. ca.7. cum dixit Deus ad Dauid: fui tecum in omnibus,in quibus ambulasti, & interfeci omnes inimicos tuos à facie tua. Manifestum tamen est, q̃ isti inimici Dauid moriebãtur in bello,& occidebat eos Dauid: ergo Deus dicitur percutere illos,qui moriuntur in bello:sic etiam patet Exo.cap.23.s. Terrorem meum mittam in præcursum tuum, & occidam omnem populũ, ad quẽ introieris:cunctorumq; inimicorum tuorum corã te terga vertam. Isti autem moriebantur in bello, cum dicatur,q̃ vertebant terga coram Iudæis: & tamen Deus dicebatur occidere illos:ergo nõ differt, q̃ aliquis moriat̃ in bello, vel q̃ Deus percutiat eũ. Item patet quia dicebatur, q̃ idem est, q̃ Deus tradat aliquem in manus alterius, vel q̃ moriat̃ in bello.Sic patet præced ca.cum dixit Deus: Surge,& vade in Ceilam: ego enim tradam Philisthijm in manu tua,& tamen isti perierunt in bello.Sic etiã Exo. cap.23.s.tradam in manibus vestris habitatores terræ Chãnaan:& tamen ꝑstat,q̃ isti perierunt in bello,& Deus dicitur deleuisse illos, vel percussisse. Sic patet Iosue ca.13.s. Ego sum, qui delebo eos à facie filiorum Israel:Saul quoq; in bello perijt,& tamen dicitur, q̃ Deus tradidit eum in manus hostium, vt patet infra cap.28. Respondendum q̃ isti duo modi differunt inter se,sed pro hoc considerandum, q̃ quandocunq; aliquis moritur, Deus facit eum mori:nam aut moritur ex defectu complexionis.s.in senio,vel per violentiam. Primo modo Deus dicitur occidere hominem·quia ipse talem constituit naturam,vt per eam necesse sit nobis saltem in senectute mori:sic enim dicit Apostolus ad Heb.ca.9.q̃ statutũ est hominibꝰ semel mori i.posita est lex à Deo necessitans eos ad semel moriendum.Secundo modo etiam moriens dicitur à Deo occidi:quia adhuc magis agit Deus in occisione violẽta, quàm in naturali,cum mors violenta non detur tanquam pœna primi peccati,sed tanquam pœna peccatorũ nostrorum specialiũ: ideo sic morientes dicitur Deus occidere: quia tamen percutere significat quãdam vio-

Q̃cunq; aliqs moritꝰ Deus facit eum mori.

Universidad de Deusto
Biblioteca

violentiã obtinuit 'consuetudo, vt illi, qui naturali morte deficiunt, non dicantur à Deo percussi, sed illi, qui morte violenta: & sic differt modus secundus moriendi ſ. quando venit dies hominis, vt moriatur ab alijs duobus modis: quia iſte eſt naturalis, & alij quodammodo violenti. Sed adhuc alij duo, in quibus mors violenta infligitur, differunt: quia Deus dicitur percutere aliquem, quando per ſe percutit: & ſecundum conditionem communem aliquis actus prædicatur de aliquo, quando ipſe per ſe agit, vel per inſtrumenta, quæ non poſſunt eſſe principia illius operationis p ſe, nec mouerent, niſi quis ea moueret. Deus autem aliquando aliquos occidit per ſeipſum, ita ꝙ non interuenit aliquod inſtrumentum, vel cum occidit aliquem mediante tali inſtrumento, ꝙ non moueretur ad illam occiſionem, niſi Deus illud moueret. De primo patet Gen. cap. 38. de duobus filijs Iudæ: nam de primo dicitur, ꝙ fuit nequam in conſpectu Domini: & ab eo occiſus eſt. De ſecundo dicitur, ꝙ percuſſit eum Dominus, eo ꝙ rem deteſtabilem faceret. Sic etia Deus occidit Aegyptios nullo inſtrumento mediante, ſed per ſe cõuertendo aquas maris ſuper illos: Exod. cap. 14. Vnde ibi dicitur: Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis, ideſt, vobis nihil agentibus ipſe ſolus pugnabit. Idem fuit in oppreſſione Amorrhæorum, quando Deus inclinauit ſuper illos Arnon, vt declaratum eſt Num. cap. 21. Simile etiam fuit in bello, quod habuit rex Ioſaphat cõtra Ammonitas, Moabitas, & Idumæos. Nam nihil agentibus Iſraelitis, ipſi ſe mutuo occiderunt. 2. Para. c. 20. Secundo modo Deus agit per inſtrumenta occidendo aliquos: & quia illa non mouerentur, niſi Deus ea moueret, Deus dicitur percutere homines, qui ſic moriuntur: ſic fuit in bello Ioſue contra quinque reges Amorrhæorum, quia fugientibus eis Deus miſit de cœlo lapides magnos, & perierunt plures lapidibus, quàm interfecti ſunt ab Iſraelitis, vt patet Ioſue. ca. 10 ſic etiam Deus occidit omnes, qui erant in caſtris aſſyriorum ſ. 185. millia relicto rege cum paucis: & illud fecit Angelus Domini per noctem, vt patet infra 4. lib. ca. 19. Angelus tamen non feciſſet, niſi iuſſu Dei, ideo Deus dicit occidiſſe iſtos: & ad iſtum modum reducenda eſt mors, quæ alicui euenit per ſubitaneas ægritudines, quas Deus in pœnam infligit, ſicut eſt peſtis, & ſimiles. Aliquando etiam moriuntur homines per infortunia, vt ſi corruente domo aliquis opprimatur, vel in puteum, aut in fluuium caſu inciderit, aut ignis ſubitaneus eum cremauerit, vel beſtiæ agri, aut ſerpentes eum occiderint. Iſta enim omnia Deo volente, & ſic diſponente, nobis infligũtur: ideo quando aliquis ſic moritur, Deus dicit occidere eum: quia iſta per ſe non mouentur, ſed ab altero: vel ſaltem Deus exceçat hominem, vt inc dat in ea. Ad iſtum etiã modum reducitur omnis mors violenta homini ab homine à caſu inflicta: quia ibi homo non occidit alium tanquam volens, ſed quia Deus mouit vnum, vt cadat in manus alterius: ſic patet Exod. c. 21. ſ. ꝙ ſiquis occidat alterum non inſidiatus, Deus tradidit eũ in manus eius. In his enim omnibus Deus agit per inſtrumenta, quæ à ſe non mouentur. ſed ab altero: ideo ei attribuitur actio. Alius modus eſt mortis violentę, cùm homo ab homine occiditur ſpontaneè, quę mors quanquã nunquam eueniat, niſi Deo permittente: tamen etiam ſi Deus non moueret hominem ad occidẽdum aliũ, ipſe occideret eum, quia malicia ſua eum mouet: ſicut in alijs peccatis Deus non mouet nos, ſed iniquitas noſtra mouet: ſic patet Iacobi. c. 1. ſ. nemo cũ tentatur, dicat, quia à Deo tentatur: Deus aut tentator malorũ non eſt, ipſe aũt neminem tentat: vnuſquiſque aũt tentat à cõcupiſcentia ſua abſtractus, & illectus. Hõ igitur, qui ex nequitia alterũ occidit, non eſt ibi propriè tanq̃ inſtrumentũ Dei: quia conditio inſtrumẽti eſt, ꝙ nõ moueatur, niſi ab altero moueat. Quicunq; autem voluntariè alterũ occidit in ſe habet principiũ ſui motus: ideo non eſt inſtrumentum alterius. Ob hoc autem, qui à caſu occidunt, aliqua inſtrumenta Dei ſunt, & pertinent ad præcedentem modum, ſed qui hoſtiliter occidit non eſt in illo modo, nec Deus dr̃ percutere taliter occiſum, ideo Dauid diſtinxit hic iſtos modos. ſ. cum quis à Deo percutitur, & cum ab hoſtibus occiditur. Ad rationes autem in contrariũ dicendũ, ꝙ Deus dr̃ aliquando occidere eos, qui moriuntur in bello, quia ipſe facit, ꝙ moriantur: non tamen propriè cum per ſe nõ occidat, nec per inſtrumenta, ſed dr̃ occidere inquantum tradit eos occidendos hoſtibus ſuis propter demerita: ideo ſcriptura magis vtitur iſto vocabulo, tradere, de Deo, quãdo agitur de morte bellica, quã occidere. Sic patet in allegatis auctoritatibus præd. cap. & infra 28. & Exo. ca 23. ſ. Quia ipſe Deus tradit hoſtes in manu hoſtium ad hoc, ꝙ moriantur, & ſic iſte actus, qui eſt tradere, conuenit Deo ibi, ſed non occidere. Sic patet Ioſue. c. 11. ſ. ne timeas eos, cras n. eadem hora ego tradã oẽs iſtos vulnerãdos in cõſpectu Iſrael, q d ego tradã: ſed ego non vulnerabo: ſed Iſrael vulnerabit eos: Dauid autem volens propriè loqui, diſtinxit iſtos tres modos. *Propitius ſit mihi Dominus, vt non mittam manum meam in Chriſtum Domini.* i. Deus ſit mihi propitius ad hoc, ꝙ ego non mittam manũ in eũ. Vel aliter. ſ. ſic Deus ſit mihi propitius, ꝙ non mittã manum meam in eum. ſ. ad occidẽdũ. *Et confregit Dauid viros ſuos ſermonibus.* i. perſuaſit eis, & confregit animoſitates eorum. Cum enim Dauid redijt, abſciſa particula chlamydis Saulis, & voluit eum occidere, viri ſui voluerunt ſubito inſurgere in Saulem: ipſe autem tenuit eos, ne inſurgerent non viribus, quia ſolus erat, nec præcepto, quia non obediret propter amaritudinem animi, ſed ſermonibus exhortatorijs Habebant enim grauem iram contra Saulem, quæ incitabat eos ad occidendum illũ. Dauid autem blandis verbis, & nimis efficacibus mitigauit iram eorum pro tũc: & hoc eſt cõfregiſſe eos, ſcilicet animoſitatem ſuam. *Et non permiſit eos, vt conſurgerent in Saul.* ſ. ipſi volebant occidere Saulem. Dauid autem non permiſit. ſ. ſuadendo verbis, vt dictũ eſt: quia etiam ſi voluiſſet coercere eos viribus, vel auctoritate, nequiuiſſet.

Quare Dauid non permiſit viros ſuos inſurgere in Saulem.
Quæſtio. XVI.

QVAERET aliquis, quare Dauid non permiſit viros ſuos inſurgere in Saulem: nam ipſe nolebat mittere manum ſuam in eum, quia erat Chriſtus Domini: volebat tamen vindictam per alium, vt patet infra in litera. ſ. iudicet Deus inter me, & te: & vlciſcatur me ex te, manus autem mea non ſit in te, ſed ſicut in prouerbio antiquo dicitur: ab impijs egredietur impietas. Nunc autem Dauid non mittebat manũ in eum, & alij eo non iubente volebant illum occidere, ideo videtur, ꝙ debuiſſet pmittere. Reſpondẽdum, ꝙ Dauid peccaſſet, ſi permiſiſſet viros ſuos occidere Saulẽ: ipſe. n. putabat peccatũ eſſe ſi Saulẽ per ſe occideret: ergo peccabat ẽt ſi permitteret ſuis hoc agere, quia in hoc fauebat illis, & ipſi faciebant iſtud pp Dauid: non ſolũ tñ reus eſt homicidij, qui occidit: ſed ẽt qui occiſori fauet, quia agentes, & qui agentibus conſentiunt in quolibet crimine

ne rei mortis ſunt ad Roma. c. 1. & ob hoc quando Dauid, & Abiſai deſcenderunt in caſtra Saulis dixit Abiſai: concluſit Dominus hodie inimicum tuum in manus tuas, nunc ergo perfodiam eum lancea in terra ſemel. Et dixit Dauid ne interficias eum: quis enim extendet manum in Chriſtum Domini, & innocens erit? Sed adhuc dicet aliquis, quanquam Dauid teneretur non permittere viris ſuis, vt occiderẽt Saulem, non tamen teneretur ad perſuadẽdum eis, ne occiderent illum, quia nemo tenetur proficere hoſti. Dicendum, ꝙ Dauid conſenſiſſet, ſi non ſuaſiſſet ſuis, ne occiderent Saulem: nam cum ipſe videret, ꝙ viri ſui volebant inſurgere in Saulem, & ipſe putabat ſe poſſe comprimere eos verbis, ſi non cõprimeret, faueret homicidio, quia non ſolum tenetur rei homicidij, qui occidũt, ſed etiam qui non impediunt occiſionem, quantum poſſunt. Extra de homic. ſicut dignum. ſ. non caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare: tenebatur ergo prohibere Dauid viros ſuos ab occiſione Saulis præcepto, vel occaſione, aut qualicunque modo ei poſſibili, alioquin reus erat. Cum autem obijcitur, ꝙ Dauid volebat vindictam de Saule, ſed non per ſe, dicẽdum ꝙ in hoc dubium eſt: quia quidam dicunt, ꝙ ibi Dauid nõ deſiderauit vindictã, ſed dato, ꝙ deſiderauerit eã: non deſiderabat, ita vt ipſe eam procuraret, quia tunc ipſe agere diceretur, ſed volebat, ꝙ Deus daret ſibi vindictam de Saule. ſ. ꝙ ipſo neſciente, nec conſulente aliquis occideret eum, ſicut factum eſt de Isboſeth filio Saulis, quia duo latrones occiderunt eum, & tunc peruenit regnũ Dauid infra 2. lib. c. 4. Sic etiam de Saule, ipſe enim occiſus fuit in bello, & ſic Dauid vltus eſt non manu ſua, nec cõſilio, ſed Deus vltus eſt iniuriã illius, eo neſciẽte. Et hoc etiam ſignificabat ipſe dicens. viuit Dominus, quia niſi percuſſerit eum Deus, aut dies eius venerit, & moriatur, aut deſcendens in prælium perierit, non mittam manum meam in eum. q. d. quocunque illorum modorũ vindicabatur iniuria Dauid, eo nihil agente. *Porro Saul ſurgens de ſpelunca pergebat cępto itinere.* i. poſtquam Saul in ſpelunca vẽtrem purgauerat, ſurrexit inde, & pergebat cępto itinere. i. in via, quam incęperat. Iſta erat via perſequẽdi Dauid, quia ad nihil aliud venerat in deſertum: & quia non putabat eum eſſe in ſpelunca, nec in partibus propinquis, pergebat ad interiora deſerti. *Surrexit autem Dauid poſt eum.* Hic ponitur miſerationis oſtenſio. ſ. manifeſtauit Dauid per oram chlamydis ipſi Sauli quomodo miſertus fuiſſet eius nolẽdo ipſum occidere. *Et egreſſus de ſpelunca.* i. mox vt vidit exiſſe Saulẽ, egreſſus eſt poſt eum ad indicandum miſericordiam ſuã. *Clamauit poſt tergum Saul: dicens.* i. Saul aliqualiter elongatus fuerat à ſpelunca, ita vt non poſſet ei loqui Dauid tãquam pręſenti, ſed cogebatur clamare ad hoc, vt eum audiret.

Quare Dauid exiuit de ſpelunca ad loquendum Sauli, quia expoſuit ſe periculo mortis. Quæſtio. XVII.

QVAERET aliquis, quare Dauid exiuit de ſpelunca ad loquendum Sauli: nam in hoc videbatur tentare Deum ponendo ſe in magno periculo, cum poſſent eum capere viri Saulis. Reſpondendum eſt, ꝙ Dauid nõ expoſuit ſe huic periculo, quia quando locutus eſt ad Saulem, longè erat ab eo: ita vt cogeretur clamare ad hoc, ꝙ audiretur à Saule, vi ri quoque Saulis procul erant, ideo quanquam conarentur perſequi Dauid, non poſſent eum tenere, quia ipſe poſſet euadere per deſertum, cùm procul eſſet. Et iſta fuit cauſa, quare Dauid non locutus fuit Sauli mox vt exiuit de ſpelunca, ſed cum iam elõgatus erat ab eo: ſic. n. fecit iterũ infra c. 26. cũ deſcẽdiſſet Dauid ī caſtra Saulis, & tuliſſet inde lãceã, & ſcyphũ: nã receſſit de caſtris, & poſtea à lõge locutus eſt, cum dr̃: cunque tranſiſſet Dauid ex aduerſo, & ſtetiſſet in vertice montis de longe, vt eſſet grande interuallum inter eos, clamauit ad populum, & c. noluit enim clamare quouſque tantum interuallum eſſet, vt quanquam viri Saulis vellent eum perſequi, non poſſent tenere ipſum. Sed adhuc dicet aliquis, ꝙ poterat eſſe aliquod periculum, vt ſi aliqui de viris Saulis eſſent in locis abſconditis, & ex inſidijs caperent Dauid, cum hæc loqueretur, vel fortè conarẽtur eũ perſequi, & ipſe fugiẽdo deficeret: melius igitur erat manendo in ſpelunca, nulli periculo ſe exponere. Dicẽdum eſt, ꝙ ſi loquimur abſolutè de ſecuritate: ſecurior erat Dauid, ſi non egrederetur de ſpelunca ad loquendum Sauli, quàm cum egreſſus eſt, habuit tamen cauſam egrediendi. ſ. ad oſtendendum miſericordiam, quam habuerat in Saulem: Deus. n. mouebat eum ad hoc, quia volebat magnificare Dauid coram toto populo, & efficere quandam promptitudinem, per quam mortuo Saule populus vellet accipere Dauid in regem propter miſericordiam, quã impendit Sauli, & domui ſuæ, ſicut ſupra declaratũ eſt. Etiam per hoc poterat nunc Saul placari Dauid: iõ rationabiliter motus eſt Dauid ad oſtẽdẽdum miſericordiam iſtam Sauli, quod nõ potuiſſet, niſi egrederetur de ſpelunca, vt loqueretur Sauli. Cum autẽ dr̃, ꝙ homo non debet ſe exponere periculo, quia vr̃ tentare Deum. Dicendum, ꝙ verum eſt, tñ debet homo ſe exponere alicui periculo quando paruum eſt, vel non exiſtimatur eſſe periculum, vt acquirat aliqua bona. Nam ſiquis velit in omnibus rebus omnimodã ſecuritatem, oportet, ꝙ ceſſet ab omnibus actionibus. ſ. nullus equitabit, cauens, quia poſſibile eſt equum cadere, & allidere pedes ſedẽtis: & nullus tranſibi per pontem, cauens, quia poſſibile eſt eũ cũ ponte cadere, & mergi: non ſunt ergo talia vitanda, ſed ſunt pericula, quæ manifeſta ſunt, vel quæ veriſimiliter futura exiſtimantur: ita hic Dauid egreſſus de ſpelunca circunſpexit, an quis de viris Saulis ei nocere poſſit, cùm autem eos procul eſſe vidit, loq cępit ad Saulem, tanquam ſecurus de periculo: ſic enim fecit, quando accepit haſtam, quia prius receſſit longè à caſtris Saulis, quàm loqueretur ad populum, infra cap. 26. & tamen ibi fuit, vt etiam oſtenderet miſericordiam ſuam in Saulem.

Quare Dauid non eſt locutus Sauli in ſpelunca.
Quæſtio. XVIII.

QVAERETVR vlterius, cum Saul fuerit in ſpelunca, quare non locutus eſt ei tunc Dauid oſtẽdens miſericordiam ſuam. Rñdendum eſt, ꝙ hoc factum fuit pp multa. Primò, quia periculum erat graue: nam cũ Dauid, & viri ſui eſſent in ſpelũca, neſciebant, an viri Saulis manſiſſent ad os ſpeluncę, vel ꝙcul inde eſſent: ſi autẽ manerent ad oſtiũ, poſſet Saul egrediens iubere illis, ꝙ circũdarent ſpeluncam, & occiderent eos, qui ibi erant. Dauid ergo noluit intra loqui Sauli, ſed cũ egreſſus fuiſſet, circunſpexit Dauid, an aliquis eſſet in circuitu ſpeluncę, & cum neminem vidit, locutus eſt ad Saulem. Secũda ratio erat, qa ſi Dauid locutus fuiſſet Sauli, timebat, ꝙ viri ſui inſurgerent in Saulem, & occiderent: nam fortè non poſſet eos continere, data opportunitate occidendi Saulem. ſ. ſi ſemel inter eos eſſet: voluit autẽ hoc vitare: ideo locutus eſt extra ſpeluncam. Tertia ratio fuit, ne nimis erubeſceret, & timeret Saul: nam ſi vi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

si videret se positum in manibus hostium suorum procideret coram eis, & pro vita oraret: atque efficeretur vilis in conspectu ipsorum, ꝙ non decebat regem: iō Dauid noluit eum solum à morte eripere, sed ēt ab opprobrio deiectione, & verecundia: in quo nimis illi misertus est, conseruando ipsi honorem cum persona. Prima tamen rō magis mouit Dauid. s. vt proprium periculum euitaret. *Domine mi rex.* Loquebatur Dauid ad Saulem reuerenter vocā do eum regem, & patrem: vt patet infra, q̄q̄ Saul nō rex, sed hostis esset: volebat tamen Dauid obsequijs vincere improbitatem Saulis: sic enim dicit Apostolus ad Roman. ca. 12. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, & si sitit, potum da illi: hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius: noli vinci à malo, sed vince in bono malum. *Et respexit Saul post se.* s. quando audiuit, ꝙ aliquis vocabat eum. *Et inclinans se Dauid pronus in terram adorauit.* Hunc honorem exhibuit Dauid Sauli propter regiam maiestatem. In omnibus enim ad eum se habebat, vt subditus, & non vt hostis: & q̄q̄ Saul procul esset à Dauid, adorauit eum Dauid de longe, non audens appropinquare ipsi. *Dixitque ad Saul.* Hic incipit Dauid honestē increpare Saulem, cur iniustē persequatur eum, cum ipse erga illum innocens sit. *Quare audis verba hominum loquentium: Dauid quærit malum aduersum te?* i. quare vis assentire viris impijs, qui accusant me apud te, dicentes, ꝙ ego volo te occidere, cum constet de innocentia mea? In Hebræo habetur. *Quare audis verba hominis dicentis: Dauid quærit maliciam tuam?* Sed ad idem redit, quod litera nostra: quia tamen Hierony. existimauit, ꝙ non erat vnicus, qui loquebatur mala de Dauid apud Saulem, dixit: quare audis verba hominum: nam in Hebræo aliquando ponitur singulare pro plurali, & è contrario, vt patet Deut. c. 5. vbi dicitur: quæ est omnis caro, vt audiat vocem Dei viuentis: & habetur in Hebræo. *Elohim haim*, i. Deorum viuentium. Constat tamen, ꝙ scriptura volebat ibi vnum Deum designare. Aliquando ponitur singulare pro plurali, sic patet Isa. c. 19. cum dicitur in litera nostra: tradam Ægyptum in manus Dominorū crudelium, & in Hebræo dicitur. *Adonim casseth*, idest Dominorum duri, vel crudelis: cum deberet dicere. *Adonim castim*, idest Dominorum durorum, vel crudelium. Cūm autem dicitur. *Dauid quærit maliciam tuā.* est improprius modus loquēdi, quia malicia, vel iniquitas, sicut ponitur in Hebræo, significat culpam, & non pœnam. De Dauid tamen non erat sensus, ꝙ ipse inuestigaret aliquod peccatum Saulis, sed quod quæreret eum ad mortem: ideo expressius litera nostra dixit. Dauid quærit malum aduersum te. *Ecce hodie viderunt oculi tui.* Probat clementiam suam erga eum, & dicitur, ꝙ viderunt oculi tui, non ꝙ Saul vidisset aliquid: nam ipse non vidit Dauid, aut viros suos in spelunca, sed dicitur, ꝙ viderunt oculi sui, quia nunc vident quomodo fuerint in manibus suis in spelunca, eoꝙ nunc videbat oram chlamydis in manibus Dauid, quam non potuisset habere, nisi fuisset coniunctus Sauli, scindendo eam. *Quoniam tradiderit te Dominus in manu mea in spelunca.* s. hoc potes nunc videre per oram chlamydis. Dī aūt, ꝙ Deus tradiderat eum i. posuerat in potestate sua, ita vt liberum ei esset facere, quod vellet de illo: sic. n. ꝑmiserat Deus Dauid. s. ego tradam tibi inimicū tuū, vt facias eis sicut placuerit in oculis tuis, vt patet sup.

Dauid propter duo dixit Sauli, quare audis verba hominum, licet nullus eum accusaret. Quæstio. XVIIII.

QVAERET aliquis, quare Dauid dixit hic Sauli: Quare audis verba hominum, &c. cum non moueretur Saul ad persequendum Dauid ꝑ accusationem aliquorū, sed magis ipse mouebat seruos suos, vt accusarent, & indicarent ei de Dauid, & quanemo indicabat ei de illo, dicebat, ꝙ oēs coniurauerant contra ipsum cum Dauid, supra c. 22. Rndēdū est, ꝙ hoc potuit fieri ꝑ duo. Primò, quia Dauid volebat hic placare Saulem, vt non persequeretur cūi & quia si totam culpam huius persecutionis Dauid imposuisset Sauli, magis eum efferaret in iram, q̄ ad misericordiam flecteret, voluit culpam transferre in seruos, dicens: quare audis verba hominum, & c. q d scio, ꝙ tu non moueris à teipso ad persequendū me, sed alij cōcitant te, accusantes me apud te, quos non debes audire: & ista est cautela eorum, qui volunt impetrare à Dominis, vt desistant à malis, quæ cœperunt eis infligere, dicentes, ꝙ ipsi sponte illa nō egerunt, sed quia per errorem informati sunt: sic. ut dixerunt Israelitæ Pharaoni quando præmebat eos nimis: en famuli tui flagellis cædimur, & iniustè agitur contra populum tuum, Exo. c. 5. q d. non agis tu hoc, sed ministri tui agunt: sciebant tamen Israelitæ, ꝙ Pharao hoc ageret. Alio mō dici pōt, ꝙ Dauid fuit locutus hic, nullo quæsito colore, sed sicut intēdebat, quia sic verum erat, ꝙ aliqui de seruis Saulis incitabant eum ad persequendum Dauid. In quo sciendū, ꝙ à principio Saul cōceperat iram malam de Dauid, & volebat eum occidere: nemo tamen de seruis suis quicquam dicebat ei tunc de Dauid: ideo ipse conquestus est de omnibus illis tāquā oēs cōiurassent contra eum, supra cap. 22. Cum verò oēs cognouerunt, ꝙ Saul declarabat audire accusationes in Dauid: & ꝙ proderet ei ad mortē, quilibet conabatur formare accusationes, & configere mendacia in Dauid, vt placeret regi: & ob hoc, auditis his, mox Doeg cepit accusare Dauid, & sacerdotes, vt patet c. c. Ziphæi quoq; venerunt ad Saulē annunciantes ei de loco Dauid, præc. c. & iterum postea annunciauerunt, infra c. 26. Sic ēt credēdum est de alijs seruis Saulis. s. ꝙ multi eorum annūciabant pessima Sauli de Dauid, vt placerent illi. Hoc aūt peruenit ad aures Dauid, iō dixit: quare audis verba hominū, & c. *Et cogitaui, vt occiderem te*, idest cum fuisti in spelunca cogitaui de occidendo, & aliqualiter super hoc deliberaueram. *Sed pepercit tibi oculus meus*, i. misertus sum tui nolens te occidere. In Hebræo habetur. *Et dixit ad te occidendum.* Dicere. n. idem est, ꝙ cogitare: quia ita mente dicimus, sicut ore proferimus; sed in Hebræo ponitur in tertia persona, ꝑ barbariem idiomatis: quia tñ constat, ꝙ hoc dicebatur de Dauid, q̄ loquebatur, posuit litera nostra in prima persona. Qd aūt dī: sed pepercit tibi oculus meus, non habet in Hebræo: līa tñ nostra posuit, quia sēa erat imperfecta. ista litera repugnabat inferiori: nā si tollatur illa particula erit litera hæc: & cogitaui, vt occiderē te: dixi. n. nō extendam manū meam in Dūm meū: sed manifestum est, ꝙ istæ duæ particulæ repugnāt, iō oportet, ꝙ ꝑ subintelligaī aliud: & istud expressit litera nostra. s. sed pepcit tibi oculus meus: & tūc stat līa cōuenienter. s. sed pepercit tibi oculus meus, dixi. n. nō extendam manū meam, &c. translator aūt noster nō solum posuit id, ꝙ in litera erat, sed ēt id, ꝙ necesse erat intelligi ex litera, & id, sine quo impossibile erat stare eam. Sic ēt fuit hic. *Dixi. n. non extendam manum meam in Dominum meum*. i. q̄q̄ prius cogitaueram de occidendo te, postea tamen dixi, i. deliberaui de non mittendo manū meam in te. *Quia Christus Domini est*. i. quia ē vnctus in regem à Deo: nā q̄q̄ aliæ causæ multæ fuerint, propter quas Dauid non occidit Saulem: præcipua tamen, quæ eum mouit, fuit, quia erat rex, vt supra declaratum fuit.

An

An Dauid peccauerit cogitando occidere Saulem. Quæstio XX.

QVAERET aliquis, an Dauid peccauerit cogitando occidere Saulem. Aliquis dicet, ꝙ sic, ꝙa peccatum nō solum est in opere, sed etiam in cogitatione: sic patet Mat. cap. 5. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mechatus est in corde suo: Dauid autem corde hoc conceperat, ergo, quanquam nondum fecisset, peccabat. Respondendum est, quòd, secundum ꝙ aliqui voluerunt, peccatum solū est in operatione exteriori, & in ꝙsensu nihil peccatur: ista fuit opinio Iosephi, dixit enim ꝙ ille, qui aliquid deliberauit facere, sed nondum fecit, cogitauit de peccando, sed non peccauit, ideo reprehendit quendam historiographū, scilicet Polibium Magelopolitam in libro 12. Antiquitatū dicens: miror Polibium Magelopolitam, quòd vir bonus existens, dicit ideo periisse Antiochum, quia voluit templum Dianæ perfidis deuastare: nam qui nullatenus egit peccatum, sed tātum cogitauit, nullo reatu facti tenetur. Ista etiam fuit opinio antiquaꝙudęorum: & hanc excludit Christus Matt. c. 5. Sed hoc non obstante, peccatum est in cogitatione deliberata: immo magis est peccatum in consensu, quā in opere exteriori: quia opus exterius non est peccatum per se, sed propter consensum. Consensus verò in malum per se peccatum est. Quod patet, nam siquis à casu hominem occidat, non peccat, idem tamen actus est ibi exterior, qui est quando fit per consensum, & quando est cum cōsensu est actus malus. Cum vero sine illo, non est malus, ergo totam malitiam habet ex consensu: ipse autem cōsensus de occidendo hominem secundum se est malus: etiam si non interueniat actus: ergo peccatum per se est in consensu, per accidens autem in opere, de quo vide quæ dicta sunt Exod. 20. & ista est positio philosophorum. Dicendum ergo, ꝙ si Dauid penitus deliberasset occidere Saulem, peccauisset, non tamē deliberauit. In quo sciendum, ꝙ cum Dauid vidit Saulem in spelunca, concitatus est à viris suis, vt occideret eum, ipse autem iuit animo occidendi illum, vt supra declaratum est: sed non deliberauerat penitus occidere eum: erat enim titubans, cū abscidisset partem chlamydis continuit se: percussit enim illū cor suum, idest remordit conscientia, vt nō ageret hoc: quanquam tamen Dauid esset titubans, potius inclinatus erat ad occidendum, quàm non occidendum. Sed circa hoc considerandū, ꝙ quando obiectum, in quo quis pōt peccare, ꝑsens est ei, nullo impediente, nec etiam ipsa verecundia, aut aliquo alio fine extraneo, & non operatur quantumcunque cogitet de faciendo, & afficiatur ad obiectum præsens, nunquā dicitur deliberasse: & quanquam videatur aliquando penitus deliberasse, non est plena deliberatio, si non exequatur id, de quo cogitat, vt nullus impediat: velut siquis tentetur ab intemperātia in cibo, vel ad libidinem: & tam cibus quàm fœmina præsto sint, nullo penitus obuiante, quantūcunque iste desideret cibum, & velit sumere illum, aut velit fornicari, non dicitur deliberasse, etiam si aliquando velit, & quasi aggrediatur, & rursus non incepto aliquo, desistat, quanquam interdum videatur deliberare & interdum recedere à deliberatione, nunquā est ibi deliberatio, quæ inducat peccatum mortale. Nam ad peccatum requiritur plena deliberatio, nō est autem plena, quādo, præsente obiecto, potuit aliquis transgredi, & non transgressus est. Ita fuit de Dauid, quia ipse videbatur à principio velle occidere Saulem, præsente eo, & postea noluit: ergo non deliberauerat, cum non occiderit illum. Hoc autē secus est, quando aliquis deliberat in absentia obiecti, quia siquis tunc consenserit fornicari, & postea non consentit, peccauit, & plenus consensus fuit hic, sed impedita est executio propter absentiam obiecti. Cum autem dicitur, an erat peccatum in hoc, ꝙ Dauid cogitaret occidere Saulem, dicendum, quòd cogitatio dicit solam inuestigationem circa aliquid, an fieri debeat, quod est consiliari: quanquam malum cogitemus, peccatum nullum est. Si autem cogitatio dicat deliberationem, vel sentētiam intellectus, quę est post inuestigationem, & consilium, cogitare de malo peccatum est. De Dauid autem cum dicitur hic quòd cogitauerit occidere Saulem, accipitur cogitatio pro consilio, vel inuestigatione non deliberata, & ibi non est peccatum. *Quin potius pater mi vide*: ideſt, non intelligas, ꝙ ego deliberauerim occidere te, sed potius è cōtrario, vide partem chlamydis tuæ in manu mea, per quam cognosces, ꝙ potuissem te occidere, si voluissem. Hic autē vocauit Dauid Saulem patrem, supra verò vocauit eum regem: & ratio est, quia rex est nomen honoris, & timoris, pater autem est nomen dulcedinis, vt patet 2. Poli. cap. 1. Dauid autem à principio vocauit Saulem regem ad exhibendum reuerentiam, cū illud nomen significet maximum principatum: nunc autem vocauit eum patrem ad signandum dulcedinem clementię, quam habuerat erga eum, cū potuisset occidere illum tanquam hostem, & non occidit. *Et cognosce orā chlamydis tuę in manu mea*, ideſt, Dauid enim præsciderat paruam partem chlamydis Saulis, ideo quanquā egressus est Saul de spelunca, non sensit aliquid deesse chlamydi suæ, cum non esset notabilis defectus: & ipse non suspicaretur, ꝙ aliquid tale ei fieret: nūc autem clamante Dauid respexit Saul chlamydē, & vidit ꝙ erat abscisa gladio pars eius, ideo nō potuit negare, quin fuisset in spelunca in manibus Dauid: nam non poterat aliunde Dauid habere partē chlamydis Saulis. *Quoniam cum præsciderem summitatē chlamydis tuæ*, ideſt partem extremā. Ex hoc patet, quòd erat parua pars, quia summitas modicū dicit de re, cuius est. *Nolui manum meam extendere in te*. q.d extendi ad chlamydem, sed non ad te. facile tamen erat scindenti chlamydem extendere manum in te. *Animaduerte, quoniam non est in manu mea malum, nec iniquitas*, ideſt ex hoc considera, ꝙ nō est in manu mea, ideſt in opere meo aliqua malicia. Et ponitur hic malum, & iniquitas: quia malum signat ipsum, quod fit male: iniquitas signat solam nequitiam cordis. Dauid autē nihil mali conceperat vnquam contra Saulem, nec etiam fecerat: ideo dicit, ꝙ non est malum, nec iniquitas in manu sua, quanquam hic magis accipiuntur pro eodem: quod patet ex litera sequenti, scilicet. *Nec peccaui in te*, ideſt non habeo aliquod malū in corde contra te, nec etiam commisi aliquando aliquid mali. sic enim excusauit Ionathas Dauid supra cap. 19 dicens ad Saulem. ne pecces rex in seruum tuum Dauid, quia non peccauit tibi: & opera eius bona tibi sunt valde. *Tu autem insidiaris animæ meæ, vt auferas eam*, ideſt, quanquam ego non peccauerim tibi, sed potius misertus fuerim tui, tu peccas in me insidiando mihi ad mortem.

Cogitatio quādo sit peccatū.

Pater est nomē dulcedinis.

Dauid non induxit alia bona, quę fecerat Saul, vt cessaret ab eius perfectione, nisi hanc misericordiam. Quæst. XXI.

QVAERET aliquis, cum Dauid intenderet hic suadere Sauli, vt cessaret à persecutione sua, & ad hoc induxit istud bonum, quod ei fecerat:

cur

Universidad de Deusto
Biblioteca

cur non induxit alia bona, quæ alias fecerat pro eo, F
scilicet, quòd pugnauerat contra Philisthæum aufe
rendo obbrobrium totius Israel. Etiam postea sæ-
pe pugnauit contra hostes Israelitarum, & percussit
eos: ista enim satis efficacia essent: vt molliretur cor
Saulis, & cessaret à persecutione. Quòd patet, quia
cum semel Saul iussisset occidi Dauid Ionathas ex-
posuit ista Sauli, dicens: non pecces in seruum tuū,
quia non peccauit, & opera eius bona sunt tibi val-
de: & posuit animam suam in manu sua, & percussit
Philisthæum, &c. & tunc Saul placatus est voce Io-
nathæ, & iurauit: viuit Dominus, quia non occide-
tur, supra cap. 19. debuisset ergo ista verba propone
re Dauid: præsertim cum ipse sciret, q̄ per ea quon-
dam placatus fuerat ei Saul. Dicendum, quòd Da- G
uid noluit ista proponere, quia ista erant ad magnā
laudem eius: laus autem in proprio ore turpis est, cū
scriptura dicat: laudet te alienus, & non os tuum: iō
virtuosius fuit: quòd subticeret ab eo, per quod lau-
dabat se: licet ex illo haberet quandam efficaciam
suadendi, quàm, quòd seipsum laudaret. Sed tunc
dicet: cur ergo dixit de chlamyde abscissa, & quòd
misertus fuerat Saulis? nam ista erant ad maiorē lau-
dem, cum signarent maiorem bonitatem. Respon-
dendum, quòd Dauid proposuit ista verba de chla-
myde abscisa, non vt per hoc acquireret sibi aliquā
laudem, sed vt per hoc purgaret se ab infamia, &
ostenderet innocentiam suam. Verba autem de bel
lis suis, & bonis prioribus ostendebant eum virum H
probum, sed non liberabant ab infamia, nec osten-
debant innocentem. Aliter dici potest, q̄ Dauid ni-
hil reliquit intactum de eo, quod poterat efficax esse
ad suadendum. Proposuit igitur de abscisione chla-
mydis, quia erat satis efficax: de bellis tamen suis
prioribus nihil proposuit, eoq̄ omnibus Israelitis
ista erant notissima: & superfluum videbatur illa re-
ferri. Quod autem fuit de abscisione chlamydis
erat incognitum, nisi illud explanasset Dauid: iō pro
posuit illud Sauli. Aliter etiam dici pōt, q̄ Dauid nō
existimauit efficax esse persuasioni, q̄ proponeret
gesta sua priora: ideo non proposuit. Et quando
dicitur, q̄ Ionathas proposuit hæc, & placatus est
Saul per illa, dicendum est, q̄ illa verba fuerunt ef- I
ficacia, quando Saul non erat nimis inflammatus
in iram contra Dauid, quia quocunque verbo po-
terat tunc placari. postquā tamen eius malicia con-
summata fuit, non erant talia efficacia: istud autem
quod proposuit de chlamyde erat maximè efficax:
nam nihil maius esse potest, quàm q̄ quis teneat ho
stem in manibus suis, & ei honorem, & vitam do-
net. Dauid igitur credidit, q̄ sic Saul suaderetur, &
sic factum est, quia pro tunc cessauit eum persequi,
& recessit in domum suam. *Iudicet Dominus inter me, & te*: id est, ego nolo vlcisci propria manu, nec vo-
lo, q̄ per aliquem puniaris ex parte mea, sed q̄ Deus
solus sit iudex inter me, & te: hoc autem dicebat Da
uid putans, quòd nullus posset esse iudex Saulis, nisi
Deus, quia Deus vnxerat eum in regem, & ex hoc
fecerat eum maiorem cęteris, exemeratque in re- K
gem, & ex hoc fecerat eum maiorem omnium: iō
putabat, q̄ nulli homini licebat mittere manum in
eum ex aliqua causa: sic patet infra 26. cap. cum di-
xit Dauid: quis enim extendet manum suā in Chri-
stum Domini, & innocens erit? quasi dicat, nullus
poterit hoc facere: si tamen aliquis esset iudex suus,
posset mandato illius occidi: & qui occideret eum
innocēs esset. *Et vlciscatur me Dominus ex te*. i. Deus qui
iudex est ipse solus det vindictā. Et vocat vindicta
sua Dei contra Saulem. *Manus autem mea non sit in te*.
i. ego rogo Deū, q̄ ipse iudicet inter me, & te osten-

dendo veritatē, & det tibi pęnā, q̄ mereris pro iniu-
sta persecutione: ego tū nunquam tangam te, cùm
sit nefas, q̄ aliquis mittat manū in Christū Domini.

An Dauid peccauit desiderando vindictam contra Saulem. Quæstio XXII.

QVAERET aliquis an Dauid peccauit hic
desiderando vindictam. Aliquis dicet quòd
sic, quia Deus prohibuit homini vindictā
manu sua, sed sibi soli eā attribuit, scilicet, quòd ip-
se tanquam iudex omnium satisfaceret cuilibet p
iniurijs suis, & nullus manu sua se vlciscetur. sic
patet Deutero. cap. 32. mea est vltio: & ego retribuā
eis in tempore. Item tenetur quilibet diligere ho-
stes suos, & benefacere eis Matthæ. cap. 5. ergo non
potest vindictā petere, quia qui vindictam petit ho-
stis est. Item Apostolus dicit ad Roma. cap. 12. non
vosmetipsos defendentes, sed dantes locum iræ. Et
ibi iubet quòd inimicis debemus dare cibum & po
tum: ergo a fortiori debemus remittere eis iniurias,
non petendo vindictam. Respondendum est quòd
appetitus vindictæ & ira simpliciter sunt iniusta, ita
vt non liceat nobis contra aliquem hominem ran-
corem concipere, & petere vindictā, immo vt pro-
bat Boet. 4. de consol. prosa. 4. pęnitus irrationabile
est, quòd quis habeat aliquos homines exosos: hoc
tamen cōcessum fuit aliquando Israelitis, quia erāt
viri imperfecti, s. quòd haberent inimicitias contra
quasdam gentes, & non cōicarent eis, & efficeren-
tur per hoc idolatræ. Sic dictum fuit eis de Chana-
nęis, q̄ nullum omnino corū viuere permitterent,
& si permitterent peccabant, & Deus eis ex hoc prę
nunciabat mala futura: Nume. 33. cap. & Iosue. 23.
Et quia postea Israelitæ non habuerunt inimicitias
contra gentes istas, Deus iratus fuit illis valde, vt pa-
tet Iudi. cap. 2. Sic etiam dixit Deus de Moabitis, &
Ammonitis, q̄ haberent illos Iudæi exosos, Deute.
capitu. 23. scilicet, non facies cum eis pacem, nec
quæres eis bona cunctis diebus vitæ tuæ in sempi-
ternum. Hic tamē non erat sic de Dauid, quia Saul
non erat de Chananæis, vel Moabitis, vel Ammo-
nitis: iō redibat in regulā cōem datā Hebræis. Mea
est vltio, & ego retribuam in tpe, Deut. cap. 32. Ergo
Dauid non poterat exigere vltionē à Saule, nec eā
desiderare: & si desiderasset, peccaret mortaliter. Cū
tamen dr, q̄ desiderauit vindictā de Saule, negandū
est: quia tū in litera dicitur, q̄ ipse dixerit: vlciscatur
me Dns ex te: oportet inquiri qūo per hoc non im-
portetur appetitus vindictæ. Nicolaus dicit, q̄ Da- Opinio Nicolai
uid nolebat vindictam desiderio vindictæ, sed zelo
iustitiæ: & hoc modo desiderare mala aliquibus nō
est peccatum, si illi nequissimi sunt conturbantes vi
tam omnium bonorum, & desideramus illos peri-
re, vt non conturbentur boni: q̄ iustum est: litera ista
tū non multum consonat, quia hic Dauid duo petę
re videtur. s. iustitiam, & vindictam, cum ait. s. iudi-
cet Dns inter me & te, & vlciscatur me ex te. Aliter
dici potest, q̄ Dauid vere desiderauerit vindictam,
eoq̄ Saul affligebat eum nimis, tū desiderauit cum
non plena deliberatione, sed passionaliter: postea au
tem non desiderauit vltionem istam, sed magis do-
luit, cū audiuit Saulē mortuū, & planxit nimis: occi
ditque illum, qui asseruerat se occidisse Saulem, vt
patet infra 2. lib. cap. 1. Etiam q̄n occisus est Isboseth
filius Saulis doluit Dauid nimis, & fecit occidere eos,
qui occiderant illum, vt patet infra 2. lib. cap. 4. si tū
deliberatè desiderasset vindictam per aliquem alte-
rum dari, siue per Deum, gauderet quando audiret
mortem Saulis, & retribuisset bona occisori. Ali-
ter

ter dici potest, quòd Dauid non desiderauit vin- A
dictam, quanquam verba sua videantur hoc signifi-
care: sed accipitur ibi vindicta solum pro iustitia,
quam volebat fieri inter se, & Saulem, & apparet
per verba, quæ infra replicantur: nam dicitur po-
stea. Sit Dominus iudex inter me, & te, & videat, &
dijudicet causam meam: & eruat me de manu tua:
ibi autem non ponitur aliqua vltio: ista tamen ver-
ba videntur significare id, quod illa. Aliter dici po-
test, quòd Dauid nullo modo desiderabat vindictā,
quia si desiderasset, ipse potuisset eam manu sua ca-
pere, sed noluit, cum haberet opportunitatem ad
hoc: ergo videtur, quòd non deliberauerit contra
ipsum de vindicta accipiēda. Istę solutiones aliqua- B
liter stant, sed magis videtur dicendum, quòd Da-
uid desideraverit vindictam aliqualiter, licet non
toto corde: quia litera hoc exprimit, dicens: vlci-
scatur me Dominus ex te. Et dato, quòd aliquis vel-
let dicere, quòd hic non petitur vindicta, sed solum
petit vltionem, id est, liberationem de manu sua, si-
cut apparet ex verbis, quæ postea replicuit Dauid
dicens: Dominus videat, & dijudicet causam meā,
& eruat me de manu tua: adhuc non stat, quia aliud
importatur hic, quàm ibi, cum hic dicatur: vlciscā
me Dominus ex te: manus autem mea non sit in te,
in quo signatur, quòd volebat vltionem, sed non
manu sua. Etiam quia dicitur: sed sicut dicitur in
prouerbio: Ab impijs egredietur impietas: manus C
autem mea non sit in te, id est. Dominus det mihi
vindictam de te, sed non per manum meam: nam
per manus impiorum egredietur impietas, scilicet,
impij occident te, & ego non. In quo manifestè
apparet, quòd Dauid desiderabat mortem Saulis in
vindictam, sed nolebat eam per manum suam effi-
cere. Si autem dicatur, quòd in hoc peccauit Da- D
uid, quia non licebat ei appetere vindictam: dici
posset, quòd hoc dixit ex passione, & non determi-
nato desiderio, cū Saul eum tam iniustè affligeret:
nā si ipse haberet voluntatē vindictæ determinatæ,
ipse assumpsisset eam manu sua, vel suorum, sed nō
egit, immo prohibuit suis hoc agere. Vel potest di-
ci, quòd Dauid non desiderabat vindictam, dixit
tamen istud conquerendo de Saule, vt sic fortè Saul
aliqualiter flecteretur visa querimonia eius, & iusti-
tia a Deo petita. Si tamen adhuc dicamus, quòd
Dauid desiderauerit vindictam deliberatè, non erit
nimis inconueniens, quia alia maiora crimina fecit
Dauid: quia tamen scriptura dicit eum non peccas-
se, nisi in morte Vriæ, & adulterio Bersabeę, infra
3. lib. cap. 15. & quibusdam, quæ expressa sunt: si-
cut in numeratione populi, infra 2 lib. cap. vltimo,
magis videtur, quòd mortaliter non peccauerit: &
consequenter dicetur, quòd locutus est ista passio- E
naliter: nam aliàs gauisus fuisset, quando data est
vindicta, occiso Saule à Philisthinis: sed planxit ni-
mis, infra 2 lib. cap. 1. ergo non desiderauit delibe-
ratè vindictam. *Sicut in prouerbio antiquo dicitur*. id est,
non sit manus mea in te ad procurandam vindictā,
sed fiat sicut dicitur in prouerbio antiquo, scilicet,
q̄ aliquis impius hoc faciat.

Quod est prouerbium antiquum, secundum quod Dauid desi-derabat fieri Sauli. Quæst. XXIII.

QVAERET aliquis, de isto prouerbio antiquo
quid sit. Respondet Rab. Sal. quòd est pro-
uerbium istud lex dei: & vocatur prouerbium anti-
quum, quia lex Dei antiqua est. Dicit autem, q̄ ha-
betur istud Exo. c. 21. Vbi dicitur: Dominus tradi-
dit eum in manibus eius, id est, quòd Deus tradit ali-

quem in manus alterius, vt occidatur: & per hoc
puniatur pro peccatis: ita enim fieret de Saule, q̄
Dominus traderet eum in manus alicuius, vt occi-
deretur. Sed istud non stat. Primo, quia prouerbiū
non dicitur conuenienter de sacra scriptura, sicut
infra declarabitur. Secundo, quia dato, quòd ipsa
vocaretur prouerbium non applicatur conuenien-
ter, quòd istud prouerbium habeatur Exo. cap. 21.
quia ibi agitur de occidentibus à casu, qui culpam
non habent: ideo datur eis ibi locus refugij. Dauid
autem non intendebat, q̄ aliquis occideret Saulem
à casu, sed voluntariè, maximè quia litera dicit, q̄
isti, qui occiderēt eum essent impij, & q̄ occisio ista
esset impia, scilicet, ab impijs egredietur impietas. i. o
occisio iniusta ab homine iniusto inferretur: si tamē
aliquis à casu eum occideret, non esset iniustus, nec
occisio esset impia. Ergo non intelligitur hic de oc-
cisione inuoluntaria, quæ habetur Exo. c 21. & cōse
quēter nō est illud prouerbiū antiquū. Sed dicēdū, q̄
prouerbiū antiquū, de quo hic dr, nō est aliquid, qđ sit
in scriptura, sed erat quoddam verbū cōe inter lo-
quentes, & istud est. Ab impijs egredietur impietas:
multoties enim scriptura vtitur prouerbijs vulga-
rium. Sic patet Num. cap 21. cum dicitur de destru
ctione Esebon: & dicetur, & construatur ciuitas Se-
hon, &c. Sic etiam habetur infra 2. lib. c. 20. de mu-
liere, quæ erat in vrbe Abela. s. Sermo, inquit, dice-
batur in veteri prouerbio: Qui interrogant interro
gent in Abela. Et ista erant prouerbia, quia erant
communia: Dauid autem vsus est hic isto prouer-
bio, quia agebat ad propositum suum de occisio-
ne Saulis.

An sit conueniens sacram scripturam allegare prouerbia vulgarium. Quæst. XXIIII.

QVAERET aliquis, an cōuenienter sacra scri
ptura alleget prouerbia, & auctoritates vul-
garium. Aliquis dicet, q̄ non: nam quando aliquid
inducitur testimonium alterius, illud firmius est, q̄
id, ad cuius testimoninm inducitur, quia non debet
probari nota ex ignotis: sed sacra scriptura est fir-
missima veritas, nec potest aliquid induci, quod fir-
mius sit: ergo non debet aliquod prouerbium indu-
ci in scriptura. Pater hoc, quia sacra scriptura est ita
firma, q̄ potius assentire debemus dictis suis, quàm
eis, quæ oculis viderimus. Sic patet secunda Petri. c.
1. nulla tamen vulgaris parabola, immo nulla scien
tia est tantę firmitudinis: cum potius credamus re-
bus, quàm verbis: quia ab eo q̄ res est, vel non est,
oratio vera, vel falsa dicitur esse, vt patet. 2. Periher-
me. Ergo nulla scientia, vel vulgare prouerbium est
tantę firmitudinis, vt sacra scriptura. Rūdēdū est, q̄ In sacra scriptura posse aliquod extraneū allegari tripliciter intelligitur.
ī sacra scriptura possunt allegari, puerbia, vel auc-
toritates aliquorum extraneorum tripliciter. s. ad cō-
futandum eas, vel ad referendum, vel ad proban-
dum aliquid per eas. Primo modo conuenienS est
allegari parabolas, & auctoritates extraneorum: qa
cum sacra scriptura sit firmissima veritas, & emine-
tissima, ipsa debet corrigere falsitates, quę habentur
in alijs doctrinis: potissime in moralibus, de quibus
est cura sacræ scripturę. Et quia interdum induc-
tur aliqua, quę sunt communia in moribus, per q̄
homines attrahuntur ad faciendum malum, vel di
strahūtur à bono, debuit scriptura prouidere in his
corrigendo falsitates vulgariter dictas: potissimè,
qñ istę sunt circa finem humani status. Sic enim fuit
opinio quorundam, q̄ non erat Deus: & quia iste
erat maximus error, per quē traheretur hō ad om-
ne malum, & distraheretur a bono, scriptura redar-

Universidad de Deusto
Biblioteca

guit hos tanquam insipientes, dicens: dixit insipiens in corde suo, non est Deus: Psal. 13. & 52. Sic etiam fuit error, quòd anima humana non erat aliquis spiritus, qui post mortem maneret ad felicitatem, vel pœnam: sed erat tanq̃ mollis aer, qui diffundebatur. Quo præsuppositio, isti volebant se dare omni delectationi, & viuere per iniustitiam: ideo scriptura sacra ponit errorem istorum, & latè improbat Sap. c. 2. sic etiam fuit error aliorum, quòd non erat resurrectio, ideo quòd deberent homines vacare cibo, & potui. Istum errorem recitat scriptura, & improbat Isa. ca. 22. s. Ecce gaudium, & lætitia occidere vitulos, & iugulare arietes; comedere carnes, & bibere vinum; comedamus, & bibamus, cras enim moriemur: & reuelata est ī auribus meis vox Domini exercituum: si dimittetur iniquitas hęc vobis donec moriamini? q d. non dimittetur. Apostolus quoq; magis increpat istam insaniam. 1. ad Cor. ca. 15. s. Si secũ dum hominem ad bestias pugnaui Epheſi, quid mihi prodest si mortui non resurgunt? manducemus & bibamus, cras enim moriemur: nolite seduci: corrumpunt enim bonos mores colloquia mala: multa enim huiusmodi inducit sacra scriptura de his, quæ in doctrinis vulgaribus peruersè circa mores dicta sunt, vt ea improbet: sic erat quod dicebāt Israelite, scilicet, quòd filij, & nepotes occidebantur à Deo pro patribus: & hoc habebant in prouerbium. Deus autem istud excludit Ezech. 18. cap. & Iere. ca. 32. s. quid est, quòd inter vos parabolam vertitis in prouerbiũ istud, dicentes: Patres comederunt vuã acerbam, & dentes filiorum obstupescunt: viuo ego dicit Dominus, si erit vobis vltra parabola hęc in ꝓuerbium in Israel: ecce omnes animæ meæ sunt, vt anima patris, ita & anima filij mea est, anima, quæ peccauerit, ipsa morietur & c. Secundo modo scriptura inducit prouerbia, vel auctoritates extraneorũ solũ referẽdo illas ab alijs esse dictas: nã inscriptura sacra multa ponuntur historicè, & introducunt personę loquentes: & quia interdum locutæ fuerũt parabolas, introducuntur parabolę: sic patet hic: nã Dauid loquebatur ad Saulem: & ad confirmationẽ dicti sui, induxit istud prouerbium. s. Ab impijs egredietur impietas. Scriptura autem illud ponit nõ ad confirmationem suam, sed referendo, quòd Dauid illud dixerit: sic etiam habetur infra 2. li. c. 20. de muliere illa, quæ erat in Abela, & dixit: qui interrogãt, interrogent in Abela: & dixit ꝙ iste sermo habebatur in prouerbio antiquo, vbi scriptura nihil ꝓbat, vel improbat, sed refert id, quod ab illa muliere dictum est. Tertio modo inducuntur prouerbia, vel auctoritates exterorum ad probationem sacræ scripturę: non quidem quòd illa firmiora sint, quã sacra scriptura, cum ista habeat firmitatẽ super omnem sermonem humanum, sed quia illa prouerbia respectu quorundam notiora sunt, & firmiora: sic
Cap. 2. enim accidit in disciplinis: nam semper probatio debet fieri ex aliquo magis noto, vt patet. 1. Posteri. ac cidit tamen, quòd quibusdam magis nota videãtur ea, quæ sunt minus nota: & sic arguunt via conuersa: sicut interdũ ab effectibus ad causas arguimus, & à posterioribus ad priora: tamen secundum naturã causæ, & priora maiorem habent euidentiam, quã effectus, & posteriora. sic igitur quanquam simpliciter loquendo nihil possit esse firmius sacra scriptura: quidam tamen sunt, à quibus reputantur nimis infirma, sicut ab infidelibus, & ab eis, qui nõdũ sunt prouecti in fide: De his enim dicit Isaias: Quis credit auditui nostro. & brachium Domini cui reuelatum est. 53. c. & Apostolus ad Rom. c. 10. dicit, quòd non omnes obediunt euangelio: respectu ergo istorum oportet duci alias probationes, nec est iniustum: nã Deus iubebat, quòd ad hoc, quòd ꝓrederetur alicui prophetæ, quòd erat verus propheta, induceret signum Deuter. cap. 13. & 18. Christus quoque dedit potestatem Discipulis faciendi miracula ad confirmationem fidei Mar. c. vlti. sicut ergo per hæc habebant confirmationem legis euangelicę, quanquam miracula non erant firmiora ipsa lege euangelica: ita ergo interdum ex auctoritatibus exteriorum ꝓbari poterat fides catholica. Pro quo considerandi, quòd catholici potissimè illi, qui sunt in prælatura, obligantur ad duo. Primo ad reddendum rationem de omnibus, quæ credimus, & speramus, non quidẽ probando illa demonstratiuè, & à priori, sicut in disciplinis; sed ostendendo, quòd non implicant contradictionem: nec eis datis, sequitur aliquod inconueniens, vel inhonestas in moribus. Secundo tenentur improbare omnem hęresim, vel positionẽ, quæ sit contra fidem catholicam. De primo patet. 1. Petri. cap. 3. s. Parati estote semper ad satisfactionẽ omni poscenti vos rationem reddere de ea, quæ in vobis est, spe, & fide. De secundo patet 2. ad Cor. ca. 10. s. arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munitionum: consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, & in promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam, idest, debent habere prælati rationes ad vlciscendum omnem inobedientiam, idest, omnem positionem, quæ non obedit fidei catholicæ. De primo considerandum, quòd non obligatur aliquis probare ea, quæ in fide catholica habemus ex eis, quæ asserunt hęretici: quia non sunt apud ipsos sufficientia documenta pro omnibus, quæ nos credimus: si tamen interdum reperiatur aliquid in documentis gentilium, per quod fides catholica roboretur, quanquam illa non esset probatio simpliciter, tamen contra illos esset efficacissima, & tunc licitum est, immo nimis laudabile, quòd aliquis vteretur in omnibus, vel in multis positione philosophorum, & infidelium: sic fecit Apostolus Actuũ. cap. 17. cum probare vellet contra Athenienses, ꝙ Deus est prope omnibus, & à nullo distans, ait: In ipso enim viuimus, mouemur, & sumus: sicut quidam vestrum poetarum dixerunt: genus Dei sumus. Hoc tamen difficilè est. Sic dixit Augu: & habetur in prologo Lactantij de falsa religione. Vtinam potuissem tam faciliter nostra probare, quàm aliena destruere. Ipse autem destruebat aliena auctoritatibus ipsorum infidelium. Secundum erat, quòd prælati catholici debent improbare omnem hæresim insurgentem contra fidem, & in hoc facilius est vti testimonijs ipsorum infidelium ad improbandum positiones suas, quàm ad probandum, quã nos credimus: & tunc etiam licitum est, quòd sacra scriptura, & doctores eius vtantur prouerbijs, vel auctoritatibus exterorum ad probandum contra ipsos. Aliquando autem scriptura accipit prouerbia in probationem suam respectu eorum, qui non sunt subiecti ei, vt per ea, quæ adducta sunt ab extra, credant scripturam sacram vera enunciare. Sicut fecit Moyses Num. cap. 21. cum vellet probare, quòd terra regis Sehon, quam acceperunt Israelitæ, fuisset quondam regis Moab, induxit versus prouerbiales, qui vertebantur inter ipsos Amorrhæos, & Moabitas, s. vnde in prouerbio dicitur: venite in Esebon, ædificetur, & constructur ciuitas Sehon: ignis egressus est de Esebon, &c. Interdũ aũt scriptura inducit ꝓuerbia vulgaria cõtra catholicos ad ꝓbandũ magnitudinem misericordię Dei. Sic patet Hiere. cap. 3. scilicet. vulgo dicitur, si dimiserit vxorem suam, & recedens ab ea duxerit alteram, nunquid reuertetur ad eam vltra? tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, & ego suscipiam te. De parabolis autem, quibus Christus vtebatur, non attinet ad præsens: quia illę non erãt prouerbialia dicta, nec auctoritates exterorum ad confirmandum, quod dicebat, sed erant quædam inuolucra sententiarum: ita vt non possent omnes audientes intelligere, quod dicebatur. Patet Mat. c. 13. sine his autem parabolis raro Christus loquebatur: vnde discipuli instante tempore passionis eius, cum viderunt, ꝙ loquebatur manifestè, mirati sunt, quòd non diceret parabolas, vnde dixerunt: ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis. Ioa. cap. 16. Cum tamen loquebatur turbis, semper loquebatur in parabolis. Mat. cap. 13. scilicet. Hæc locutus est Iesus in parabolis ad turbas, & sine parabolis non loquebatur eis. De his ergo non attinet ad præsens, cum agatur an sacra scriptura debeat vti prouerbijs. Quod satis apparet ex dictis. *Ab impijs egredietur impietas.* idest, iniqua occisio fiet per homines iniquos, quasi dicat. ego non occidam te manu mea, nec aliquis iussu meo, sed aliqui iniqui occident te, & peccabunt in occidendo. Deus tamen dabit mihi illo modo vindictam. Hoc dicebat Dauid, quia putabat, quòd cũ esset Saul iniquus, Deus traderet eum in manus aliquorum virorum iniquorum de seruis suis, qui eum occiderent, sicut fuit postea occisus Isboseth filius eius à duobus viris de regno suo, vt patet infra 2. lib. cap. 4. Deus tamen dilposuerat de Saule, scilicet, quòd occideretur à Philisthinis. Et sic factum est, infra c. vltimo. *Manus ergo mea non sit in te.* Et propter hoc manus mea nõ erit in te ad te occidendũ, quasi dicat. ego desidero vindicam de te, & Deus dabit eam mihi per manum aliquorum impiorum sine crimine meo. superfluum ergo esset, quòd ego mitterem manus meas in te, quod non esset sine crimine. *Quem persequeris rex Israel? quem persequeris?* Ista est quædam increpatio irrisoria, quasi dicat. rex Israel, qui est rex valde magnus inter alios reges, non deberet egredi ad persequendum, nisi multitudinem hostium fortissimorum, nũc autem persequitur vnum hominem inermem & inauxiliatum, quasi dicat, verecundum hoc est, & irridendum. *Canem mortuum persequeris, & pulicem vnũ.* quasi dicat, tu persequeris vnum canem mortuum: quia ita ego sum, sicut vnus canis mortuus, & sicut vnus pulex. Canis etiam si sit viuens magis latratu, quàm ferocitate terret, cùm autem mortuus fuerit, latratu, & ferocitate caret: quòd ergo aliquis persequeretur canem mortuum, ridiculum est, quia ille nulli nocere potest, nec latratu inquietare. Ita etiam erat Dauid ad Saulem: ipse enim non erat ferox inuadendo Saulem, vel turbando ipsum, quia impotens erat, & potius fugiebat. Vocibus quoque non inquietabat eum, quia nihil mali de Saule vnquã dixerat, ergo canis mortuus erat. Ridiculum quoq; est, quòd aliquis persequatur vnum pulicem, cum sit res minima: ita Dauid minimus erat in conspectu regis Israel, scilicet, pauper, & inauxiliatus: ridiculum ergo erat, quòd Saul persequeretur eum, sed infra cap. 26. dixit Dauid: egressus est rex Israel, vt quærat pulicem vnum, sicut persequitur perdix in montibus. In quo significauit paruitatem suam vocans se pulicem vnum, & celeritatem, atque desiderium Saulis in persequendo Dauid: cum dixit, quòd persequebatur ipsum sicut perdix in montibus, scilicet, ꝙ sicut illi, qui persequuntur perdices in mon-

tibus, ascendunt loca aspera, & abrupta: ita Saul super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus peruiæ sunt, persequebatur Dauid, vt patet supra. *Sit Dominus iudex, & iudicet inter me, & te.* idest, nolo alium iudicem inter me, & te, nisi Deum. Hoc dicebat, quia putabat, quòd nullus esset iudex Saulis, nisi Deus, eo quòd ipse erat exemptus à potestate omnium: cum Deus vnxisset eum in regem. Vel fortè dicebat propter reuerentiam regiam nolendo submittere regem alicui, vt iudicaret inter eum, & Dauid. Vel dicebat hoc, quia omnes iudices erant sibi suspecti: nam sciebant omnes Israelitæ, quòd Saul desideraret nimis occidere Dauid: si ergo aliquis constitueretur iudex de Israelitis inter Saulem, & Dauid, vt placeret Sauli, ferret sententiam contra Dauid: Erant ergo suspecti sibi omnes Israelitæ: nec videbat aliquem, quem in iudicem vocaret, ideo vocauit solum Deum. *Et videat, & dijudicet causam meam.* idest, videat quid ego mereor pati à te, & quid tu mihi infers: & dijudicet causam meam, idest, det sententiã in ista causa mea secundum merita causæ condemnando te. *Et eruat me de manu tua.* idest, propter merita causæ meæ eruat me, ne possis vnquam tenere me, & facere, quod vis. *Cum autem compleſſet.* Hic ponitur tertium huius partis, scilicet Saulis responsio ad ista verba Dauid: nam cum incepit loqui Dauid, conuertit se Saul retrorsum, & audiuit omnia verba Dauid quousque compleret: nec interrupit sermonem suum, sed permisit eum dicere quicquid vellet. *Loqui sermones huiuscemodi ad Saul.* idest, omnes sermones suprapositos, quasi dicat, nihil respondit Saul quousque Dauid dixit omnia hæc. *Dixit Saul: nunquid vox tua est hæc fili mi Dauid?* non dixit hoc Saul tanquam dubitaret an loquens esset Dauid, sed dixit admirando: viderat enim oram chlamydis suæ in manu Dauid: ex quo cognoscebatur, quòd ipse fuit in manu Dauid: in quo stupebat de tam graui periculo, in quo fuit: & de clementia Dauid, quomodo non occidit eum: ideo admirans dixit: nunquid hæc est vox tua? quasi dicat, miror cum hæc sit vox tua, quòd mihi vitam reliqueris. Vocauit autem Saul Dauid filium, quanquam esset hostis, sicut ipse dixit: quis enim cum inuenerit inimicum suũ, dimittet eum in via bona? Vocauit tamen eum filium, eo quòd se habuerat ad illum tanquam filius ad patrem: nam si considerasset, quòd erat hostis acerrimus eius, debuisset eum occidere cum posset: sic etiam Dauid ad indicandum istam misericordiã vocauit Saulem patrem, vt patet supra, scilicet: qn potius pater mi vide, & cognosce oram chlamydis tuæ in manu mea. *Et leuauit Saul vocem suam, & fleuit.* Hoc fecit Saul, quia confractus fuit animo videns, quòd tam iniuste persecutus fuerit Dauid, & Dauid tam clemens fuerit in eum: erat autem signum doloris magni, quòd vir fleret: maximè cum esset vir tanti honoris, scilicet, quia erat rex: agebat ergo ex amaritudine cordis. *Dixitque ad Dauid: iustior tu es, quàm ego.* idest, tu es iustus, & ego sum iniustus. Est autem iste modus loquendi improprius: quia siue exponatur cõparatiuus affirmatiuè, siue negatiuè, semper est falsa propositio: quod patet, vt si dicamus: tu es iustus, & ego sum iustus: sed tu es iustior, tunc vna exponens est falsa, scilicet, ego sum iustus, quia erat Saul iniustus, & volebat se confiteri hic iniustum. Si autem exponatur negatiuè, dicetur sic. tu non es iustus, & ego non sum iustus, sed iniustior ego sum te, & tunc falsa est vna exponens, scilicet, tu non es iustus, quia Dauid iustus erat, & Saul hoc confitebatur: sed debet exponi, vt dictum est.

Respond. Saulis ad Dauid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Saul verè loquebatur ad Dauid: dolebat enim acriter, quòd iniustè eum persecutus fuisset.
Quæst. XXV.

QVAERET aliquis, an Saul ista verè diceret, vel per fraudem, vt deciperet Dauid, & caperet. Dicendum, quòd dicebat ista verè: dolebat enim acriter, quòd persecutus fuisset eum iniustè: quod apparet ex fletu: quia fœminis facilè est mendaces effundere lachrymas: viri autem non habent promptum plorare, nisi verè doluerint: Saul tamen mox lachrymatus est, vt audiuit Dauid. Etiam patet, quia Saul confessus est se fuisse iniustum contra Dauid, & fuisse clementem Dauid in eum. Etiam orauit, vt Dominus redderet ei vicissitudinem pro misericordia, quam operatus fuerat erga eum. Sed adhuc aliquis dicet, quòd istæ voces erant, & poterant dici falsa intentione. Sed non stat, quia immediatè Saul cessauit persequi Dauid descendens in domum suam, si tamen non verè doluisset de persecutione præterita, & haberet animum persequendi illum, nunc potuisset in montibus persequi, cum nō multum distaret ab eo: cessauit tamen, ergo verè doluit de persecutione præterita, & habuit animum nunquam postea persequendi Dauid. Sed dicetur contra hoc: quia post hæc Saul persecutus est Dauid in deserto Ziph, vt patet infra cap. 26. Respondendum, quòd Saul habuit nunc veram intentionē nunquam persequendi Dauid: postea tamen immutatum est cor eius: erat enim Saul sicut incontinēs, qui rationi obedit quando passio non est præsens, & proponit nunquam agere incontinenter: quia tamē duram sustinet passionem, illa adueniente, egreditur ab opinione, & agit quod passio suggerit: Saul autem conceperat odium ferocissimum in Dauid: aliquando tamen suadentibus aliquibus per rationes manifestas retrahebatur, & proponebat nunquam nocere Dauid, sicut factum est, supra cap. 19. orante Ionatha pro Dauid. Rursus tamen redibat odiū, & incipiebat Saul persequi Dauid sicut prius. Ita ergo hic, quia ratio fuit euidentissima, per quam patebat Saulem egisse impiè, & Dauid fuisse clemētem, doluit Saul de commisso. Rursus tamen renouatus est dolor, & odium, quod conceperat in Dauid, & persecutus est eum in deserto Ziph: sic iam sæpe egerat, & iterum agere proposuit, infra capit. 26. Dicens: reuertere fili mi Dauid: nequaquā enim vltra malefaciam tibi: & tamen adhuc post illud Saul intendebat persequi Dauid, quousque audiuit eum fugisse in terram Philisthinorum: & tunc desperauit eum persequi, vt patet infra capit. 27. & tamen tam hic, quàm infra capit. 26. vere dolebat Saul de malis commissis in Dauid. *Tu enim tribuisti mihi bonum.* Hoc refertur ad illa, quæ fecerat Dauid antequam inciperet persequi eum Saul, scilicet, q̄ exposuerat se ad mortem pro eo contra Goliath, & sæpe pugnauerat contra Philisthinos pro Saule: erant autem ista ad bonum, & ad honorem Saulis: sic dixit Ionathas ad Saulem de Dauid: opera eius bona tibi, sunt valde, & posuit animā suā in manu sua, & percussit Philisthæum, & fecit Dominus salutem magnam vniuerso Israeli: vidisti, & letatus es, supra capi. 19. posset autem referri ad istam clementiam, quam habuit Dauid de Saule non occidendo eum, cùm potuisset: in hoc enim maximum bonum ei egerat: melius tamē refertur ad bona priora, eo q̄ dicitur hic: tu fecisti mihi bonum, & ego retribui tibi mala. Constat tamen, q̄ postquam Dauid fecit istam clementiā Sauli, nullum malum ei retribuit, quia illa facta fuerat immediatè ante ista verba: ergo non refertur ad illam clementiam, sed ad alia bona, quæ fecerat Dauid pro Saule, quia post illa Saul intulerat multa mala Dauid persequendo eū sępius. *Ego aūt reddidi tibi mala*: s. conando eum occidere: bis enim conatus est Saul lancea percutere Dauid supr. c. 18. & 19. iussit etiam eum occidi à seruis suis, & postea iussit eum teneri, supr. cap. 19. Deinde cępit eum persequi effugando eum de terra sua, vt patet sup. c. 21. vsque huc. *Et tu indicasti hodie quæ feceris mihi bona.* i. ex hoc, quod fecisti hodie apparet, q̄ opera tua bona erāt erga me. & nō loquit hic Saul de clementia, quā habuit in eum Dauid: quia de ista per se patebat, q̄ erat bona, nec erat inducendum argumentum ad illa: sed loquit de alijs operibus præcedentibus Dauid erga Saulē, quia de illis putabat Saul, q̄ fuissent aliqua mala, & q̄ insidiaretur ei ad interficiendum illum, vt regnaret post eum: nunc autem apparet, q̄ ista falsa erant, quia si Dauid desiderasset occidere Saulem, cum nunc haberet in manibus, præsertim cum tanta ab eo passus esset, occidisset illum: sed misertus est ei: ergo nunquam habuerat voluntatem occidendi Saulem. *Quomodo tradiderit me Dominus in manum tuam, & non occideris me.* i. ex hoc, q̄ non occidisti me, cum Dominus tradidisset me in manus tuas, apparet, q̄ semper operatus fueris bona erga me, & dilexeris me. Dicit autem Saul, q̄ Dominus tradidit eum in manus Dauid: quia ipse fuerat in potestate eius, quando præscidit summitatem chlamydis ipsius: & hoc non poterat esse, nisi Deus voluisset eum tradere huic periculo propter peccata sua, reliqua autem ascribi debēt Dauid, s. q̄ non occiderit eum: nam iam Deus sufficientem locum dederat ei ad occidēdum ipsum. *Quis enim, cum inuenerit inimicum suum, dimittet eum in via bona?* q. d. nullus est, qui inueniat inimicum suum s. in loco, vbi potest ei nocere, & dimittet eum in via bona. i. dimittat prosperari, sed inferet ei mortem. In quo Saul laudabat nimis Dauid, q̄ ipse vsus fuerit insolita clementia. s. q̄ nemo alius sic facere consueuerat. *Sed Dominus reddat tibi vicissitudinē hac.* ideſt, Dominus det tibi præmium pro hoc bono, quod operatus es in me. Vicissitudo significat duo, scilicet, mutationem, & commutationem. De primo patet Iac. capit. 1. scilicet. Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio, ideſt, nō est apud Deum vmbra, siue similitudo vicissitudinis, ideſt, mutationis, scilicet, quòd aliquid vna vice habeat, & non habeat alia, sed quod vna vice habet, semper habet. Secundò accipitur vicissitudo pro commutatione: vt si aliquis dat, & postea recipit: est enim ista vicissitudo, quia est mutatio vicis, scilicet, quia vna vice dat, & alia vice recipit. Sic accipitur hic: nam orauit Saul, quòd sicut Dauid dederat bonum ei, ita à Deo acciperet bonum. *Pro eo, quod hodie operatus es in me*: ideſt, pro clementia, quā habuisti hodie in me, quasi dicat. multa alia bona q̄ me fecisti, sed istud excedit omnia: ideo Deus retribuat tibi pro eo. Dixit autem, quòd Deus retribueret, quia Saul putabat se impotentem ad retribuendum pro hoc: & verum erat, quia Dauid seruauerat hic vitam Saulis, & dederat ei ex clementia, quam potuisset auferre lege hostili: nulla autem æqua ponderatio est pro vita in humanis bonis, cum ipsa sint propter hominum vitam. Quanquam igitur Saul daret Dauid totum regnum suum, non sufficienter retribueret: ideo orauit Saul, quòd Deus retribueret Dauid pro his. *Et nunc, quia scio, quòd certissimè regnaturus sis.* Hic incitat Saul Dauid, vt iuret ei de nō occidendo posteros suos pro malis, quę passus est ab eo, & dicit. quia scio, quòd regnaturus sis in Israel, & poteris deleret totum genus meum propter mala, quæ ego tibi intuli, rogo te, vt iures mihi, ne deleas semen meum post me.

Quomodo Saul sciebat Dauid regnaturum post eum.
Quæstio. XXVI.

QVAERET aliquis, quomodo sciebat Saul, quòd Dauid regnaturus esset. Aliquis forte dicet, quòd Saul nesciebat hoc, nec p̄sumebat esse verum, sed dicebat ad reddendum Dauid securum, vt facilius eum capere posset. Sed hoc non stat, quia Saul hoc sciebat, vel saltem præsumebat, sicut dixit Ionathas præcedenti cap. scilicet. ne timeas, nec enim inueniet te manus patris mei, & tu regnabis in Israel, & ego ero tibi secundus, sed & pater meus Saul scit hoc: ergo non fingebat Saul se scire ista, sed sic credebat. Tunc autem dicet aliquis, quòd Saul sciebat hæc, quia audierat, quòd vnctus esset in regem à Deo per Samuelem: ea tamen, quæ Samuel faciebat, erant certissima: ipse enim dixerat ei de regno, & vnxerat in regem, vt patet supra cap. 9. & 10. Sed hoc non stat, quia si sciuisset Saul, quòd Samuel vnxerat Dauid in regē, occidisset eum: vnde quando iuit ad vngendum eū in Bethlehem, dixit ad eum: audiet Saul, & interficiet me: & tunc iussit Deus, quòd Samuel ferret vitulum in manu, vt non cognosceretur ad quid ibat, supra cap. 16. si tamen non esset verisimilè, q̄ hoc cognito, Saul occideret Samuelem, Deus non dedisset ei signum illud ad occultandum intentionem suam: Saul tamen nihil mali egerat Samueli, quia adhuc ille viuebat cum mortuus fuerit, sequēti capit. ergo nondum cognouerat Saul, quòd Dauid esset vnctus in regem per Samuelem. Alij ergo dicunt, quòd cognouit nunc Saul per abscissionem orę chlamydis: nam quando Saul scidit pallium Samuelis, dixit ei Samuel: scidit Deus regnum Israel à te hodie, & tradidit illud proximo tuo, supra capit. 15. Dicunt autem Iudæi, quòd tunc Samuel dixit Sauli, quòd quicunque ei sic amputaret partē chlamydis, regnaturus esset, & quia nunc viderat Saul, quòd Dauid abscīderat sibi oram chlamydis, sciuit eum regnaturum. Sed istud ficticium est, & nullo modo stat, quia tunc cum ista abscissio chlamydis nouiter fuerit, nūc nouiter cognosceret Saul, quòd regnaturus esset Dauid. Ante hoc tamen cognoscebat, vt patet præcedenti capit. Cum dixit Ionathas: sed & Saul pater meus scit hoc. Ergo non cognouit per abscissionem chlamydis. Sed dicendum, quòd cognouit hoc Saul per mirabilia, quæ Deus faciebat per Dauid: nam antequam Saul persequeretur Dauid, Deus adiuuabat eum in omnibus actibus bellicis, & erat admirabilis super omnes Israelitas: ibi autem cognouit Saul, quòd Deus erat cum illo, & recesserat à se, supra capit. 18. Cum autem cępit Saul persequi eum, & conatus est percutere illum lancea, Deus bis illum eripuit. supra capit. 18. & 19. Postea quoq; in omnibus persecutionibus Deus eripuit Dauid de manu hostium suorum, & de manu Saulis, vt patet vsque hùc ex præcedentibus: nunc quoque tradiderat Saulem in manus eius: ergo manifestè Deus erat cum illo, ex quo arguebat Saul, q̄ vellet eum facere regem.

Quomodo Saul credidit Dauid esse regnaturum, cum regnum ad eius successores spectaret.
Quæst. XXVII.

QVAERET aliquis, quomodo Saul potuit credere, quòd Dauid regnaturus esset, cum regnū de iure pertineret ad successores suos. Aliquis respondebit, quòd Saul credidit Dauid confortandū esse nimis post mortē suam, & quòd occideret omnes de stirpe sua, & tunc ipse regnaret, non manente aliquo successore, & ob hoc Saul voluit, quòd iuraret ei Dauid, ne deleret semen suum post eum, vt patet hic. Sed hoc non stat: quia isti præsupponunt, quòd Dauid deleret omne semen regium, & tunc ipse regnaret tanquam non existente aliquo successore legitimo, sed est contra literam, & intētionē Saulis: quia dixit, q̄ Dauid regnaturus erat, & tūc orat, ne deleat semen suū: ergo prius putabat regnaturū, q̄ deleret semē suum. Dicendū ergo, quod Saul sciebat regnum Israel non prouenire ex successione, sed ex Dei electione: ipse enim assumptus fuit in regem à Deo, quanquam esset de minima familia inter omnes de tribu Beniamin, & de minima tribu Israel, sicut ipse confessus est supra capit. 9. sic ergo, si nunc Deus aliquem eligeret in regem, putabat, quòd ille regnaret, & non filij sui, & quia viderat, quòd Deus erat cum Dauid in omnibus suis, putauit, quòd vellet eum vngere in regem, & sic non regnaret aliquis de stirpe sua post eum. Aliter dici potest, quòd Saul viderat, quòd omnes Israelitæ diligebant nimis Dauid, & obediebant ei in omnibus, cum ipse ageret bella ipsorum, & egrederetur, & ingrederetur ante eos: honorabant quoque eum sicut regem: vnde mulieres, quando cantauerunt, dixerunt: percussit Saul mille, & Dauid decem millia: iratusque est valde Saul, & dixit: dederunt Dauid decem millia, & mihi dederunt mille: quid ei superest, nisi solum regnum? putauit ergo, quòd post mortem suam Israelitæ propter magnum fauorem, quem habebat inter illos, facerent ipsum regem: & sic posset delere semen suum. Sed præcedens modus conuenientior est. *Et habiturus in manu tua regnum Israel.* Ideſt, habebis in potestate tua totum regnum, quasi dicat. non solum vngeris in regem, sed etiam habebis in potestate tua totum regnum, & poteris occidere quos volueris. *Iura mihi in domino.* Ideſt, iura mihi in nomine Domini. *Ne deleas semen meum post me.* ideſt, postquam ego defecero, non occidas filios meos, & nepotes, & reliquum genus. *Nec auferas nomen meum de domo patris mei.* ideſt, non facias, quòd nomen meū non maneat in domo patris mei, ideſt, in genealogia patris mei. Quod enim auferatur nomen alicuius de domo patris sui, erat, q̄ non maneret aliquis de stirpe sua, in quo conseruaretur nomen eius. Cum autem manent filij, & nepotes, manet memoria patrum in eis, & non sunt ablata nomina. Si autem Dauid occideret omnes de semine Saulis, aboleretur nomen Saulis de genealogia sua. Et hoc erat inter Hebræos magnum infortunium: & ne hoc accideret, iubebat Deus, quod fratres minores aciperent vxores fratrum maiorū morientium sine liberis ad suscitandum semen eorum, Deuter. capit. 25.

Quare Saul voluit obligare Dauid per iuramentum, quòd non deleret semen suum. Quæst. XXVIII.

QVAERET aliquis, quare Saul volebat inducere Dauid ad iurandum hæc. Respondendum, quod Saul fecerat multa mala Dauid, propter quæ merebatur perire ipse cum toto genere suo: putauit ergo, q̄ cum Dauid regnaret, recordaretur malorum inflictorum sibi à Saule, deleretque eius progeniem. Voluit ergo nunc obligare Dauid per iuramentum, vt hoc nō faceret, & quia nūc sciebat eū esse virum bonū, credidit, q̄ si iuraret nō

Universidad de Deusto
Biblioteca

contrafaceret: ideo rogauit, vt iuraret hæc. Sed dicet aliquis, quomodo Saul potuit credere, quòd Dauid, quanquam regnaret post mortem suam, vellet occidere aliquos de genere suo? nam nullus de genere Saulis aduersabatur Dauid, sed solus Saul. Cum ergo nunc habuisset eum in manibus, & potuisset eum occidere, & noluit, quomodo verisimile erat, quòd eo mortuo vellet delere posteros suos, qui nihil ei nocuerant? Aliquis respondebit, quòd Saul non credidit, quòd Dauid vellet occidere posteros suos: ad maiorem tamen securitatem voluit, quòd iuraret Dauid, quia nihil nocet negocia cautius agere. Sed aliter dicendū est, quòd Saul timuit, quòd Dauid occideret omnes filios suos, & nepotes post mortem eius: & cum dicitur, quòd non erat verisimile, cum noluisset occidere ipsum Saulem. Dicendum, quòd Saul credidit, quòd fortè Dauid vsus est hac benignitate erga Saulem, ne postea à populo reprobaretur, & non acciperetur in regem, si occidisset regem præcedentem: & quia putabat se futurum regem, ne per hoc impediretur, noluit mittere manus suas in eum: de filijs autem suis secus erat, quia postquam regnum acciperet, quanquam occideret illos, non expelleretur à regno, ideo suspicatus est, quòd vindictam reseruaret vsque ad illos: voluit ergo, quòd iuraret. Sed tunc dicet aliquis, quomodo putauit Saul, quòd Dauid vellet delere semen eius? nam saltem Ionatham, & filios eius non deleret, quia Dauid, & Ionathas erant amicissimi, inierantque inter se fœdus pro se, & semine suo vsque in sempiternum, supra cap. 20. Saul quoque cognoscebat fuisse istud fœdus initum, vt patet supra cap. 22. scilicet. cum filius meus fœdus inierit cum filio Isai. Ergo saltem Ionatham, & semen suum non deleret. Respondendum est, quòd quanquam istud fœdus fuisset interpositum, tamen Saul putauit, quòd Dauid non seruaret illud ad Ionatham, quia desiderio regnandi occideret eum, & posteros suos, cum regnum de iure venturum esset ad Ionatham. Desiderium autem regnandi impellit hominem ad maxima facinora: sic Lucanus lib. 1. de bello plusquam ciuili. Hoc autem Saul dixerat Ionathæ, cum sciret, quòd ipse defenderet Dauid à morte, supra cap. 20. scilicet. Nunquid ignoro, quia diligis filium Isai in confusionem tuam? omnibus enim diebus, quibus vixerit filius Isai super terram, non stabilieris tu, nec regnum tuum. Putabat enim, quòd desiderio regnandi Dauid occideret Ionatham, & arriperet ei regnum. Et hoc erat, quod non stabiliretur regnum Ionathæ, scilicet, ꝙ non maneret ei firmum, quia Dauid illud acciperet: nec stabiliretur ipse Ionathas, idest; non maneret ei vita firma, quia Dauid vellet eum occidere, vt regnaret. Non credidit ergo fœdus Ionathæ valiturum, ideo voluit, quòd nunc ei iuraret, vt postquam regnaret, non deleret totam posteritatem suam.

Iuramentum istud ad quid se extendit.
Quæstio. XXIX.

QVAERET aliquis, ad quid se extendebat istud iuramentum, & quid proficiebat. Respondendum, quòd non se extendebat magis, quàm ius commune, scilicet, quòd non erat obligatus Dauid per istud iuramentum plusquam obligabat eum ius commune: nam quanquam nūc iurasset Dauid, quòd non deleret posteritatem Saulis, si tamen omnes de progenie illa peccarent, & secundum legem capite plectendi essent, non erat eis Dauid vitam indulturus propter iuramentum; quia hoc dato iuramentum esset vinculum iniquitatis, scilicet, vt per hoc daretur libertas alicui faciendi quæcunque mala: & obligaretur aliquis iudex ad non faciendum iustitiam: vtrunque autem iniquitas est, ideo iuramentum præstitum non se extendit ad hoc. Si autem non præstitisset iuramentum Dauid de non delendo progeniem Saulis, etiam illam delere non poterat in vindictam malorum, quę passus fuerat, quia desiderare vindictam non est permissum in nouo, nec in veteri testamento: potissimè, quia etiam si deberet propter vindictam punire, non debebat occidere posteritatem Saulis, quia lex iusserat, quòd non occiderentur patres pro filijs, Deut. capit. 24. non ergo proficiebat istud iuramentum plus, quàm ius commune. Voluit tamen Saul, quòd iuraret Dauid, quia putauit, quòd firmius hoc seruaret propter iuramentum, & ius commune, quàm propter solum ius: præsertim ne dici posset periurus, si deleret semen Saulis, quia grauis infamia erat regi periurum esse. Sed adhuc dicet aliquis, quòd istud iuramentum proficiebat plusquam ius commune in vno casu, scilicet, quòd posset Dauid repetere iniurias sibi inflictas à Saule in posteritate sua, non desiderio vindictæ, sed zelo iustitię: sic enim quidam improperauit regi Dauid, cum fugeret Ierusalem, vt patet infra 2. lib. cap. 16. postea autem Dauid dixit, quòd non occideretur: quia venerat veniam petiturus, infra 2. lib. cap. 19. Dauid tamen prope mortem suam iussit Salomoni, vt occideret eum, vt patet infra 3. lib. cap. 2. Et in hoc nō peccabat Dauid, quanquam fecisset illum occidi ꝙ solis iniurijs sibi inflictis. Ita igitur si fecisset occidi aliquos de posteritate Saulis, vel totam progeniem pro iniurijs sibi inflictis, & hoc non desiderio vindictæ, sed zelo iustitiæ, non peccasset, sicut nou peccauit iubendo occidi Semei, qui ei iniurias intulerat, quia ius commune non obligabat eum ad remittendum actionem iniuriarum, sed ad remittendum rancorem, qui est desiderium vindictæ: cùm autem iuraret Sauli Dauid, ꝙ non deleret semē suū, quia in hoc remittebat eis iniurias, non poterat occidere aliquem de semine suo in pœnā malorum, quæ passus fuerat à Saule: ergo magis operabatur iuramentum, quàm ius commune. Sed dicendum, quòd hoc non stat: nam habet istud locum in eadem persona, scilicet, quòd si deliquit inferendo iniuriam, potest aduersarius, non agendo contra ius commune, repetere iniuriam criminaliter non amore vindictæ, sed zelo iustitiæ: & sic fecit Dauid respectu Semei, quia quanquam remiserit ei rancorem, iussit postea, quòd occideretur zelo iustitiæ, sed nō habet locum in diuersis personis. nam actione criminali non tenentur filij pro patribus, præsertim in veteri testamento, vbi iussum est, quod in nullo casu occidantur filij pro patribus, aut patres pro filijs. Sic enim fecit rex Amasias: nam comprehendens seruos, qui occiderant patrem suum occidit illos, filios autem eorum non occidit: quia lex iusserat, ne occiderentur filij pro patribus, infra 4. lib. cap. 14. & 2. Paralip. 25. Non poterat ergo Dauid occidere aliquem de posteris Saulis licitè zelo iustitiæ, vel desiderio vindictæ, aut qualitercunque: ergo nihil proficiebat hic iuramentum vltra ius commune. *Et iuravit Dauid Sauli.* scilicet, sicut petiuerat, ne deleret semen eius. Quanquā enim Dauid, & Saul non cōuenerint tunc in locum vnum, tamē iurauit Dauid à longe existens, ideo hic intercidit iuramentum, & non fœdus: qa non poterant interuenire cęremoniæ fœderis, s. ꝙ occideret aliqđ animal, & trāsirent Saul, & Dauid per medias diuisiones, vel ꝙ aspergerētur ambo de sanguine: nam Dauid nō auderet accedere ad locum, in quo erat Saul.

An peccauerit Dauid iurando non delere progeniem Saulis.
Quæstio. XXX.

QVAERET aliquis, an peccauerit Dauid iniendo iuramentum de seruando progeniem Saulis, ne deleretur. Aliquis dicet, ꝙ peccauit, quia Deus reprobauerat Saulem, & progeniem suam: & hoc manifestum erat Dauid, & Israelitis, cum hoc dixisset Samuel, supra cap. 13. & 15. ꝙ ergo vellet Dauid approbare conseruando id, quod Deus reprobauerat, peccatum erat. Respondendum, ꝙ Dauid non peccauit iurando non delere progeniem Saulis, immo meruit, quia per hoc voluit se obligare ad opus licitum: erat enim licitum, ꝙ Dauid non occideret posteritatem Saulis: immo necessarium ex lege, quia non debebant filij occidi pro patribus. Quòd ergo iuraret Dauid instantia alterius id, quod aliàs facturus erat, non erat licitum. Cum autem dicitur, quòd Saul erat reprobatus, & ꝓgenies sua, ideo, ꝙ Dauid peccabat iurando hoc, quia approbabat reprobatū à Deo, Dicendum, ꝙ non stat, quia aut accipitur hic reprobatio quantum ad vitam ęternam, aut quantum ad regnum. s. ne regnaret posteritas Saulis. Si primo modo dubium erat Dauid, an Saul, vel aliqs de stirpe sua reprobatus esset, sed dato, ꝙ dicamus, ꝙ Dauid cognoscebat tam Saulem, quàm omnes de stirpe sua reprobatos, non poterat eis ob hoc tempore aliter nocere, sed obligabatur seruare eos indēnes, & abstinere ab eorum iniuria, sicut ab iniuria eorū, quos scires viros sanctos, & prædestinatos ad vitam ęternam: quia alia delicta sunt, quibus homines tenentur Deo, & alia quibus tenentur in foro seculari: non ergo peccabat non occidendo posteritatem Saulis, quanquam reprobata esset ad mortem ęternam. Si autem accipiatur de reprobatione quātum ad regnum, verum est, ꝙ Dauid cognoscebat stirpē Saulis non regnaturam, quia Samuel hoc dixerat: sed ex hoc non peccabat iurando conseruare vitam stirpi Saul, vt viueret, sed non vt regnaret: Dauid autem per istud iuramentū non concessit posteris Saulis regnum, sed vitam, ideo non approbat, qđ Deus reprobauerat, & consequenter non peccabat.

Iurauit Dauid, vt ostenderet innocentiam suam.
Quæstio. XXXI.

QVAERETVR vlterius, quare voluit Dauid facere istud iuramentum. s. faciendo gratiam hosti suo. Respondendum, ꝙ Dauid conabatur ostendere innocentiam suam, cum nunc conseruasset vitam Saulis, quem tanquam hostem occidere potuisset: si autem recusaret Dauid subire istud iuramentum, appareret, ꝙ ipse intenderet delere posteritatē Saulis: & tunc Saul haberet causam hostilitatis contra eum: vt ergo Dauid ostenderet se penitus innocentem, oportebat, ꝙ non solum manifestaret clementiam suam in Saulem, sed etiam ostenderet se non esse hostem posteritatis eius. Contrarium tamen pateret, si ipse recusaret iurar: ideo sponte sub iuit iuramentum: prę sertim quia Dauid obligabatur facere id, quod Saul petebat sibi iurari, scilicet, ne deleret semen suum: nam dato, quòd non iuraret, obligabatur non occidere aliquem de posteritate Saulis pro hac causa inimicitiarum, quia filij non debent occidi pro patribus, vt dictum est: quia ergo equum erat, ꝙ Dauid securam redderet posteritatē Saulis iurando, voluit iurare.

An Dauid obligabatur ad iurandum, quod petebat Saul.
Quæstio. XXXII.

QVAERETVR vlterius, an Dauid obligaretur ad iurandum id, quod perebat Saul. Respondendum, ꝙ quanquam Dauid obligaretur ad faciendum id, quod Saul petebat sibi iurari, scilicet, ne deleretur progenies eius; tamen non obligabatur iurare super hoc: quia ius commune non obligat aliquem ad iurandum, nisi iudicialiter, vel cum petitur ab aliquo superiori: hic autē Dauid, & Saul erant tanquam partes componentes, ideo non obligabatur Dauid præstare iuramētum Sauli: Sic enim est in omnibus actibus nostris: quia quilibet tenetur non lædere proximum suum, nec inferre iniuriam: nullus tamen tenetur alteri iurare quod non inferet ei iniuriam. Dauid tamen quanquam non obligaretur facere id, quod petebatur cum iuramento, etiam si non iuraret propter honorem Saulis, & vt non redderet se suspectum, iurauit.

An Dauid seruauerit iuramentum. Quæst. XXXIII.

QVAERET aliquis, an Dauid seruauerit iuramentum istud. Aliquis dicet, quòd non: quia occidit septem viros de stirpe Saulis, scilicet, duos filios eius, & quinque nepotes, vt patet infra 2. lib. cap. 21. Respondendum, quòd in hoc non fuit periurus, quia per istud iuramentum non se obligabat Dauid ad id, quod erat illicitum, cum iuramentum non sit vinculum iniquitatis: illicitum tamen erat, ꝙ cum Dauid esset iudex, non exequeretur quod iustum erat contra quemcunque hominem. Deus tamen voluit, quòd isti viri de stirpe Saulis occiderentur: ergo quanquam præstitisset Dauid iuramentū de non occidendo aliquem de posteritate Saulis ex aliqua causa, tamen obligabatur occidere nunc, cū Deus iuberet. Deus enim dixerat, ꝙ erat iratus propter Saulem, & domum eius: quia percusserat Gabaonitas: & non erat cessatura ira eius, quousque satisfieret Gabaonitis, & qui cum vocati à Dauid respondebant, ꝙ volebant occidi septem viros de domo Saulis, ideo Dauid coactus fuit dare eis illos, vt cessaret ira Dei, & sic factum est. Sed tunc dicet aliquis, quòd adhuc Dauid violauit iuramentum: nam eodem cap. 21. dicitur, quòd pepercit rex Miphiboseth filio Ionatham filij Saul propter iusiurandū Domini, quod fuerat inter Dauid, & Ionatham: si ergo propter iuramentum non poterat occidere filiū Ionathę, non poterat etiam occidere filios Saulis, qa ei quoque iurauerat. Dicendum est, ꝙ Dauid nō seruauit filium Ionathæ propter iusiurandum, qđ prę stiterat Ionathæ, quia ex hoc non obligabatur: nam si ira Dei non placaretur pro Gabaonitis, nisi occiderentur omnes de domo Saulis, cogeretur Dauid, non obstante fędere inito cū Ionatha, occidere omnes de posteritate sua. Veritas autem huius rei fuit, ꝙ pp iusiurandū prætitū Sauli, & Ionathę, obligabatur Dauid nullū occidere de stirpe Ionathæ, nec de stirpe Saulis: nisi fortè in aliquo deliquerent, pp qđ mererent carere vita: nā tunc nullū iusiurandū istorū obligabat. Quod patet, qa Dauid iurauerat seruare misericordiā cū semine Ionathæ vsq; in sempiternū, ℨ c. 20. cū tū Siba seruꝰ Miphiboseth filij Ionathę nūciauit Dauid, ꝙ Miphiboseth trāsisset ad partē absolutionis, oēs facultates, quas habuerat Miphiboseth dedit Dauid Sibe, vt pat. ℨ. 2. li. c. 16. in quo iā nō seruabat misericordiā ad semē Ionathæ pp iusiurandum: quia filius eius videbatur peccasse: nunc aūt, qa nec filij Saulis, nec filij Ionathæ deliqrant tpe Dauid

Dauid qua re seruauit Miphiboseth.

Universidad de Deusto
Biblioteca

obligabatur vtrisque seruare Dauid iusiurandum: cum tamen apparuit ira Dei cõtra domum Saulis propter Gabaonitas, obligabatur vlcisci Dauid irã Dei, & ex hoc cessabat obligatio iuramenti præstiti, tam Sauli, quàm Ionathæ, & si Gabaonitæ petiuissent, ꝙ rex daret omnes de semine Saulis ad occidẽ dum, cogebatur dare eis filium Ionathæ, & nepotẽ: & sic petiuerunt Gabaonitæ dicentes: virum, qui attriuit nos, & oppressit iniquè, ita delere debemus, vt ne vnus quidem residuus sit de stirpe eius in cunctis finibus Israel. Postea autem credẽdum est, ꝙ Dauid rogauit Gabaonitas, ne peterẽt omnes de stirpe Saulis, ne in eis includerentur filius, & nepos Ionathæ: & tunc Gabaonitæ non petiuerũt totam stirpem Saulis, sed dixerunt: dentur nobis septem viri de filijs eius, vt crucifigamus eos, e.c. & tunc Dauid dedit illos, in quibus non fuit filius Ionathæ, nec nepos eius. Et cũ dicitur, ꝙ Dauid pepercit Miphiboseth, non est sensus, ꝙ in potestate eius fuit parcere ei, sed in potestate Gabaonitarum: ipso tamen orante, petiuerunt Gabaonitæ solum septem de stirpe Saulis, & tunc fuit in potestate Dauid dare istos, vel illos: & seruauit filium Ionathæ, & nepotem eius. Dicitur autem, ꝙ fecit propter iusiurandum, non quidem, ꝙ obligaretur illud seruare in casu isto, sed, quia pp dilectionem, quam habebat ad Ionatham, seruauit illud. Aliter dicunt quidam. s. ꝙ Dauid seruauit hic vtrunque iusiurandum: nam Sauli iurauerat, ꝙ non deleret semen suum, nec auferret nomen suum de domo patris sui. Hoc autem iuramentum non violabatur, nisi Dauid occideret omnes de domo Saulis: vno nanque seruato, non violabatur iuramentum. Ionathæ autem iurauerat, ꝙ seruaret miseri cordiam cum semine suo, vsque in sempiternum, supra cap. 20. Si autem aliquem de stirpe Ionathę occideret, non seruabat misericordiam ad semen eius, ideo obligabatur ex iuramento Ionathæ præstito, non occidere aliquem de stirpe sua, & ex iuramento præstito Sauli, obligabatur non occidere omnes de stirpe sua: vtrunque autem seruauit hic Dauid, quia non occidit aliquem de stirpe Ionathæ, & non deleuit semen Saulis, cùm mansisset posteritas Ionathæ, quæ erat progenies Saulis. Sed ista responsio nõ stat propter duo. Primò, quia isti præsupponunt, ꝙ ista iuramenta non obligabant Dauid, & ꝙ ipse vtraque seruauerit. Sed hoc non stat, quia contra mandatum Dei nullum iuramentum præstitum alicui est validum: nunc tamen Deus volebat, ꝙ satisfieret Gabaonitis de iniuria in domo Saulis: si ergo illi sẽper petiuissent deleri totam stirpem Saulis, obligatus fuisset Dauid hoc facere, quia aliàs non tolleretur ira Dei, cui obligabatur satisfacere Dauid p executionem iustitiæ: ergo non obligabat aliquod iuramentum præstitum, nisi Gabaonitæ destitissent à petitione. Secundò non stat ista responsio: quia non seruauit in hoc Danid iuramentum præstitum Sauli: nam cum Saul petiuit, ꝙ Dauid non deleret semẽ suum, quanquam verba signarent, ꝙ Dauid non occideret omnes de stirpe Saulis, quod timebat Saul: tamen intentio Saulis petentis non erat solum, ꝙ non occiderentur omnes de stirpe sua, sed ꝙ nullus occideretur: modicum enim proderat Sauli, si omnes de stirpe sua occiderentur, relicto vnico. Pro omnibus ergo petiuit sibi iurari, & ad istam intentionem iurauit Dauid: nunc tamen occidit 7. viros de genere eius, ideo non seruauit iuramentum. Redeundum igitur ad præcedentem solutionem. *Abijt ergo Saul in domum suam*, ideſt, recessit de monte Engaddi, in quo nunc persequebatur Dauid: & venit in domum suam in Gabaa: ibi enim habitabat, vt patet præcedenti cap. & supra cap. 15. *Et Dauid, & viri sui descenderunt ad tutiora loca*, ideſt recesserunt de loco spelunce, & iuerunt ad alia loca securiora in deserto Engaddi, vel fortè ad alium locum extra desertum illum. Saul autem videns, ꝙ iniustè persecutus fuisset Dauid, vsq; nunc considerata clementia eius ad se, doluit, atque erubuit: ideo cessauit persequi illum pro tunc, & redijt in domum suam. In Hebræo habetur. *Descenderunt ad castra*. Vbi enim nos habemus hic, & præcedenti capit. & infra 26. loca tutissima, vel firmissima, Hebræus habet castra, non quòd sint aliqua castra murata, sed rupturę magnę in modũ castrorũ, quę sunt ita insuperabiles, sicut castra.

Dauid noluit reuerti cum Saule, quia non est confisus in eo, quamuis pro nunc reconciliatus esset.

Quæstio XXXIIII.

QVAERET aliquis, quare Dauid non redijt ad Saulem, cum videret, quòd ipse verè doleret de persecutione præterita, & desistebat iam persequi illum. Respondendum est, quòd Dauid satis credidit, quòd Saul pro tũc dolebat de malo, quod egerat ei: timebat tamen, quòd si maneret apud eum, iterum redeunte furore, occideret eum: sic enim sępe fecerat: nam prius conatus est semel percutere eum lancea, supra ca. 18. deinde reconciliatus est ei, & dedit filiam suam in vxorem eod. cap. Rursus autem incandescente furore, iussit seruis suis, quòd occiderent eum, supra cap. 19. postea verò, cùm placatus esset verbis Ionathæ, & iurauisset, quòd in nullo noceretur Dauid, succensa iterum ira eius, conatus est eum lancea configere cum pariete, eod. cap. Iterum etiam placatus est ei, & denuo iussit eum addu ci ad mortem, supra cap. 20. cùm ergo toties immutaretur cor Saulis, non credidit Dauid sibi securum esse manere apud eum quantumcunque doleret de præteritis: sic enim accidit postea: nam qnanquam hic doluisset de persecutione, rursus persecutus est eum in deserto Ziph, supra cap. 26. ibi etiam Saul videns se liberatum à morte, quia Dauid voluit ei vitam donare, doluit de malo præterito, & dixit. peccaui, reuertere fili mi Dauid: nequaquam enim vltra male faciam tibi. Dauid tamen non credidit his verbis, sed recessit: ideo tunc magis cępit cauere Saulem, ne aliqua die incideret in manus eius: & fugit in terram Philisthinorum, vt desisteret eum persequi Saul, & tunc destitit, quia credidit sibi impossibile esse eum capere, infra capit. 27. egit autem in hoc Dauid cautissimè: quia credidit, quod Saul nũquam reuerteretur ad sanam mentem erga eum firmiter, sed ad tempus, & hoc credidit postquam sciuit maliciam eius esse consummatam, nec in hoc agebat Dauid contra conscientiam, quia quanquam tenemur inimicis veniam petentibus parcere, tamen nõ tenemur illis credere, nec redire in pristinam amici tiam: etiam si ipsi petant hoc, si credimus, ꝙ non seruabunt legem amicorum. Hoc autem fecit Dauid: nam à principio cùm Saul non aspiciebat eum rectis oculis, & conatus est eum lancea percutere, credidit, quòd diffiniuisset eum occidere, & esset sibi periculum manere apud eum: quia tamen nondum sciebat, an consummata esset malicia eius, reconciliatus fuit eis bis, vel ter: & manebat apud eum, quãquam cum periculo: cum autem cognouit, quòd consummata esset malicia eius, fugit: & noluit amplius reconciliari redeundo ad eum.

CA-

CAPITVLVM. XXV.

MOrtuus est Samuel, & congregatus est vniuersus Israel, & planxerunt eum nimis, & sepelierunt eum in domo sua, in Ramatha. Consurgensq; Dauid descendit in desertum Pharan.

In præcedentibus positus est vnus prouentus Dauid ex persecutione, s. ꝙ traditus est in manibus eius suus persecutor. Hic ponitur secundus prouentus, scilicet, mors Nabal, qui erat eius irrisor, vt patet infra: Et diuiditur in duo. Quia ponitur mors Samuelis præcios a. Secundò subditur mors Nabal opprobrios a, eoꝙ memoria iusti cum laudibus, nomen autem impiorum putrescet, vt patet Prouer. capit. 10. Et diuiditur ista secunda in quinque partes: quia primò ponitur Nabal, & Abigail personalis conditio, secundò Dauid humilis petitio, tertiò Nabal rustica na responsio, quartò Abigail prudẽs obuiatio, quintò Nabal opprobriosa defunctio, & eiusdem narratio. Prima ibi. *Cousurgens Dauid*. Secunda ibi. *Cum ergo audisset*. Tertia ibi. *Respondens autem*. Quarta ibi. *Abigail autem*. Quinta ibi. *Quod cum audisset Dauid*.

An ista consequenter se habeant ad præcedentia.

Quæstio I.

QVAERITVR circa primum, an ista se habeant consequenter ad præcedentia, vel sit hic aliquis ordo mutatus, & an fuerint facta immediatè post præcedentia, vel aliquanto tẽpore post. Respondendum est, ꝙ hic sunt duæ historiæ. s. vna de morte Samuelis, & alia de Nabal, & Dauid: & non est aliqua earum dependens ex alia: ideo quanquam vna sit consequens ad præcedentia, de alia non apparet, an sit consequens, vel anticipata. Sed dicendum, ꝙ istæ duæ historiæ fuerũt post præcedentia. De Historia enim Nabal magis apparet, quia dicitur infra. consurgensque Dauid descendit in desertum Pharam, ideſt, surrexit de mõte Engaddi, in quo erat, & iuit in desertum Pharam: vbi acciderunt ea, quæ facta sunt de Abigail, & Nabal. Carmelo, vt patet in litera. Ergo prius fuit latibulũ Dauid in monte Engaddi, de quo præcedenti ca. quàm commoratio eius apud pastores Nabal, de qua hic. De morte Samuelis non apparet, quomodo sit consequens ad superiora, quia tamen nunquam recedendum est ab ordine literæ sine necessitate, & litera ponit mortem Samuelis post præcedentia: & nõ apparet aliqua ratio mutati ordinis, ideo credendũ est, ꝙ illa fuerit post præcedentia, & ponatur hic cõsequenti ordine. Cum autem dicitur, an fuerint ista immediatè post præcedentia, Dicendum est, ꝙ de historia Nabal apparet, ꝙ immediatè acciderit, vel saltem paucis diebus interiectis: nam dicitur infra in litera: consurgens Dauid descendit in desertum Pharan. s. surrexit Dauid de deserto Engaddi, & descendit in desertum Pharan, in quo erat Nabal: postquam tamen venit Dauid in desertũ illud, mansit aliquanto tempore ibi: & postea audiuit, ꝙ tonderet greges Nabal, & tunc acciderunt ea, ſquæ habentur in litera. s. inter aduentum Dauid in desertum, & tonsionem gregum aliqui dies interciderunt. Sic dixerunt pueri Nabal ad Abigail: Homines isti boni satis nobis fuerunt, & non molesti, nec quicquam aliquando perijt omni tempore, quo fumus cũ eis conuersati in deserto: pro muro erant nobis, tam in nocte, quàm in die omnibus diebus, quib⁹ pauimus apud eos greges, vt patet infra. De morte autem Samuelis, ꝙ illa adhuc videtur fuisse prior, quàm Historia Nabal. s. ꝙ acciderit eo tempore, quo latebat Dauid in deserto Engaddi, vel postquam descendit in desertum Pharam, vbi erat Nabal, prius tamen, quàm ille tonderet greges, & acciderent ea, quæ habentur in litera: ideo posita fuit mors hæc in capite huius Historiæ Nabal: si tamen accidisset mors Samuelis post mortem Nabal posita fuisset in fine huius ca. *Mortuus est autem Samuel*. s. eo tempore, quo ista fiebãt: & descripta est mors eius: quia erat vir iustus, & famosus in toto Israel, cum esset, propheta quasi solus in tempore suo, vt patet supra cap. 3. s. erat autem sermo Domini præciosus in diebus illis, ideſt raro loquebatur Deus hominibus: ipse autem fuit propheta certissimus, quia nihil vnquam fuit irritum de verbis eius, ideo fuit famosus in toto populo, vt patet eod. cap. s. creuit autem Samuel, & Dominus erat cum eo, & non cecidit ex omnibus verbis eius in terram, & cognouit vniuersus Israel à Dan vsque Bersabee, ꝙ Samuel fidelis propheta esset Domini. Describitur autem eius exitus, vt cognoscatur honor, quem Israelitæ eius funeri impẽderunt: laudes vero mirificas huius admirandi viri scriptura exposuit in catalogo sanctorum: Ecclesia. cap. 46. *Et congregatus est vniuersus Israel*. s. totus populus venit ad plãgendum eum. Hoc autem, quia erat vir honoratissimus, & princeps populi: ideo totus populus tenebatur ei ad honorẽ funeris: ipse. n. iudicauit Israel 20. annis, vt colligitur, supra c. 7. & tũc nullus præerat Israelitis, nisi ipse. Deinde ipse vnxit Saulem in regem, & postea Dauid liberauit quoque Israelitas ab hostibus, inuocato Deo, & reddidit eis terram, quã abstulerant Philisthini: nec auli sunt in diebus eius pugnare contra Israel, supra capit. 7. Postea quoque regnante Saule, ipse instruebat eũ in omnibus, quousque à Deo reprobatus est, vt colligitur supra cap. 10. & 11. & vsque ad 15. tenebatur ergo ei totus populus ad honorem magnum, sicut principi in exhibendo pietatem eius funeri. Principibus autem magnus honor impẽdebatur in funere apud Hebræos: quod colligitur Leui. cap. 21. cum dicitur de sacerdotibus, ꝙ non polluerentur in principe populi sui, ideſt, etiam si moriatur priũceps populi, non polluẽtur in plangendo eum, in quo innuitur, quod specia le aliquid erat in honore funeris principis populi, alioquin non diceretur: sed neque in principe populi sui contaminabitur. Patet etiam hoc Ierem. c. 22. vbi ponitur de rege Ioachim, ꝙ non lugeretur, sicut lugebantur alij reges: & hoc ponebatur quasi in pœnam illius. Vnde dicitur: non plangent eum: væ frater, væ domine, væ inclyte, sepultura asini sepelietur putrefactus, & proiectus extra portam Ierusalem. De rege autem Sedechia ponitur, quod fierent ei magni honores, vt patet Iere. 34. ca. s. non morieris in gladio, sed in pace morieris: & secũdum conbustiones patrum tuorum regum priorum, qui fuerunt ante te, sic cõburent te, & væ Domine plãgent te. Si tamen non fuissent magni honores, qui impẽdebantur principibus inter Iudęos in funere, non prænunciasset Deus tanquam aliquid magnũ dedecus funeris Ioachim, & honorem funeris Sedechię. *Et planxerunt eum*. s. totus Israel planxit Samuelem, quia princeps erat. Non tamen est intelligendum simpliciter, ꝙ totus populus planxisset: quoniam sacerdotes non venerunt ad plangendum Samuelem. Erat enim vetitum sacerdotibus, tam sacerdo-

Mors Samuelis ponitur, qa vir iustus, & famosus erat.

Tenebat populus Hebræus ad magnũ honorem in morte principis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cerdoti magno, quàm minoribus exire ad ista funera:nam sacerdos magnus non debebat exire ad plägendum aliquem, nec etiam patrem, aut matrem, ne polluerétur:ita Leuit.capit.21.sacerdotes autem minores non poterant plangere aliquos mortuos eundo ad eorum funera,nisi in patre,& matre, & filijs,& fratribus,& sororibus,si esset soror virgo,cod. cap. Samuel autem non erat de stirpe sacerdotum, sed Leuitarum, vt declaratum est supra cap. 1.& 2. ergo nullus de sacerdotibus poterat venire ad planctum eius. Vocatur autem vniuersus Israel omnes laici,qui licitè poterant conuenire,quanquam polluerentur. *Et sepelierunt eum in domo sua in Ramatha*,idest sepelierunt eum in vrbe Ramatha, in qua erat domus sua. Non est autem intelligendum, ꝙ sepelirétur in domo: quia non consueuerant Hebræi sepeliri in domibus suis,immo etiam nec in vrbibus:sed in agris apud vrbem sepeliebantur, sicut nunc faciunt. Sic etiam fecit Abraham vxori suæ:nam sepeliuit eam in spelunca duplici in agro, Gen. ca.23. ibi autem postea ipse,& Isaac,& Iacob, & Rebecca, & Lia sepulti sunt,Gen 49 ca.Sed intelligitur, ꝙ sepultus est in domo sua, idest, in territorio illius vrbis, in qua erat domus sua: erat enim domus sua in Ramatha, quia ibi morabatur, quando erat iudex Israel,& ædificauit ibi Altare,supra cap.7. ibi quoq; moratus est,regnante Saule,& morabantur prophetæ cũ eo,sup.c 19. Ibi quoq; pater,& mater eius morati sunt,vt patet supra ca.1.& 2. *Consurgensque Dauid.* Hic ponitur tertium principale huius cap.s. de morte Nabal,quod postea diuiditur in quinque particulas,sicut supra dictum est. Et describitur hic primo Abigail,& Nabal personalis conditio, s. quomodo Nabal erat pessimus,& Abigail prudentissima. *Consurgensque Dauid.*1.de deserto Engaddi,in quo ante latebat. *Descendit in desertum Pharan.* Istud est,de quo supra dicitur .s. quòd Dauid, & viri sui descenderunt ad tutiora loca præcedenti cap. Vocatur autem hic desertum Pharan quoddam magnum desertum, quod est partim in terra Israel in sorte Iuda, & partim est in deserto extra terram illam,per quod venerunt Israelitæ in terram Chanaam. De hac solitudine patet Num. capit. 10 s. quòd nubes recubuit in deserto Pharan,& Num.cap.13.dicitur,quòd populus profectus est de Aseroth, & fixit tentoria in deserto Pharan. Pertingit autem ista solitudo quandã partem terræ Israel in parte meridiana eius. Et sic quando ponitur pars meridiana terræ Israel in scriptura, ponitur interdum Pharan pro illa. Sic patet Abacuc cap 3.s. Dominus ab Austro veniet, & sanctus de monte Pharan. Et ponitur ibi auster,& mõs Pharan pro eodem: Venit autem Dauid in istud desertum propter duo. Primò,quia erat in extremitate terræ Israel.s.in latere suo meridiano,& si Saul prosequeretur eum,posset inde faciliter fugere in terrã Philisthinorum,vel in aliam gentem,quod non posset si esset in terra Israel. Secundò iuit ad desertum illud,quia erat terra aspera, & habens latibula multa,vt posset ibi latere,& euadere manus Saulis,si persequeretur eum,quia propter terræ asperitatem nõ posset Saul ita faciliter persequi eum, sicut si esset in terra plana. Sciendum autem, quòd Dauid hic existens erat propè locum illum, in quo prius persecutus fuerat eum Saul.s.in terra Ziphæorum,& deserto Maon,de quo supra cap 23. Nam hic erat in solitudine Maon,vt patet infra,cum ibi esset Nabal, & grex eius,supra tamen ca.23 dicitur, quòd Saul persecutus fuit Dauid in deserto Maon: ergo iste locus erat prope illum,quod etiam satis patet quia in toto isto capit.non fit mentio,quòd Dauid mutauerit locum:& tamen in principio sequentis cap. Ziphæi dixerunt Sauli: ecce Dauid absconditus est in colle Hachila: & tamen ibi erat primò, quando persecutus est eum Saul, supra cap. 23. ergo desertum Pharan,& desertum Ziph sunt idem. Est tamen desertũ Pharan maius, quia continet quandam partem terræ Israel:& magnam partem solitudinis, per quam Israelitę venerunt de Aegypto,vt patet Num.cap. 13. *Erat autem vir quidpiam in Maon*, idest erat vir quidam in vrbe Maon, & iste erat Nabal, de quo infra. Aliquæ Bibliæ habent hic in solitudine Maon; sed non est illud de textu. Etiam litera esset falsa,ga non erat Nabal in solitudine, sed in vrbe: possessio autem eius erat in solitudine.s. in monte Carmelo, vt patet infra in litera. Est autem Maon quędam ciuitas in sorte Iudæ,vt patet Iosue capit.15. *Et possessio eius in Carmelo*, idest non habebat possessionem suam in vrbe Maon, sed in Carmelo. Non vocatur autem hic possessio multitudo gregum, de quibus infra,quia de istis non diceretur,ꝙ erant in Carmelo, & aliquãdo in alijs locis:sed dicitur de bonis immobilibus:habebat enim Nabal agros, vineas, domos, vel alia bona in Carmelo. In Maon autem,vbi ipse habitabat rara, vel nulla habebat, ideo & oues suas fecit tõderi in Carmelo,quia ipse venit illùc ad possessionem suam. Sciendum autem, ꝙ Carmelus est mons magnus, & est duplex: quidam Carmelus est in sorte Iudæ apud vrbem Maon,& nominatur iste Carmelus à quadam vrbe, quæ vocatur Charmel, quæ erat apud Maon:sic patet Iosue capitu.15. vbi Maon, & Charmel ponuntur simul in numero ciuitatum. Alius Mons Carmelus erat in sorte Isachar. De hoc patet Iosue cap.19 & ille Carmelus fuit, in quo Elias occidit 400. Prophetas Baal, & est mons iste apud Isachar, & Aser. Vnde sors Aser dicitur peruenire vsque ad Carmelum,eod.cap.Hic autem accipitur Carmelus pro illo,qui erat in Tribu Iuda. *Et homo ille magnus nimis.* Iste Nabal erat magnus in diuitijs,quia habebat pecora multa,vt patet immediatè. Sic dicitur de Iob, quòd erat vir magnus inter omnes Orientales, Iob.cap. 1.& vocatur iste Nabal magnus nimis .s. in comparatione hominum illius temporis,quia non erant diuites nimis: non tamen erat ista magna possessio: nam pluſquam tripla erat possessio Iob ad istam,vt patet Iob.ca.1.s.fuit possessio eius septem millia ouium, & tria milla Chamelorum,quingenta quoque iuga boum, & quingente asinæ;ac familia multa nimis,& tamen de illo nõ dicitur, quòd erat magnus nimis, sed solum, quòd erat vir magnus,& de Nabal dicitur, quòd erat magnus nimis. *Erantq; ei oues tria millia,& mille capræ.* Alias diuitias habebat Nabal præter oues, & capras, cum dicatur,ꝙ possessio eius erat in Carmelo, sed nominantur solum oues,& capræ,eoꝙ in istis abundabat nimis in comparatione aliorum hominum cõtemporaneorum. Etiam dicitur de pecoribus, quia petitio Dauid,& ista, quæ sequũtur, habuerunt originẽ ex pecoribus.s. quia pueri Nabal obseruabant pecora,& erant cum Dauid, & pueris suis in deserto, & custodierunt eis pecora, ne quis eis nocere posset:ió pro hoc tenebatur Nabal assentire petitioni Dauid. *Et accidit,quòd tonderetur grex eius in Carmelo.* Greges Nabal non erant semper in Carmelo, sed in alijs locis vagabantur, quod patet: quia erant pastores Nabal cum viris Dauid, & dixerunt isti pastores Nabal, ꝙ viri Dauid non nocuerunt eis toto tempore, quo conuersati sunt cum eis in deserto, vt patet infra: & tunccum ista loquebantur pastores Nabal erant in Carmelo,quia ibi tondebat Nabal greges suos:erat in alijs locis solebant pasci greges, quàm in Carmelo;

Vbi mortui apud Hebræos sepeliebantur.

Pharan desertum magnũ, in ꝙ venit Dauid.

melo: nunc autem congregari fecerat eos Nabal in Carmelo ad tondendum, quia habebat possessionẽ suam ibi. *Nomen autem viri illius erat, Nabal*,i. vir de quo omnia ista dicta sunt vocabatur Nabal. Est autem Nabal nomen pessimũ, quia significat stultum, vel malicioſum,vt patet infra in litera, cùm dixit Abigail: ne ponat Dominus meus cor suum super virũ istum iniquissimum Nabal:quia secundum nomen suum stultus est,& stultitia est cum eo, idest, nomen suum significat stultitiam,& ita ipse est stultus. *Et nomen vxoris eius Abigail.* Ponitur nomen vxoris, quia infra agitur de ipsa,quomodo eripuerit virum suũ, & omnia, quæ ipsius erant,à morte loquendo Dauid, & accepta fuit ab eo in vxorem. *Eratque mulier illa prudentissima, & speciosa.* Ista duo ponuntur, quia agunt ad propositum in laudem Abigail:prudentia nanque eius apparet in eloquentia sua: nam locuta fuit verba ornata nimis,& sententiosa, ita,vt Dauid laudaret eloquium suum, vt patet infra in litera .s. Benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinem, & ne vlciscerer me manu mea. Fuit etiam speciosa, nam placuit Dauid accipere eam in vxorem, quanquam fuisset vxor alterius viri. *Porrò vir eius durus.* Ponitur hic malicia viri sui: nam quantum ipsa excellebat alias mulieres in probitate,tantum vir suus excedebat alios viros in iniquitate. Dicitur autem, ꝙ erat durus.s.quantum ad auariciam,nihil dare volens,ꝙ apparuit in petitione Dauid: nam quãquam Dauid benefecisset ei seruando greges suos in deserto, ne quid paterentur,nihil voluit dare illi,nec parũ quidem. *Pessimus.*s.in cogitatione,& operibus:quoniam mala cogitabat de alijs, & ipse vilis erat .s. ebrius,sicut infra dicitur, ꝙ erat temulentus,& erat filius Belial,& nemo poterat ei quicquam loqui. *Maliciosus.* scilicet,in verbis,quia mala loquebatur,sicut patuit in responsione ad seruos Dauid,quia incepit conuitiari illis,dicens:quis est Dauid? & quis est filius Isai? hodie increuerũt serui, qui fugiunt Dominos suos, vt patet infra. *Erat autem de genere Caleb.* Non ponitur istud ad significandum imitationem.s. ꝙ talis fuerit Caleb sicut iste,ideo ꝙ esset conuenienter de genere suo:nam Caleb fuit vir laudabilis inter Israelitas, & Deus promisit ei specialiter hæreditatem, & vocauit eum seruum suum,vt patet Numer.14. & Iosue 14.c.ponitur quoque in Catalogo sanctorum, & habentur laudes eius Ecclesiast.cap. 46. sed dicitur, ꝙ erat de genere Caleb, s. quia descendebat de illo secundum progeniem,ad significandum,ꝙ erat de tribu Iuda. Aliqui autem Hebræi dicunt, sicut Ra. Sa. ꝙ erat de genere Caleb,idest de genere canis.s.quòd erat talis sicut canis:sunt .n. canes naturaliter auari, & ita erat Nabal. Dicũt autem hoc,quia in Hebræo habetur. *Calibi.* Vbi nos dicimus Caleb: & descendit illud nomen de Queleb: quod significat canem: & hoc applicant ad literam,quia dr̃,ꝙ erat durus,idest auarus sicut canis. Sed non accipitur hic Caleb, nisi pro viro, de cuius stirpe erat iste: nam erat de tribu Iuda,in qua erat Caleb,vt patet Num.cap. 13. & 34. *Cum ergo audisset Dauid.* Hic ponitur secundum huius Secundæ partis.s.Dauid humilis petitio. Erat enim Dauid vir pauper,& habebat secum multos viros .s. sexcentos:nec habebat vnde eos aleret, nisi de prædis,quas agebat in hostes:nunc autem fortè ei defuerat cibus,& voluit petere à Nabal,putans,ꝙ ei aliqd libenter offerret, tum quia ipse custodierat greges eius,tum quia dies ille, in quo petebat,erat dies magnæ lætitiæ,in quo tondebat greges Nabal, & parauerat magnum conuiuium viris suis, vnde poterat illi aliquid dare,& quòd non grauaretur. *Quia tonderet Nabal gregem suum.* Hoc audiuit Dauid in deserto, idest in deserto Pharan. Nabal autem erat nunc in Carmelo, & aliqui fortè de pastoribus eius erãt tũc in deserto Pharan,& nunciauerunt hoc Dauid. *Misit decem iuuenes.* Tot misit, vt isti possent portare quic quid eis daret Nabal, ne fortè,si pauci irent, Nabal parum daret quasi illis non potentibus maiora portare. *Et dixit eis:ascendite in Carmelum.* Hic instruxit Dauid pueros suos qualiter deberent petere à Nabal, ne fortè propter imperitiam petendi Nabal respueret petitionem. Et dixit,ꝙ ascenderent in Carmelum,quia ibi erat tunc Nabal tondens greges. *Et venietis ad Nabal.*s. quia iste erat Dominus: ideo ab ipso solo petituri erant:& ob hoc cum petiuerunt, & ille conuitiatus est eis, recesserunt, & non petiuerunt aliquid ab vxore eius Abigail: ipsa enim dedisset, si petita fuisset: sed non erat præsens quando venerũt pueri Dauid, vt patet infra. *Et salutabitis eum ex nomine meo pacificè*,idest cum accesseritis, salutabitis eũ pacificè,idest tanquam venientes cum pace ad petendũ, & non ad violenter aliquid auferendum. Et dicitur salutabitis ex nomine meo, idest Dauid recommendat se tibi,vel salutem orat tibi,& rebus tuis. *Et dicetis sic.* Quia pueri nescirent fortè salutare eum,& petere,instruxit quomodo deberent salutare. *Fratribus meis,& tibi pax*,idest pax sit tibi,& omnibus de domo tua, qui sunt fratres mei. in quo Dauid reddebat se humilem nimis,& familiarem Nabal,vt suaderetur ad fauendum petitioni. In Hebræo habetur hic. *Viuo pax*,idest,pax sit viuenti. argum exponit sic: sit tibi semper in vita tua.idest semper viuas in prosperitate, vt nunc viuis:sed iste sensus est nimis impertinens, ideo litera nostra dixit: fratribus meis pax, & habuit occasionem dicendi,quia pro fratribus meis debebat dici. *Echai*, & in Hebræo habetur nunc Lehai:& deficit vna litera,& significat viuentem. facilis autem error potuit esse,vt deficeret vna litera, & quia iste sensus cõsonat magis intentioni Dauid petentis,quàm,quòd dicatur.viuo pax:ideo litera nostra dixit:fratribus meis, & tibi pax. *Et domui tuæ pax*, idest pax sit omnibus habitantibus in domo tua. *Et omnibus quæcunque habes sit pax*, idest etiam rebus tuis possessis sit pax.s.quòd nullus eas inquireret:sed pos sideas illas in prosperitate. *Audiui,quòd tonderent gregem pastores tui.* Istud fuerit motiuum ad petendum: toto enim alio tempore nihil petiuerat,quanquam fuissent pastores in deserto cum Dauid, eoquòd tũc non tondebant greges.

Nabal vir durus,cui mores debentur.

Abigail uxor.

Quare Dauid in toto tempore præterito nihil petiuerat à Nabal. Quæstio 11.

QVAERET aliquis,quare Dauid in toto alio tempore non petiuit aliquid à Nabal, cum fuisset magno tempore, cum pastoribus eius in deserto,nunc autem petiuit. Dicendum, ꝙ fortè hoc fecit, quia ante hoc Dauid non fuerat in tanta egestate, sicut nunc: nam habebat Dauid alimenta pro se, & viris suis pro præda bellica: nunc autem fortè contigerat, ꝙ nihil habuisset, ideo voluit petere à Nabal nũc. Aliter potest dici, ꝙ voluit petere nunc,& non aliàs: eoquòd credidit eum nũc esse magis expositum ad dãdum,quàm aliàs: & hoc ex duobus. Primò ex lætitia,quia in die illa,qua tondebantur greges,fiebat lætitia magna, & conuiuia, & cum tunc sint homines hilariores,essent magis dispositi ad dandum. Secundò,quia in die illa propter solennitatem tonsionis parauerat Nabal cibos multos, & credebat Dauid, quòd quanquam aliquam partem eorum daret,non grauaretur dando. Si autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem esset alia dies, in qua non parasset Nabal conuiuium magnum, esset ei molestum, ꝙ daret aliquid Dauid: voluit ergo in tali die petere, in qua dare nō grauaretur. Ista duo apparent in litera. Primum patet: quia infra dicitur: in die enim bona venimus, scilicet in die lætitiæ. De secundo patet infra in litera. ſ. Et ecce erat conuiuium in domo Nabal, quasi conuiuium regis, & cor Nabal erat iocundum. Aliter potest dici, quòd Dauid petiuit in die hac, & non in alijs, eoquòd præcedenti tempore erant soli pastores Nabal cum gregibus in deserto, qui nihil donare poterant de gregibus, eoquòd erant pastores, & non Domini. Nunc autem, quia tondebantur greges, venerat Nabal ad Carmelum, vbi erant greges, qui donare poterat, eoquòd erat Dominus, iō tunc misit ad petendum aliquid à Nabal, & nō precedenti tempore. *Qui erant nobiscum in deserto.* Istud erat vnum motiuum ad hoc, ꝙ Nabal faueret petitioni Dauid. ſ. quia Dauid, & viri sui fuerant cum pastoribus Nabal in deserto, & quasi fuerunt custodes gregis eius: ideo propter hanc societatem contractam, & mutua commoda societatis inter Nabal pastores, & Dauid, & viros suos: debebat Nabal concedere, quod petebat Dauid. *Nunquam eis molesti fuimus.* Omnia, quę ponuntur hic, sunt confirmationes petitionis Dauid ad suadendum Nabal. Et ponuntur duo: primum, quòd Dauid, & viri sui nihil mali intulerunt pastoribus Nabal toto tempore, quo fuerunt cum eis: secundò, ꝙ non permiserunt eis inferri mala ab aliquo. Primum tangitur hic, cum dicitur: nunquam eis molesti fuimus, & per hoc volebat Dauid magnas habere grates: nam licet quilibet teneatur alterum non lædere, & per hoc, ꝙ non lædit, non tenetur alius sibi ad aliquid, quia dicitur beneficium ei conferre, cum solum agat id, quod de iure tenetur agere: quia tamen vbi sunt multi viri, potissimè de dispositis ad bellum, ꝙ nullum damnū inferant eis, apud quos manent, etiam si ipsi boni sint, difficillimum est: ideo si aliquando euenerit, ꝙ multi viri bellatores manentes inter alios indigenas nulla damna eis irrogent pro beneficio computari debet, & isti, quibus non inferuntur damna, debent agere gratias illis, tanquam de collato beneficio: eoꝙ istud euenire nequit, nisi ex magna probitate ducis, qui nimis solicitus sit, ne sui aliquid mali inferant eis, inter quos manent: pro qua solicitudine, tanquam pro beneficio gratiæ sunt habendæ. Et sic Dauid volebat magnas habere grates, pro eo, ꝙ viri sui nihil molesti fuerant pastoribus Nabal. *Nec aliquando defuit quicquam eis de grege.* Istud est secundum, ſ. quòd ipsi nunquam intulerunt aliqua damna pastoribus, ita vt deesset aliquid de grege: nec etiam permiserūt, quòd aliquis extraneus inuaderet gregem: nam cum ibi essent sexcenti viri, nullus audebat accedere ad rapiendum aliquid de grege. A feris etiam nihil rapiebatur: quia feræ fugiebant tantam multitudinem virorum: ideo toto tempore, quo fuerunt pastores Nabal cum Dauid, & viris suis, nihil defuit illis ex aliqua causa de grege. *Omni tempore, quo fuerunt nobiscum in Carmelo.* Non dicitur hic, quòd fuerint in Carmelo cum eis, ſ. in parte ista Carmeli, in qua nūc erat Nabal tondens greges, quia ibi non fuerat Dauid: sed erant pastores Nabal in alia parte Carmeli procul inde: & ibi manserunt serui Dauid cum pastoribus, & illa pars non vocabatur Carmelus respectu partis, in qua nunc erat Nabal: ideo nunc dixit Dauid viris suis: ascendite in Carmelum, quasi non esset ipse in Carmelo. Etiam pastores Nabal significauerunt se fuisse cum Dauid, & viris suis extra Carmelum: sic patet infra. ſ. ne quicquam aliquando perijt omni tempore, quo fumus conuersati cum eis in deserto: & tamen quando ista loquebantur pastores erant in Carmelo: ergo significabant se fuisse cū eis in Carmelo, quia fuit in quadam extremitate illius, quæ largè vocatur Carmelus. *Interroga pueros tuos, & indicabunt tibi:* idest, si non credis ista verba de bona societate, quam habuimus ad pastores tuos, interroga eos, & ipsi confitebuntur. Hoc patet, quia ipsi confessi fuerunt istud Abigail, vt patet infr. ſ. Homines isti satis boni fuerunt nobis, & non molesti: pro muro erant nobis, tam in nocte, quàm in die omnibus diebus, quibus pauimus apud eos greges. *Nunc ergo inueniant pueri tui gratiam in oculis tuis:* idest, pro omnibus istis bonis oramus, quòd nos, qui sumus pueri tui, idest serui, inueniamus gratiam in oculis tuis. ſ. vt concedas id, quod petimus. Ecce quanta humilitas in petendo: nam viri Dauid, & ipse Dauid vocauerunt se seruos Nabal. Inuenire autem gratiam in oculis alicuius, est, quòd ea, quę nos voluimus, vel petimus, ei grata videantur: & tunc concedet quicquid petierimus. *In die enim bona venimus*, idest concedas hoc, quia in die bona venimus ad petendum. ſ. in die, qua dispositus est ad dandum.

Cur viri Dauid dixerunt Nabal, quòd venerunt in die bona.
Quæstio. III.

QVAERET aliquis, cur viri Dauid dixerunt: in die bona venimus. Respondet Ra. Sa ꝙ erat dies bona, idest festum clangoris: erat enim ille dies multum solennis inter omnia festa Iudæorum, præsertim, quia in ipso incipiebat clangi in buccina ad denunciandum libertatem in anno Iobelæo, & postea continuabatur in die propitiationis: Leui. c. 25. & quando non erat Iobelæus clangebatur buccina in hac die ad significādum libertatē à seruiture, quæ fiebat quolibet anno. 7. Etiam dicunt Iudæi, quòd in alijs annis, quando non erat annus septimus, nec Iobelæus disponebantur homines ad pœnitentiam per clangorem buccinæ; quia debebat fieri remissio omninm peccatorum in die 10. mensis ipsius septimi, quæ erat dies ipsius propitiationis. Sed hoc nō stat, quia nō est verisimile, quòd in die illa tonderet greges Nabal, cum esset dies illa celeberrima, & Iudæi non poterant facere in die illa opera seruilia, vt patet Leui. ca. 23. ipsi tamen erant obseruatores magni festorum: ergo nullo modo tonderet Nabal in die illa greges. Sed dicendum est, quòd venerunt in die bona, idest in die magnę lætitiæ. Erat enim tunc tonsio gregum, & dies illa apud antiquos erat celebris: faciebant enim magna conuiuia, & vocabant amicos. Sic enim patet de Absolon, qui quando totondit gregem suum, vocauit regem, & omnes filios suos ad conuiuium, vt patet infra 2. lib. cap. 13. Dicit autem Andreas, & Nicolaus, quòd faciebant istam solennitatem Iudæi in tonsione ouium in memoriam Patriarcharum, quia illi fuerant pastores ouium. Sic patet Gen. capit. 46. & 47. ſ. Pastores ouium sumus serui tui nos, & patres nostri. Propter istam magnam lętitiam sunt homines magis dispositi ad erogandum, ideo dicebant serui Dauid, quòd in die bona venerant, idest in qua non recusaretur petitio eorum propter lætitiam, & solennitatē diei. Vocatur ēt dies bona, idest dies abundantiæ, quia in die illa fecerat Nabal conuiuia magna, vt pater infra in litera. ſ. eratque conuiuium Nabal in domo eius, quasi conuiuium regis, & cor Nabal erat iocundum. Poterat ergo de tanta abundantia ciborum aliquid largiri Dauid, & viris suis, nec grauaretur erogando, sicut grauaretur in alijs diebus, in quibus pau-

Respondet Ra. Salomonis reijcitur.

Opinio Andreæ, & Nicolai.

paucā parauerat: erat ergo dies ista bona, idest abundans, in qua haberetur copia pro domesticis, & pro extraneis. *Quæcunque inuenerit manus tua de seruis tuis.* idest quicquid potueris inuenire in promptu da nobis, qui sumus serui tui. Dicitur autem. quicquid potest manus tua inuenire, idest, quicquid potest aliqd faciliter habere: & similis modus loquendi habetur Leuit. ca. 5. & 12. & in multis alijs locis: in quo pueri Dauid inuenerunt, quòd nolebant aliquod magnū munus, ne per hoc retraheretur Nabal à dando, sed quicquid ille vellet dare, & occurreret sibi in promptu ad dandum. Vocauerūt etiam viri Dauid se seruos Nabal, vt per hoc fortè faueret petitioni eorū. *Et filio tuo Dauid*, idest, da aliquid Dauid filio tuo. Noluit enim Dauid vocare se seruum Nabal, vt faceret differentiam inter se, & viros suos, sed vocauit viros suos seruos Nabal, se autem vocauit filium eius, in quo magna erat humiliatio. Ex hac litera colligitur sensus literæ nostræ, supra cùm dicitur: fratribus meis, & tibi pax. ſ. quia cum vocauerit se hic Dauid filium Nabal, vocaret eos, qui erant de familia Nabal, fratres: ideo litera nostra dixit fratribus meis. *Cumque venissent pueri Dauid*, idest cum venissent illi 10. iuuenes, quos miserat Dauid in montem Carmelum, vbi erat Nabal. *Locuti sunt ad Nabal omnia verba hæc.* ſ. repererunt Nabal cum tonsoribus suis, & locuti sunt omnia præcedentia secundum formulam eis datam à Dauid. *Ex nomine Dauid*, idest, non proposuerunt isti iuuenes petitionem hanc ex se, quasi ipsi peterent; sed retulerunt se missos à Dauid, & oīa hæc verba dixerunt dixisse Dauid. *Et siluerunt*, idest postquam finierunt petitionem suam, siluerunt, expectantes quid Nabal respondere vellet. *Respondens autem Nabal.* Hic ponitur tertium huius secundæ partis ſ Nabal rusticana responsio. Fuit enim in duobus rusticana. ſ. quia auara, & opprobriosa: auara quidem, quia cum Dauid, & viri sui benefecissent pastoribus Nabal, debebat Nabal aliquid impartiri in premium Dauid petenti: & dato, quòd nihil benefecisset Dauid pastoribus Nabal, si Nabal fuisset vir cordis generosi, petente Dauid aliquid liberaliter erogasset. Nihil tamen prorsus dedit, in quo rusticus erat non respiciens nobilitatem cordis, sed tenacitatem. Secundò fuit opprobriosa. ſ. quia incepit Nabal à conuitijs, dicēs: quis est Dauid, & quis est filius Isai? si enim noluisset aliquid dare, poterat coloratè respondere, & sine iniuria Dauid, & virorum suorū: incepit tamen ab iniurijs, in quo nimis rusticus erat, nesciens honorem deferre ei, cui debebat: sed nihil læsus conuitiabatur. *Quis est Dauid, & quis est filius Isai?* Ista dicuntur in opprobrium Dauid ad diminuendum honorem suum, q. d. quis est Dauid, vt ego debeam dare sibi aliquid de cibis meis? q. d. non est tanti valoris, nec honoris, vt propter ipsum aliquid dare debeam. Et dicitur hic: quis est Dauid, & quis filius Isai? & ponitur hic ad exaggerandum: pertinet enim ad homines passionatos. ſ. iratos, vel superbos, aut inuidentes, qui volunt maledicere: sic enim locutus fuit Siba, qui voluit totum Israel auertere à Dauid, vt patet infra 2. lib. ca. 20. ſ. non est nobis pars in Dauid, nec hæreditas in filio Isai, reuertere in tabernacula tua Israel.

Nabal respondit opprobriosè seruis Dauid propter ebrietatem.
Quæstio IIII.

QVAERET aliquis, cur Nabal loquebatur ita opprobriosè contra Dauid, cùm sciret eum esse virum magnum, qui ei posset nocere, & hactenus nihil nocuerat. Respondebit aliquis, quòd Nabal erat ebrius, & nesciebat quid diceret, ideo locutus fuit asperè: si autem fuisset sobrius. ſ. ante cibos non locutus fuisset verba huiusmodi. Hoc patet infra in litera. ſ. erat enim Nabal ebrius nimis, & ob hoc vxor eius non indicauit ei aliquid de verbis Dauid, quæ dixerat ad eam. Sed aliquis dicet, ꝙ nō erat ebrius Nabal, quando venerunt viri Dauid, sed postea fuit ebrius, quando redijt vxor postquam locutus est ad Dauid, quia tunc erat in conuiuio. Sed adhuc dicendum, quòd Nabal erat ebrius, quando locutus fuit hæc: quod patet, quia immediatè cum recesserunt viri Dauid à Nabal, vnus de pueris Nabal dixit ad Abigail hæc: & tunc significauit Nabal esse ebriū, vt patet infra. ſ. recogita quid facias, quoniam completa est malicia aduersus virum tuum, & aduersum domum tuam, & ipse est filius Belial, ita quod nemo possit ei loqui: ergo quando venerūt viri Dauid, erat taliter dispositus Nabal, quòd nullus poterat loqui ei, qui pacificum responsum reciperet: quod videtur fuisse ex ebrietate. Sic etiam patet infra in litera. ſ. Diluculo autem cum digessisset vinum Nabal, indicauit ei vxor sua verba hæc, & emortuum est cor eius, & factus est quasi lapis, & sic timuit nimis propter verba, quæ dixerat viris Dauid: ita igitur timuisset à principio, & non dixisset illa, si non fuisset ebrius. Aliter etiam dici poterit, ꝙ Nabal ista dixit: quia erat pessimæ conditionis. ſ. durus, & promptus ad iniuriam in verbis. Hoc significatur supra in litera. ſ. porro vir eius durus, & pessimus, & maliciosus. Quanquam ergo non esset tunc ebrius, naturalis iniquitas conditionis eius mouisset eum ad dicendum hæc: & tunc exponentur verba, quę dixit puer Nabal ad Abigail. ſ. & ipse est filius Belial. ita quòd nemo possit ei loqui, idest, est tam duræ conditionis, quòd nullus possit ei loqui, & recipiat bonum responsum. *Hodie increuerunt serui, qui fugiunt Dominos suos.* Istud erat improperium magnum Dauid, quia vocauit eum Nabal seruum fugitiuum à Domino suo, & dixit: hodie increuerunt serui, q. d. hodie sunt plures serui fugitiui à Dominis suis, quā olim erant: ideo veniunt ad petendum cibos meos. *Tollam ergo panes meos?* idest nunquid debeo tollere panes meos propter istos seruos fugitiuos ad dandum eis, & quòd non dem tonsoribus meis? q. d. non videtur bonum. *Et aquas meas?* idest nunquid tollā aquas ad dandum illis? Locutus fuit hic de aquis Nabal, tanquam essent alicuius præcij, sicut panes, vel carnes pecorum, & hoc propter duo. ſ. quia fortè aquæ in terra illa caræ sunt, eoquòd est terra aquis deficiens, & reseruantur aquæ in cisternis: vnde aquæ emebantur, sicut cætera pertinentia ad cibum: sic. n. dixerunt Israelitæ ad regem Edom, quando volebant transire per terram suam, Num. capit. 20. non ibimus per agros, nec per vineas: nō bibemus aquas de puteis tuis, sed publica gradiemur via. Si tamen aquæ non essent carę in terra illa, non fuisset facta mentio de eis. Et eodem capit. iterum dixerunt filij Israel: per tritam gradiemur viam: & si biberimus aquas tuas, nos, & pecora nostra dabimus, ꝙ iustum est, nulla erit in precio difficultas. Deus quoque iussit, vt Israelitæ emerent aquas transeundo per terminos Edom, Deuteronom. capit. 2. ſ. Cibos emetis ab eis pecunia, & comedetis: aquam emptam hauretis, & bibetis. Ergo aqua venalis erat in terra illa, & cara: sed illa terra est coniuncta terræ Israel. ſ. terra Edom, & Moab, & Ammon: vt colligitur Num. cap. 34. & Iosue 15. ergo etiam in terra Israel verisimile erat sic esse. Secundo potest fieri mentio de aquis, quia nomine aquarum non solum intelliguntur aquæ, sed etiam omne, quod bibi potest, sicut nomine

Universidad de Deusto
Biblioteca

mine panis non ſolum intelligitur panis, ſed etiam F
quod comedi poteſt, vt patet ſupra cap. 14. vbi intel
ligitur mel nomine panis, & infra 4. lib. ca. 6. dicitur:
pone coram eis panem: & ſequitur ibi, quòd appo-
ſita eſt magna ciborum præparatio: & ſic nomine
aquarum intelligitur hic vinum, vel quicquid aliud
videbatur: & hoc veriſimilius eſt: Nam non debebat
mittere in deſertum Nabal aquas Dauid, & viris ſu-
is, dato quòd faueret petitioni eorum: quia non eſt
veriſimile, quòd Dauid, & viri ſui non haberent in
deſerto copiam aquarum in loco, in quo erãt: nam
alioquin non poſſent ibi manere: ergo Nabal non
c erat eis miſſurus aquas. Patet hoc etiam, quia cum
Abigail miſit hæc munera, quæ miſſurus erat Na-
bal, non dicitur, quòd miſit aquas, ſed duos vtres vi- G
ni, vt patet infra. *Et carnes pecorum meorum*, ideſt, nun-
quid dabo eis carnes pecorum? omnia exprimebat
hic Nabal, quæ exigebantur ad cibos, & quæ datu-
rus eis eſſet, ſi non fuiſſet ruſticus. In Hebræo dici-
tur. *Et coquinam meam.* Vbi nos dicimus carnes pecо-
rum: litera tamẽ noſtra poſuit carnes, quia iſtud no-
men, quod hic ponitur in Hebræo, eſt æquiuocum
ad carnes, & ad coquinam. Etiam, quia nunquam
ſignat, niſi coquinam carnium, præſertim, quia non
eſt veriſimile, quòd Nabal intelligeret de coquina,
quia non poterat mittere coquinam Dauid, & viris
ſuis in deſerto, ſed carnes. Etiam, quia dicitur in lite
ra. quę occidi tonſoribus meis, coquina tamen non
occiditur. oportet igitur, q̃ intelligantur carnes: & H
ob hoc dixit litera noſtra carnes pecorum. *Quę occi-
di tonſoribus meis*, ideſt: occidi pecora pro tonſoribus
meis: Nunquid dabo illa iſtis viris fugitiuis? q. d. non
eſſet bonum, quia nihil haberem pro tonſoribus
meis. Sed iſta reſponſio nulla erat, quia Dauid non
petebat aliqua magna munera, per quæ diminuerẽ-
tur cibi tonſorum, ſed petebat aliquid leue. Vnde
dixerunt viri Dauid: quæcunque inuenerit manus
tua da ſeruis tuis, ideſt, q̃quid potueris faciliter da-
re, & ad magnum hoc ſolũ da: maximè quia etiam
ſi dediſſet Nabal Dauid copioſum munus, non vide
retur aliquid deeſſe tonſoribus ſuis die illo, quia ipſe
parauerat conuiuium magnum, quaſi conuiuium
regis, vt patet infra in litera, & Abigail tulit omnia, I
quæ infra habentur, Dauid de his, quę parauerat Na
bal pro tonſoribus ſuis: nam ipſa non poterat co-
quere arietes poſtquam puer ſuus nunciauit ei re-
ſponſum durum Nabal, cum velociter deſcenderet
ad Dauid, ne ipſe præueniret, & deleret domum Na
bal. Accipit igitur de arietibus, quos coxerat Nabal
tonſoribus ſuis, & propter hoc nihil defuit: nam il-
lis ablatis adhuc dicitur, quòd erat conuiuium in do
mo Nabal, quaſi conuiuiũ regis, vt patet infra. *Et da-
bo viris, quos neſcio vnde ſint*, ideſt: nunquid debeo auſer
re cibos domeſticis meis, & dare viris ignotis? q. d.
non eſt bonum. Non dicebat Nabal iſtos viros ſim-
pliciter ignõtos, quia ipſe nouerat Dauid eſſe de Be-
thlehem: & cauſam, pro qua fugerat à Saule: & quo K
modo omnes illi viri conuenerunt ad eum, tam de
genere ſuo, quàm de extraneis: nam ipſe dixit: hodie
increuerunt ſerui, qui fugiunt Dominos ſuos: ergo
ſciebat eos fugitiuos, ſed dixit: quia neſciebat vnde
erant, ideſt: nullo modo attinebãt ad eum, quia nec
erant cognati ſui, nec domeſtici: vt aliquid eis dare
deberet. *Regreſſi ſunt itaque pueri Dauid per viam ſuam*, ſci-
licet, cum habuiſſent reſponſum durum, noluerunt
amplius expectare, ſed reuerſi ſunt: nec etiam ipſi re
ſponderunt aliquid durum Nabal, quanquam con-
uitiatus fuiſſet illis, cum dixiſſet eis Dauid, q̃ ſalutа-
rent eum pacificè: noluerunt autem vltra mandatũ
aliquid agere. *Et reuerſi venerunt, & nunciauerũt ei omnia*
verba, quæ dixerat Nabal. ſ. illa opprobria Dauid, & vi-
rorum ſuorum, quæ dixerat Nabal: & ex his ſuccen
ſus fuit Dauid in iram magnam. *Tunc Dauid ait viris
ſuis.* Videns enim maliciam Nabal. ſ. quia nihil vo-
luerat eis retribuere pro bonis, quæ egerant paſtori-
bus ſuis, & inſuper intulerat opprobria magna, cum
nihil mali locutus fuiſſet Dauid de eo, voluit vindi-
ctam expetere, & iuſſit armari viros ſuos. *Accinga-
tur vnuſquiſque gladio ſuo.* ſ. vnuſquiſque paret ſe ad pu-
gnam. Et nomine gladij intelliguntur hic cętera
arma leuia, quæ ferre poterant viri Dauid. Et dici-
tur, quòd vnuſquiſq; accingatur, non quidem om-
nes, qui erant cum Dauid: quia erant cum eo ſexcẽ-
ti viri, quorum quadringenti ſecuti ſunt ipſum: du-
centi autem manſerunt ad ſarcinas cuſtodiendas, vt
patet in litera: ſed dicitur: vnuſquiſq; ſ. de illis, quos
elegerat ad eundum ſecum. *Et accincti ſunt ſinguli gla-
dijs ſuis* .ſ. quilibet de illis quadringentis viris accin-
ctus eſt, quod illico fecerunt: quia non ſolum Dauid
iratus erat, ſed etiam omnes viri eius, quia oppro-
bria erant communia. *Accinctuſque eſt Dauid enſe ſuo.*
Ipſe enim erat dux eorũ, & præcedebat eos ad oĩa,
quę facere debebant: ideo ipſe cum eis accinctus eſt.
Et ſecuti ſunt Dauid quaſi quadringenti viri. Quanquam
Dauid haberet ſexcentos viros, noluit ſecum porta
re omnes, eo q̃ ſufficiebant quadringenti ad delen-
dum totam domum Nabal: cum ille non haberet
niſi tonſores, & non viros bellatores, qui præ gau-
dio, & abundantia ciborum reſoluti mero, & ebrij
erant. Etiam oportebat, quòd Dauid aliquos di-
mitteret de viris ſuis ad cuſtodiendum res ſuas: ideo
non tulit ſecum omnes. *Porro ducenti remanſerunt ad
ſarcinas*, ideſt reliqui ducenti de viris Dauid manſe-
runt cuſtodiendo ſarcinas. Vocantur autem ſarci-
nę tentoria aliqua, & vaſa ciborum, & alia, quæ fere
bant ſecum viri Dauid ad neceſſitatem vitæ, quan-
quam iſta pauca erant, vt expediti ſemper eſſent ad
bellum, vel ad fugiendum, ſi opus eſſet. Dicitur au-
tem, quòd manſerunt ducenti: quia omnes viri erãt
ſexcenti, vt patet ſupra cap. 23. & infra 29. & 30. Ibãt
autem cum Dauid quadringenti, ideo oportebat
manere ducentos ad ſarcinas. Non manſerunt autẽ
tot quaſi neceſſarij eſſent tot ad cuſtodiam ſarcina-
rum, ſed quia ſuperfluum erat, q̃ plures irent cum
Dauid ad delendam domum Nabal. Nec valet ſi
obijcias, q̃ quando pugnaturus erat Dauid contra
latrunculos Amalecitarum, indigebat multis viris
ad pugnam, & tamen reliquit ad ſarcinas ducentos
viros, infra cap. 30. quia non eſt ſimile: quia ibi relicti
ſunt illi ducenti viri, eo q̃ præ laſſitudine non pote-
rãt ſequi iter aliorum: ideo reliquit eos Dauid apud
torrentem Boſor: tamen à principio ipſe ferebat
omnes ſexcentos ſecum ad pugnandum, vt patet c.
cap. ſed illi ducenti ſubſtiterunt præ laſſitudine: hic
autem non relicti ſunt quaſi fatigati: ſed quia iſti du
centi non videbantur neceſſarij ad delendum do-
mum Nabal.

*An peccaret Dauid, ſi deleuiſſet domum
Nabal. Quæſtio V.*

QVAERET aliquis, cum Dauid armauerit omnes iſtos viros ad delendum domum Na-
bal, an peccabat, ſi deleuiſſet illam. Dicendum, quòd
Dauid habuit intentionem delẽdi domum Nabal:
immo etiam iurauit hoc aliqualiter, vt patet infra,
ſcilicet. Hęc faciat Dominus inimicis Dauid, & hęc
addat, ſi reliquero de omnibus, quę ad eum pertinẽt
mingentem ad parietem: peccatum tamen erat ſi
Dauid deleuiſſet, vel nociuiſſet alicui de domo Na-
bal: quia, quanquam rationabile fuiſſet, q̃ Nabal de A
diſſet aliquid Dauid petenti propter bona, quæ fece
rat paſtoribus eius: aliàs haberet Dauid cauſam ra-
tionabilem conquerendi de Nabal, ſicut infra fecit
dicens: verè fruſtra ſeruaui omnia, quæ huius erant
in deſerto, & non perijt quicquam de cunctis, quæ
ad eum pertinebant: tamen propter hoc non habe-
bat Dauid cauſam rationalem cõquerendi ad hoc,
quòd occideret Nabal, & deleret domum ſuam; qa
vbi non eſt conuentio, non eſt obligatio legalis in
dando, & accipiendo: quanquam eſt obligatio mo-
ralis, & ſecundum naturam, vt patet 8. Eth. ideo nec
etiam iudicialiter poterat aliquid intentare Dauid
contra Nabal, ex hac cauſa, quanto magis propria
auctoritate delere domum eius. Sed dicendum eſt, B
q̃ Dauid non motus fuit contra Nabal principali-
ter propter hoc, quia nihil ei dederat, ſed quia ex-
probrauerat ei, & ſeruis ſuis: vnde habebat eum Da
uid tanquam hoſtem, vt patet infra in litera .ſ. cum
audiſſet Dauid mortuum Nabal, ait benedictus Do-
minus, qui iudicauit cauſam opprobrij mei de ma-
nu Nabal. Ergo ſolum conquerebatur Dauid pro
opprobrijs inflictis. Habebat autem q̃ hoc ratione
bilem cauſam conquerendi, & poterat iudicialiter
agere contra Nabal. Quòd tamen ipſa propria au-
ctoritate vlciſceretur iniuriam, peccatũ erat: quia
non licet hoc, niſi auctoritate iudicis, ideo peccaui-
ſſet, ſi occidiſſet Nabal: Sed aliquis dicet, q̃ Dauid po
terat iſtud agere, eò q̃ ipſe erat iudex, cum eſſet vn- C
ctus in regem à Deo, & poterat tanquam iudex in-
ferre Nabal pęnam pro contumelioſis verbis in eũ,
velut ſiquis maledixerit regi, poterit rex iubere licitè
illum puniri, quia ipſe eſt ſupremus iudex. Sed
hoc non ſtat propter duo. Primò, quanquam rex
poſſit punire maledicentes ſibi, tamen illicitè agit, ſi
agat deſiderio vindictæ, ſed ſolum debet agere zelo
iuſtitię, ne maieſtas regia condemnatur. Dauid au-
tem non agebat hoc zelo iuſtitiæ: ſed ad vindictam,
vt patet infra, cũ dixit. prohibuiſti me, nejrem ad
ſanguinẽ, & ne vlciſcerer me manu mea: ergo pec-
caſſet, ſi occidiſſet Nabal: Secundò, quia Dauid, quã-
quam vnctus eſſet in regem, tamen nullam habebat
iuriſdictionem viuente Saule, quia nec Deus vnxe- D
rat eum ad hoc, vt regnaret viuente Saule, ſed poſt
mortem eius, & tunc poterat agere tanquam iudex:
nunc autem neminem poterat iudicare. Apparet
autem, quòd peccaſſet, ſi occidiſſet Nabal, quia dixit
Abigail. Cum conſtituerit te dominus ducem ſuper
Iſrael, non erit tibi hoc in ſingultum, & in ſcrupulũ
cordis, quòd effuderis ſanguinem innoxium, aut ip-
ſe te vltus fueris. Non haberet tamen Dauid ſingul-
tum, nec ſcrupulum cordis, ideſt remorſum cõſciẽ-
tiæ de occiſione Nabal, niſi illa fuiſſet iniuſta: ergo
peccaſſet, ſi eum occidiſſet. Item patet ex verbis Da-
uid, cum dixit ad Abigail. Benedicta tu, quæ prohi-
buiſti me hodie, ne irem ad ſanguinem, & ne vlciſce
rer mę manu mea: ſi tamen nõ fuiſſet peccatum nõ E
benedixiſſet Dauid ad Abigail, quia liberauit eum,
ne vlciſceretur ſe. Item patet, quia dicitur ibi in lite-
ra: alioquin viuit Dominus Deus Iſrael, qui prohi-
buit me, ne malum facerem: ſed ibi non dicebat de
alio malo, niſi de electione domus Nabal: ergo pec-
cauerat Dauid, ſi hoc fecerat. Item dixit Dauid, cũ
audiuit mortuum Nabal: benedictus Dominus, qui
iudicauit cauſam opprobrij mei de manu Nabal, &
ſeruum ſuum cuſtodiuit à malo. Iſtud malum erat
malum culpæ, à quo Deus cuſtodiuit Dauid facien-
do, ne occideret Nabal, ſed ipſe eum occidit: ergo ſi
occidiſſet Dauid Nabal, peccaſſet grauiter, petens
manu ſua vltionem.

*An peccauerit Dauid cogitando occidere Nabal.
Quæſtio VI.*

QVAERET aliquis, an peccauerit Dauid cogi
tando occidere Nabal. Aliquis reſpondebit ſi-
cut dicebatur præcedenti capit. de occiſione Saulis,
quam cogitauit Dauid, quòd cogitare occidere ali-
quem non eſt peccatum, ſi ſolum eſt cogitatio, ideſt
conſilium: ſed eſt peccatum, ſi ſit deliberatio de occi
dendo. De Dauid autem dicent, q̃ ſtimulatus ira di-
ſpoſuit occidere Nabal, ſed non fuit plena delibera-
tio. Sed hoc non ſtat, quia Dauid iuſſit ſeruis ſuis, q̃
accingerentur gladijs, & accincti ſunt, & iuerũt qua
ſi vſque ad domum Nabal, cum obuiauerunt Abi- 9
gail, & tunc dixit Dauid: hæc faciat Deus inimicis
Dauid, ſi reliquero de omnibus, quæ pertinent ad
Nabal mingentem ad parietem: ergo adhuc tunc
propoſitum habebat occidendi Nabal, in quo plena
deliberatio erat. nam ex paſſione dicitur aliquis age
re, & indeliberatè: non quandocunque agit habens
paſſionem, vel mouente illa, ſed quandocunq; agit
ex quodam impetu repentinè, ita q̃ nondum po-
tuit deliberaſſe: ſi tamen aliquis agat habens paſſio-
nem, & non ageret, niſi paſſio eum moueret, ſi habi-
to tempore deliberandi aliquid egerit, non dicitur
egiſſe ex paſſione, ſed cum deliberatione: & ita erat
hic de Dauid, quia ipſe à principio diſpoſuit occide-
re Nabal, & poſtea manſit in iſto propoſito quouſq;
Abigail diſſuaſit ei: hoc ergo videbatur peccaſſe de-
liberando agere malum. In contrarium videtur, q̃
Dauid non egerit malum, quia ipſe dixit: viuit Do-
minus Deus Iſrael, qui ꝓhibuit me, ne facerem ma-
lum, vt patet infra, ergo putauit ſe non feciſſe malũ
cogitando occidere Nabal: Item patet, quia infra di
xit Dauid: benedictus Dominus, qui iudicauit cãm
opprobrij mei de manu Nabal, & ſeruum ſuum cu-
ſtodiuit à malo, ideſt, ne faceret malũ, ergo nõ pec-
cauit Dauid cogitando occidere Nabal. Dicendum,
quòd cùm peccatum non ſolum ſit in actu exterio- Quæſt. 20.
ri, ſed etiam magis ſit in conſenſu, vt declaratum eſt
præcedenti cap. dicetur Dauid peccaſſe, cum delibe
rauerit occidere Nabal. Erat tamen iſtud pecca-
tum, quaſi nullum conferendo ad culpam, quã ha-
buiſſet, ſi deleuiſſet domum Nabal. Cum autem di-
xit Dauid, q̃ Deus cuſtodiuit eum à malo: non eſt
ſenſus, q̃ cuſtodierit eum, ne aliqualiter peccaret,
ſed cuſtodiuit, ne grauiſſimè peccaret: ideo cum nõ
peccaſſet occidendo Nabal, eo q̃ non occidit eum,
& illud erat peccatum grauiſſimum, quod incurriſ-
ſet, niſi Deus miſiſſet Abigail ad impediendum, vi-
debatur quaſi ſimpliciter liberatus ab omni culpa,
cum illa culpa, quam incurrerat, quaſi nulla eſſet in
comparatione eius, quam incurſurus erat. Quod ta-
men aliquis vellet dicere Dauid nihil omnino pec-
caſſe hic, falſum eſt. *Abigail autem vxori Nabal.* Hic po De prudẽ
nitur quartum huius ſecundæ partis .ſ. Abigail pru- tia Abi-
dẽs obuiatio. ſ. quia ipſa egreſſa eſt in occurſum Da- gail.
uid ferens munera, & placatus eſt: alioquin occidiſ-
ſet omnes de domo Nabal. *Nunciauit vnus de pueris*, i.
de pueris Nabal, & non de pueris Dauid. quod patet
ex verbis ſuis .ſ. ecce miſit Dauid nuncios de deſer-
to, vt benediceret Domino noſtro. Iſte puer erat
præſens quando viri Dauid petiuerũt aliquid à Na-
bal: & quia vidit, q̃ durè reſponderat, putauit q̃ Da-
uid ex hoc iratus aliquid mali inferret: nunciauit il-
lud Abigail, vt prouideret in hoc. Erat enim ipſa
prudens, ſicut dicitur ſupra in litera, & poterat ſup-
plere defectus viri ſui. *Ecce miſit Dauid nuncios de deſerto.*
ſcilicet de loco deſerti, in quo erat, ipſe enim mane-
bat in quadam extremitate Carmeli, in qua paſtores
Na-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nabal esse consueuerant cum illo. *Vt benedicerent Domino nostro*, idest, vt imprecarentur ei bonum, & peterent ab eo aliquid. Dicuntur autem isti benedicere, quia quando petunt imprecantur bona eis, à quibus, vt sic suadere possint. Hoc fecerunt viri Dauid, quia imprecati sunt bona Nabal dicentes: fratribus meis, & tibi pax, & domui tuæ, & omnibus quæ cũq; habeas sit pax. Signat tamen pax tranquillam fruitionem bonorum, quæ inter omnia bona maxima est. *Et aduersatus est eos*, idest, persecutus est, vel afflixit in verbis irrogans obbrobria: sic accipitur Exo. cap. 22. cum Deus dicit: aduersor impium, idest ego affligo impios, vel repugno illis. *Homines isti boni nobis satis fuerunt*. Hic incipit probare iste puer Nabal, quòd debuisset Nabal aliquid dare viris Dauid: quia ipsi fuerunt satis boni eis, idest pastoribus Nabal .s. fuerunt vtiles: quia quando erant præsentes illis nullus homo, vel fera poterat inuadere gregem: & nihil deficiebat de grege eis præsentibus. *Et non molesti*, idest, nunquam fuerunt nobis molesti accipiẽdo aliquid de grege, vel irrogando nobis aliquas iniurias, pro quo grates magnas merebantur: quia difficile erat, vbi manebant tot viri bellatores, & inopes, ꝙ non læderent gregem, sed non læserunt: ergo ex magna virtute proueniebat, cui grates agendum erat. *Nec quicquam aliquando perijt*. s. de grege nostro. Ex hoc apparet, quòd iste puer, qui annunciabat hæc Abigail, erat de pastoribus Nabal, cum ipse pauisset gregem in deserto apud Dauid, & viros suos. *Omni tempore, quo conuersati sumus cum eis in deserto*, idest in parte illa deserti, in qua erat tunc Dauid, quæ erat pars Carmeli, sicut dixerunt pueri Dauid ad Nabal: nunquam eis molesti fuimus, nec aliquando defuit eis quicquam de grege omni tempore, quo fuerunt nobiscum in Carmelo. Vocatur autem desertum illa pars, quia quanquam nunc iste puer, qui loquebatur ad Abigail esset in Carmelo, quia tamen hic, vbi loquebatur, erant habitationes aliquæ cum ibi haberet possessionem suam Nabal, videbatur desertum esse illa pars Carmeli, vbi nũc erat Dauid, & vbi pastores habuerant gregem Nabal, & non ista pars Carmeli, in qua nunc erant. Significatur etiam ex hoc, quòd aliquanto tempore manserat Dauid in deserto illo ante hanc tonsionem gregum Nabal, cùm dicatur: omni tempore, quo conuersati fuimus cum eis. Dicitur etiam, ꝙ nihil defuit hoc tẽpore de grege, eo ꝙ viri Dauid nihil accipiebant, cum Dauid hoc eis dixisset: & nullus alius inuadere audebat gregẽ præsentibus viris Dauid. *Pro muro erant nobis, tam in nocte, quàm in die*, idest, erant tanquam murus circundans gregem per noctem, & diem, & defendens, tam ab hominibus, quàm à feris: nam feræ fugiebant procul, cum esset ibi tanta hominum multitudo: aliàs multæ feræ sunt in terra illa, quæ lacerant greges, sicut patet supra cap. 17. cum dicat Dauid, ꝙ quando custodiebat gregem pugnauit interdum contra leonem, & vrsum rapientes aliquid de grege: viri autem Dauid erant nunc nimis vtiles pastoribus Nabal: cum non possent feræ inuadere greges eorum. *Omnibus diebus, quibus pauimus apud eos greges*, q. d. non fuimus semper apud eos pascendo greges, sed ipso tempore, quo ibi mansimus fuerunt nobis vtiles valde. *Quamobrem*, idest: quia tanta bona nobis fecerũt, & Dñs noster nihil eis conferre voluit petentibus, & insuper obbrobrijs magnis increpitos eos à se dimisit. *Considera, & recogita quid facias*. q d. cogitare debes, quòd pro his irascetur Dauid, & aliquid mali inferre vellet, ideo cogita quid facias. i. quomodo prouideas, ꝙ mala non eueniant. *Quoniam completa est malicia aduersus virum tuum*. i. deliberatum est de inferẽdo malum viro tuo. Malicia accipitur hic pro malo pœnæ: dicitur autem malicia non consummata, quando inquiritur de aliquo, an malum sibi inferri debeat. Est autem malicia consummata, quando deliberatũ est de aliquo, ꝙ infligatur ei pœna: & quia deliberatũm erat apud Dauid, & viros suos, ꝙ occiderent Nabal, dicitur malicia aduersus eos consummata. Hoc autem dixit iste puer ad Abigail non tanquam determinatè sciens, quia ipse nesciebat, an aliquid pararet Dauid contra Nabal, & si aliquid pararet, quid esset illud, sed dicebat secundum præsumptionem: quia verisimile erat, ꝙ cum Dauid offensus fuisset à Nabal: & posset ipsi infligere malum, ꝙ infligeret. *Et aduersum domum tuam*. i. non solum contra virum tuum deliberatum est, sed etiam contra domum tuam. Et hoc verum erat, quia Dauid dispoſuerat delere totam domum Nabal, ita vt non relinqueret mingentem ad parietem, vt patet infra: hoc tamen dicebat puer iste Nabal ex præsumptione, quia putabat, ꝙ non solum vellet Dauid vlcisci iniuriam in Nabal, sed etiam in totam domum suã, cũ esset grauis iniuria. *Et ipse est filius Belial*, i. Dñs noster Nabal est filius Belial. i. filius iniquitatis nõ obediẽs alicui rõni. *Ita quòd nemo possit ei loqui*. i. tam male se habet, ꝙ nemo potest ei loqui, & habere bonum responsum. Hoc autem poterat esse dupliciter .s. vel, quia erat ebrius, sicut infra dicitur, quòd erat ebrius nimis, & non indicauit ei Abigail verbum pusillũ, vel grande: aut, quia erat Nabal durę conditionis, & tenacis opinionis, nec poterat aliquis cum ad bonũ inducere postquam malum indicasset. Dixit autem hoc puer ille propter duo. Primò, quia Abigail posset ei dicere, cum vidisset Dominum suum malè respondentem viris Dauid, quare non suasit ei, ꝙ responderet benè: vel saltem, postquam recesserunt pueri accepto prauo responſo, quare non dixit Nabal, vt faceret eos redire, & aliquid erogare, aliogn culpabilis erat iste puer, cum potuisset malum excusare: respondet, quòd non locutus fuit ei, eoꝙ erat Nabal vir Belial, & nemo poterat ei loqui. Secundò dixit hoc, vt ipsa Abigail consideraret in se qd opus esset fieri, & non consuleret super hoc Nabal: quia ipse erat filius Belial, & nemo poterat ei loqui. Hoc autem fecit Abigail, quia nihil dixit Nabal, sed ipsa parauit omnia, quæ habentur hic, & tulit ea ad Dauid. *Festinauit igitur Abigail*. s. omnia, quæ sequuntur fecit cum magna festinatione, quia timebat, quòd antequã ipsa exiret in occursum Dauid, ipse irrueret super Nabal, & domum suam, quod fuisset nisi festinasset: nam cum descenderet Abigail de latere montis, in quo manebat Nabal, obuiauit Dauid, & viris suis venientibus ad disperdendum domum Nabal. *Et tulit ducentos panes*. Voluit Abigail ferre sufficientiam ciborum Dauid, & viris suis pro vno prandio, & quia erant sexcenti viri tulit pro eis ducẽtos panes, quos credebat sufficere, quia erant panes magni: præsertim cum ferret quinque sata polẽtæ, quę erant loco panis. *Et duos vtres vini*. In vino quoque sufficienter tulit, quia fortè vtres magni erant: & apparet in hoc, quòd aqua accipiatur supra pro vino: cũ dixit Nabal: tollam ergo panes meos, & aquas meas: nam si Nabal aliquid dare voluisset, nõ dedisset aquas, quia non habebat opus aquarum Dauid, cum eas haberet in agris. Etiam, quia si Nabal missurus fuisset aquas Dauid tanquam opportunas, misisset quoque eas Abigail: sed non misit, nisi duos vtres vini: ergo non significantur ibi aquæ per aquas, sed vinum. *Et quinque arietes coctos*. i. etiam tulit Abigail quinque arietes coctos: In Hebræo habetur. *Quinque oues coctas*. Sed nomen, quod ibi ponitur, est cõmune ad

ad ouem, & ad arietem, eoquòd est nomen speciei, & non sexus: litera autem nostra posuit arietes, quia meliores sunt ouibus. Non est autem credendum, quòd Abigail tulisset aliquid pro Dauid, nisi de melioribus, quæ habebat cum vellet cum placare sibi, ne deleret domum eius. Sciendum autem, quòd Abigail tulit istos quinque arietes de illis, quos parauerat Nabal pro tonsoribus suis, nec consuluit super hoc Nabal, & non defuit aliquid conuiuio Nabal propter istos arietes ablatos: sed dicitur, quòd erat conuiuium eius, quasi conuiuium regis, vt patet infra, in quo apparet magna tenacitas Nabal, quia etiam de eo, quod superubandabat nihil dare voluit Dauid petenti. *Et quinque sata polentæ*. Satum aliquando significat mensuram, & aliquando significat panem. Hic enim significat mensuram, quia polenta non erat panis, sed dicitur, quòd tulit quinque sata polentæ, ergo necesse est, quòd intelligatur satum esse mensura. De hoc etiam Gen. cap. 18. dixit Abraham, & Saram: accelera tria sata similæ, commisce. Vbi aliqui accipiunt sata pro panibus, sed etiam ibi melius accipitur pro mensura, cum dicatur: & fac subcinericios panes, idest, de illis tribus satis farinæ fac panes subcinericios: erat ergo satum mensura, & sic accipitur regulariter. Polenta dicitur multitudo granorum confricatorum, & purgatorum, scilicet, quando spicę torrebantur, & ablatis stamis accipiebantur grana: illa autem seruabantur apud Hebræos in magna multitudine: & sic Abigail habuit nunc multa grana de istis, ita vt posset ferre Dauid quinque mensuras, siue sata. Vocatur autem iste cibus polenta à poliendo, idest, purgando, quia grana ista purgantur, & comeduntur. *Et centum ligaturas vuæ passæ*, idest, etiã tulit Abigail vuas passas Dauid, scilicet, centum ligaturas de eis. Vocatur autem vna ligatura totum, quod continetur de vuis in vno funiculo, vel in aliquo alio, vnde pendeat. *Et ducentas massas caricarum*. Carica vocatur ficus passa, quæ aliquando reducitur in massam, scilicet, quando fiunt de ficubus panes in modum caseorum magnorum. Et dicũtur massę ad differentiam ficuum, quando singulæ ficus per se sunt. Ducentos autem panes de caricis tulit Abigail Dauid: quia de illis habentur multi in terra illa, eoquòd ficus ibi nimis abundant. *Et imposuit super asinos*. Hæc enim omnia cito parauit, quia erant omnia in domo disposita: & fecit ea poni super asinos, quia multa erant: & necesse erat in multis asinis portari. *Dixitque pueris suis: præcedite me*, idest, omnia ista tradidit pueris, & iussit eis, quòd præcederent euntes per viam, per quã Venturus erat Dauid: ferebat autem nunc secũm Abigail pueros. & infra dicitur, quòd iterum, quando iuit ad Dauid, tulit secum quinque puellas. Ratio diuersitatis est, quia nunc ibat Abigail celeriter, vt saluaret domum suam ad obuiandum Dauid, & non curauit ferre, nisi pueros, vt isti portarent munera, quæ mittebat ad Dauid: postea autem ipsa vocata fuit à Dauid, quia volebat eam accipere in vxorem, mortuo Nabal, ideo tunc iuit in aliquali apparatu: & ob hoc tulit secum quinque puellas pedisequas. Et credendum est, quòd etiam portauerit secum aliquos viros: solùm tamen ibi dicitur de puellis. *Ego post tergum sequar vos*. Hoc fecit Abigail, quia volebat præoccupare Dauid venientem: ideo cum parauit omnia ista, posuit ea super asinos, & fecit, ꝙ ferrentur: ipsa autem voluit interim se aliqualiter ornare, vt honestè appareret coram Dauid, & tunc secuta est pueros. *Viro autem suo Nabal non indicauit*, idest, quanquam parauisset omnia ista pro Dauid, & iret illùc, tamen non indicauit viro suo; quia fortè credebat eum esse ebrium, & non posset illi aliquid respondere, sicut quando reuersa eum inuenit ebrium, & non fuit locuta aliquid vsque mane, vt patet infra in litera. Vel fortè, quia vir suus erat duræ ceruicis, & credidit, quòd impediret eam ab incepto, ideo nihil indicare voluit quousque factum esset. *Cum ergo ascendisset asinum*, scilicet, Abigail ornauit se ad apparendum coram Dauid, & ascendit asinum: illa enim erat æquitatura honesta illius temporis: parũ enim erant tunc homines assueti ad equos, & ad alia genera iumentorum. *Et descenderet ad radicem montis*. Iste mons erat Carmelus, in quo manebat vir suus, & possessio eius: nam supra dicitur, ꝙ erat vir in Maon, & possessio eius in Carmelo. *Dauid, & viri eius descendebant in occursum eius*, idest, accidit, quòd quando Abigail descendit ad radicem montis, descenderũt Dauid, & viri eius ex alia parte mõtis, & occurrerunt Abigail. Non est autem intelligendum, quòd illi ab intentione venerunt in occursum Abigail, quia nesciebat, an illa ventura esset: sed ipsi veniebant ad delendum domum Nabal, quę erat in Carmelo, & accidit, quòd obuiaret Abigail ad radicem montis illius, & sic veniebant in occursum eius. *Quibus & illa occurrit*, idest, sicut Dauid, & viri sui occurrerunt Abigail, ita & ipsa occurrit eis: sed Abigail ibat ab intentione, vt occurreret Dauid in via. Dauid autem non ibat ad occurrendum Abigail, quia non putabat eam venturam. *Et ait Dauid: verè frustra seruaui omnia, quæ huius erant in deserto*. Non locutus fuit ista verba Dauid ad Abigail, quia tunc non dixisset: omnia, quæ erant huius: sed omnia, quæ erant tua, vel viri tui: sed veniebat Dauid loquens in itinere viris suis, & accidit, quòd loqueretur verba hęc, quando obuiauit ei Abigail. Et patet: quia ista locutio erat suspensiua dependens ex alijs, cum dixerit Dauid: omnia, quæ erant huius: & non expressit quis erat ille, quasi iam sermo præcessisset de eo. Dixit autem Dauid, quod frustra seruauit omnia, quæ illius erant: nam pro custodia tam vtili, quam præstitit Dauid pastoribus Nabal, tenebatur Nabal ei ad aliquid, saltem ad gratiarum actiones: nunc autem petente Dauid nihil dare voluit: & insuper nũcios suos increpuit, & exprobrauit Dauid. ergo verè frustra laborauit Dauid seruando omnia bona Nabal in deserto, cum nihil boni ex hoc consecutus fuerit, sed potius malum. *Et non perijt quicquam de cunctis, quæ ad eum pertinebant*, scilicet, de gregibus suis nihil perijt toto tempore, quo fuerunt cum Dauid pastores eius. tum quia Dauid seruauit diligenter, ne viri sui aliquid raperent de grege: tum quia ipse fecit, quòd nullus extraneus auderet accedere ad greges, nec etiam fere. *Et reddidit mihi malum pro bono*, idest. pro bona custodia gregum reddidit mihi malum, quia exprobrauit mihi, & viris meis. *Hęc faciat Dominus inimicis Dauid, & hæc addat*. Iste est quidam modus iurandi, qui erat vsitatus in veteri testamento, scilicet: Deus faciat mihi talia mala, & alia mala insuper addat, nisi fecero tale, vel tale. Sic dixit Heli ad Samuelem: hæc faciat tibi Dominus, & hæc addat, si celaueris à me sermonem, supra cap. 3. Sic etiam iurauit Ionathas Dauid: hæc faciat Deus Ionathæ, & hæc augeat, & cæt. supra capitu. 20. Dixit autem Dauid: hæc faciat Deus inimicis Dauid, idest, ipsi Dauid: imprecatur enim Dauid super se mala à Deo, nisi deleret domum Nabal, & non imprecabatur super hostes: quia tunc imprecatio ridiculosa erat: vellet enim potius Dauid, quòd Deus induceret mala super hostes eius, & ꝙ ipse non occideret Nabal, quàm, ꝙ occideret Nabal, & Deus non induceret mala super hostes eius.

Super se ergo imprecatus est ista mala, habuit tamē Dauid hic modum loquendi, quem plurimi obseruant. s. quòd non auderent iurare aliqua mala super se, quia timent, quòd si aliquod malum super se imprecati fuerint, quòd eueniet illis, sed imprecantur super alios, quanquam intelligant super se imprecari. *Si reliquero de omnibus, quæ ad eum pertinent vsque mane*, idest, non relinquam aliquem de tota familia sua vsque manc. Hoc dicebat Dauid, quia putabat, quòd in illa die posset occidere omnes qui pertinebant ad Nabal, quia omnes erant in deserto in monte Carmelo tondendo greges, & ibi poterat omnes circundare, & occidere quasi vno impetu. *Mingentem ad parietem*, idest, non relinquam aliquem de mingentibus ad parietem. s. nullum hominem relinquam. Volebat enim occidere omnes, tam magnos, quàm paruulos de stirpe Nabal, & de familia sua: per hoc autem signat, quòd nolebat occidere pecora, & iumenta Nabal, sed solùm viros, & fœminas, quia ad istos extenditur mingens ad parietem.

An Dauid fuerit periurus in hoc, quod supra iurauerat.
Quæstio VII.

QVAERET aliquis, an Dauid fuerit periurus in hoc, quod supra iurauerat. Aliquis dicet, quòd sic, quia Dauid duo iurauit. s. q deleret domum Nabal. Secundò, quòd deleret eam ante auroram sequentis diei, neutrum tamen horū impleuit. Ad hoc respondendum est, quòd Dauid non fuit ex hoc periurus, immo magis peccasset si compleuisset: quia id, quod iurauit erat illicitum. Iuramentum autem, quod vergit in interitum salutis æternę, non est seruandum, ipse tamen Dauid dicit se liberatum à malo, eoquòd nō impleuerit id, quod dispositerat contra Nabal: ergo non fuit periurus non obseruando. Sed tunc dicet aliquis: cum Dauid non fuerit periurus, non obseruando iuramentum, quia erat illicitum, nūquid peccauit iurando? & videtur, quòd sic, quia quando aliqui incautè iurāt id, quod illicitum est, vel quod est eis impossibile, aut, quod non est vtile obseruāri, indeliberatè proferūt, non debent obseruare iuramentum: debent tamen dolere, quia iurauerūt, & iura præcipiūt imponi pœnitētiam his, qui iurant illicitum, ergo iurando peccant. Dauid autem iurauit delere domum Nabal, q illicitum erat, ergo quanquam non deberet implere, peccabat in iurando. Respondēdum est, q aliqui dubitant, an Dauid iurauerit hic aliquid: nam non dixit, quòd iurabat per Deum, vel, viuit Dominus sicut consueuerant iurare illi, qui erant in veteri testamento: sed dixit: hæc faciat Dominus inimicis Dauid, & hæc addat si reliquero, &c. ideo non videbatur agere contra iuramentum, sed contra imprecationem. Circa hoc sciendum, quòd imprecatio, & iuramentum differunt aliqualiter: nam in iuramento inuocatur Deus in testem aliquorum, quę facere iuramus, vel asserimus. In imprecatione autem non vocatur Deus in testem: sed inuocat quis Deum super se, tanquàm punitorem si non fecerit tale, vel tale. Etiam iuramentum semper præstatur ab eadem persona pro seipsa. s. q nunquam aliquis iurat, nisi pro his, quæ ipse asserit, vel quæ ipse promittit. Imprecatio autē fit hominis super seipsum, & etiam super alium. De primo patet hic, & supra ca 20. s. hæc faciat Dominus Ionathæ, & hæc addat. De secundo patet supra c. 3. vbi Heli dixit ad Samuelem: hæc faciat tibi Dominus Deus, & hæc addat, si absconderis à me sermonem. Dicendum ergo est, q iuramentum, & imprecatio non sunt idem penitus. Accipitur tñ vnum pro altero in veteri testō, & etiam communiter nunc, ideo sicut faciendo cōtra iuramentum, oportet, q faciens sit periurus, vel saltem peccauerit iurando, ita faciens contra imprecationem necesse est, vt sit periurus, vel saltem imprecando peccauerit. Hoc autem intelligendum est, qñ aliquis imprecatur super seipsum. Nam cum super alium imprecatur, non obligatur alius ad aliquid ex hac imprecatione, nisi fortè illa fuerit facta à maiori, cui obedire teneamur, quia tunc obtinet vim præcepti. Quòd autem accipiantur pro eodem iurare, & imprecari, patet, quia Ionathas, & Dauid iniebāt fœdus, & in fœdere semper interuenit iuramentum. Ionathas tamen non protulit verba iuramenti, sed imprecationis, supra capi. 20. dicens: hæc faciat Dominus Ionathæ, & hoc augeat, &c. & ibi dicitur, q istud erat iuramētum, cum sequatur in litera: Et addidit Ionathas deierare Dauid. i. fecit Ionathas aliud iuramētum Dauid præter illud, quod fecerat, supra cap. 18. non habetur tamen hic aliud, nisi illa verba imprecationis: ergo illa vocantur iuramentum. Dauid autem nūc imprecatus fuerat, si non deleret domum Nabal, & illicitum erat delere eam: ergo peccauit imprecando, sicut si iurasset aliquid illicitum. Sed adhuc dicendum, quòd nō solum peccabat Dauid, si iurasset delere domum Nabal, q erat illicitū, sed etiam si simpliciter promisisset, quia cum illicitum esset illud fieri, ita illicitum erat promitti. Non ergo potest excusari penitus Dauid, quin peccauerit ista promittendo, vel imprecando, quia promisit id, quod non decebat eum obseruare. *Cum autem vidisset Abigail Dauid*, idest, cum appropinquasset ei: nā non descendit de asino immediatè, vt vidit cū à longè, sed cùm fuit iuxta eum: cùm dicatur hic, quòd cecidit ad pedes eius. *Festinauit, & descendit de asino.* Hoc fecit tunc Abigail, quia vidit, quòd ira Dauid erat magna contra Nabal, & domum suam, & volēs placare eum procidit ad pedes eius, eoquòd cordis generosi est prostratis parcere. *Et procidit coram Dauid super faciem suam*, idest, humiliauit se ad terram, & posuit vultum super terram ad pedes Dauid, vt eū sic flecteret. *Et adorauit super terram.* Adorari est inclinari coram aliquo: & quia Abigail nimis se inclinauerat, scilicet, vsque ad terram, dicebatur adorare. *Et cecidit ad pedes eius*, idest, posuit se ad pedes Dauid quasi volens osculari pedes eius, & ad signandum omnem obedientiam. Ista omnia idem sunt, scilicet, procedere coram Dauid, & adorare super terram, & cadere ad pedes eius. *Et dixit: in me sit Domine mi, hæc iniquitas*, idest, verum est, quòd peccauit grauiter Nabal, sed oro, q ista iniquitas sit in me, idest, trā sferatur in me, scilicet, quòd ego debeam puniri pro ipsa, si aliqua pœna infligenda est. *Loquatur ergo ancilla tua in auribus tuis*, idest, obsecro Domine mi, vt des licē tiam mihi ancillæ tuæ ad loquēdum in auribus tuis, idest, te audiente. *Et audi verba famulæ tuæ*, idest, oro, q audias verba mea: timebat enim Abigail, quòd cum Dauid esset inflammatus in iram contra Nabal, q videns proponi verba ex parte eius, non pateretur illa audire, ideo orauit, vt audire vellet. Vel dicitur audi, scilicet, condescendendo verbis meis: & sic accipitur communiter in scriptura. *Ne ponat oro Dominus meus rex cor suum super virum istum.* Hoc suadet Abigail, ne irascatur Dauid Nabal, eoquòd ille est stultus, & non est curandum de factis eius. Dixit autem Dominus meus rex ad honorandum nimis Dauid, vt sic flecteret eum.

Impræcatio, & iuramētum differunt licèt vnū accipiatur p altero.

Abi-

Abigail cur vocauit Dauid regem. *Quæst. VIII.*

QVAERET aliquis, quomodo Abigail vocabat Dauid regem, vel vnde constabat ei, q erat rex. Aliquis dicet, q Abigail nesciebat an Dauid esset rex: sed vt eum inclinaret ad clementiam vocauit eum regem, quod est nomen maximi honoris. Sed hoc non stat, quia si Dauid sciret mendacium esse, quod loquebatur Abigail laudando eum, vel putaret eam esse stultam, vel laudem esse deriſoriam: nā sicut, q aliquis proferat de aliquo ea, quæ vera sunt, vel saltem ab omnibus creduntur, est laus illius: ita etiam, q proferat id, quod falsum est, in laudem eius irrisio magna est. Abigail ergo non sic laudauit Dauid, cum esset prudentissima, & intenderet eum flectere ad misericordiam. Aliquis ergo dicet, q Abigail audierat per famam, q Dauid futurus erat rex, quia Samuel eum vnxerat, vel saltem sicut erat opinio Saulis, q Dauid futurus esset rex, eo q Deus agebat pro ipso multa, vt patet præcedenti cap. ita etiā erat opinio multorum: & quia insonuerat per totā terram Israel quid ageret Saul in Dauid: & quomodo Deus liberaret Dauid, omnes opinabantur aliqd magnum de Dauid futurum esse. Sed adhuc dicendum, q Abigail non solum cognoscebat ista per famam communem, quę pauca de veris refert, sed habebat aliam cognitionem certiorem, & specialiorem: quod patet ex verbis suis infra, cum dixit: faciens enim facit tibi Dominus domum fidelem. Et postea dicitur: cū ergo fecerit tibi Dominus omnia, quæ locutus est, bona de te, & cōstituerit te ducem super Israel, non erit tibi hoc in singultum. Sciebat ergo Abigail, q Deus promiserat aliqua Dauid. s. de constituendo eum in regem: & hoc erat super famam communem. Dicendum igitur, q Abigail vocauit Dauid regem, quia cognoscebat eum futurum regem, quod poterat esse dupliciter. Primò modo si forte ab aliquo cognouerat vnctionem factam Dauid à Samuele, in qua denunciatum est eū futurum regem. Vel forte hoc cognouit Abigail, scilicet spiritu prophetico, scilicet, q Deus reuelauit ei futura ipsius Dauid, & protulit ei in facie: & sic tenent multi de Iudæis, q fuerit prophetissa, vt infra dicetur. *Iniquissimum Nabal.* idest, non ponas cor tuum super istum virum pessimum tanquam offenderit te, quia ipse nō egit specialiter animo te offendi, sed quia pessimus est, & ex conditione habet, q hoc faciat ad quæcunque. *Quia secundum nomen suū stultus est.* idest, iste vir Nabal est stultus secundum, q significat nomen suum: Nabal enim in hebræo interpretatur stultus, vel malicioſus, & dixit Abigail: rectè vocat Nabal i. stultus, quia ita est stultus, sicut nomen suum significat. *Et stultitia est cum eo.* i. stultitia est in corde eius, & idem significat, quod præcedens. *Ego autem ancilla tua non vidi pueros tuos.* Hic excusat se Abigail, quia diceret Dauid, cum esset Nabal stultus, cur tu non respondisti nuncijs meis? ipsa respondet, q non erat præsens quando venerunt nūcij Dauid, ideo non potuit erogare eis quæ petebāt.

An Abigail peccauerit vocando suum virum stultum.
Quæstio IX.

QVAERET aliquis, an peccauit Abigail, quia vocauit virum suum stultum, & iniquissimū. Aliquis respondebit, q non peccauit, quia verum dicebat: nam supra in litera dr, q Nabal erat vir durus, pessimus, & malicioſus. Sed hoc non stat, quia q̄quā aliquis malus sit, peccat ille, qui mala de eo enūciat, nisi forte ad illa cogatur ab aliquo, vt à iudice, q iurare cogit sup vita, vel factis alicui⁹: & si cuilibet malū est de altero mala enunciare, à fortiori malū erit in fęmina, si mala de viro enunciet, cū vir sit caput mulieris, vt patet prima ad Corin. c. 11. Dicēdū est, q Abigail non solū nō debebat dicere malū de viro suo, ēt si verū ēēt, sed insup obligabaī celare defectus viri, quantū poterat, & rndere honestè praue loquentibus de viro suo, alioquin peccaret: nunc tñ non peccauit Abigail, quia non protulit ista de viro suo tanq̄ volens eū infamare, vel infamiā suā referre, sed dixit in fauorē viri, vt erueret eū à morte, & oēs res suas. Disposuerat. n. Dauid delere totam domū Nabal: nesciuit aūt Abigail qūo auerteret iram Dauid, nisi vocando Nabal stultū: nā in hoc excusabat eū: stulti. n. non possunt alicui inferre iniuriā, cū ad iniuriā irrogandā requiraī mens iniuriandi: stulti aūt non pūt hr̄e hanc mentē, cū non intelligant quid faciāt: & sic Dauid non curaret de maledictis Nabal reputans eū stultū, & non habentē intentionē iniuriandi. Etiā quia verecundū erat Dauid viro clarissimo, q se opponeret cuidā stulto viro volendo delere domū eius: sicut igitur licuit Dauid se stultum simulare, quanquam non erat, vt mortē euaderet, vt declaratū est supra c. 21. ita liceret Abigail virum suum vocare stultū, vt eum à morte eriperet.

Abigail quamuis mendacium dixerit de viro suo, non tamen peccauit mortaliter. *Quæst. X.*

QVAERET aliquis, q̄q̄ Abigail non peccauit vocando virū suū stultū, quia non iniuriata est ei, an peccauit, quia mentita est cū non esset stultus. Rndendū, q Abigail duo dixit hic de viro suo. s. q erat iniquissimus, & q erat stultus. In primo verum dicebat, quia in litera dr̄ supra, q erat vir durus, & pessimus, malicioſus: iō nec ī hoc iniuriata est viro, nec mentita fuit. De secūdo aūt. s. q esset stultus nō habeī supra, ideo vr̄, q ipsa hoc addiderat, vt magis placaret Dauid: & tūc dici deberet, q Abigail non peccabat mortaliter mētiēdo, sed venialiter, qa fuit mēdaciū officioſum. s. qđ nulli nocuit, & ꝓfuit valde Nabal, & domui eius: sicut dr̄ de mendacio obstetricū Aegyptiarū, & de mendacio Raab, & Michol, & Dauid, vt declaratū est sup. c. 19. Sed adhuc dicendū, q nullo mō peccauerit Abigail, qa nō mentita est: nā licet scriptura nō proferat, q Nabal esset stultus, erat tñ fm veritatē: qđ patet, quia stultus est ille, qui cū aliquid intelligat, habet tñ impetus fortes, & non sequit rōnē, sed phantasiā turbatā: ita aūt erat de Nabal, quia cū aliquid iudicaret, non obediebat rectè rōni, nec audiebat aliquos cōsulentes, sic patet supra, cū dixit puer Nabal ad Abigail. Ipse est filius Belial ita, q nemo possit ei loqui: Poterat ēt vocari stultum Nabal: quia quanquam aliàs non esset stultus, tamen tūc erat stultus quando locutus fuit verba ad pueros Dauid, quia alioquin non locutus fuisset talia, cum sciret, q Dauid posset nocere ei ꝓpter Hæc. Forte etiā vocatur stultus, quia large loquendo quilibet vocaī stultus, qñ est extra metas rōnis: Nabal autem erat ebrius qñ ista Abigail locutus est, & ebrij carent recta ratione, ideo stulti sunt: nihil ergo mentita est Abigail vocando Nabal stultum: & sic nullo mō peccauit. *Nunc ergo Domine mi, viuit Dominus, & viuit anima tua.* Sententētia est suspensiua vsque ad illam partem. *Quapropter suscipe benedictionem.* Et videtur esse sententia imperfecta, tamen non est. Et est sensus: Domine mi, viuit Dñs, & viuit aīa tua, i. oro p vitā Dei, & per vitam animæ tuę, q nō cures de Nabal: sed fiant inimici tui sicut Nabal: idest, ita miserabiles sint, sicut ipse, ita vt nemo đ eis cura-

Universidad de Deusto
Biblioteca

re debeat. Ista autem verba sunt iurandi, vt patet Ierem. c.4. s. iurabunt: Viuit Dominus. Hic tamen nō accipiuntur vt verba iurandi, sed vt verba obsecrandi. s. ꝙ per vitā Dei oraret Abigail: & posuit ista duo, quia nihil charius erat Dauid, quàm ista. s. vita Dei, quæ erat ei in maxima reuerentia: & vita sua, quæ erat sibi maximè chara; & ideo illi, qui iurabant in veteri testamento, quādo volebant inducere aliquē ad credendū ea, quæ ipsi iurabant, dicebant ista duo: sic iurauit Dauid Ionathæ, supra c.20. s. quinimo viuit Dominus, & viuit anima tua, quia vno tantum gradu ego, morsque distinguimur. *Qui prohibuit te, ne venires in sanguinem*, idest, Deus vetuit, ne venires in sanguinem i. ad effundendum sanguinem, q.d. Deus prohibuit ne deleres Nabal, & domū suam, & hoc, vt tu non peccares effundendo sanguinem. *Et saluauit animam tuam tibi*. i. saluauit animam tuam, ne peccaret: sicut enim homo saluari dicitur, quando à morte liberatur, ita anima saluatur, quando liberatur ne peccet, & ob hoc saluauit Deus animā Dauid, cum fecit, ne effunderet sanguinem.

Quare Abigail dixit Deum prohibuisse Dauid, ne iret in sanguinem. Quæstio XI.

QVAERET aliquis, quomodo Abigail dixit, quòd Deus prohibuerat Dauid, ne iret in sanguinem. i. fecerat ne iret ad occidēdum Nabal, quia aut hoc intelligitur, ꝙ Deus faciebat, ne Dauid habuisset propositū occidendi Nabal, vel ꝙ Deus mutauerat propositum eius faciendo, ne iam vellet occidere Nabal. Primū non stat, quia Dauid veniebat intendens occidere Nabal. De secundo aūt nō erat certa Abigail, quia nesciebat, an Deus mutasset propositum Dauid, quia non apparebat per aliqua verba sua illud mutatum esse: cum nihil adhuc respondisset Dauid. Dicendum, ꝙ Abigail non erat certa, an Deus prohibuisset Dauid venire in sanguinem: locuta fuit tñ prudenter, quia ipsa petebat à Dauid, vt non deleret Nabal, & voluit demonstrare, ꝙ non dubitabat aliquo modo, quin Dauid condescenderet huic petitioni: iō dixit, ꝙ Deus prohibuerat eū, ne veniret in sanguinem. i. ꝙ Deus iam mutauerat propositū illius, ne vellet se vlcisci manu sua: & hoc vt Dauid verecundaret non assentire petitioni suæ. Est autem ista prudentia in petendo respectu quarūdam personarum, scilicet, ꝙ fingamus nos nihil dubitare, quin consentient petitioni nostræ: & ita petamus, quasi certissimè habituri, vt sic verecundētur confundere nos à certa spe: nam qui sperat, & non recipit, confunditur: si autem petamus quasi dubitātes damus locum subterfugiendi eis, à quibus petimus: cum innuamus nos suspicari, ꝙ non sunt facturi, quod petimus, vel dubitare an faciant. Ista tñ cautela non est conueniens petendo respectu omnium personarum, nec omni tempore: quia aliqua erit, à qua petendo, si certam spem consequendi ostenderimus, stulti iudicabimur, vt si nulla merita nostra apud illam personam præcesserint, pro quibus petitioni assentire debet, vel nisi merita causæ, in qua petitur, apertissima sint: prudentiæ ergo ista relinquenda sunt, quia non potest de eis dari regula in vniuersali. *Et nunc fiant sicut Nabal inimici tui*, idest, Domine mi, oro, ne consideres Nabal, qui stultus, & inutilis est: & opto, vt inimici tui fiant sicut Nabal, idest, quòd omnes redigantur ad talem statum, vt Nabal, ita vt nemo de eis curare debeat, nec velit. *Et qui quærit Domino meo malum*, idest, omnes, qui inquirunt mala tibi, qui es Dominus meus, fiant sicut Nabal. s. inutiles, & non potentes tibi nocere.

Cur Abigail dixit, quòd omnes inimici Dauid fierent sicut Nabal. Quæstio XII.

QVAERET aliquis, quare dixit Abigail, quòd omnes inimici Dauid fierent, sicut Nabal. Respondēdum secundum Ra. Sa. ꝙ Abigail locuta est ista propheticè: nam post decem dies percussit Dominus Nabal: & mortuus est, vt patet infra in litera: hoc autē prēuiderat Abigail propheticè, ideo optabat, ꝙ omnes inimici Dauid fierent sicut Nabal. i. morerentur in breui. Apparet etiam, ꝙ locuta fuerit propheticè, quia infra dixit: & cum benefecerit Dominus Domino meo, recordaberis ancillæ tuæ, & tu benefacies ei. Hoc autē sic fuit, quia post mortem Nabal assumpsit eam Dauid in vxorem, vt patet infra in litera. Item patet ex verbis Dauid, quia dixit infra: benedictus Dominus Deus Israel, qui misit te hodie in occursum meum: sed illi, qui mittuntur à Deo ad aliquid agendum, vel dicendum, dicūtur prophetæ: ergo Abigail propheticè locuta est. Item Hebræi ponunt sex, vel septem mulieres prophetissas, inter quas enumerant Abigail. Prima fuit soror Moysi, de qua Exo. cap. 15. Secunda fuit Delbora, de qua Iudi. capit. 4. & 5. Tertia fuit Anna mater Samuelis, de qua supra capit. 1. & 2. Quarta fuit Abigail, de qua hic. Quinta fuit, vt aliqui volunt, mulier illa, quæ locuta est ad Ioab, dicens: qui interrogant interrogent in Abela, & subdidit: nonne ego sum, quæ respondeo veritatem in Israel? hoc tamē non debebat aliquis de se profiteri, nisi esset prophetа, qui errare non posset: ergo illa erat prophetissa. De hac infra 2. lib. cap. 20. Sexta erat Olda vxor Sellum, ad quam consulendum misit Iosias, infra 4. lib. cap. 22. Septima, vt quidam volunt, erat vxor Isaiæ: quia dicitur Isaiæ cap. 8. & accessit ad prophetissam, & concepit, & peperit filium. Illa autem vxor sua erat, vt volunt Hebræi. Abigail ergo, quæ ponitur inter has septem, propheticè locuta est. Respondendum est, quòd an fuerit Abigail prophetissa ad sensum literæ huius nihil refert: quia si propheticè loqueretur, nihil egisset ad propositū: nā Abigail volebat impedire Dauid, ne occideret Nabal, & supra dixerat, ꝙ non poneret cor suū super eū, quia stultus erat, & vir inutilis, ita hic dixit, ꝙ oēs inimici Dauid fierent, sicut Nabal. i. sic stulti, & miseri, ita vt nullus deberet curare de eis, iō ꝙ Dauid nō curaret de illo. Item si Abigail locuta fuisset hic propheticè prænūciando mortē Nabal, ex hoc debuisset supra psuadere, dicens: non mittas manū tuā in eū, quia Deus occidet eum post 10. dies, vel in breui: sed non dixit recurrens ad alia remedia suasionis rhetoricę. s. nō ponas cor tuū super illo, quia stultus est: iō non vī, ꝙ prēcognouerit mortem illam, nec fuit locuta propheticè. Item si Abigail locuta fuisset ꝓpheticè, nihil proficeret, quia Dauid non intelligeret, quod ipsa dicebat, nisi exponeret: ipsa tamen non exposuit: & etiam Dauid non intellexit per hoc mortem Nabal esse futuram in breui: quòd patet, quia cum dicitur infra, ꝙ audiuit Dauid mortuum esse Nabal, dixit: benedictus Dominus, qui iudicauit causam opprobrij mei de manu Nabal: in quo innuitur, ꝙ Dauid gaudebat tanquam de aliquo, ꝙ nouiter cognouerat, si tñ Abigail locuta fuisset propheticè, Dauid prēcognouisset mortē Nabal: ergo nō locuta fuerat propheticè. An verò ipsa prophetissa fuerit in alijs, nō multū apparet, sed satis dici pōt, ꝙ aliqua dixerit ꝓpheticè, sicut id, ꝙ hr infra, s. faciet tibi Dñs domū fidelem, quia prēlia Dñi tu prēliaris, & id, ꝙ sequit vsque ad illam partem. *Cum ergo fecerit tibi Dominus.* Alia autē non videntur dicta propheticè, sed magis per

per prudentiam eius inuenta sunt, cum scriptura dicat, ꝙ erat prudentissima. Dauid quoque non laudauit eam tanquam prophetissam, sed tāquā eloquentem, vt patet infra. s. benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinem. Cum autem arguebatur, ꝙ propheticè locuta fuerit, quia præuidit mortem Nabal. Dicendum, ꝙ non apparet, an præuiderit, sed dato, ꝙ præuidisset, dicendum, ꝙ ista verba non dicebantur ad signandam mortem Nabal. sed vt significaretur, ꝙ erat vir inutilis, & non etat de eo curandum. Ad secundum cum dicitur, ꝙ ipsa dixerit, ꝙ benefecerit Dominus Domino meo, dicendum, ꝙ quanquā Dauid accepit Abigail in vxorē post mortem Nabal, tamen ipsa non intendebat ibi de hoc matrimonio contrahendo, quod patet ex verbis: nam dixit: Cum benefecerit Dominus Domino meo, recordaberis ancillæ tuæ, & tu benefacies ei. Cum tamen Dauid accepit in vxorem Abigail, non benefecerat ei Deus plusquam benefecerat quando loquebatur Abigail ad eum: non ergo intellexit Abigail de matrimonio contrahendo, nec illud prænunciauit, sed putauit, ꝙ aliquo tempore futurus esset rex Dauid, & tunc orabat, ꝙ misereretur ei pro hoc bono, ꝙ nunc faciebat ipsi. Ad tertium cum dicitur, ꝙ dixit Dauid: benedictus Dominus, qui misit te, &c. Dicendum, ꝙ ex hoc non innuit eam esse prophetissam, quia aliquis mittitur à Deo dupliciter. s. vel quia iubet ei Deus ire ad aliquid agendum, vel dicendum, aut quia ponit in corde eius, ꝙ aliquid agat, vel dicat. Primo modo qui mittuntur à Deo, vocant prophetæ, quia illi dicuntur prophetæ, ad quos sermo Dei factus est. Secundo modo nō vocantur prophetæ, quanquam Deus illos mittat, quia non veniunt ipsi determinatè à Deo, sed quia volunt. Deus tñ potuit in corde eorum, ꝙ vellent, licèt ipsi nesciant, an Deus hoc miserit in corde eorum, quod facerent. Sic enim intellexit Dauid de Abigail. s. quia Deus incitauerat eum ad veniendum ad Dauid, quia hoc bonum erat, vt prohiberetur ab effusione sanguinis, sed non intellexit, ꝙ Deus iussisset ei venire. Ad vltimum, quādo dicitur, ꝙ Hebræi ponunt septem mulieres prophetissas, inter quas est Abigail: dicendū, ꝙ istud dictum non habet magnam firmitudinem. *Quapropter suscipe benedictionem hanc*, i. quia non debes curare vlcisci iniuriam tuam in Nabal, quia est vir stultus, debes accipere benedictionem hanc. i. munera ista, quæ ego porto. q.d. si haberes animū vlciscendi iniuriam tuam in Nabal, nō deberes accipere munera ex parte eius, sed occideres ipsum, & deinde acciperes iure bellico quicqd velles de rebus suis: nūc aūt, quia nō debes vlcisci, bonum est, ꝙ accipias munera. Vocātur aūt ista munera benedictio, qa ex bona volūtate dantur: propriè. n benedictio significat multiplicationem, sicut patet 2. ad Corin. ca. 9. Abigail tamen non accepit in isto sensu, quia tunc ipsa iactaret munera sua ēē magna, sed ēt si verè magna fuissent, ipsa non vocasset illa magna: vocauit ergo benedictionem. i. libenter oblatum, quia spontè dabat ea, quę offerebat. *Quam attulit ancilla tua tibi Domino meo*. i. ego, quæ sum ancilla tua, attuli ad te ista munera. *Et da pueris tuis*. i. seruitoribus: vocantur hic pueri nō ætate, sed officio famulandi, quia oēs famulabātur Dauid. *Qui sequuntur te Dominum meū*. i. qui veniūt tecum, & vadunt ad præceptum tuum quocunque iubes. *Auser iniquitatē famulæ tuæ*. i. remitte iniquitatē. Sic ēt dr, Deus auferēs iniquitatē, & scelera, vt patet Exo. c.34. i. remittens peccata, Dixit aūt Abigail, ꝙ auferret Dauid istam iniquitatem eius, & non dixit iniquitatē Nabal. Habuit. n. in hoc artificiosum modum suadendi: nam primo transtulit istam iniquitatem à Nabal in se, dicens: in me sit Domine hæc iniquitas, vt patet supr. in litera. & hoc fecit, vt cum peteret remissionem eius iam non peteret pro Nabal, sed quasi pro se, & sic dixit hic: Aufer iniquitatem famulæ tuæ. i. remitte. Et hoc fuit, quia Dauid facilius parceret Abigail, quàm Nabal: vnde si petereē remissio nomine Nabal, fortè non concessisset eā Dauid, concessit tamen, cum petiuit Abigail nomine suo. Verè ēt dixit, iniquitatem famulæ tuæ, quia si pęna aliqua danda fuisset pro peccato Nabal, necesse erat, ꝙ ista pertineret partim ad Abigail: & præsertim cū dixisset Dauid, ꝙ non relinqueret de omnibus, quæ pertinebant ad Nabal vsque mane. Abigail tamen pertinebat ad Nabal, quia erat vxor eius: ideo ipsa occidenda erat. Et dato, ꝙ pp Abigail voluisset Dauid nihil tangere de bonis Nabal, & de familia eius, sed solum occidere ipsum Nabal, adhuc puniretur nimis in hoc Abigail, cum occideretur vir eius. Peccatum ergo rectè censebatur ipsius, cum pęna ad ipsam peruentura foret. *Faciens enim faciet tibi Dominus Domino meo domum fidelem.* Hic suadet Abigail Dauid, ne occidat Nabal, quia Deus eleuaturus erat Dauid ad regale solium, & omnes de linea sua regnaturi erāt. Iniustum ergo erat, ꝙ aliqua malicia reperiretur in tali viro. Si tñ Dauid vlciscęretur se manu sua, esset in eo peccatum: ergo nimis hoc cauere debebat. Et ista sententia est vsque ad illum locum. *Si enim surrexerit* Dr aūt, ꝙ Deus faciet Dauid domum fidelem, i. domum firmam, quæ non permutabitur. Hoc dixit Abigail ad faciendū differentiam inter eum, & Saulem, quia Deus fecerat Saulem regem, & omnes successores sui regnaturi erant: quia tamen peccauit, non regnauerunt posteri sui, & sic non fuit domus sua firma: In Dauid aūt aliter futurum erat, quia ēt si peccarent filij Dauid, semper maneret regnum in domo Dauid: sic patet infr. 2. li. c.7. & 1. Paral. c.17. s. si iniquè egerit arguam eum: misericordiam autem meam non auferam ab eo: sicut abstuli à Saul, quem amoui à facie mea; & fidelis erit dom⁹ tua, & regnū tuum vsq; im sempiternū. De istis verbis dici pōt, ꝙ Abigail dixit ea propheticè, vel audiuit ea, quę dixerat Samuel de Dauid: nam hic ipsa denunciauit id, ꝙ futurum erat. Licet enim populares suspicarētur Dauid regnaturum esse, nullus tamen sciebat, an regnum eius firmum esset futurum, vel transmutaretur in aliam domum, sicut mutatum est regnū Saulis. Abigail autem prædixit hæc. *Quia prælia Domini Domine mi tu præliaris*, idest, Deus dabit tibi regnum firmum, quia tu facis bella Domini. i. bella, quæ Deus iubet fieri: Deus enim iusserat, ꝙ Israelitæ pugnarēt contra hostes Chananęos, & non relinquerent aliquem de eis, Num. c.33. & Deut. 20. Dauid autem faciebat hoc, qa pugnabat cōtra Philisthinos, & alias gentes relictas de stirpe Chananęorum. Et apparet iste sensus, quia supra ca. 18. dixit Saul ad Dauid: esto vir fortis, & pręliare bella Domini. Ibi tamen solū iubebat ei pugnare contra Philisthinos: pugnando ergo contra illo, sfaciebat bella Domini. *Malicia ergo non inueniatur in te omnibus diebus vitę tuę*, idest, quia Deus debet te eleuare ad tantum honorem, iniustum est, ꝙ reperiatur in te aliquod peccatum aliquo tempore: quia cum honor debeat corrispondere virtuti, & te Deus seruet ad honorem maximum, debet in te abundantius, quàm in cęteris fulgere virtus, & consequenter magis debes fugere maliciam, quàm alij homines, sed quòd manu tua vlciscaris iniquitas est: ergo debes eam fugere. *Sic enim surrexerit.* Hic ponitur alia persuasio, & continuatur ista sententia vsque ad illam literam. *Cum ergo fecerit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Potest autē ista litera introduci dupliciter: vno mo- F
do,tanquam consequens ad precedentem. Alio mo
do, tanquam sit persuasio distincta à præcedenti.
Primo modo est sensus, ꝙ si Dauid obseruaret se à
malicia omnibus diebus suis,si aliquando insugeret
aliquis ad persequendum eum, Deus seruaret eum
à periculo, & hostes sui essent in maximis discrimi-
nibus. Secundo modo potest introduci tanquam
alia persuasio: scilicet,quòd Deus disposuerat de Da
uid, quòd si aliquis persequeretur eum,non incide-
ret in periculum, & hostes sui inuoluerentur dam-
nis,sed iustum erat eum ,quem Deus ad tanta bona
destinauerat, custodiri immaculatum ab omni cri-
mine. Occisio autem Nabal non poterat esse sine cri
mine,debebat ergo Dauid abstinere ab ea. *Aliquan-* G
do homo persequens te, ideſt, si aliquis homo voluerit te
infestare, sicut factum est: quia antequam esset rex
habuit Saulem in hostem acerrimum, deinde verò
habuit Philisthinos, infra 2. lib. capit. 5. postea etiam
habuit multas alias gentes in hostes,eodem lib. ca. 8.
Dicunt Hebræi,quòd accipitur hic homo pro Sau-
le, & quòd Abigail noluit vocare eum regem, sed
hominem,eoquòd non merebatur vocari rex,quia
Deus abiecerat eum,ne regnaret super Israel, supra
cap. 16. etiam,quia persequebatur Dauid, qui iustus
erat. Sed non accipitur specialiter pro Saule,sed pro
omnibus hostibus Dauid: nam Abigail non volebat
dicere solum, quòd Deus custodiret Dauid à Saule:
sed etiam ab omnibus alijs hostibus suis,quod patet: H
quia infra dicitur: erit anima Domini mei custodi-
ta: porro anima inimicorum tuorum rotabitur: er-
go non solum loquitur de Saule, qui erat vnus ini-
micus Dauid, sed de omnibus inimicis eius, quot-
quot aliquando insurgerent. *Erit anima Domini mei cu-*
stodita, ideſt, quanquam aliquis hostis insurgat con-
tra Dominum meum, non periclitabitur, sed erit
Aia quan- doq; pro vita sumi- tur. anima eius,ideſt, vita sua custodita. Non accipitur
hic anima pro spiritu,sed pro vita: nam anima,ideſt,
spiritus semper custoditur quandocunque non da-
tur in perditionem æternam, quanquam moriatur
homo. Abigail autem volebat hic innuere,ꝙ etiam
si aliqui persequerētur Dauid,non moreretur,opor
tet ergo,quòd accipiatur anima pro vita. s. quòd illa I
erit custodita, quia à nemine Dauid occideretur.
Quasi in fasciculo viuentium apud Dominum Deum tuum,
ideſt,anima tua erit custodita apud Dominum, qua
si in fasciculo viuentium,ideſt,quasi Deus habeat eā
ligatam in fasciculo cum alijs viuentibus. Litera
Chaldaica dicit hic,quòd erit custodita in vita æter-
na,sed istud non agit ad propositum, quoniam non
agebat hic Abigail de requie animæ Dauid post se-
parationem à corpore,quòd esset in vita æterna,sed
de liberatione Dauid à persequentibus. Aliter ergo
dicendum est, scilicet, quod hic innuitur liberatio
Dauid ab omnibus angustijs: & ponitur sub meta-
phora: quod patet cum dicitur: quasi in fasciculo, q.
d. non erit verè in fasciculo, sed quasi. Quod patet
etiam per similitudinem inimicis Dauid,cum dici-
tur,ꝙ anima inimicorum suorū rotabitur, quasi in K
impetu,& circulo fundæ: sed manifestum est,ꝙ nul
la anima rotatur in circulo fūdę, ergo est metapho-
ra. In quo sciendum ꝙ vita,& mors hominis in ma-
nu Dei sunt, & cum voluerit, ꝙ aliquis viuat, non
poterit tangi aliquo periculo,& si voluerit,quòd ali
quis moriatur,omnia mala inuenient eum, & inci-
det vbicunque in pericula: finxit ergo scriptura oēs
illos,quos Deus vult liberari à morte,esse colligatos
in vno fasciculo, & nemo potest tāgere aliquem de
illis,quia illi colligati sunt,& apud Deum custoditi.
Fingit etiam, ꝙ illi, quos Deus vult tradere in mor-
tem,permittuntur cadere in omnes aduersitates, &
volui per omnia infortunia: vnde sunt semper in
motu periculorum,sicut si essent in circulo fundæ:
vbi est magnus motus,& impetuosus: anima autem
Dauid,i. vita eius erat ligata in fasciculo viuentium,
s. ꝙ Deus posuerat ibi Dauid cum alijs hominibus,
de quibus disposuerat,ꝙ viuerent: iō nemo posset ei
nocere. *Porro anima inimicorum tuorum rotabitur*, i. non
erit sic de inimicis tuis sicut de te, sed anima, i. vita
ipsorum rotabitur. i. mouebitur per omnia infortu-
nia, quia ipsi sunt de illis,quos Deus vult perire: ideo
permittet eos cadere in omnem aduersitatem for-
tunæ. *Quasi in impetu, & in circulo fundæ*. i. Deus p̄mittet,
ꝙ vita hostium tuorum rotetur per omnia pericu-
la cum magno impetu. s. ꝙ quando exiret de vno
periculo, immediatè intret in aliud, sicut lapis, qui ē
in circulo fundæ, regyratur impetuosè. Vocatur cir
culus fundæ ipse locus, in quo lapis ponitur: & voca
tur circulus, quia locus ille est circularis, vt lapis ibi
benè teneatur. In Hebræo habetur. *In palma fundæ*. ꝙ
idem est: quia locus ille, in quo ponitur lapis, voca-
tur palma. *Cum ergo fecerit*. Hic ponitur alia persuasio
ad nōn occidendū Nabal, & durat vsq; ad illū locū.
Et cum benefecerit. Intēdit aūt hic dicere Abigail, quod
debet cauere Dauid, ne habeat aliquem scrupulum
de commissis. Deus enim exaltaturus erat illum ad
magnum honorem, & daturus ei omnem prosperi-
tatem: ꝙ ergo in tpe illo hꝛet aliquem scrupulū, si-
ue remorsum cordis, quo torqueretur, erat tolli ma
gnam partem fœlicitatis suæ, ꝙ erat valde inconue
niens: si aūt Dauid nunc occideret Nabal, peccaret,
& tota vita sua haberet remorsū istū. s. ꝙ vltus fuis-
set se manu sua, ergo non debebat nūc occidere Na
bal, ne postea haberet remorsum, & fedaretur sua fę
licitas. Istud argumentum est nimis efficax pro illis,
qui habent aliquid conscientię: nam dato, ꝙ nō desi
sterēt peccare pp Deum, nec pp mala, quæ æterna-
liter passuri sunt, saltem deberent cessare à peccato
pp remorsum conscientiæ, quem hic patiūtur: nam
licèt actus peccati sit breuiter trāsiens, memoria tn
sceleris semper manet, quæ hominem torquet. *Cùm*
ergo tibi fecerit Dominus Domino meo omnia, quæ locutus est,
bona de te. i. compleuerit facere tibi omnia, quæ pro-
misit. Istud refertur ad rem, quia promiserat eum re
gem facere, & dare ei domum fidelem. Sciebat au-
tem Abigail, ꝙ multa bona Deus promisisset facere
Dauid, siue hoc sciuisset propheticè, siue quia audi-
uerat ea, quæ Deus dixerat Samueli, nihil differt. *Nō*
erit tibi hoc in singultum, ideſt, non habebis hoc, de quo
lugeas. Singultus enim ad gemitum pertinet. *Et in*
scrupulum cordis Domino meo, ideſt, non habebis remor
sum in corde. Iste scrupulus est remorsus conscien-
tiæ, quem homo habet pro scelere: & sunt isti scru-
puli, homine inuito: nam dato, quòd velit homo nō
recordari scelerum, torquet eum memoria sceleris,
eoꝙ ista memoria data est à Deo in remedium, & in
pœnam. In remedium quidem viris bonis, vt me-
mores scelerum doleant de culpis, & sic abluantur
culpæ. In pœnam autem dati sunt malis scrupuli,
eoꝙ ipsi memores peccatorum suorum affligūntur
nimis, & non possunt quietem habere, quanquam
eam desiderent. Sic enim dicit August. in libro con-
fessionum. Iussisti Domine, & sic est, vt pœna sit sibi
omnis inordinatus animus, scilicet, per remorsum
conscientiæ. Et cum aliqui fecerunt aliqua grauia
scelera, & illorum recordantur, dolent nimis, & vt
nō patiant hanc amaritudinē, volunt cōicare alijs,
vt per collocutiones memoria tollatur scelerum.
Et quia interdū non possunt isti etiam hoc mō eui-
tare facinorum memoriam, occidunt seipsos fugiē-
tes

tes vitam amaritudine plenam. De hoc Arist. Ethi.
lib. 9. ait. Quibus autem multa opera sunt, & dura, &
propter maliciam odiuntur, fugiunt viuere, & inte-
rimunt seipsos, atque fugiunt: recordantur enim
multorum, & difficilium, & talia altera sperant se-
cundum seipsos euntes: cum alteris autem euntes
obliuiscuntur. De hoc satis Aristot. Ethic. 9. de hoc
etiam Sapientiæ cap. 18. *Quia effuderis sanguinem inno-*
xium, ideſt, non recordaberis de hoc malo, scilicet, ꝙ
effuderis sanguinem innoxium, q. d. semper caueas
effundere sanguinem innoxium, vt quando perue-
neris ad fœlicitatem tuam, non recorderis huius de-
licti, & ex hoc torquearis. *Aut ipse te vltus fueris*. Istud
est alterum delictum. s. quòd aliquis propria auctori
tate vindictam petat, q. d. non solum debes cauere, B
ꝙ non effundas sanguinem innocentem, sed etiam,
quòd non effundas sanguinem nocentem propria
auctoritate vlciscendo iniuriam tuam. In hoc tan-
git Abigail casum suum. s. quòd Dauid non occide-
ret Nabal, alioquin, quanquam effundendo sangui-
nem illius, effunderet sanguinem noxium, cum ille
peccauisset: tamen Dauid peccaret hoc faciendo, &
recordaretur huius, quando esset in sua prosperita-
te. *Et cum benefecerit Dominus Domino meo*. Hic ponit
Abigail quoddam incidentale: concluserat enim, ꝙ
Dauid non effunderet sanguinem Nabal, & videba-
tur sibi, quòd iam Dauid assensisset petitioni suæ, eo
quòd attētè audiebat: ideo voluit aliquid vltra præ-
cari. s. quòd quando Dauid veniret ad prosperitatē C
suam recordaretur ipsius Abigail ad benefaciēdum
ei. Et dicitur: cum benefecerit Dominus Domino
meo, ideſt, quando fecerit eum regem, sicut promi-
sit: nunc enim quotidie faciebat bona Deus Dauid,
quia liberabat eum ab omni periculo. Abigail ta-
men intendebat de bono maximo, quod facturus
erat ei. s. quòd exaltaret ipsum in regem. *Recordabe-*
ris ancillę tuæ. i. mei, quæ sum ancilla tua. Hoc dicebat
Abigail pro beneficio spontè collato: quia nunc ve
nerat ferens ei munera. *Et tu benefacies ei*. i. oro te, ꝙ
tunc benefacias mihi. Hoc autem abundanter fecit
Dauid, quia accepit eam in vxorem mortuo Nabal.
Non poterat autem maius ei impendere bonum, q̄
comparem eam facere. & in hoc dicunt Hebræi, ꝙ D
ipsa Abigail obtulit se Dauid, vt eam acciperet: &
ob hoc dicit Ra. Dauid Kimhi, quod ablata vna lite-
ra de hoc nomine Abigail, cū debuisset vocari Abi-
gail in dedecus eius, sed istam literam deficientem
non reperi in Hebræo, quia fortè non eodem modo
scribitur in omnibus libris. Sed hoc non stat: quia
Abigail non innuit hic Dauid, ꝙ acciperet eam in
coniugem: nec habet hoc aliquam apparentiam ex
eo, ꝙ hꝛ inf. s. ꝙ immediatè post mortē Nabal acce-
pit eā Dauid in vxorē: nā illud non petiuit ipsa: ꝙ
patet ex verbis eius cum dixit. Cum benefecerit Do
minus Domino meo recordaberis ancillæ tuæ. Sed
adhuc non benefecerat Deus Dauid, quando acce-
pit ipsam in vxorem: ergo non petebat ipsa hoc, sed E
quia sciebat eum futurum regem: petebat, vt quan-
do rex esset benefaceret ei. *Et ait Dauid ad Abigail*. Hic
ponitur Dauid responsio: nam in omnibus superio-
ribus nihil locutus fuerat, sed attentè audiebat Abi-
gail, eo quod verba sua erant dulcia. Et agit Dauid
duo. Primo gratias agit Deo, quia liberauit eum de
malo. Secundo benignè expedit Abigail promisso
ei bono, ibi. *Suscepit ergo*. Dixit autem Dauid. *Benedi-*
ctus Dominus Deus Israel, scilicet: quia ipse benefecit
mihi mittendo te in occursum meum, vt liberarer
à peccato. Attribuebat enim hic Dauid istud bo-
num Deo: nam licèt Abigail venisset ad ipsum, &
propter sermones eius cessauisset à vindicta, quam

A petebat; tamen putabat, quod ipsa non fuisset mota
ad veniendum, nec ipse ad assentiēdum verbis eius,
nisi Deus instigasset vtrunque. Ipsi igitur tanquam
causæ primæ huius gratiæ referendæ erant. *Qui misit*
te hodie in occursum meum, ideſt, posuit tibi in corde, ꝙ
venires ad occurrendum mihi: non enim intelligit
Dauid, quòd Deus misisset eam iubendo ei, quòd ve
niret. Nam alioquin ipse non suasisset orando, sed re
ferendo missionem, scilicet, Dominus misit ad te, vt
facias hoc, & mox obediuit Dauid. *Et benedictum elo-*
quium tuum, ideſt, eloquentia, vel dulcedo verborum,
quia verbis tuis induxisti me, vt non facerem ma-
lum, quod disposueram. In hoc apparet, quòd Da-
uid intelligebat Abigail non fuisse locutam prophe
ticè, sed solum per eloquentiam induxisse eum. *Et* B
benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinem.
Agit gratias Dauid Abigail, quia aduentus eius libe
rauit ipsum à peccato, scilicet, quòd non iret ad san
guinem, ideſt, ad effundendum sanguinem, quia di-
sposuerat occidere totam familiam Nabal, & ne vl-
ciscerer me in manu mea, ideſt, vt non sumerē vin-
dictam per meipsum q. d. quanquam vindictam ve-
lim de Nabal, si manu mea eam acciperem pecca-
rem. Nunc autem aliter accipiam, & non pecca-
bo: sciebat enim Dauid illicitum esse, quòd quis ma
nu sua se vlciscatur, Deuteronom. ca. 32. cum dixit
Deus, quòd daretur sibi vindicta. s. mea est vltio, &
ego rerribuam, & non deberet aliquis alius se vindi-
care, nunc tamen passione inflammatus non atten- C
debat ad hoc. Abigail autem fecit eum memorem,
ideo destitit à vindicta. *Alioquin viuit Dominus Deus*
Israel, ideſt, si sic nō fuisset, quòd tu prohibuisses me,
iuro per vitam Dei Israel. *Qui prohibuit me ne malum*
facerem tibi, ideſt Deus impediuit, ne facerem tibi ma
lum mutando cor meum à desiderio vindictæ. Et
dicitur, ne facerem tibi malum, quia malum, quod
volebat facere Dauid Nabal redūdabat in Abigail,
cum Dauid iurasset occidere omnes de familia Na-
bal: perijssent etiam omnia bona Abigail, quia erant
bona Nabal viri sui. Respondit autem Dauid hic
conformiter ad modum loquendi Abigail, scilicet,
cum dixit: in me Domine, sit, hæc iniquitas. Et po-
stea dixit: auferiniquitatem famulæ tuæ: ita Dauid D
dicit se remisisse ipsi Abigail, scilicet, vt nō faceren
tibi malum, & non dixit, vt non facerem Nabal ma
lum: quasi hoc malum totum inferēdum esset Abi-
gail. Vel potest intelligi aliter, scilicet, quòd si Da-
uid vindicasset se manu sua, egisset duo. Primò sum
psisset vindictam quantum ad ipsum Nabal, qui pec
cauerat. Secundo effudisset sanguinem innocen-
tem, quantum ad omnes de familia Nabal, qui nihil
peccauerat, & quia istud erat maius peccatum, quā
sumere vindictam, dixit de hoc. s. ne malum facerē
tibi: nam quantum ad Abigail non fuisset vindicta,
sed effusio sanguinis innocentis.

An simul Deus, & Abigail prohibuerit, ne Dauid faceret
malum. Quæst. XIII.

QVAERET aliquis, quomodo dixit hic Da-
uid, quòd Deus prohibuit eum, ne faceret ma-
lum, cum supra dixerit: benedicta tu, quæ prohibui-
sti me hodie, ne irem ad sanguinem: dicēdum, quòd
vtrunque stat: Abigail nanque veniens ad Dauid
locuta est, & prohibuit Dauid à vindicta, ipsa ta-
men non venisset, nisi Deus instigasset eam ad ve-
niendum: sic innuit Dauid, dicens: benedictus Do-
minus Deus Israel, qui misit te hodie in occursum
meū. Vnde dicebatur Deus prohibuisse Dauid à ma
lo inquantū misit Abigail ad prohibēdū: & sic acci-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pitur hic. Abigail aũt dicebatur prohibuisse, inq̃tũ ipsa venit, & prohibuit. *Nisi cito venisses in occursum mihi*, q d. q̃ venire voluisses: si tamen non venisses cito, sicut venisti, ego vltus fuissem in Nabal. Hoc patet, quia quando Abigail descendebat in latere mõtis, in quo tunc manebat vir suus, occurrit ei Dauid ex aduerso veniens ad delendũ Nabal. Et sic si parũ mansisset non veniens præoccupasset Dauid delere omnia, quæ erant ipsius Nabal. *Non remansisset de Nabal*. i. de pertinentibus ad Nabal. *Vsque ad lucem matutinam*. i. vsque ad auroram. *Mingens ad parietem*. i. nullus de familia sua mansisset: sic. n. iurauerat Dauid. s. hęc faciat Dominus inimicis Dauid, si relinquero de oĩbus, quæ ad eum pertinẽt mingentem ad parietem. F

Suscepit ergo Dauid. Hic ponitur benigna expeditio Abigail promisso ei bono: & apparet in hoc, q̃ suscepit de manu sua omnia, quæ attulerat: nam cum illa essent de pertinentibus ad Nabal, si Dauid voluisset vindictam, non accepisset ea in munere de manu Abigail, sed deleuisset eam cum omnibus, quæ pertinebant ad Nabal: & accepisset de rebus eius qc quid vellet iure suo. *Dixitque ei. vade pacificè in domum tuam*. i. reuertere securè, ne timeas, q̃ aliquod malũ inferatur tibi, aut viro tuo. *Ecce audiui vocem tuam*. i. consensi petitioni tuæ. Et hoc quantum ad duo; primò, quantum ad vindictam. s. q̃ non vlciscereturse manu sua. Secundò, quantum ad bonum, quod petiuit. s. vt recordaretur eius, cum Deus benefaceret illi. *Et honoraui faciem tuam*. Istud fuit in duobus. Primò, quia voluit recipere de manu eius munera. Interdũ enim Domini magni dedignantur suscipere munera infimorum, quasi nõ sit dignum eos de manu horum quicquam recipere. Cũ autem acceperint honorant illos, à quibus accipiunt. s. indicando eos tales esse, à quibus magni viri recipere debeãt: & quia Dauid recepit de manu Abigail honorauit faciem suam, quia è cõtrario nimis confusa fuisset Abigail, & erubesceret, si Dauid refutasset eius dona. Secundò honorauit faciem eius cum propter præsentiam eius, & verba destitit à vindicta, quam petere intendebat, & fortè hoc non fecisset Dauid si aliquis magnus vir orasset, fecit tamen, quia suasit Abigail. *Venit autem Abigail ad Nabal*. s. steterat Abigail cum Dauid in latere montis: & ibi obtinuit, quod petebat. inde quoque regressus est Dauid in locum suum nõ accedens ad domum Nabal. Abigail verò redijt cũ pueris suis in domum suam. *Et ecce erat ei conuiuium in domum eius, quasi conuiuium regis*. i. quãdo redijt Abigail ad Nabal, habebat Nabal conuiuium magnum in domo sua, sicut reges faciunt: & hoc, quia Nabal habebat familiam magnam, etiam quia conuenerant ad eum multi tonsores gregum, & omnes comedebant die illa in domo eius. Vocatur autem conuiuium quasi regis propter multitũdinem conuiuantium, & propter ciborum affluentiam: in quo appareret rusticana tenacitas Nabal, quia de eo, quod superat, nihil dare voluit Dauid. Vxor autem sua dedit copiosa munera: & adhuc post hoc erat tanta ciborum copia, vt videretur conuiuium regis. *Et cor Nabal erat iocundum*. Ista iocunditas non erat ex tranquillitate mentis, nec ex fruitione magnorum ciborum, sed ex carẽtia mentis. s. quia ebrius erat nimis, vt patet in litera. Ebrij autem iocundi sunt, & canunt, quia nulla eos tunc cura molestat: vnde istud remedium est datum ad hoc, quòd ad horam tristicia hominis auferatur. s. quòd inebrietur, & obliuiscetur tristicia sua: sic patet Prouerb. 21. cap. s. datæ siceram merentibus, & vinum his, qui amaro sunt animo: bibant, & obliuiscantur egestatatis suæ, & doloris non recordentur amplius. *Erat enim ebrius nimis*. Non solum ebrius erat, sed etiam nimis: erat quippe dies illa conuiuij magni, & ipse epulis, & potibus se tradiderat. *Et non indicauit ei verbum pusillum, aut grande vsque mane*, i. quãquã tunc venerit Abigail ad virum suum, tamen nihil locuta fuit ei de his, q̃ acciderãt, eo quòd ebrius erat, & nihil intelligeret. Mansit autem ebrietas tota illa nocte, ideo vsq; mane non locuta est ei. *Diluculo autem cum digessisset vinũ Nabal*. Obseruauit Abigail tempus ad loquendũ viro, scilicet diluculo, quia per totam uoctẽ satis erat, quòd vinum digereret, cùm bibisset copiosè. In aurora autem iam digesserat, & erat sanę mentis. *Indicauit ei vxor sua verba hæc*, scilicet, quomodo attulerat munera ad Dauid, & quòd Dauid venisset armatus ad delendum eum cum tota domo sua. *Et emortuum est cor eius intrinsecus*, i. auditis verbis tantum timuit, q̃ mortuũ est cor eius. Et d̃intrinsecus. q. d. licet extrinsecus videret Nabal viuens, tñ intrinsecus mortuus erat. Ra. Sa. & Ra. Dauid Kimhi dñt, q̃ hoc passus est Nabal audito, q̃ vxor sua tãta munera impẽdisset Dauid, q̃bus videbatur depauperatus. Sed hoc nihil est, quia ipse expenderat valde plura cũ habuisset die præcedenti conuiuiũ, quasi regis: sed fuit hoc propter timorem magnum, qui reddit hominem attonitum, & immobilem, & quasi mortuum. *Et factus est quasi lapis*, idest, factus est immobilis sicut lapis: in quo patet, quòd fuit hoc ex timore. Nam si doluisset de magnis expensis accenderetur in iram, quæ magis hominem facit inquietum: timor autẽ immobilem reddit, sed Nabal factus est quasi lapis ergo ex timore hoc habuit. G H I K

Vini effectus.

Cunque pertransissent decem dies. Hic ponitur vltimum huius cap. scilicet mors obbrobriosa Nabal, & relatio eius facta Dauid. Dicitur autem quòd post decẽ dies mortuus est Nabal, scilicet computando ab eo tempore, quo vxor sua retulit ei de Dauid. *Percussit Dominus Nabal*, idest, misit aliquam plagam super eũ, scilicet pestem, vel aliquid aliud, quo breuiter moreretur. Et fuit ista mors quasi violenta cum non venerit ex conditione naturæ, sed est inflicta à Deo in pœnam. *Et mortuus est*, scilicet quia percussio Dei fuit ad mortem. Nabalpio mortuus est.

Cur post decem dies Nabal mortuus est. Quæst. XIIII.

QVAERET aliquis, cur post decem dies Nabal mortuus est. Respondet in Ra. Sa. quòd hoc factum est, quia improperauit decem iuuenibus, quos misit Dauid, vt patet supra: vel dicit hoc factum, quia dixit decem verba iniuriosa cõtra Dauid. Alij autem dicunt, q̃ fuerunt dati isti decem dies ad pœnitentiam: nam Hebræi dolebant in die propitiationis de peccatis suis, & ista est dies decima mensis septimi, qui est September secũdũ Hebręos, de qua die Deus dixerat, quòd anima, quæ non afflige ret in illa, periret de pꝰpulo suo. Leui. c. 16. & 23. Præsupponit autem Ra. Sa. q̃ dies ista, in qua faciebat cõuiuium Nabal, erat dies clãgoris, quæ est dies prima mensis septimi: & ab illa vsque in diem propitiationis sunt decem dies. Dati sunt autem isti decem dies Nabal, vt superuiueret vsque ad diem ꝓpitiationis, in qua pęniteret, & propitiaretur ei Deus. Sed hic est duplex error. Primus, quia præsupponit Ra. Sa. q̃ dies, in quo fiebat conuiuium istud, erat dies clangoris, sed falsum est, vt supra probatũ fuit: nam in hac die non tonderet Nabal greges, cum esset festum solenne: in quo abstinendũ erat ab omni opere seruili, Leui. c. 25. Secũdus error, qa pręsupponit Ra. Sa. q̃ ad hoc, q̃ pęniteret Nabal de delictis suis, & Deus propitiaret ei, oportebat expectari diem

diem propitiationis, quia in illa die Deus remittebat peccata, sed hoc falsum est, quia nihil magis in illa die, quàm in alijs, & cęremonie illæ, quæ fiebant pro peccato in die propitiationis, non auferebant aliquod peccatum, vt declaratum est latè Leu. c. 16. Alij dicunt, q̃ dati sunt isti decem dies Nabal ad pœnitendum: nõ quidem quasi dies decimus esset dies propitiationis, sed vt in illis decẽ diebus posset Nabal lugere pro peccatis: & isti rationabilius dicunt, quanquam hoc non vult Rab. Dauid Kimhi. Alij Hebræi dicunt, quòd isti decem dies dati fuerunt, vt planctus Samuelis non misceretur cum planctu Nabal. Præsupponunt enim, quòd planctus Samuelis adhuc durabat, quando tondebat Nabal greges, quod satis est alienum, cum litera non det aliquam verisimilitudinem ad hoc. Sed dato, q̃ duraret tunc planctus iste, nihil attinebat planctum Nabal misceri planctui Samuelis: quia ex hoc non fœdabatur honor Samuelis: præsertim, quia non erat hic aliqua mixtio planctus, dato, q̃ eodem die morerentur ambo: quia hoc esset si illi, qui plangebant Samuelem cõuenire debuissent ad plãctum Nabal: sed hoc non erat, quia Samuel plangebatur à toto Israel, vt patet in principio cap. Nabal autem plangeretur solum à domesticis suis, & cognatis. Dicendum autem, q̃ non est danda aliqua causa in his, sed solum quia Deus voluit: Nabal enim peccauerat, & Deus percussit eum pro peccatis suis. Dedit autem illi tempus tantum quantum voluit, siue ad pœnitentiam, siue ex alia causa. *Quòd cum audisset Dauid mortuum Nabal*. Erat Dauid in deserto, in quo prius morabatur, & erat circa vrbem Maon, & circa possessionem Nabal in Carmelo, ideo potuit ei annunciari mors Nabal immediatè, vt accidit. *Benedictus Dominus, qui iudicauit causam obbrobrij mei de manu Nabal*. Agit Dauid Deo gratias, quia percussit Nabal, q̃ iniuria sibi illata. Cum enim Nabal mortuus fuerit ita breuiter post iniuriã illatã Dauid, & mors eius fuerit quasi violenta, credidit Dauid, q̃ fuisset ista mors propter iniuriam sibi illatam, ideo egit Deo gratias, quia iudicauit causam obbrobrij sui, idest, fuit iudex de obbrobrio sibi inflicto à Nabal, & intulit pœnam Nabal pro eo. Vocatur autem obbrobrium, quia ista iniuria non fuit in rebus, sed in verbis mordacibus, vt patet supra. *Et seruum suum custodiuit à malo*. i. custodiuit me seruũ suum à malo culpæ. s. ne manu mea vindictam sumerem, quod fortè fecissem, nisi Deus prohibuisset. *Et maliciam Nabal reddidit Dominus in caput eius*. idest, & Dominus dedit Nabal pœnam pro malicia sua, & sic ego habui vindictam sine crimine. A B C D

An Dauid peccauerit gaudendo de morte Nabal. Quæstio. XV.

QVAERET aliquis, an Dauid peccauit gaudendo de morte Nabal. Aliquis dicet, q̃ sic, quia sicut illicitum est alicui se vindicare, ita illicitum est desiderare vindictam. Dauid tamen gauisus est de vindicta, scilicet, quia Deus iudicauerat causam obbrobrij sui de manu Nabal, ideo peccauit hoc desiderando. Item non solum secundum legem Dei, sed etiam apud philosophos iniquum reputaretur istud gaudium: sic patet Ethico. lib. 2. s. q̃ quædam sunt, quæ mox nominata malicia sunt conuoluta: & ponitur ibi exemplum, vt in inuidia, & gaudium de malo. Gaudebat tamen hic Dauid de malo Nabal, ergo peccabat. Item de morte alicuius nunquam gaudendum est, etiam si sit iniquus: sic dicit Cato. E

Morte repentina noli gaudere malorum.
Egelices obeunt, quorum sine crimine vita est,
Dauid tamen gaudebat de morte nabal, ergo peccabat.

In contrarium dicet aliquis, q̃ licebat ei gaudere de vindicta inflicta à Deo, quia Psal. 47. dicitur: Lętabitur iustus, cum viderit vindictam, & lauabit manus suas in sanguine peccatoris. Respõdendum est, q̃ nulli homini licet vindictam apperere, nec gaudere de illa si proueniat: quia qui gaudet de vindictã rancorem habet. Rancor tamen peccatum est, nec debet habere quisquam rancorem ad proximũ suum pro offensa quantuncunque graui: quanquã possit petere sibi satisfieri ꝓ inflicta iniuria nõ amore vindictæ, sed zelo iustitiæ: & tunc si infligatur pę na criminoso, non debet gaudere aduersarius, quia ei pęna infligitur, sed quia iustitia executioni traditr. De Dauid autem sic dicendum est, q̃ si ipse gauisus fuisset de vindicta, principaliter peccauisset: tamen non fuit hic gaudium suum de vindicta directè, sed de hoc, q̃ Deus seruauit ipsum à malo. s. quia ipse disposuerat delere Nabal, & domum suam. Deus autem immutauit cor eius, vt non faceret. Hoc autẽ dicit ipse in litera. s. seruum suum custodiuit à malo. i. à culpa. Cũ autem dicitur, q̃ gauisus est de morte Nabal. Dicendum, q̃ potuit gaudere dupliciter licitè de hac morte. Primò, q̃ non gauderet in hoc, q̃ aduersarius suus peribat, & per hoc vindicaretur de malo suscepto, sed q̃ gaudebat de pęna Nabal iquãtum iustè infligebatur secundum ordinem diuinæ iustitiæ: & sic licet nobis gaudere de occisione male factorum, non inquantum illi pereunt, quia potius dolere debemus propter naturam, quæ nobis, & illis communis est, sed gaudemus, quia leges iustæ habent executionem, & quia sic tollitur perturbatio reipublicæ, & procuratur felicitas politiæ. Secundò poterat gaudere Dauid licitè de hac morte, inquantum per eam sibi tollebatur occasio mali: nam licet Dauid peccisset domui Nabal ꝓpter Abigail: tamen recordaretur iniuriam, & aliqua die habita leui occasione, deleret Nabal cum domo sua. Cum autem nũc Deus occidisset Nabal auferebat Dauid occasionem vindicandi se, ideo gaudebat pro hoc, quod erat bonum spirituale: sic etiam licet nobis indirectè gaudere de morte hostium, & maleuolorum nostrorum: non quidem q̃ pereunt, sed quia per eorum mortem securitas nobis acquiritur. Licet autem nobis gaudere in bonis nostris, dum tamen simul non gaudeamus de malis aliorum. Ad rationem in contrarium cùm dicitur: lætabitur iustus cùm viderit vindictam. Dicendum, q̃ ibi nõ accipitur vindicta propriè, sed materialiter. Est enim vindicta propriè dicta quando aliquis gaudet de pęna alterius, inquantum per illam satisfit iniuriæ sue per contrapassum: & hoc modo non licet alicui viro iusto gaudere de vindicta. Alio modo accipit vindicta materialiter, scilicet, pro pęna, quam aliquis suscipit non referendo illam, vt est satisfactio iniuriæ susceptæ. Et hoc modo quandocunque alicui hosti alterius pęna infligitur siue à Deo, siue ab homine, est vindicta illius, cuius est hostis, etiam si iste iam mortuus fuerit. Cũ igitur Deus punit aliquem iniustum pro malis, quæ infert alicui iusto, potest ille iustus, & omnes alij gaudere de malo, qđ patitur ille, non quia patitur, sed quia iustè infertur, & ne permaneant iniusti semper in pertinacia sua gloriantes de malo. Hoc modo poterant sancti martyres gaudere, si Deus infligeret aliqua mala tortoribus suis: nõ quidẽ, vt illi vindicaretur, sed vt appareret iudices, & tortores illos iniustè egisse, & vt manifestaretur gloria Dei in puniendo iniquos. Et hoc modo

Nunquã licet appetere vindictã de inimico.

Dauid qũo gauisus est de morte Nabal.

Ad rõnẽ in contrarium. Vindicta qd.

Universidad de Deusto
Biblioteca

modo sæpe sancti petunt vindictam. Sic patet Psal. 78. f. Vindica Domine sanguinem seruorum tuorũ, qui effusus est: intret in conspectu tuo gemitus cõpeditorum. Sic etiam patet Apoca. c. 7. de illis, quos vidit ibi Ioannes sub throno Dei petentes vindictã sanguinis sui effusi, vbi semp vindicta accipitur materialiter. Alia autem argumenta probant, ꝙ Dauid

Ad primã. peccasset gaudendo in morte Nabal. Ad primum cum dicitur, ꝙ non licebat ei gaudere in morte Nabal, nec desiderare vindictam, concedendum est, accipiẽdo formaliter, sed bene licebat gaudere de vin-

Ad secundam. dicta materialiter, vt supra declaratum est. Ad secũdum ex auctoritate philosophi. s. ꝙ gaudere de malo semper sit malum. Dicendum, ꝙ intelligitur de malo culpæ, vt si quis gaudet, quia alius peccat. Vel accipitur malum de malo pœnæ, quando pœna iniustè infligitur. Si autem iustè aliquis puniatur non dicit philosophus malũ ẽẽ, ꝙ qs gaudeat de pœna illa, qn potius dicit ẽẽ pcm̃ si quis gaudeat de ipunitate malorũ, & quia prosperantur: & vocantur epitatothachi. i. gaudentes supra modũ, & de malo. Illi aũt, q dolent de prosperitate malorum, & gaudent, qñ

Ad tertiã. puniuntur, laudantur ab eo, & vocantur nemesitici. Est enim nemesis passio laudabilis. De hoc Ethic. lib. 2. circa finem. Ad tertiam rationem ex auctoritate Catonis, dicendum, ꝙ non licet alicui gaudere de morte repentina malorum in quantũ illam mortem accipit in vindictam: licet tamen gaudere de illa inquantũ à Deo iustè infligitur, & vt per eam cessat turbatio reipublicæ: sic autem fuit de Dauid, qa non gauisus est directè de morte Nabal inquantum erat vindicta, sed alijs modis, vt supra declaratũ est. *Misit ergo Dauid.* Hic ponitur de bono, quod egit Dauid Abigail mortuo Nabal. s. accepit eam in vxorẽ, & dicitur: misit Dauid. s. nuncios ad Abigail. *Et locutus est ad Abigail.* scilicet, per nuncios, quos misit, quia ipse manebat tunc in deserto in loco suo, vt sumeret eam sibi in vxorem i. misit ei ad nunciãdum, ꝙ volebat eam accipere in vxorem. Credẽdum est, ꝙ hoc fuerit aliquãto tpe post mortẽ Nabal: nã inhonestũ erat, ꝙ nõdũ finito planctu viri, mulier alteri copularetur in vxorem. Nam ex hoc signaretur, ꝙ non satis casta fuerat, dum mansit cum illo viro. Et ob hoc leges humanæ sanxerunt, ne fœmina trãsiret ad secundas nuptias, nisi, expleto anno luctus: alioquin lex punit eam. Quod etiam rationabiliter factum est, ne semina misceantur. f. vt si fœtus sequatur, non dubitetur, an sit viri prioris, vel sequentis: ꝙꝙ canon absoluit fœminã ab oĩ legali pœna, si acceperit virũ ĩm ante finitum annũ luctus dans licentiam nubendi in Domino, cui voluerit, mortuo primo viro, vt patet extra de secundis nupt. cap. cum secundum Apostolum. De Abigail tamen credendum est, quòd cùm esset fœmina magnæ honestatis non acciperet aliquem virum vsque ad aliquantum tempus post mortem Nabal. Dauid quoque, qui vir prudens erat, & honestus, nollet eam immediatè accipere, vt Nabal mortuus est: quia ĩduceret eam ad inhonestatem. *Et venerunt pueri Dauid ad Abigail in Carmelum.* Isti erant nuncij sui; & venerunt in Carmelum, quia ibi manebat adhuc Abigail: nam licet Nabal haberet domum in vrbe Maon, vt patet supra, habebat tamen possessionem in Carmelo, ideo ibi aliquando manebat: nunc autem cum tonderet greges Nabal erat ibi, & ibidem mortuus est. Abigail autem sepeliuit eum ibi, & manebat in eodem loco in possessione sua, necdũ redierat in vrbẽ Maon: ĩõ pueri Dauid venerũt in Carmelũ, & locuti sunt ad eã, dicẽtes. s. exponẽdo legationẽ suam. *Dauid misit nos ad te, vt accipiat te in vxorem:* ideſt, Dauid misit nos ad nunciandum tibi, quòd volebat te sumere in vxorem. Hoc non misit Dauid tanquam supplicans, quia in hoc potius ipse benefaciebat ei exaltando eam, vt esset vxor sua cum ipse futurus esset rex. *Quæ consurgens prona adorauit in terram.* ideſt, surrexit Abigail, vt percumberet in terram ad adorandũ. Intelligendum est, ꝙ Abigail adorauerit hic pueros Dauid, quia nondum erat coram Dauid: quia tamen tantum bonum ei attulerant, procidit coram illis in terram. Vel dicendum, ꝙ Abigail quanquam non esset præsens Dauid, adorauit eum, quia habebat ipsum, vt præsentem, quod patet ex verbis suis immediatè, scilicet: ecce famula tua sit in ancillam. Hoc autem ad Dauid dicebatur, & non ad pueros: quia alioquin dixisset: ecce famula vestra cum multi esset: sed loquebatur ad Dauid. *Et ait: ecce famula tua sit in ancillam.* Immediate assensit Abigail, qa ipsa putauit magnã gratiã sibi fieri, ꝙ vellet eã Dauid ĩ vxorẽ, iõ humiliauit se dicẽs, ꝙ non erat digna, vt esset vxor, sed vt esset ancilla. *Vt lauet pedes seruorũ Domini mei.* Ista aũt adhuc erat maior humilitas, qa nõ solũ dixit Abigail, ꝙ volebat esse ancilla Dauid ad lauãdũ pedes eius, sed ad lauandũ pedes seruorũ Dauid. Istud. n. erat infimũ genus seruitutis, quod Abigail poterat pstare Dauid. *Et festinauit, & surrexit Abigail.* Noluit morari in hoc, ne displiceret Dauid: sed cũ summum bonum ei offerretur. s. ꝙ esset vxor regis, illico cucurrit. *Et ascendit super asinum.* Ista erat equitatura tẽporis illius. Putabat enim se honestè ire Abigail super asinum, quanquam futura esset vxor regis. *Et quinque puellæ ierunt cum ea pedissequæ eius.* ideſt, accepit secũ Abigail puellas quinque: ibat enim nunc ad nuptias, ideo debebat habere puellas famulantes sibi. Et dicitur, ꝙ ierunt pedissequæ, ideſt, ierunt pedites: sola autem Abigail equitabat super asinũ. Credendum est etiam, ꝙ Abigail tunc aliquos iuuenes duxisset in obsequium suum de pueris suis, quia familia eius erat magna nimis, cum dicatur supra, ꝙ Nabal erat vir magnus nimis in possessione. Scriptura tamen solum retulit de puellis, quia ꝙ pueri aliqui irent cum ea satis videbatur manifestum. *Et secuta est nuncios Dauid.* ideſt, nuncij Dauid mox vt retulerunt Abigail intentionem Dauid, redierunt ad eum. illa autem parauit se interim, ideo illi præcesserunt eam in itinere. *Et facta est illi vxor.* ideſt, cum venit ad Dauid in desertum accepit eam in vxorẽ, & celebratæ sunt nuptiæ. De Abigail autem non legitur postea rediisse ad possessionem suam in carmelum: habebat tamen possessionem magnam, q̃ reliquerat vir suus, & manebat in ea, quando Dauid misit, vt acciperet eam in vxorem: nam dicitur, ꝙ pueri sui iuerunt in Carmelum: ibi autem erat possessio Nabal: & quando postea Dauid vagabat per desertum, erat cum eo Abigail, & cum descendit in terram Philisthinorum, duxit eam secum, vt patet infra 27. ca. Credendum tñ est, ꝙ reliquerit aliquos de familia sua Abigail in possessione sua in Carmelo, qui curam agerent rei familiaris. *Sed & Achinoem de Iezrael accepit Dauid.* i. non solum accepit Dauid in vxorem Abigail, sed ẽt Achinoam. Ista erat de Iezrahel infra 27. cap. & 30. Est autem Iezrahel quædã ciuitas in sorte iudæ, quæ erat apud desertum illud, in quo nunc morabatur Dauid, ideo potuit inde accipere vxorem. Ambæ enim ciuitates. s. Maon, & Iezrahel, de quibus erant istæ duæ vxores Dauid erant coniunctæ monti Carmelo, & deserto Ziph, ideo in numero ciuitatum sortis iudæ ponuntur simul Iosue. c. 15. f. Maõ, & Carmel, Ziph, & Iezrahel. *Et fuit vtraque vxor eius.* i. habuit ambas in vxores. s. nulla earum fuit concubina.

Dauid mittit nũcios ad Abigail, vt reciperet eam in vxorẽ.

Cur

Cur Dauid accepit Abigail in vxorem, cum haberet Michol.
Quæstio XVI.

QVAERET aliquis, ad quid accepit Dauid in vxorem Abigail, cum haberet aliam vxorem, s. Michol filiam Saulis, supra 18. cap. Aliquis respondebit, ꝙ hoc fecit, quia Saul abstulerat iam Michol, ne esset vxor Dauid, & dedit eam alteri viro, vt patet in litera, s. Saul dedit Michol filiam suam vxorẽ Dauid Phalti filio Lais. Tanquam ergo non habẽs vxorem, voluit accipere aliam. s. Abigail. Ista respõsio aliqualiter erat colorata. Sed non stat, quia tunc dicetur, cum acceperit Abigail, cur accepit postea Achinoam, vt essent ambæ vxores eius. Dicendum igitur, ꝙ nõ egit propter hoc Dauid, sed ad multipli cãdum prolem: erat. n. antiquis desiderium multos filios gignere, & quia de vna non poterant accipere multos, sumebant multas vxores: sic. n. fuit in alijs regibus Israel, & Iuda. Sic etiam fuit in patriarchis, qui multas vxores simul habuerunt, sicut patet de Iacob, qui simul quatuor habebat. Dauid autẽ desiderans multiplicare prolem accepit istas duas vxores, nec solum eas, sed etiam alias: nam accepit filiã regis Gessur nomine Maacha: accepit etiam aliam nomine Agith, vt patet infr. 2. lib. cap. 3. Nec in hoc erat aliquod inconueniens, quia non fiebat ad libidinem, sed solum ad multiplicandum prolem. Alias etiam multas vxores habuit, & multitudinem filiorum, vt patet primo Paralip. cap. 3. genuerunt autẽ istæ duæ vxores filios Dauid: nam Abigail duos peperit. s. Cheleab, qui fuit secundus filius Dauid, & Saphatias, qui fuit quintus. Achinoam autem peperit primogenitum Dauid, scilicet, Ammon, vt patet infra 2. lib. cap. 3.

An peccauit Dauid accipiendo multas vxores.
Quæstio. XVII.

QVAERETVR vlterius, an Dauid peccauerit habendo tot vxores. Dicet aliquis, ꝙ sic, quia cum Deus iunxit vnam, vnicum matrimoniũ constituit, vt patet Matthæi. 19. cap. ꝙ ergo aliquis multas haberet, erat cõtra legem matrimonij, ergo peccabat. Item non solum peccabat Dauid inquãtum agebat contra legem communem, sed etiam, quia agebat contra legem specialem. Deus enim iusserat regibus, ꝙ non acciperent multas vxores, vt patet Deut. 17. ca. s. non habebit vxores plurimas, quæ eliciant animum eius. i. Dauid autem erat iam vnctus in regem: ergo peccabat accipiendo plures vxores. Rñdẽdũ est, ꝙ Dauid non peccauit accipiendo multas vxores: quia Patriarchę fuerunt viri sancti, quos Deus nimis laudat: habuerunt tamen multas vxores, vt patet de Abraam, & de Iacob Gen. 16. cap. & 29. Sed aliquis dicet, ꝙ non erat licitum regulariter, ꝙ aliquis haberet multas vxores, in Patriarchis tamen fuit speciale ex dispensatione, scilicet, ꝙ ipsi non peccauerunt, quia dispensatum est cum eis; sic patet extra de diuor. c. gaudemus. Respondendum est, ꝙ illa non fuit propriè dispensatio, quia omnib. viris illius temporis licebat habere plures vxores, vt immediatè declarabitur: sed vocatur dispẽsatio large. s. accipiendo de honestate matrimonij, quia honestius erat, ꝙ aliquis haberet vnam vxorẽ, q̃ plures, quanquam non erat obligatio ad hoc. Vel erat dispensatio accipiendo in comparatione ad legem, q̃ nunc est, per quam vnica vxor permittitur, absolutè tamen non erat dispensatio. Sed adhuc dicendo, ꝙ ibi esset propriè dispensatio, & ꝙ omnes illi, cum quibus non dispensabatur, peccabant. Dicendum est, ꝙ Dauid non peccabit, quia cum ipso dispensatum est, cum sit vnus de Patriarchis, vt patet Actu. cap. 2. f. viri frarres liceat audenter dicere ad vos de Patriarcha Dauid, quoniam defunctus est. Dicendum autem, ꝙ Dauid, vel aliquis alius in veteri testamento non peccaret accipiendo plures vxores, qa si hoc peccatum esset, aut esset, quia erat contra naturam matrimonij, vel quia erat contra aliquam legem specialiter datam Iudæis. Primum non stat: nã non est cõtra naturam matrimonij esse plures vxores eiusdem viri, sed est contra matrimonium esse eandem vxorem plurium virorum: quia sequuntur multa inconuenientia ad hoc, vt declaratum est supra cap. 1. Etiam non poterit dici secundum. f. ꝙ esset aliqua lex data in veteri testamento, ꝙ vir haberet solũ vnam vxorem: nihil enim tale reperietur: sed magis apparet, ꝙ licebat plures esse vxores vni viri, quia Leui. 18. c dicitur. Sororem vxoris tuæ in pellicatum illius non accipies, nec reuelabis turpitudinem eius adhuc ipsa viuente. i. ꝙ non possit aliqs accipere in vxorem sororem vxoris suę, illa viuente. Videtur ergo ꝙ viuente illa vxore, posset ducere aliquam aliam, dum tamen non esset soror illius: alioquĩ si nullus posset habere duas vxores simul, superfluum esset, ꝙ exprimeretur de sorore vxoris, qa de omnibus esset hoc generale: sed istud non fuit superfluè dictum, ergo poterant accipi duæ vxores simul: dum tamen vna non esset soror alterius. Item patet hoc Leui. cap. 20. cum dicitur: qui supra vxorẽ filiam duxerit matrem, scelus operatus est, viuus ardebit cum eis: Hoc autem intelligitur de matrimonio simultaneo, cum dicatur ibi: Viuus ardebit cum eis. i. cum matre, & filia, quas duxit in vxores. Ergo vel illud superfluum est, vel licebat cuilibet accipere vxores multas simul: dum tamen non essent mater, & filia, vel duæ sorores. Item patet Deut. cap. 17. cùm dicitur: ꝙ non habebit rex vxores plurimas, si tamen lex esset, ꝙ nullus haberet plures vxores, superfluum esset dici de rege. Videtur igitur, ꝙ licebat alijs habere plures vxores: in rege tamen dictum est illud propter aliquam specialem causam. Item patet Deut. cap. 21. f. si habuit homo vxores duas, vnam dilectam, & alteram odiosam: ergo licebat simul habere plures vxores: alioquin lex non posuisset casum in hoc. Dicendum igitur, ꝙ in veteri testamẽto licebat homini habere plures vxores, cum non esset prohibitum: sicut licebat ante statum veteris testamenti: nã tunc homines accipiebant plures vxores, vt patet Gen. c. 31. vbi Laban fecit pactũ cum Iacob, ꝙ non acciperet alias vxores præter filias suas: si tamen licuisset homini tempore illo solũ habere vnam vxorem, non pepigisset Laban cum Iacob, ꝙ non superduceret alias vxores: sic durauit toto tempore veteris testamenti, cum Deus non prohibuisset vxorum multitudinem. Et ob hoc, quanquam essent aliqui viri boni, habebant plures vxores simul, sicut fuit de Elcana patre Samuelis, qui habuit duas vxores. s. Annam, & Phenennam, supra cap. 1. scriptura tamen non reprobat illud: nunc autem vetitum est, quia Christus solum voluit, ꝙ esset vna vxor vnius viri, & sic Ecclesia obseruari iubet. Ad rationes in contrarium satis patet per dicta solutio. Ad primam cùm dicitur, ꝙ cuilibet erat illicitum habere plures vxores, Dicendum, ꝙ est falsum, quia quanquam nunc illicitum sit, tamen in veteri testamento, & ante illud non fuit illicitum, vt declaratum est. Ad secundum cum dr̃, ꝙ hoc erat illicitũ Dauid inquantum erat rex. Dicendum, ꝙ Deus nõ prohibuerat regibus vxorum multitudinem, vt haberet duas, vel tres, sed prohibuerat earum magnã

In veteri testamẽto licebat habere plures vxores

Ad primã rationem in principio.

Ad secundam.

mul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

multitudinem,vt ꝙ aliquis haberet tot vxores ſicut F Salomon,qui habuit quaſi mille in vxoribus concubinis,& adoleſcentulis. De hoc infra 3.lib.cap.11. ꝙ autem ſolum prohibeatur iſta multitudo enormis, patet,quia Deut.c.17.dicitur:Non habebit rex vxores plurimas. Et non dixit ſolum multas. Aliter poteſt dici,ꝙ lex vetuit ibi vxorum multitudinem,qñ illę eſſent tales, quæ poſſent diſtrahere eum à cultu Dei. Vnde dixit litera eod.cap.non habebit vxores plurimas,quæ alliciant animum eius: ſi tamen aliqs poterat habere vxores plures, quæ non inducerent eum à malo, nec diſtraherent à cultu Dei,non peccabat: & ſic erat de Dauid, qui accepit vxores plures,quæ non inducerent eum ad malum, ſed nō induxerunt eum ad peccandum. Salomon autem in G hoc errauit,quia accepit vxores plurimas de Gentilibus, & copulatus eſt eis ardentiſſimo amore, coluitque Deos earum infra.3.lib.cap.11.*Saul autem dedit Michol filiam ſuam vxorem Dauid Phalti filio Lais.* Hic ponitur de Michol vxore Dauid,quid de ea factum fuerit, & ponitur incidentaliter.ſ.quia hic dictū fuit de acceptione duarum nouarum vxorum,ideo ſubditur de vxore priori.ſ. Michol quid de ea factum fuerit,& dicitur,ꝙ Saul dedit eam in vxorem Phalti filio Lais. Hoc autem quāquam ponatur hic poſt acceptionem duarum vxorum Dauid, tamen non eſt credendum,ꝙ poſt illud fuerit,ſed ꝙ Saul iam deH derat eam Phalti. In quo ſciendum, ꝙ cum receſſit Dauid à facie Saulis diſpoſuerat Saul eum occidere, ideo neceſſe erat, ꝙ ſemper fuiſſet profugus à facie Saulis,vel ꝙ ſi veniret in terram Iſrael occideret eum Saul:& ſic quocunque modo maneret vidua Michol:ideo credendum eſt,ꝙ cito poſt receſsū Dauid Saul tradidit eam in vxorem Phalti filio Lais. Et poſt hoc ſciens Dauid,ꝙ Saul nollet ei reducere vxorem ſuam, accepit alias: quanquam etiam ſi habuiſſet eam, duxiſſet alias: nam poſtea habuit eā: & tamen ſuperduxit alias vxores,& concubinas, vt patet infr.2.lib.cap.3.iuncto, cap.3.Primi Paralipo. *Qui erat de Gallim.* i. iſte Phalti erat de vrbe Gallim. Erat autem aliquis vir generoſus, & potēs, ideo rex tradidit ei filiam ſuam.

An Michol peccauerit accipiendo alium in virum.
Quæſtio. XVIII.

QVAERET aliquis,an Michol peccauerit accipiendo in virum Phalti, cum Dauid eſſet vir ſuus. Aliquis dicet,ꝙ non,quia in veteri teſtamēto non erat matrimonium ratum,ſicūt nūc. Eſt enim nunc peccatum, ꝙ alter coniugum tranſeat ad ſecundas nuptias viuente compari, eo ꝙ nunc nō poteſt dari libellus repudij,ſed ſunt matrimonia rata. In veteri autem teſtamento dabatur libellus repudij. Quanquam ergo viuente vtroque coniuge,alter eorū tranſiret ad ſecundas nuptias,non erat peccatum:poterat igitur Michol viuente Dauid accipe K re alterum virum Reſpondendum,ꝙ ſi in veteri teſtamento viuēte viro, vxor acciperet alium virum: aut hoc eſſet,ꝙ ambo eſſent ſimul viri eius,aut ꝙ repudiaret primū: non poteſt ſtare primum,quia cōtra ſubſtantiam matrimonij,& contra ſtatum politiæ,immo contra naturam eſt, ꝙ aliqua fęmina habeat plures viros, vnde nunquam in aliqua politia quantuncunque deordinata eſſet,viſum eſt, ꝙ aliqua mulier haberet plures viros. Nec ob hoc, ꝙ Socrates ſenſerit debere eſſe vxores communes in politia, quia iſta lex à nulla vnquam gente obſeruata eſt. De hoc.2.Poli.cap.1.& 2. Si autem acciperet aliū virum repudiando priorem,non ſtat, quia in veteri teſtamento non fuit data poteſtas mulieribus repudiandi viros,ſed ſolùm viris repudiandi vxores, vt patet Deut.ca.24.Michol ergo nullo modo poterat repudiare Dauid,vel accipere alterum virum eo viuente.Dicendum,ideo,ꝙ Michol peccaſſet,ſi vellet accipere alterum virum: accepit tamen Phalti in virum inuita, quia Saul coegit eam ad hoc. Ipſa tamē prędelegiſſet habere ſemper Dauid,quia diligebat eū nimis,& liberauit illum à morte, atque mentita eſt patri ſuo propter eum, vt patet ſupra capit.19.ideo mortuo Saule, fecit Dauid reduci ad ſe Michol, vt patet infra 2.lib.cap.3. ſi tamen cognouiſſet, ꝙ ipſa ſponte ſuſcepiſſet alium virum, noluiſſet eā poſtea habere.Non tamen ex hoc tollitur,quin aliqualiter peccauerit Michol: nā ſicut potius debet aliqua mulier mortem pati, quàm ſuſtinere coitum adulterinum, ita cum Michol haberet virum viuentem potius debuiſſet mori,quàm tranſire ad ſecundas nuptias,quia iſtę non erant nuptiæ, ſed adulterium: excuſatur tamen ab aliqua parte culpæ Michol inquā tum timore patris coacta hoc agit.

An Phalti peccauerit accipiendo in vxorem Michol, quam ſciebat habere alterum virum.
Quæſt. XIX.

QVAERETVR vlterius,an iſte Phalti filius Lais peccauerit accipiendo Michol in vxorem, cū ſciret eam habere alterum virum. Reſpondēt quidam,ꝙ Phalti erat doctor legis,& vir nimis honorabilis,ideo Saul dabat ei michol in vxorem. Ipſe autem ſciebat, ꝙ cum illa haberet alterum virum, ꝙ non poterat eam accipere vxorem:& tamen ꝓpter timorem regis,& ꝓp honorem, vt vocaretur gener regis accepit eam,ſed nunquam illā cognouit, Hoc autem tenet Nicolaus,& ob hoc dicit,ꝙ Dauid voluit eam accipere poſtea in vxorem: ſi tamen illa cognita fuiſſet à Phalti, nunquam poſtea cognouiſſet eam, nec reduxiſſet ad ſe,ſicut fecit de concubinis decem,quas cognouit Abſolon.Nam poſtea noluit eas cognoſcere Dauid,ſed manſerunt in viduitate, vt patet infra 2.lib.cap.20. Sed dicendum,ꝙ iſta reI ſponſio non ſtat:nam dato, ꝙ nunquam cognouiſſet Phalti ipſam Michol: quia tamen habebat eam, vt vxorem in domo ſua, & ipſe erat vir potēs, erat præſumptio viris,ꝙ cognoſcebat eam intanꝝ,ꝙ contra hanc præſumptionem non reciperetur probatio:ſi autem Phalti cognouiſſet Michol erat coitus adulterinus: ergo habendo eam ſecum, vt vxorem, infamabat illam de adulterio, & hoc peccatū erat. Item dicunt,ꝙ accepit eam propter honorē, vt vocaretur gener regis: ſed tunc manifeſtè apparet, ꝙ peccabat cum vellet honorari cum alterius infamia. Item non ſtat, quod præſupponunt.ſ. ꝙ non cognouerit eam Phalti,ſed ſolum acceperit ꝓpter timorem regis,& vt honoraretur tanquam gener regis,quia ſi hoc fuiſſet,ſpontè dimiſiſſet eam iubente rege,cum eam teneret inuitus: dimiſit tamen illam cum nimia amaritudine:ergo cognouerat eā, & diligebat. Patet hoc infr.2.lib.c.3.ſ.miſit Isboſeth, & tulit Michol à viro ſuo Phaltiel filio Lais:ſequebaturque eam vir ſuus plorans vſque Bahurim, dixitque ad eum Abner:vade,& reuertere, qui reuerſus eſt. Item non ſtat probatio Nicolai.ſ.ꝙ ſi cognita fuiſſet Michol à Phalti filio Lais, ꝙ nō recepiſſet eam poſtea, ſicut non recepit decem concubinas, quas cognouerat Abſalon.Dicendum, ꝙ non eſt ſimile ꝓp duo. Primò, quia Michol erat vera vxor, iō, q̃q̃ cognita fuiſſet ab alio, cum non fuiſſet ſpōte cognita, iuſtum erat,ꝙ reduceret eam ad ſe Dauid: con-

Reſpōſio Nicolai impugnatur.

concubinæ autem non erant vxores,ideo quæcunque leuis occaſio ſufficiebat ad hoc, ꝙ Dauid nō reduceret eas ad ſe:Secunda rō fuit,& efficacior,quia A nō erat ſimile,ꝙ Michol cognita fuiſſet à Phalti, & ꝙ concubinę Dauid cognitæ fuiſſent ab Abſalone: nā Abſalon erat filius Dauid:& ꝙ Dauid cognoſceret mulieres illas, quas iā cognouerat filius ſuus, videbatur turpiſſimū: & Deus hoc improperat tanꝝ valde magnum pctū inter quatuor ſcelera Iſrael, vt patet Amos.c.2.ſ.filius,& pater eius ierūt ad puellā,vt violarent nomen ſanctū meū. Sic ēt intellexerunt conſiliarij Abſalon,ꝙ ſi ipſe cognoſceret concubinas patris ſui totus Iſrael confortarēt cū Abſalone tanquam deturpaſſet patrē ſuū, vt patet infr.2. B lib.c.16. noluit ergo cognoſcere Dauid amplius cō cubinas ſuas,quæ cognitæ fuerūt ab Abſalone. De Michol aūt non erat ſic, quia illa cognita fuerat ab aliquo,quem in virū acceperat,& ille non erat filius Dauid,ideo potuit eam rationabilius recipere.

Dauid reduxit ad ſe Michol, quia ſemper fuerat vxor eius, & nunquam eam repudiauerat. Quæſt. XX.

QVAERETVR vlterius,qūo Dauid reduxit ad ſe Michol,quàm alius habebat in vxorem, viuente viro,cui tradita erat:nā dr̄ inf.2.lib.c.3.ꝙ ille ſequebatur eam plorans,qñ ducebatur ad Dauid. Rñdendū, ꝙ Michol erat vera vxor Dauid: iō ipſo non repudiante eam, ſemper manebat vxor eius: C Phalti aūt non potuit eam accipere in vxorē:rex tñ per violentiā tradidit eā illi,auferens à Dauid: & qa nunquam Dauid conſenſit, nunquā potuit firmari matrimoniū inter Michol,& Phalti,ēt ſi multo tpe ſimul manſiſſent,iō Dauid petiuit poſtea Michol tā quā ſemper fuiſſet vxor eius, dicens:redde mihi vxorem meam Michol,quam deſpondi mihi centū prę putijs Philiſthinorū infr.2.lib.c.3.Ra.Dauid Kimhi dicit,ꝙ Dauid repudiauit Michol, & potuit eā accipere Phalti in vxorem Sed hoc nō ſtat,quia ſi repudiaſſet eam, nunquam potuiſſet illam poſtea recipere:ſiue viuente viro, ſiue mortuo, vt patet Deut.ca. 24. Quantomagis cū viueret tunc Phalti filius Lais, & ploraret ablata ſibi Michol ? eſſet.n. peccatū grauD e: Dauid tñ non putauit ſe in hoc peccare, nec aliquis dicit eū peccaſſe:ideo non repudiauerat eā. Vnde,vt non ſignificēt peccaſſe Dauid,dicit.Ra.Dauid, ꝙ libellus repudij,quem dedit Dauid, non fuit efficax, eo ꝙ inuitus illū dedit: vnde non diremit matrimoniū, & ſic poterat eam reducere ad ſe tanquā vxorem. Sed hoc non ſtat, quia non vī qūo Dauid eſſet inuitus ad dandū repudiū: quia Saul nunquam tenuit eum in poteſtate ſua, vt ad aliquid poſſet cogere. Dicit tñ Ra. Dauid, ꝙ cū toties ſteterit Dauid cū Saule poſtq̃ fugit ab eo, aliqua vice earū cōpulit eum repudiare Michol,vt ipſa non maneret vidua. Sed non ſtat,quia nunq̃ in his vicibus aliquid potuit E Saul ſuper Dauid, & ſi forte dicas,ꝙ ex cōuentione factū eſt, ꝙ Dauid repudiaret Michol, ſicut Dauid orante Saule iurauit, ꝙ nō deleret ſemē eius. p̄ced. c.non ſtabit,qa tunc Dauid nō eſſet inuitus, ſed ſpōte repudiaret vxorē,iō nullo mō poſſet eā poſtea adſe reducere,ēt mortuo viro illius. Deut.c.24. Reduxit tñ,& non peccauit,vt ab oībus præſupponit. Ergo Dauid non repudiauit eā ex contentione aliqua, nec inuitus. Sed Saul tradidit eā Phalti filio Lais recedēte Dauid,iō ſemper māſit vxor eius:& ſic iuſtū erat,ꝙ Dauid habita opportunitate reducendi eam ad ſe faceret reduci, ne maneret ſemper in adulterio. Et quia hoc potuit viuente Isboſeth, petiuit eā tunc,& accepit,vt patet infra 2.lib.cap.3.

CAPITVLVM. XXVI.

ET venerunt Ziphæi ad Saul in Gabaa,dicentes: Ecce Dauid abſconditus eſt in colle Hachila, quæ eſt ex aduerſo ſolitudinis. Et ſurrexit Saul,& deſcendit in deſertum Ziph, & cum eo tria millia virorum de electis Iſrael, vt quęreret Dauid in deſerto Ziph.

Præcedenti cap poſitus fuit ſecundus Dauid profectus.ſ.ꝙ Nabal irriſor ſuus defunctus eſt. Hic ponitur tertius prouentus.ſ. ꝙ Saul fidei violator eius manibus traditus eſt. Et diuiditur in tres partes.Primò Saul Dauid manibus exponitur.Secundò ab eo à morte protegitur. Tertiò Saul à Dauid conuincitur. Secunda ibi. *Dixitque Abiſai*. Tertia ibi. *Cunque tranſiſſet Dauid*.

An ordo eorum,quę ſequuntur,rectus ſit ad prȩcedentia.
Quæſtio I.

QVAERETVR circa primum de ordine huius ad præcedentia,an ſit rectus, & an iſta fuerint facta immediatè poſt ſuperiora,vel interciderit aliquantum tempus. Dicendum,ꝙ hic eſt ordo continuus: nam iſta fuit perſecutio vltima Dauid facta à Saule, & immediatè receſſit Dauid in terram Philiſthinorum, vt patet in principio ſequentis cap. Sed an fuerit iſtud, quod habetur hic immediatè poſt ſuperiora, non apparet: ſatis tamen credendum eſt,ꝙ fuerit immediatè poſtea:nam Saul non ſinebat Dauid quieſcere,dū fuit in terra Iſrael,ſed perſequebatur eum ſemper. Inter perſecutionem tamen præcedentē,de qua ſupra c. 24. & perſecutionem iſtam intercidit id,quod factum eſt de Nabal,de quo prędicti c.& illud durauit aliquantum tempus. Credendum igitur,ꝙ immediatè fuerit poſt illud,& ſatis colligitur,quia in eodē deſerto, in quo manebat Dauid, qñ egit ea,quæ ſupra dicta ſunt contra Nabal perſecutus fuit eum nūc Saul.ſ.in deſerto Ziph, quod idem eſt, quod deſertum Maon, vt declaratū eſt præcedenti c.Hebræi autem dicunt,ꝙ inter perſecutionem,quę habeē ſupra 24.ca. & perſecutionē iſtam interciderunt duo menſes,& dimidius:aſſerūt enim, ꝙ mortuus fuerat Saul poſt mortē Samuelis menſibus.7.Quatuor autem,& dimidius horum fluxerunt dum fuit Dauid in terra Philiſthinorū,vt ipſi conanē probare ex litera ſua ſequenti c. Alij autē duo, & dimidius interciderunt vſque ad deſcēſum Dauid in terrā Philiſthinorū. Et quia ipſe immediatè poſt iſtā perſecutionē illūc deſcendit, vt patet ſequenti c.apparet,ꝙ vſque ad perſecutionē iſtā fluxerunt duo menſes, & dimidius, & in hoc tpe accidit totū,quod refertur præcedenti c. Hoc autem nō habet magnam auctoritatem,ſed quicquid ſit,nō māſit Saul magno tempore, quin perſequeretur Dauid poſt ea, quæ ſupradicta ſunt. *Et venerunt Ziphæi ad Saul in Gabaa.*. Iſti ſunt, qui primo venerunt ad Saulem annunciantes ei Dauid, vt patet ſupra cap. 23. Nunc autem cum Dauid maneret apud eos iterum nunciauit de eo. Et dicitur,ꝙ venerunt in Gabaa, quia ibi erat domus Saulis, & ſemper morabatur ibi: ſic colligitur ſupra 15. & 22. & 23. c. Vnde quando ceſſauit Saul ab hac perſecutione, reuerſus

eſt

Universidad de Deusto
Biblioteca

est in Gabaa in domum suam: & ibi nominabatur F domus eius specialiter tanquam nō haberet aliam, in toto Israel, vt patet infra 2.li.c.21.

Quare Ziphæi annunciauerunt nunc Sauli de Dauid.
Quæstio II.

QVAERET aliquis, quare Ziphęi venerunt ad Saulem nunciantes nūc de Dauid. Nicolaus respōdet, q̄ Ziphæi erant nimis soliciti, vt traderet Dauid in manibus Saulis, quia ipsi semel ceperant accusare eum apud Saulem: timebant igitur, q̄ si Dauid prævaleret contra Saulem deleret eos, quia accusauerant eum: conabantur ideo detegere eū Sauli, vt occideretur. Sed aliter dici potest, q̄ Ziphæi putabant se magnum obsequium præstare Sauli, si revelarent ei de Dauid: ideo cum nunc cognouissent vbi erat, nunciauerunt Sauli: sic enim fecerunt ab initio: nam quan̄ non timerent aliquid mali sibi prouenturum esse à Dauid, accusauerunt illū apud Saulem, detegentes eum supra cap. 23. Sed tunc dicet aliquis, quomodo Ziphæi nunc venire voluerūt ad Saulem nunciantes de Dauid, cum iam Saul desijsset persequi Dauid: quia licet fuerit cum eo in deserto, tamen reuersus est in domum suam, eo dimisso supra cap.24. Dicendum, q̄ quanquam Saul tūc cessauerit persequi Dauid conuictus ratione, ꝓpter magnam clementiam Dauid erga eum: tamen denuo in antiquum odium redijt desiderans eum ca- H pere. Hoc autem cognouerunt Ziphæi, ideo venerunt ad an nunciandum de Dauid. *Ecce Dauid absconditus est in colle Hachila.* Iste collis erat in deserto Ziphæorum, vt patet infra. nā dicitur, q̄ surrexit Saul, & descendit in desertum Ziph: & castrametatus est in Gabaa Hachila: ergo collis Hachila erat in deserto Ziph. In isto colle iterum latuerat Dauid, vt patet supra c.23.s. Dauid latitat apud nos in locis tutissimis syluæ in collæ Hachila: & apud istum collem Saul circundedit Dauid in modum coronę, eo.cap. Iste collis in Hebræo vocatur (habila.) & litera nostra transtulit Hachila. (Quæ est ex aduerso solitudinis). i. ex opposito ad solitudinem. s. q̄ erat ad vnam extremitatē solitudinis, & ob hoc videtur esse quasi I ex aduerso totius solitudinis supra ca.23. dicitur, q̄ collis Hachila erat ad dexteram partem deserti, q̄d idem est, & non habetur in hebræo (in via.) Sed solū. (quę est ex aduerso solitudinis.) Litera tamen nostra posuit hoc, quia infra, quando repetuntur ista verba, dicitur: Ex aduerso solitudinis in via. Et cum idē sit quod hic significatur, & ibi, in vtroque posuit litera nostra in via. *Et surrexit Saul.* s. de domo sua de Gaba: desiderabat enim capere Dauid, ideo mox vt ei annunciatū est de illo, rediit ad persequēdū ipsum.

Saul credidit Ziphęis nunciantibus de Dauid, quia bis ei verū dixerant. Quęst. III.

QVAERET aliquis, cur Saul non misit hic Ziphæos, vt diligenter cognscerent latibula Dauid, & postea redirent ad eum nunciantes rem certam, vt declaratum est supra cap.23. Dicendum, q̄ Saul præmisit ibi Ziphæos ante se, vt diligenter inquirerent locum Dauid, quia putabat, q̄ nō scirent certissimè locum eius, sed per aliquas coniecturas. Et dato, q̄ scirent, credidit, q̄ Dauid cognosceret quid cogitabat contra eum Saul, & effugeret: nam sic effugerat paulo ante hoc, cum conatus fuerat Saul eum capere in Ceilam. Noluit igitur tunc recedere à domo sua quousque cognosceret rem certam: nunc autem secus erat: nam Saul inuenerat Ziphæos vera dicere bis. Primo quando nunciauerunt, q̄ erat in colle Hachila, supra cap.23. Secundò quando nunciauerunt, q̄ erat in deserto Engaddi supra ca. 24. Ideo noluit amplius quærere ab eis maiorem certitudinem putans semper, q̄ vera dicerent. *Et descendit in deserto Ziph.* s. cum Ziphæis, qui venerant ad nunciandum ei. Istud desertum vocatur Ziph propter duo. Primò ꝓp quendam virū nomine Ziph, qui fuit in terra ista, & fuit de tribu Iuda, vt patet 1. Paralip. ca. 2. & 4. Secundò vocatur sic ꝓp quandam ciuitatem, quæ erat in terra ista nomine Ziph, & ponitur tanquam vna de ciuitatibus sortis Iudæ, & est apud Maon, vt patet Iosue c.15.s. Maon Charmel Ziph. Et ista est causa propinqua, quare vocatur desertū Ziph. *Et cum eo tria millia virorum de electis Israel.* i. descenderunt cum eo tria millia virorum: istos viros iterum secum duxit, quando iuit ad persequendum Dauid in deserto Engaddi supra c.23. duxit autem eos, quia Dauid habebat sexcētos viros, & nisi haberet Saul valde multos, posset ei resistere viri Dauid. *Vt quæreret Dauid in deserto Ziph.* Ad hoc iuerat Saul in desertum Ziph, vt ibi quæreret Dauid, quia nunciatū fuerat eum ibi esse. s. in colle Hachila, qui erat in deserto Ziph. *Et castrametatus est in Gabaa Hachila.* i. fixit castra sua Saul in loco isto, qui vocatur Gabaa Hachila. Sciendum, q̄ Gabaa Hachila idem est, quod collis Hachila, sed in hebrę o ponitur Gabaa pro colle. Et hebræi accipiūt, vt communiter istud nomen tanquam proprium. Litera autē nostra accipit, vt commune. s. pro colle. Hic tamen accepit tanquam proprium, & posuit Gabaa. Non est tamen aliqua diuersitas in hebræo hic, & supra, vbi dicitur. In colle Hachila, & supra 23.c. vbi idem ponitur: sed semper habet in hebræo. (Benigna Habila.) Quod litera nostra corruptè more latino dicit Gabaa Hachila: sic etiam patet de isto nomine. (Iesimuth) Nam supra cap.23. dicitur, q̄ Dauid erat in deserto Maon ad dexteram Iesimuth. & eo. cap. Ante hoc habetur, q̄ erat in colle Hachila ad dexteram deserti. Et hic ēt dr̄ bis. Ex aduerso solitudinis. In hebræo tn̄ in omnibus his quatuor locis ponitur Iesimon. Quod significat desertum. Aliqn̄ tn̄ litera nostra vocat illud desertum, & aliqn̄ Iesimuth: ita vt aliqn̄ sit vt nomen proprium, & aliqn̄, vt nomen commune. *Quę erat ex aduerso solitudinis in via.* i. collis Hachila siue Gabaa Hachila erat ex aduerso solitudinis. i. ad partem dexteram deserti, vt dr̄ supra c.23. Ex hoc aūt apparet, q̄ Gabaa Hachila, & collis Hachila sint idem, quia de vtroque dr̄ hic, q̄ erat ex aduerso solitudinis in via: & dr̄, in via: quia iste collis Hachila erat in vna extremitatē deserti apud viam publicā. *Dauid autem habitabat in deserto.* i. manebat tūc in deserto, qn̄ Saul castrametatus est in colle Hachila: nunciauerunt n. Ziphæi eū esse in colle Hachila: sed dū illi irent ad Saulē, recessit Dauid à colle Hachila in desertum Ziph, ita q̄ nunc, quando venit, K & castrametatus est Saul in colle Hachila, non erat ibi Dauid, sed in deserto. Et ob hoc dicitur, q̄ collis Hachila erat ex aduerso solitudinis. s. q̄ ista nō erāt simul, ideo poterat recedere Dauid de colle Hachila in solitudinem.

Cur Dauid rediit in desertū Ziph, cum ibidem antea cum periculo vitę extitisset. Quęst. IIII.

QVAERET aliquis, quomodo Dauid voluit venire ad latendum in desertum Ziph: nam videbatur in hoc tentare Deum, quia iterum latuerat in eodem deserto, & cinxit eum Saul in modum coronæ: ita vt desperaret se posse euadere, vt patet supra

supra cap.23. Respondendum, q̄ Dauid, dum manebat in terra Israel, non poterat penitus esse securus. quia erat in terra hostis sui eum indesinenter inquirentis ad mortem: ibat tamen ad loca illa, quæ tutiora sibi iudicabat: nunc autem putauit, q̄ bene lateret in deserto Ziph, ideo iuit illùc. Et quando obijcitur, q̄ Dauid tentabat Deum, dicendum, q̄ non stat: nam si ipse mox, vt circundatus fuit à Saule in deserto Ziph redijsset ad illud desertum, sciente Saule, tentabat Deum exponens se periculo: non fecit tn̄ sic, sed ipse intendebat fugere in locum, in quo magis securus esse posset: putauit autem nullū securiorem esse, quàm q̄ fugeret in desertum Ziph, eo q̄ Saul non arbitraretur eum ibi esse: nam parū ante hoc ibi fuerat in magno periculo circundatus B à Saule: non ergo erat verisimile, q̄ illùc rediret ne rursus esset in eodem periculo. Fugit ergo illuc, vt non suspicaretur Saul eum ibi esse: & non tentabat in hoc Deum, quia si Saul sciret, q̄ ibi erat, & poneret se rursus ibi, videbatur tētare Deum: quia tamē Saul nō suspicaretur eum esse ibi, magis effugiebat sic periculum: & consequenter tentationem diuinam, quàm aliàs. *Videns autem, quòd venissęt Saul post se in desertum.* idest, vidit Dauid, q̄ veniebat Saul post eum, idest, ad persequendum eum: & non accipitur, q̄ venerit post eum, idest, postquam ipse venit: nam ad hoc oportebat, q̄ parum ante Saulem venisset Dauid in desertum: sed falsum est, quia iam ex aliquot diebus manebat ibi Dauid, vt supra declaratū C est, & dicitur, q̄ vidit Dauid, q̄ veniebat Saul. i. audiuit per famam: nam nondum viderat, & non audiuit hoc à viris suis, qui consueuerant explorare qd moliretur Saul contra Dauid: quia isti postea missi fuerunt ad sciendum an hoc verum esset, cum dicatur immediatè, q̄ misit exploratores suos, & didicit q̄ venissęt certissimè: sed audiuit hoc Dauid ab aliquibus habitatoribus terræ illius. *Misit exploratores.* scilicet aliquos viros, qui inquirerent de veritate rumorum: & per istos duo cognouit, scilicet, q̄ venisset Saul ad persequendum eum, & ad quem locū venisset. *Et didicit, quòd illùc venisset certissimè.* idest, & cognouit certissimè Dauid, q̄ venisset Saul ad inquirendum eum illuc, idest, in colle Hachila. Et dicitur certissimè, quia prius nesciebat hoc Dauid secūdum certitudinem, sed solum audiuerat: nunc autem cognouit certissimè per nuncios suos. *Et surrexit Dauid clam.* idest, surrexit absconditè, & silenter. s. q̄ nemo vidit eū de omnibus suis viris præter Achimelech Aethæum, & Abisai. Vnde ad hos solum locutus est, quis vellet descendere cum eo in castra, vt patet infr. Vel potest hoc referri ad verbū illud, venit, scilicet, q̄ Dauid venit clam ad castra Saulis, quia nemo vidit eum, dormiētibus omnibus. *Et venit ad locum, vbi erat Saul.* i. descendit in castra Saulis ad locum, in quo dormiebat.

An Dauid peccauit eundo ad locum Saulis, quia exponebat se periculo. Quæst. V. E

QVAERET aliquis, an Dauid in hoc peccauerit exponendo se periculo. Aliquis dicet, q̄ sic, quia Saul habebat viros multos. s. triamillia virorū electorum. Dauid autem solus descendit cum Abisai: magna autem dementia videbatur, quòd solus introiret in castra hostilia, & consequenter tētabat Deum, cum sine necessitate se exponeret tāto periculo, præsertim, quia Dauid nō habebat tūc necessitatem probandi innocentiam contra Saulē: nam iam probauerat cum abscidit oram chlamydis eius in speluncam, & potuisset occidere Saulem, A & non occidit: quod postea innotuit Sauli, vt patet supra cap.24. non indigebat ergo alia probatione.

Respondendum, q̄ non peccauit Dauid descendēdo in castra Saul: nam scriptura non computat hoc inter peccata eius. Quomodo tamen exponendo se tanto periculo non peccauerit, manet adhuc dubium. Sed quidam dicunt, q̄ Dauid non peccauit, eo q̄ non se exponebat alicui periculo, quia descendit in castra Saulis, dormientibus omnibus: & Deus dederat soporem illis, ita vt nemo possit excitari: secum igitur erat Dauid descendere in castra, cum Deus cogeret omnes dormire, vt patet infr. scilicet, omnes dormiebant: quia sopor Dei irruerat super eos, ideſt, sopor à Deo missus. Sed adhuc non sufficit hoc, quia dato, q̄ contigisset omnes dormire in castris Saulis, quando descendit Dauid: tamen ipse nesciebat hoc, nec erat verisimile, q̄ in omnibus castris nullus vigilaret, præsertim cum reges semp soleant habere custodes, qui vigilant, eis dormientibus. Et si dicas, q̄ non erat verisimile, q̄ in castris omnes dormirent via assueta: hoc tamen fiebat miraculosè, cum sopor Dei irruerat super omnes. Sed adhuc istud non stat, quia quanquam omnes à Deo coacti fuissent dormire, tamen nesciebat hoc Dauid: ideo ita se exponebat periculo, sicut si nullus dormiret. Et si obijcias, q̄ Dauid vidit eos dormiētes, antequam accederet ad castra, vt dicitur infra, & ob hoc voluit descendere tanquam non esset aliqd C periculum, non stat, quia quanquam viderit Dauid viros Saulis dormientes, nesciebat tamē, an omnes dormirent, quia cum essent tria millia virorū non poterat ipse videre omnes, ita vt iudicare posset, an dormiebant. Et dato, q̄ ipse potuisset scire omnes dormire, poterat accidere, q̄ aliquis eorum euigilaret, introeunte Dauid in castra, & sic esset in periculo. Dicendum igitur, q̄ non potest dici, quin Dauid se exposuerit periculo: non peccabat tamē, quia Deus mouebat eum ad hoc, & ipse sciebat se moueri à Deo. Qui autem à Deo mouetur nō obligatur legi, sicut ait Apostolus: Qui spiritu Dei agun tur non sunt sub lege. Deus autem mouebat Dauid ad hoc, quia volebat magnificare eum ostendendo D innocentiam suam: supra autem ostenderat eam semel in abscissione chlamydis Saulis: nunc autē iterum volebat eam ostendere tradendo illum in manus eius, & q̄ non occideret eum: mouit ergo illum ad descendendum in castra, vt acciperet lanceā Saulis, per quam hoc pateret. Si autem Dauid exposuisset se periculo huic, Deo non mouente ipsum, peccasset nimis: quia ista erat dementia magna, q̄ solus introiret in castra hostilia. *Cumque vidisset locum, in quo dormiebat Saul.* Istum locum vidit Dauid à longe, priusquam descenderet in castra, quia tentoriū regis differebat à cęteris, & ꝑ hoc cognouit illū esse locum regis. *Et Abner filius Ner princeps militiæ eius.* ideſt, vidit locum etiam, in quo dormiebat Abner. Locus huius erat coniunctus loco, in quo dormiebat Saul, eo q̄ iste erat honoratissimus inter omnes seruos Saulis, cum esset princeps militiæ, vt hic dicitur. Et rex confidebat ei maximè, quia erat cognatus eius, scilicet, patrueles suus, vt patet supra. c. 14. *Saulemque dormientem in tentorio.* Vidit Dauid, q̄ Saul dormiebat in tentorio suo: non est autem sensus, q̄ Dauid videret Saulem dormientem: nam eo quòd erat in tentorio non videret eum Dauid, an dormiret, vel non: quia tamen vidit tentorium, & ibi erat Saul dormiens, nec apparebat aliquis motus in tentorio, dicitur vidisse eum dormientem. In hebræo habetur hic. *Saulem dormientem in itinere.* Litera tn̄ nra posuit in tentorio, eo quòd non erat verisimile, q̄

rex

Desertum Ziph ꝑp duo sic nominat.

Licet Dauid se exposuerit periculo nō tamē peccauit, qa Deus mouebat eū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rex dormiret in itinere. Sed est sensus, q̃ dormiebat in tentorio, & illud erat apud viam. Litera autem nostra magis voluit exprimere tentorium, quàm viam. Nec procedit hoc ex æquiuocatione nominis, quia pro tentorio in hebræo dicitur. Ohel. Hic tamen non ponitur, Ohel, sed Magal, quod significat semitam, i. iter angustum. *Et reliquum vulgus per circuitum eius.* i. vidit Dauid, q̃ reliquum vulgus. i. oẽs viri Saulis dormiebant per circuitum eius. Non est intelligendum, q̃ ipse videret omnes dormire, vel sciret an omnes dormiebant, quia hoc non poterat videre, cum essent multi, præsertim cum esset nox, & Dauid distaret aliquantum à castris, vt patet infra. s. C venerunt Dauid, & Abisai ad populum nocte, sed quia Dauid vidit iacentem populum, & non sensit G aliquem tumultum in castris, putauit, q̃ omnes dormirent: & istud fuit sibi motiuum audendi descẽdere in castra. Quanquam præcipue descendebat, qa Deus mouebat cor eius, vt descenderet; alioquin ipse non cõsideret descendere in castra, cum nesciret, an verè omnes dormiebant, vel an aliquis euigilaturus foret. *Ait Dauid ad Achimelech Cethæum, & Abisai.* Ad istos duos locutus est, quia isti soli tunc erant cũ eo. In quo sciendum, q̃ viri Dauid non erant prope castra Saulis, & nunc quãdo Dauid locutus fuit ista ad Abisai, & Achimelech, non erat inter viros suos, sed egressus est de loco illorum dormientibus eis, & iuerunt cum eo isti duo soli vsque ad castra Saulis. Prius verò, quàm intraret in castra locutus fuit ad H eos, dicens. quis descendet ad Saul mecum? & sic nõ fuit locutus ad alios viros, quos secum habebat, vt ad Ioab, & Asael, cæterosque cognatos suos, quibus ipse confidebat, & erant viri fortissimi. *Filium Saruiæ fratrem Ioab.* Iste Abisai erat filius saruiæ, notificatur hic genus huius, quia fuit vir excellens robore: vnde ipse connumeratus est inter tres viros fortissimos, q̃ iuerunt in Bethlehem, vt ducerent inde aquam pro Dauid, & soli non timuerunt totam stationem Philisthinorum, sed irruperunt castra eorum infra 2. li. cap. 23. Erat autem iste cognatus Dauid: ideo posuit scriptura nomen matris eius, & non patris, quia ex parte matris erat cognatus Dauid. s. filius sororis ei⁹: habuit nanque Dauid sorores duas s. Abigail, & Sar I uiam, vt patet 1. Parali. c. 2. Saruia autem habuit tres filios s. Abisai, Ioab, & Asael. eo. c. Ideo dicitur hic, q̃ erat Abisai frater Ioab: nominatur autem Ioab, qa iste erat magis cognitus, quàm alij duo fratres, eo q̃ erat princeps militiæ Dauid, vt patet infra 2. lib. c. 5. *Quis descendet ad Saul mecum in castra?* i. qs de vobis duobus? ad solos enim hos loquebatur, quia hi solum erant cum eo tunc quando locutus fuit hæc.

Dauid cur non duxerit nisi vnum de duobus comitantibus eum in castra. Quæst. VI.

QVAERET aliquis, quare Dauid non duxit secum vtrumque in castra, quia ambo erant viri fortissimi. Aliquis respondebit, q̃ istud, quod Dauid aggrediebatur erat aliquid valde durum, ad q̃d forte non auderent descendere illi cum eo: ideo noluit iubere eis, q̃ descenderent, sed petiuit per modũ electionis, quis vellet descendere. Abisai autem voluit, & Achimelech non ausus est, ideo non descendit cum eo, nisi Abisai. Sed hoc non stat, quia isti duo egressi fuerant de loco aliorum cum Dauid, vt ipsi irent quocunque iuberet Dauid: non erat ergo verisimile, q̃ aliquis eorum postea recusaret exponere se periculo ꝓpter timorem: præsertim cum Dauid se exponeret huic periculo: nam cognita certissima morte vterq; eorũ dignũ duceret mori, vbi moreretẽ Dauid, quantomagis nunc, cum dubius esset euẽtus: non ergo recusasset aliquis eorum descendere. Sed dicendum, q̃ q̃q̃ Dauid duxisset istos duos secum de loco, in quo erant alij viri sui, tamen cum appropin quauit castris Saulis, noluit, q̃ ambo intrarent cum eo: ideo per modum petentis consilium, dixit: Quis descendet ad Saul mecum? Et quia tunc primo respondit Abisai, quàm Achimelech, descendit ipse, & mansit Achimelech: si tamen voluisset Dauid, descendisset quoque Achimelech. Sed tunc dicet aliquis: cur Dauid non fecit descendere ambos secum, cum essent ambo viri fortissimi, & tutior esset habens vtrunque, quàm alterum solum? Dicẽdum, q̃ Dauid putabat, q̃ non esset opus pugnare, sed q̃ ipse descenderet dormientibus omnibus, in castris, ideo nihil proficiebat, q̃ secum duceret vnum, vel multos, sed potius impediebat si multos duceret, qa facilius audiretur strepitus eorum in castris, q̃ aliàs, & euigilarent aliqui: sufficit igitur, q̃ vnum eorum secum duceret. Sed tunc dicetur, quòd debuisset Dauid solus ire, quia sic magis occultaretur introitus eius in castra, cum minorem strepitum facerent, q̃ si duo irent. Dicendum, q̃ non fuit factum propter hoc. Primo, quia quanquam Dauid non putaret sibi hic esse pugnandum, tamen non haberet animũ audacem ad faciendum hoc si solus esset, qa homo cum solus est timidus redditur. Duobus autẽ simul existentibus audacia crescit. Voluit ergo alterum illorum secum habere, vt intrepidè aggrederetur, qd̃ cogitauerat. Secundo fecit hoc, quia Deus mouebat ipsum ad hoc, q̃ haberet secum aliquem socium, & erat ratio, quia Deus volebat magnificare Dauid ostendendo innocentiam eius erga Saulem toti populo: & quia innocentia magis manifestaretur, si Dauid non solum non occideret Saulem, cum posset eum occidere, sed etiam, q̃ prohiberet obnixè eum, qui volebat occidere Saulem, quàm si solum nõ occidisset Saulem cum posset, sed hoc non poterat manifestari, nisi aliquis iret cũ Dauid, ideo mouit Deus Dauid, vt aliquem secum duceret. Patet hoc: quia si Dauid solus iuisset accepisset lanceam, & scyphũ, & redijsset. Nunc autem cum iuit Abisai cum eo, conatus est Abisai configere Saulem in terram: Dauid tamen obnixè hoc prohibuit, dicens: ne interficias eum, vt patet infra: fuit ideo conueniens, vt Dauid secum ferret aliquem in castra Saulis. *Dixitque Abisai: ego descendam tecum.* Iste respondit primo, quàm Achimelech, ideo descendit cũ Dauid: Achimelech autem mansit extra, quousque redierunt portantes lanceam, & scyphum. *Venerunt ergo Dauid, & Abisai ad populum nocte,* Ideſt, venerũt ad popolũ, qui erat in castris Saulis per noctem: obseruauerat enim Dauid istud tempus, vt nunc dormirent viri Saulis, & ipse posset securè agere, quod volebat: per diem autem hoc non poterat, quia Saul, & viri sui ambulabant K per desertum inquirentes locum Dauid.

Quid intendebat Dauid, quando descendit in castra Saulis. Quæstio VII.

QVAERET aliquis, quid intendebat facere Dauid, quando descẽdit in castra. Aliquis dicet, q̃ intendebat occidere Saulẽ. Si autem obijciatur, q̃ non occidit eum: ergo non habuit intentionem occidendi, cum potuisset illum occidere. Respondebitur, q̃ hoc non tenet: quia supra c. 24. Dauid accessit ad Saulem in spelunca animo occidendi eũ. Postea tamen percussit eum cor suum, & noluit agere, vt patet ibidem. Ita hic fortè, quanquam à principio voluisset eum occidere, postea tamen noluit. Sed

voluisset eum occidere, postea tñ noluit. Sed dicen- A dum est, q̃ Dauid non habuit animũ nocendi Sauli qñ descendit in castra, sed solum accipiendi lanceã eius, vel aliquid aliud in signum, quod habuisset locum occidẽdi eum: & noluit. Hoc aũt erat ꝓpter duo. Primò, vt confunderetur Saul. s. quia iterum misertus fuerat ei nolendo eum occidere, & nũc nouiter persequebatur eum: Dauid aũt denuo miserebatur ei nolẽs ipsum occidere: totaliter ergo confunderetur Saul, & desisteret à persequendo eum. Secundò, faciebat hoc Dauid ad magis indicandum innocentiam suam: ostenderat enim eam, qñ abscidit oram chlamydis Saulis, & noluit ipsum occidere, supra c. 24. Sed adhuc non nimis patebat in hoc, quia aliqui B putarent, q̃ q̃q̃ tunc Dauid misertus fuerit Sauli; si tñ iterum acciperet eum in potestate sua, non parceret ei, nunc aũt redierat Saul ad persequendum Dauid postquam ei misertus fuerat, ex quo haberet Dauid iustam cãm occidendi Saulem secundum legẽ hostilem: reperit tñ eum, & non occidit cum potuisset, quin potius prohibuit Abisai volentem occidere Saulem: iõ non poterat intensius clementia Dauid ostendi. Cùm aũt dicitur, q̃ Dauid habuit intentionem occidendi Saulem, sed postea mutatum est propositum, non stat, quia non habetur in tota litera, q̃ Dauid voluit eũ occidere, supra c. 24. habeẽ, q̃ à principio cogitauerit eum occidere, sed postea doluit: non ergo descendit in castra Saulis alia intentione, nisi vt inde acciperet signum clementiæ suæ, & innocentiæ in Saulem. *Et inuenerunt Saulẽ iacentem, & dormientem in tentorio.* i. Dauid, & Abisai inuenerunt Saulem, quia ambo iuerunt in castra: & q̃q̃ transiuissent per medium castrorum vsque ad tentorium regis, nemo vigilauit, q̃ videret Dauid, eoquòd sopor immissus fuerat à Dño super oẽs in castris, ne cognosceret venientem Dauid, vt patet infra. In Hebræo dicitur. *Dormientem in itinere.* Vbi dicitur hic: dormientem in tentorio, sed exponendum est, sicut supra. *Et hastam fixam in terra ad caput eius* i. reperierunt hastam ad caput Saulis, quæ fixa erat in terra, & in hoc significatur opportunitas occidendi Saulẽ, quia ipse habebat arma, quibus occidi posset: vnde Abisai conatus est percutere Saulem lancea illa configẽdo eum D in terra, sicut dixit infra: nunc ergo perfodiam eum lancea in terra semel, & secundo non erit opus: ponitur etiam de lancea, quia ista portata fuit à Dauid in signum, q̃ potuisset occidere Saulem, & noluit: & quia lancea fuit accepta in signum, oportebat, quòd ostenderetur, qũo ista lancea erat apud regem: alioquin si Dauid accedẽs ad principium castrorum inuenisset illam lanceam, & tulisset, non sufficienter ꝓ hoc ostenderet, q̃ potuisset occidere Saulem. Dicit ergo de ista lancea, q̃ erat ad caput regis ad signãdũ, q̃ qui accepit lanceam illam de capite regis, potuisset occidere eum, sed misertus est. *Abner autem, & populum dormientem in circuitu eius.* i. inuenerunt Dauid, & Abisai dormientem Abner & totum populũ suum E in circuitu tentorij regis, q̃ in medio castrorũ erat. *Dixitque Abisai ad Dauid* Hic ponitur secundũ, in quo à Dauid Saul à morte protegitur, cùm vellet eũ occidere Abisai. *Conclusit Dominus hodie inimicum tuum in manus tuas.* i. Deus posuit inimicum tuum in potestate tua. Dicitur aũt conclusus, quia non habebat potestatem ad aliquam partem euadendi. In hoc autẽ congratulabatur, & cõgaudebat Abisai Dauid tanq̃ aduenisset magnum bonum Dauid. s. q̃ esset hostis suus in potestate sua. Erat autem hoc à Dño, vt dixit Abisai, quia non videbatur verisimile, q̃ Dauid potuisset intrare ita securè in castra, omnibus dormiẽtibus, nisi Deus miraculosè sopore eis dedisset: Deus igitur faciebat hoc. *Nunc ergo perfodiam eum lancea in terra semel.* i. quia sic est, q̃ Deus voluit cõcludere hostem tuum in manus tuas perfodiam eum lancea semel. s. confingendo eum terræ. *Et secundò non erit opus,* ideſt, si percussero eum semel, nõ erit opus, q̃ percutiam secundo, q. d. ita fortiter percutiam, quòd vnico vulnere morietur.

Quare Abisai petijt à Dauid occidere Saulem, cum sciret antea Dauid noluisse illum occidere. Quæstio VIII.

QVAERET aliquis, cur Abisai dicebat Dauid: perfodiam eũ lancea, quia sciebat, q̃ Dauid hoc nollet: nam iterum Deus tradiderat Saulem in manus eius, & noluit percutere eum, quin potius confregit viros suos sermonibus, vt nõ insurgerent in eum, supra c. 24. nunc igitur non cõsentiret, q̃ Abisai percuteret eum. Dicẽdum, quòd Abisai motus fuit ad dicendũ hoc, quia vidit, q̃ Dñs tradiderat Saulem in manus Dauid, & hoc videbatẽ esse ad aliquem finem, non erat autem alius, nisi vt Dauid occideret Saulem, cùm esset hostis illius, ideo voluit occidere illum. Cùm autẽ dicitur, q̃ Dauid prohibuerat viros suos, ne insurgerent in Saulem, supra cap. 24. Dicendum, q̃ Abisai crederet rationabiliter debuisse mutari cor Dauid: ipse enim primo misertus fuerat Sauli, & proposuit Saul nunquam C persequi Dauid, sed potius orauit, vt Deus redderet ei vicem pro bono opere, supra c. 24. nũc aũt denuo persequebatur Dauid nihil faciente Dauid, ideo rationabiliter debuisset Dauid moueri ad occidendũ eum: vnde fortè Abisai credidit mutatum esse cor Dauid. Item dato, q̃ Abisai putaret Dauid non esse inclinatum ad occidendum Saulem, volebat suadere ei q̃ permitteret illum occidi, vt sic euaderẽt Dauid, & viri sui periculum: sciebat. n. Abisai, q̃ dũ viueret Saul semper pſequereẽ Dauid, & viros suos: & quia aliqñ poterãt incidere in manus eius, & morerentur: volebat n. potius, q̃ ipsi occiderent Saulẽ, ideo q̃q̃ non esset inclinatus Dauid ad occidendum Saulem, volebat eum Abisai inducere, quia tamen D vidit eum firmum esse in proposito non occidendi Saulem, & nimis resistit sibi ad hoc, quòd non occideret illum, destitit Abisai à persuadendo.

An peccauerit Abisai volendo occidere Saulem. Quæstio VIIII.

QVAERETVR vlterius, an Abisai peccauit volendo occidere Saulem. Respondendum, quod si Abisai occidisset, vel vulnerasset Saulẽ, peccasset mortaliter, eo q̃ non habebat aliquam iustam causam nocendi ei, quia agebat propria auctoritate: & non potest aliquis propria auctoritate occidere E alterum, nisi repellendo vim, & in paucis casibus, in quibus lex permittit. Hic autem Abisai non repellebat vim, cùm Saul non aggrederetur eum, nec erat hic alius casus de permissis in lege ad occidendum propria auctoritate, ideo illicitum erat ei, quòd occideret illũ, præcipuè, quia Saul erat rex Israel, & magis peccaret Abisai mittendo manum in eum, q̃ in aliquem alterum: & hoc allegauit Dauid, dicens: qs extendet manum suam in Christum Domini, & innocens erit, quasi dicat, nullus poterit licitè eum occidere: Abisai autem non occidit eum, nec percussit dissuadente Dauid: ideo ex hac parte non peccauit. Voluit tamen deliberatè percutere Saulem, si permisisset Dauid: sed in quibuscunque

actus est malus, voluntas quoque ad illum actum mala est: ideo peccauit Abisai volẽdo occidere Saulem, nec solum voluit occidere eum, sed etiam suadebat Dauid, vt permitteret eum occidi. Suasio autem ad malum peccatũ est, satis ergo peccauit Abisai in hoc. *Et dixit Dauid Abisai: ne interficias eum.* Vidit Dauid Abisai promptum esse ad occidendum Saulem: ideo restitit ei iubendo, ne faceret, & iurando super hoc. *Quis enim extendet manum suam in Christum Domini, & innocens erit?* idest, quis poterit extendere manum ad occidendũ regem, qui vnctus est à Deo, & quòd sit innocens? q. d. nullus: quia Deus fecit eum superiorem omnibus, & nulli præstitit auctoritatem super ipsum: sed Deus solus est vltor iniquitatum eius: vnde solum Deum Dauid inuocauit in iudicem supra cap. 24. dicens: iudicet Deus inter me, & te: manus autem mea non sit in te: hoc autẽ intelligitur de mittente manum in regem aggrediẽdo, quia nulli homini licet hoc inter subditos suos: licet tamen defendendo; vt si aliter non potest euadere mortem, quam rex infligere vult aggrediẽdo ipsum nisi regẽ occidat se defendendo, licitum erit illum occidere, nisi rex habuerit iustam causam occidendi eum, quem vult occidere: nã ipse iudex est, & potest propria auctoritate occidere delinquẽtes, & illi non debent resistere ei, quia qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit, & ex hoc peccat mortaliter. ad Ro c. 13. *Et dixit Dauid: viuit Dominus.* Hoc iurat Dauid de non occidendo Saulem: & hoc fecit ad significandum intentionem suã Abisai, ne occideret Saulem: quia si forte indicasset ei intentionẽ suã esse, quasi indifferenter, vel verbis non efficacibus locutus fuisset Abisai forte occideret Saulem: vt ergo desisteret, expressit intentionẽ suã efficacioribus verbis, q̃ potuit. s. iurando, ideo tunc destitit Abisai. Si autem queras, an Dauid tenebatur prohibere occisionẽ Saulis, & resistere Abisai, dicas q̃ sic, aliàs peccasset mortaliter, sicut declaratũ est supra c. 24. de viris Dauid, quos ipse cõfregit sermonibus, ne insurgerent in Saulem. *Quia nisi Dominus percussérit eum*, i. nisi Deus per se occiderit Saulẽ. s. p aliquem morbum subitaneum, vel per aliqua infortunia, vt si percutiat eum fulmine, vel obruatur cadente ędificio aliquo super ipsum, & sic de alijs generibus periculorũ quandocunq; quis violenter moriẽ, nullo hoĩe agẽte quicq̃ ꝯ ipsum, nisi forte à casu: & est iste primus modus moriendi de tribus, qui habẽtur hic, & ẽt declarati sunt supra c. 24. *Aut dies eius venerit, vt moriatur.* Iste est secundus modus. s. qñ aliquis moriẽ veniente die suo. Vocatur autẽ dies alicuius ad moriendũ dies terminans periodum durationis speciei humanę, vel durationis istius hoĩs ſm complexionẽ suã. Et quãdo aliquis sic moritur, necesse est, vt senectute nimia confectus sit, vel disproportio complexionis suæ non possit vitã suam vlterius extendere. Et in hoc nullus homo præstat causam ad moriendũ, nec aliquod infortuniũ, sed sola cõditio naturę. *Aut in prælio descendens mortuus fuerit.* Iste est tertius modus moriẽdi. s. cũ quis occiditur ab hostibus. De isto etiam putabat Dauid, q̃ posset mori Saul hoc genere mortis: quia frequenter descendebat Saul ad pugnam contra Philisthinos, qui erant hostes cõtinui eius: & quia euentus belli varius est, poterat ibi gladio cadere, & sic factum est, quia postea occisus est à Philisthinis, infra c. vlt. De istis tribus modis latius dictum est supra cap. 24. s. an differant inter se, & quomodo differant. *Propitius sit mihi Dominus, ne extendam manum meam in Christum Domini*, i. sic mihi Deus sit ꝓpitius, q̃ non extendam manũ meam in Saulem. Vel dicitur: propitius sit mihi Dominus. i. oro, q̃ Deus mihi propitietur faciendo, ne extendere velim manum meam in eum.

An Dauid iuramento tenebatur non occidere Saulem. Quæstio X.

QVAERET aliquis, an Dauid ligabatur ex hoc iuramento ad nullo modo occidendũ Saulẽ. Respondendũ est, q̃ per hoc iuramentũ solũ obligabat se Dauid ad ea, ad quę obligatus erat de iure cõmuni: tenebatur. n. Dauid non occidere Saulem, q̃q̃ hostis eius esset, quia manu sua non licebat ei petere vindictã de eo, alioquin peccaret mortaliter, vt declaratum est supra c. 24. nunc aũt hoc idem iurabat Dauid. s. q̃ non occideret eũ. Proficiebat tñ istud iuramentum ad duo. Primò ad distrahendũ Abisai ne occideret Saulem, qui promptus erat occidere eũ, & ꝑ hoc desisteret, quia significabatur ei efficaciter intentio Dauid. Secundò ꝓficiebat ad confirmandum volũtatem Dauid, quia licet Dauid obligatus esset de iure cõi non occidere Saulem, tñ cùm nũc nouiter se obligaret ꝑ iuramẽtũ, esset firmior in ꝓposito, & magis caueret ne ageret ꝯ hoc: sic. n. fiunt vota, quia qñ aliquis proponit aliquid agere, qđ bonum est, in quo vellet ꝓmanere, nondum est firmus in proposito illo, cũ liceat ei sine peccato retrocedere, ideo vt voluntas sua totaliter firmetur in bono concepto, & disponat se ad semper illud ꝓsequẽdũ, vouet illud agere, vt sic inducatur necessitas ad agẽdũ. Sciendum aũt, q̃ Dauid obligabat ex hoc nunquam occidere Saulem, ẽt si semper persequeretur eum, & Deus traderet ipsum millesies in manus eius: non tamen obligabatur non occidere eum, si Saul circundaret Dauid, & vellet eũ capere ad occidendum: tũc. n. liceret Dauid occidere Saulẽ, si aliàs nõ posset ipse mortẽ euadere. Nec iurauit Dauid, q̃ nõ occideret Saulẽ se defendẽdo, sed solũ aggrediẽdo, qđ patet, ga dixit: nõ extendã manũ meã in Christũ Dñi: extẽdere aũt manũ est aggredi: cum autẽ quis solùm se defendit non extendit manũ in alterũ, sed repellit violentiã extendentis manũ in se: patet etiã quia verba Dauid debent referri ad casum illum, q̃ præsens erat. Deus. n. tradiderat Saulẽ in manus Dauid, & ipse non permisit, q̃ occideret eũ Abisai, & iurauit super hoc: ideo intelligenda sunt verba iuramẽti illius in casu simili, scilicet, cũ reperiret eũ iterum, & iterum sic, vel quotiescunq; Deus traderet eum in manus ipsius. De offensione aũt nõ erat hic sermo, eo q̃ non offerebat se hic casus, in quo deberet Dauid defendere se à Saule, sed in quo posset eum aggredi, ideo q̃q̃ verba ista sint generalia, oportet extendi solũ ad aggressionẽ, de qua tunc se offerebat casus. Item quia Dauid, si iurasset specialiter, vtpote, q̃ aliquis peteret ab eo, q̃ iuraret nunq̃ se defendere à Saule: & q̃ potius permitteret se occidi à Saule, q̃ occidere eum se' defendendo: Dauid hoc nollet iurare, quia erat irrationabile, q̃q̃ igitur generaliter iuraret Dauid, q̃ pro nulla causa occideret Saulem, non intelligebatur de occisione, quæ fieret defendendo: quia in generali sermone non veniunt ea, quæ non esset quis verisimiliter concessurus, vt patet extra de iureiuran. in 6. c. in generali.

An Dauid peccasset occidendo Saulem. Quæstio XI.

QVAERET aliquis, cur Dauid noluit occidere Saulem, qui erat hostis suus, & quotidie infligebat ei mala, & voluit occidere Nabal, qui solùm semel intulit ei iniuriam, præcedenti capit. Respondendum, q̃ Dauid peccasset, siue occidisset Saulẽ, siue Nabal: quia in nullo casu horũ licebat ei vindictam propria manu petere: iõ q̃q̃ disposuisset occidere Nabal ex passione, tamen postea loquente ad eum Abigail, cõsensit non occidere Nabal, quin potius Deo, & Abigail gratias agit, quia Deus liberauit eũ à peccato per verbũ Abigail præcedenti cap. Sed dicetur, cùm toties offenderit Saul Dauid, & nũ quam fuit motus totali deliberatione ad occidẽdũ eum, nec opus fuit, vt quis persuaderet ei, ne occideret Saulem, sed potius ipse persuasit bis viris suis, ne occiderent Saulem, vt patet supra c. 24. & hic: quõ cùm semel offenderit Nabal Dauid, eguit Dauid ꝑsuasore ad non occidendũ Nabal, alioquin occidisset. Dicendum, q̃ Dauid habebat multas causas nõ occidẽdi Saulem. s. quinq;, quæ positæ sunt supra c. 24. nulla tamen illarũ visa est efficax, nisi vltima. In Nabal aũt solũ erat vna causa, quæ distraheret: Dauid autem passione præuẽtus non reputauit illã efficacem, & q̃q̃ illa eadẽ existeret in Saule ꝓp illam nõ cessauit occidere eum, sed solum ꝓp vltimã, quę nõ erat in Nabal: solùm. n. cessauit Dauid ab occisione Nabal, quia illicitũ erat vindictã petere manu sua, vt patet ex verbis suis præcedenti c. s. Benedicta tu, quæ prohibuisti me hodiè, ne irem ad sanguinem, & ne vlciscerer me manu mea: istã causam non reputabat Dauid esse nimis efficacẽ, ideo nisi esset alius persuadens, ista sola non potuisset eũ distrahere. In Saule autẽ erant quinq; causæ, & nulla illarum sufficienter distraxisset, præter vltimã. s. quia Saul erat rex, & ex hoc putabat Dauid esse maximũ scelus. q̃ quis occideret eum. Sic apparet hic ex verbis suis, s. Quis extendet manum suam in Christum Domini, & innocens erit? & non dixit: illicitum est vindictã propria manu expeti. Sic patet supra cap. 24. vbi nullã aliã causam allegauit Dauid contra suos, vt nõ occiderent Saulem, nisi q̃ rex erat. Istam aũt putauit esse efficacissimam, ideo non eguit persuasore: si autem solum essent aliæ causæ, quæ fuerunt in Nabal, non cessasset Dauid occidere Saulem, nisi quis dissuasisset, q̃q̃ igitur illicita eẽt mors Nabal, sicut mors Saulis; tñ eguit Dauid persuasore, vt non occideret Nabal, & non eguit pro Saule. *Nunc igitur tolle hastam, quæ est ad caput eius*, idest, quia illicitum est, q̃ occidamus eum, nihil ei mali inferas, sed solum tolle hastam, quæ est ad caput illius.

Saul propter duo habebat hastam ad caput. Quæstio XII.

QVAERET aliquis de ista hasta, quã habebat Saul ad caput, cur haberet eam. Respondendum, q̃ Saul habebat ꝓp duo. Primo, quia ipse erat vir bellicosus, & non delectabatur magis in aliquo genere armorum, quàm in clypeo, & lancea. Vnde famosus erat in hoc genere pugnandi: sic laudat eũ Dauid in planctu suo infra 2. lib. c. 1. s. Clypeus Saul, quasi non esset vnctus oleo à sanguine interfectorum, ab adipe fortium. Volebat ergo semper lanceam habere apud se, quia nimis illam afficiebatur. Secũdo, & præcipuè habebat lanceam apud se, quasi insigniũ regalis honoris: nam sicut coram regibus gladius antefertur in signum regalis potestatis, & ministerij iustitię, vt patet ad Roma. capitulo 13. ita Saul lanceam habebat in regale insignium, ideo omni tempore habebat eam apud se, siue cibum sumeret, siue dormiret, siue quiesceret, siue alicui colloqueretur. Sic patet supra cap. 18. & 19. nam bis ibi Saul sedebat in domo sua Dauid psallente in cithara coram eo, & tenebat Saul lanceam in manu, co-

natusque est percutere bis Dauid. Tenebat ẽt Saul lanceam in mensa, cùm cibum sumeret: sic patet supra cap. 20. quia sedebat ad mensam, & arripuit lanceã, conatusq; est percutere Ionatham, & tunc surrexit Ionathas à mensa. Tenebat quoq; lanceã Saul qũ colloquebatur aliquibus, sup. capi. 22. quando in nemore Gabaa colloquebatur seruis suis circunstãtibus. Omni tempore igitur lanceam tenebat. Nũc autem ga dormiebat, erat lãcea fixa ad caput eius, ne vnquam deesset ei regale insignium. *Et scyphum aquę, & abeamus.* i. tolle etiam scyphũ aquæ, qui est caput regis, & recedamus hinc: nolebat enim manere ibi amplius Dauid: quia nihil facturus erat. Etiam ne quis euigilaret, & videret eos: quia tunc essent in periculo. Iste scyphus aquæ erat ad caput regis ad lauandum manus, cum surgeret, vel ad potum, vel ad aliquam ceremoniam regalem. *Tulit ergo Dauid hastam, & scyphum aquę, qui erat ad caput Saul.* Quanquam dicatur, q̃ Dauid tulerit, intelligẽdum est, q̃ tulerit Abisai: quia Abisai erat minister Dauid. Etiã quia Dauid iusserat hoc Abisai, dicens: Nunc tolle hastã, quæ ad caput eius est, & scyphum. Sed dicitur Dauid tulisse: quia iussit illam deferri: sic. n. dicitur Salomon ædificasse templũ Dñi. ꝯ. 3. lib. ca. 6. nõ quidẽ, q̃ ipse aliquid ædificauerit, sed quia iussit ædificari.

Dauid non accepit de castris Saulis nisi lanceam, & scyphum. Quæstio XIII.

QVAERET aliquis, quare Dauid tulit lanceã, & scyphum, & quare non tulit aliquid alterũ. Respondendum, q̃ Dauid descendit in castra Saulis ad probandum innocentiã suam, vt inde acciperet aliquid in signum, per quod ostenderetur, q̃ ipse habuit Saulẽ in potestate sua, & noluit illum occidere: erãt autẽ ad hoc sufficiẽtia signa lancea, & scyphus regis: q̃ illa lãcea erat quam semper rex gerebat in manu, ideo cùm Dauid loqueretur extra castra ad Saulem ostẽdens lanceam regis, manifestè apparet, q̃ ipse intraret in castra, vel aliquis de suis, & accepit hastam regis, & scyphum: & quia rex non inueniret illam apud se, nec scyphum, manifestè videret, q̃ Dauid introiuerat in castra, & acceperat lanceã. Sed dicet aliquis: cur Dauid non abscidit hic aliquã partem chlamydis Saulis, vt ferret in signum, sicut fecit? sup. ca. 24. Respondendum, q̃ Dauid nihil volebat hic, nisi habere aliquod signum, quo ostẽderet se potuisse occidere Saulem, & noluisse, & quia sufficiens signũ erat lãcea regis, & scyphus, noluit aliud præsertim quia ipse intendebat cauere dedecus regis quantum posset, & quia abscindere partes vestiũ eius erat dedecus, noluit aliquid abscindere. Prius aũt sup. cap. 24. Dauid amputauit partem chlamydis Saulis, quia nõ poterat ibi habere aliud signum: ideo necessitate coactus illud egit, q̃q̃ esset dedecus regis. nunc autem quia habebat alia signa sufficientia, noluit aliquid de vestibus scindere. *Et non erat quisquam, qui videret, & intelligeret, & vigilaret.* Hoc ponitur ad innuendum miraculũ, scilicet, q̃ quanquã introissent Dauid, & Abisai in castra, nullus vidit, nec intellexit quid faciebant, quia nemo vigilabat. *Sed omnes dormiebant, quia sopor Domini irruerat super eos.* Hoc ponitur ad declarandum quomodo superiora sint verisimilia: quia aliquis diceret non esse verisimile, quòd nullus in castris Saulis vigilaret, & q̃ posset Dauid transire per medium castrorum vsq; ad tentorium Saulis, & quòd nemo hoc videret: ideo dicitur, quòd sopor Dei irruerat super eos, quasi dicat, non erat verisimile, quòd hoc potuisset accidere via consueta: nam in castris, vbi erant

Universidad de Deusto
Biblioteca

tot viri,aliquis vigilaret saltem custodiendo regem: sed factū est miraculosè, ſ. quia Deus immisit ſoporem ſup oēs,q̄ erāt in castris:& ſic nemo poterat vigilare. Et vocat ſopor Dei, i. ſopor immiſſus à Deo.

Quare immiſit Deus ſoporem Sauli, & omni populo eius. *Quæſtio XIIII.*

QVAERET aliquis, ad quid Deus immiſit ſoporē in castris Saulis. Rñdendum,ꝙ Deus volebat ostēdere innocētiā Dauid erga Saulē, vt magnificaret eū faciendo cognoſci, ꝙ ipſe totiēs miſertus fuerit hoſti ſuo atrociſſimo, quē potuiſſet impunè occidere: & quia non poterat nunc Dauid introire in castra Saulis ad accipiendū inde aliquod ſignū,cùm vigilarent ſerui Saulis,& caperēt Dauid, Deus voluit,vt oēs dormirēt,ita vt nemo poſſet impedire Dauid: ꝓmiſerat.n. Deus ꝙ traderet Saulem in manu Dauid,vt patet 1̄ c.24.ſ. Ecce dies,de qua locutus eſt Dñs ad te: ego tradā inimicū tuum : & nō ſolū volebat Deus hoc facere ſemel, ſed pluries, & quia non potuiſſet Dauid nunc impunè introire in castra Saulis, Deus qui promiſerat ei tradere ſibi hoſtem ſuum, voluit efficere id, ſine quo non poterat ei tradi hoſtis ſuus.

Sopor quomodo cauſatus eſt à Deo in ſeruis Saulis. *Quæſtio XV.*

QVAERETVR vlterius, qūo Deus cauſauit ſoporē in oībus ſeruis Saulis. Reſpondendū,ꝙ ſopor eſt paſſio quædam de naturalibus, & ſicut natura poteſt cauſare ſoporē in hoīe, ita & Deus, qui princeps naturæ eſt. Sopor aūt cauſatur in homine aſcendente multa fumoſitate ad cerebrum, q̄e priuat hominē operatione animali, ita Deus poterat ſubito replere cerebrum cuiuslibet exiſtentis in castris tanta fumoſitate,vt etiam ſi tāgeretur fortiter, nihil ſentiret,ſed eſſent oēs velut exanimes: poterat quoq; hoc facere Deus ſine proceſſu naturæ,ſ. ꝙ nō cauſaret fumoſitatem in capitibus impedientē operationem animalē, ſed cū quælibet virtus noſtra habeat ſe in reſpectu Dei in potentia obeditiua ad omnia,quæ Deus voluerit: non ſolū,ipſo multiplicante fumoſitatem in capitibus ſingulorū de castris,ceſſaret operatio animalis,cū intenſione naturaliū virtutum,quod eſt ſoporari: ſed ēt nullo appoſito, ſed ſolū Deo volente,ꝙ ceſſarent virtutes aīales ab operationibus ſuis,ceſſarēt,& eſſet ſomnus fortis in ſingulis. Sic.n. legitur immiſiſſe Deus iterū ſoporē in Adā. Gen.c.2.qui cauſatus fuit, vt non ſentiret Adā qūo vna de coſtis ſuis ablata fuerit. Eſt ēt Deus Dominus non ſolū ſoporis,ſed etiam ſomniorū,i. viſionū,quæ fiunt in ſomnijs, ſ.ꝙ poteſt cuilibet immittere tale ſomnium,quale voluerit: & hoc mō Deus reuelabat prophetis veritates futuras, quia immittebat eis ſomnia certiſſima de rebus venturis,per quæ poterant ita certiſſimè enunciare futura, velut ſi ea præſentialiter cernerent,vt patet Num.12. ſ. Siquis fuerit inter vos propheta Domini, in viſione apparebo ei,vel per ſomnium loquar ad illum: ſic etiam Daniel dixit Nabuchodonoſor, ꝙ Deus miſerat ei ſomnia ad enunciationē futurarum rerū, vt patet Daniel.c.2.ſic etiam Deus immiſit ſomnium cuidā de Madianitis,per q̄d ſignificabatur, ꝙ Gedeon præualiturus erat contra castra Madian, & ex hoc infirmarentur Madianitæ, & non poſſent reſiſtere ei Iudi.c.7. facile eſt aūt Deo immutare oīa hæc ad qualeſcunq; paſſiones naturales, vel ſupra naturā iuxta voluntatem ſuam, cum ipſe omnium artifex ſit.

Cumque tranſiſſet Dauid. Hic ponitur tertiū huius c. in quo Saul à Dauid cōuincitur,& diuiditur in duo, quia primo Abner, & totus populus cōuincitur de negligentia. Secundo Saul conuincitur de iniuſtitia ibi. *Cognouit autem Saul.* De primo dicitur. *Cunque tranſiſſet Dauid ex aduerſo.* i. tranſiuit castra, & acceſſit ad ali quam partem diſtantē à castris, quæ erat ex oppoſito castrorum: & ex loco ipſo locutus fuit ad Saulē, & populum. *Et ſtetiſſet in vertice montis.* i. non locutus fuit quouſq; eſſet in vertice montis, qui erat apud castra. Hoc fecit Dauid, vt ex loco ipſo poſſet audiri vox eius in castris Saulis,& poſſet ipſe videri: ſi autem fuiſſet in plano non audiretur,cum eſſet diffuſa multitudo virorū p agros in circuitu Saulis,& neſciretur quis loquebatur, niſi eſſet ꝓpe: & hoc periculū erat Dauid, nunc aūt, cùm eſſet ſuper montem, poterat videri de castris Saulis,& audiri. Eratq; ſatis diſtans,ita vt nemo poſſet perſequi eum. *De longè, vt eſſet grande interuallum inter eos.* i. erat Dauid longe à castris,intantū, ꝙ erat grande interuallū inter eos,ſcilicet inter Dauid,& inter illos,qui erāt in castris Saulis:hoc faciebat, quia timebat,ꝙ q̄q̄ miſertus fuiſſet Sauli:aliqui de viris eius pſequerent eum:poſuit igit ſe in tali loco,ad quē nemo de ſeruis Saulis accedere poſſet:qn Dauid prius poſſet euadere. *Clamauit Dauid ad populum, & Abner filium Ner,* i. cū fuit in monte cepit clamare ad Abner, & ad populū: increpando eos,ꝙ non custodierant regem : fuit aūt locutus ad Abner,quia ipſe erat præcipuus inter viros Saulis, & deinde ad totum populum, quia omnes rei erant criminis, cùm non custodiſſent regem. locutio tamen iſta dirigebatur ad ſolum Abner, quanquam poſtea conuertit Dauid quædam verba ad populū dicens: viuit Dominus quoniam filij mortis eſtis vos, qui non custoditis Dominum veſtrum.

Dauid debuit clamare ad Saulem: aliàs nihil profuiſſet quod fecerat. *Quæſt. XVI.*

QVAERET aliquis,an peccauerit Dauid dicendo hæc. Aliquis dicet ꝙ ſic,quia Dauid exponebat ſe periculo ſine cauſa, quia in hoc tētatio Dei erat. Dicendum,ꝙ Dauid, non peccauit clamando ad Saulē,quia ſi non clamaſſet, nihil ꝓfeciſſet id, q̄d fecerat introeūdo in castra: qa non indicaret innocētia ſua,niſi clamaret ipſe, ſignificās, quòd introiſſet in castra oſtendendo ſignum, ideo debuit clamare. Cùm autem dicitur,ꝙ expoſuit ſe periculo, & tētauit Deum,dicendum, ꝙ non ſtat, quia Dauid nō locutus fuit quouſque fuit in loco ſecuro, ſ. longe à castris ſuper verticē montis, vbi nullus poterat ei nocere. Et ſic non erat periculum: ſic etiā fecit ſupra cap. 24. cùm voluit oſtendere Sauli oram chlamydis abſciſam : nam non locutus fuit ei immediatè vt egreſſus eſt de ſpelunca, nec intra ſpelunca: quia in hoc erat periculū, ſed locutus eſt poſtq̄ fuit longè a ſpelunca. Sed dicet aliquis,ꝙ ſecurior erat Dauid,ſi non clamauiſſet, quàm clamando,eo ꝙ ſic aliquis poterat perſequi eum, & fortè accideret, ꝙ caperetur:ſi aūt non clamaſſet,non poſſent hæc euenire. Dicendum ꝙ verum eſt, tñ non eſt euitandū oē periculū, niſi id quod veriſimile eſt:alia.n. quanq̄ poſſibilia ſint,tñ:pericula non vocātur: Dauid autē poſuerat ſe in tali loco,in quo veriſimiliter non poterat periclitari; ideo q̄q̄ eſſet poſſibile aliquod malū ei euenire pp clamorē illum ; tñ periculū non vocatur. Et cōſequenter nec tentatio Dei. Itē qa dato, ꝙ interdū pericula veriſimilia ſint: ſi tñ parua ſunt licitū eſt alicui ſe exponere illis,vt aliqua magna bona acquirat,q̄ ei neceſſaria ſūt:ſic aūt erat hic de Dauid,quia ipſe volebat indicare innocentiā ſuā,quod erat ei valde opportunum, & pp hoc ſe expoſuerat periculo introeundo in castra: q̄q̄ ergo nūc aliquātum periculi eſſet:licitum erat Dauid clamare,ne totum opus ſuum maneret inane, præſertim qa Deus cooperatus fuerat ſibi miraculosè mittendo ſoporem ſuper omnes,qui erāt in castris : ſi tamen nunc non clamaſſet Dauid manſiſſet miraculū Dei inane,quod fiebat ad indicandam innocētiam Dauid, quæ non poterat indicari, niſi clamaſſet Dauid: ergo non ſolum erat ibi licitum clamare, ſed etiam ſi nō clamaſſet, videretur peccare, quia faceret beneficium collatū ſibi miraculosè manere ſuperuacuū.

Propter quid Dauid increpauit Abner, & populum Saulis. *Quæſt. XVII.*

QVAERETVR vlterius, ad quid Dauid clamabat increpando Abner, & populū. Aliquis dicet, ꝙ clamauit increpando illos, quia erant verè increpabiles non custodiendo regem : ſic enim dicitur ĩ. filij mortis eſtis vos,qui nō custodiſtis Dominum veſtrum. Sed dicendum,ꝙ hoc non ſtat,qa nihil hoc attinebat ad Dauid, cum ipſe non intenderet ſalutem,vel bonum Saulis,nec curaret an benè,vel malè eum custodirent ſerui ſui, ſed potius ipſe deſiderauit, ꝙ male custodirent eum ſerui ſui, vt haberet opportunitatem ad faciēdū id, quod fecit, alioquin non potuiſſet impunè introire in castra. Dicendum igitur, ꝙ Dauid locutus fuit iſta, vt magis inclinaret ſibi Saulē, & ꝓficeret cauſæ ſuę. Dupliciter.n. proficiebat hoc ad intentionē Dauid. Primo, quia ipſe intendebat demonſtrare innocentiā ſuā erga Saulem,non ſolùm,quia nolebat eum occidere,cùm poſſet, & prohibebat eum occidi ab alijs, q̄ ſecum erant,ſed etiam quia increpabat ſeruos ſuos propter negligentem custodiam tanquā in hoc ſignificaret ſe dolere, quia malè custodiebatur Saul, & per hoc flecteretur Saul conſpecta tanta probitate, & clementia Dauid erga ſe. Secundū, & præcipuum erat,quia per hoc cōfirmabat Dauid intētionem ſuā:ipſe.n. volebat innuere,ꝙ introiuiſſet in castra Saulis,& potuiſſet eum occidere: ſed non fecit, quia miſertus fuit illius,& ad hoc oſtēderet lanceā: Saul tñ poſſet cogitare, ꝙ aliquis de ſeruis ſuis dediſſet lanceam Dauid,& ſcyphum,vt per hoc oſtenderet innocētiam ſuam. hoc autem poterat eſſe veriſimile,quia Saul putabar,quòd ſerui ſui coniurauerant cum Dauid contra ipſum, vt patet ſupra c. 22. ſcilicet omnes coniuraſtis aduerſum me, & nō eſt, qui mihi renunciet : maximè,cum & filius meus fędus inierit cum filio Iſai: ad tollendam autem hanc ſuſpitionem Dauid cepit accuſare Abner, & totū populum,ꝙ omnes illi dormiebant, quādo ipſe deſcendit in castra,ideo nullus poterat ei dare lanceā, & ſcyphum,ſed ipſe cepit. Et conſequenter ipſe potuit occidere Saulem, ſed noluit. *Nonne reſpondebis Abner.* Nunquid non vis reſpondere mihi,ò Abner? Vel eſt modus interrogandi,ſ. ò Abner rñde mihi.

Cur Dauid magis increpauit Abner,quàm cęteros. *Quæſtio XVIII.*

QVAERET aliquis, cur Deuid increpuit magis Abner,q̄ reliquos de populo: nam ad eum præcipuè conuertit verba ſua. Dicendum, ꝙ Dauid volebat increpare miniſtros Saulis propter cauſas ſupra poſitas:ꝙ tñ magis iſtum,quā illum increparet, fuit quia magis rōni conſentaneum videbatur:& fuerunt duo,pp quæ increpuit Dauid Abner potius,quàm cęteros. Primū,quia ipſe erat miniſter principalis regis,ſcilicet,quia erat princeps militiæ, vt patet ſupra in litera. & ob hoc magis attinebat ad eum cura regis,q̄ ad reliquos, & ob hoc dormiebat Abner apud Saulem tanq̄ pręcipuus custos,vt patet ſupra in litera. ſ. cūque vidiſſet locū,in quo dormiebat Saul,& Abner filius Ner. Secundum erat, quia Abner erat cognatus regis. ſ. patruelis eius, vt patet ſupra c. 14. magis ergo pp cognationē tenebatur eū diligere,q̄ reliqui: & curare pro ſalute eius; & ꝑñr reprehenſibilior erat reliquis,ꝓ negligenti custodia regis. Dauid tñ præcipuè attendit ad Abner, eo ꝙ ipſe erat principalis in ſeruis regis: vnde dixit: Nūquid non vir tu es? & quis alius ſimilis tui in Iſrael? quare ergo non custodiſti Dñm tuum regē? q.d. tu es excellentior inter oēs viros Iſrael, & ad te magis pertinebat custodia regis, cur ergo non custodiſti? *Et reſpondens Abner ait.* Ipſemet Abner reſpondit, cū viderit, ꝙ ad eum ſpāliter dirigebatur vox. *Quis es tu, qui clamas, & inquietas regem?* q.d. quis es tu tantæ audaciæ, qui audeas clamare dormiētē rege, & inquietes eū? q.d. ſatis fatuus videris. *Et ait Dauid ad Abner: nunquid non vir tu es?* Hic incipit eum accuſare. q.d. tu es vir principalior reliquis Iſraelitis,& tu deliquiſti,nec feciſti, vt vir bonus,cum non custodieris Dñm tuum. *Et quis alius ſimilis tui in Iſrael?* q.d. nō eſt alius tibi ęqualis. Hoc dicebat quantum ad dignitatem,qa Abner erat princeps exercitus,& nullus maior principatus erat inter Iſraelitas. Secundò non erat ei aliquis ſimilis in honore à rege præſtito: magis.n. illū honorabat,quàm reliquos Iſraelitas, quia faciebat eū ſedere apud ſe in menſa ſupra c.20. *Quare ergo non cuſtodiſti Dominum tuum regem?* q.d. malè feciſti non custodiendo,& reus mortis es, ſicut infra dixit Dauid ad totum populum. Dixit aūt. Dñm tuum regē : & nō dixit. Dñm regem, vel. Dñm meū regē pp duo. Primò vt ſignaret ſpecialē honorē,& poteſtatē Abner in domo Saulis,per quæ videbatur eſſe magis rex ipſius,quàm aliorum : ſic etiam dr̄ de Deo, qui quanquam ſit Deus omnium,ſi tñ eſt aliquis,ad quē Deus ſpecialiter ſe habeat, vocaī Deus illius: ſic dixit Saul ad Samuelem ſupra c.15.ſ. Pepercit populus meliorib⁹ ouibus,& armentis, vt immolarentur Domino Deo tuo: nō tñ erat ſolū Deus Samuelis,ſed etiā Saulis. Secundo dictum eſt, quia Dauid noluit nūc vocare Saulem regem ſuū, quia non ſe habebat ad eum,vt rex,ſed vt hoſtis: poſtea aūt vocauit eū Dominum,& regē, vt patet infra: quia Saul primo vocauit eum filiū, vt patet ibidem. *Ingreſſus eſt vnus de turba,* ſ. in tentorium regis,te non vidente. *Vt occideret Dominū tuum regē.* i. ingreſſus eſt ad occidendū, & vos non poteratis reſiſtere ei,qa nō videbatis, vel potuit ipſe occidere regem,cum ingreſſus eſt, ſi voluiſſet.

Dauid pp duo non vocauit Saulē regem ſuū.

An Dauid mentitus fuit dicendo,quòd vnus de turba ingreſſus eſt ad occidendum Saulem. *Quæſt. XIX.*

QVAERET aliquis, an Dauid mentitus eſt hic. Et dicet aliquis, quòd ſic, quia nullus introierat in tētoriū regis,niſi ipſe,& Abiſai,& tñ non introierunt voluntate occidendi regē,ſed ſolum tollendi lanceā in ſignū innocentiæ Dauid. Aliquis reſpondebit,ꝙ verū dixit Dauid: nam licet ipſe nō ingreſſus fuerit aīo occidēdi: Abiſai tamē volebat occidere Saulē,& occidiſſet, niſi ꝓhiberet Dauid: ille tamen introiuit in tentoriū Saulis cū Dauid. Sed adhuc non ſtat iſta ſolutio, quia Dauid dixit: ingreſſus eſt vnus de turba. i. de populo, vel de multitudine iſta: Abiſai tamē non erat de populo, qui manebat cum Saule. Sed dicendum eſt, quòd Dauid intellexit, quòd ingreſſus eſt vnus de turba, ideſt, potuit ingredi aliquis de turba, vt interficeret

Universidad de Deusto
Biblioteca

regem,& tu cū domires, nō poteras prohibere: nec videtur, ꝙ asseruerit hic Dauid aliquem ingressum fuisse,licet postea hoc cōcluserit: quia alias nō bene conuenirent verba cōtra Abner:nā si aliquis ingressus est,vt interficeret regem,si oēs dormiebant poterat eum occidere,sed non occidit:ergo non ingressus est aliquis ad interficiendū regem.Sed est sensus: tu Abner dormiebas,& oēs qui tecum sunt,& tunc poterat aliquis de turba introire ad occidendum regem,& occidisset,quia tu non prohibueres. Quod autem dormires patet, quia non habes ibi lanceam regis,cū ego tulerim illam: & sicut ego accepi ita poterat quilibet alius introire,& occidere regem. *Non est bonum hoc, quod fecisti.* i. non fecisti sicut bonus vir, cū non custodieris regem,& potuit eum aliquis occidere. *Viuit Dominus.* i. iuro per Deum. *Quoniam filij mortis estis vos.* Hic conuertit Dauid verba ad totum populum simul cum Abner.f.filij mortis estis,idest, omnes meremini mortē pro negligenti custodia regis. Primo.n.merebatur mortem Abner, qui præcipuus erat,& consequenter omnes, qui erāt in populo. *Qui non custodistis Dominum vestrum Christū Domini.* idest,non custodistis regem Dominum vestrū:Christus Domini idem est, quod rex, quia dicitur Christus, idest, vnctus. & quia Saul fuerat vnctus in regē præcepto Dei vocabatur Christus Domini.

An Abner, & omnes alij fuissent rei mortis ob non custoditum regem. Quæst. XX.

QVAERET aliquis, an Dauid verum dixisset, scilicet,ꝙ oēs de populo erant rei mortis ꝓp custodiam regis. Dicendum,ꝙ si rex mansisset incustoditus,ita ꝙ aliquis potuisset ingredi ad occidendum eum ꝓp negligētiā ministrorū reus mortis erat Abner,& alij custodes regis: reliquus autem populus,qui erat in castris cū non haberet commissam custodiam regis non videbatur delinquere, licet aliquid mali fieret defectu custodię: nunc tamē, quia omnes erāt in castris cum rege, q̄q̄ quibusdam specialiter commissa esset custodia regis,omnes erāt custodes regis, ideo omnes rei erant criminis, si aliquis regē occidisset propter negligentem custodiā. Nunc verò nec Abner, nec aliquis de populo reus erat propter incustoditū regē: quia licet ipsi voluissent diligentissimè regem custodire, nequibant, cū Deus immitteret soporem illis, vt patet supra: Deo autem nemo resistere potest: ideo non erat verū dictum Dauid,quia nullus erat reus mortis, ipse tñ dixit illos reos mortis, & iurauit hoc per vitam Dei, quia fortè Dauid nesciebat, ꝙ iste sopor virorū Saulis à Deo irruerat,sed ꝙ ex negligentia dormiebant & tunc ipse non mētiebatur,q̄q̄ falsum diceret. Aliter potest dici, ꝙ licet Dauid sciret soporē istū missum à Deo fuisse,& non esse reos mortis viros Saulis,tamen dixit eos reos mortis, non quidem, vt sic assereret,sed solū,vt ostenderet id quod ipse fecerat, scilicet,ꝙ introierat in tentoriū Saulis,ipsis non videntibus. *Nunc ergo vide,vbi sit hasta regis.* Hic conuertit Dauid sermonem ad solum Abner, & sunt ista verba probatoria, scilicet, ꝙ introierit Dauid in castra. Vnde inquit: vide vbi sit hasta regis. q. d. considera,quia non inuenies eam, qui aūt furatus est illā introiuit in castra. *Et vbi scyphus aquæ, qui erat ad caput eius,* idest,etiam quære scyphum aquæ,qui erat ad caput eius: quia non inuenies eum:qui aūt tulit inde, hic poterat occidere regem, quia iuxta eum erant ista. *Cognouit autem Saul vocem Dauid.* Hic ponitur quomodo Saul à Dauid de iniustitia conuincitur, scilicet, quòd persequeretur eum iniquè,cum ipse miserereturilli. Et dicitur,ꝙ cognouit Saul vocē Dauid, idest dum ista loqueretur, cognouit, ꝙ Dauid erat loquens: nam erat nox, & nō videbat eum,sed post paululum cognouit vocem suam. *Et Dixit: nunc vox tua hæc est fili mi Dauid?* q.d. nunc tu es, qui loqueris,s. miror,ꝙ tantū mihi misertus fueris nolens me percutere cū possēs,& ego merear. *Et ait Dauid: vox mea est Domine mi rex.* i. ego sum Dauid, qui loquor. Vocauit eum Dominum,& regem ad flectendum ipsum ad misericordiam, vt iam desisteret persequi illum. *Et ait: quam ob causam Dominus meus persequitur seruum suum.* i. quare persequeris me, qui sum seruus tuus. q.d.nulla causa est:quod satis apparet, ꝙa Dauid potens occidere Saulem sępe: nunquam voluit occidere eum. *Quid feci aut quod est in manu mea malum.* q.d. nihil feci propter quod debeas me persequi. Et dicitur: qd feci? s.vsq; ad diem istū: aut qd̄ est malum,in manu mea? i. ꝙ putas esse malū, qd̄ ego intendā agere ꝺ te. q. d. satis apparet, ꝙ ego nihil fecerim ꝺ te, vnd̄. Qd̄ aūt nihil itēdā agere, patet, ꝙa iā bis habui te in manu mea: & potuissē occidere,si voluissem, sed misertus sum tui:ergo nihil agere intēdo. *Nūc ergo audi.* i quia sic est, ꝙ ego nihil mereor, vt tu debeas me ꝓsequi,audi verba mea, q̄ iusta sunt. *Si Deus incitat te, aduersum me.* q.d.tu pores ꝓsequi me ꝓp tria.s.ꝙa ego merui agendo contra te, vel quia Deus incitat te contra me,vel quia filij hominum te prouocant. Primum non stat,quia non est malū aliquod in manu mea,vt satis tibi patet: ergo persequeris me propter aliquod de duobus sequētibus: & si istud est ꝓp secundum,scilicet, quia Deus incitat te, aduersum me,volo pati: si autem ꝓp tertium, scilicet,quia filij hominum incitant te,ipsi sunt maledicti,non debes me ꝓp hoc persequi. *Si Dominus incitat te aduersum me.* Deus poterat incitare Saulem contra Dauid, si fortè erat vir iniquus q̄q̄ non peccassēt cōtra regē, & volebat Deus,ꝙ puniretur pro illius delictis:inciteret Saulē in persecutione eius. *Odoretur sacrificium,* idest fiat sacrificiū de me,in odorē suauitatis. Istud pertinet ad modum loquendi, qui est frequentatus in sacrificijs: nam licet sacrificia veteris testamenti secundum se non essent Deo placita,quia erant corporalia, & grossa: vt tamen Deus incitaret Hebræos in amorem suum per illum ritum colendi, dicebat odorem sacrificiorum esse sibi suauissimum, vt patet Leui.cap.1.2.& 3.& quāsi per totum: ita Dauid volebat hic dicere,scilicet, si Deus incitat te,contra me,vult,quòd ego occidar, & tunc ego præsto sum mori, & odoretur sacrificium. i. fiat sacrificium de me, sicut fit de pecoribus: & Deus odoretur sacrificium. i. Deus recipiat odorem suauitatis de sacrificio isto,quod offertur. *Si autem filij hominum,* idest, si non incitat te Deus contra me, sed filij hominum.i. mali consiliarij,& accusatores. *Maledicti sunt in conspectu Domini,* idest, Deus maledicet eis, quia non est accepta Deō ista iniquitas. *Qui eiecerunt me hodie, vt non habitem in hæreditate Domini.* i ipsi eijcient me,de terra Israel,vt non habitem in ea. Et dicitur: eiecerūt me hodie,idest,à principio istius persecutionis: nam fecerunt,quòd recederem de terra Israel ad terram Philisthini, & ad terram Moab,vt patet supra 21.& 22. Vel dicitur,ꝙ eiecerunt me hodie.i. ex die isto.s. ante hoc quanquā persequeris me, manebam in terra Israel: nunc aūt,quia tādiu me persequeris, recedam in aliā regionē, & sic ex hodiè eijciunt me filij hominū de terra Israel. Ista sententia cōsonat sequētibus Iræ.s. ꝙa post hoc nō mansit Dauid in terra Israel, sed recessit in terrā Philisthinorū, vt patet seq. ca.& hoc innuebat hic,s.ꝙ eijciebāt eū de terra. Et dr: vt non habitem in hæreditate Dñi.i.in terra Israel: vocatur

catur terra Israel hr̄ditas Dei, quia Deus dederat illam in hæreditatē Israelitis,vel ꝙa illa terra erat specialiter Dei.s.iure bellico,ꝙa ipse acquisiuit eā de manu Gentiliū,iō dicebat,ꝙ non erat terra Israelitarū, sed sua: & Israelitæ erant coloni,vt patet Leui.c.25. *Dicentes.vade serui Dijs alienis,* i. isti filij hominum, qui te incitant aduersum me,dicunt mihi:vade & serui Dijs alienis.q.d.licet ipsi non dicant mihi verbo, ꝙa tamē eijciūt me de terra Israel ad terrā Idolatrarū, dant mihi occasionē seruiēdi dijs alienis. Et hoc est, ac si mihi dicerent, vade,& serui Dijs alienis.

An Dauid debuerit desiderare mortem, etiam si Deus vellet eam. Quæst. XXI.

QVAERET aliquis, an Dauid bene diceret,ꝙ si Deus incitabat Saulem cōtra eū, ꝙ adoraretur sacrificium,i.ꝙ occideretur ipse in sacrificium Deo. Aliquis dicet, ꝙ non: quia nullus debet desiderare mortem suam,q̄q̄ sciat,ꝙ Deus velit,ꝙ ipse moriatur. Licet igitur Dauid sciret,ꝙ Deus incitabat Saulem contra eum non debebat desiderare mortem. Rndendū est, ꝙ qñ nos nouimus Deū velle aliqua mala contra nos,non tenemur conformare voluntatē nostrā volūtati diuinę in re, quā Deus vult, sed in modo volendi: vt si Deus vult,ꝙ ego moriar, vel aliquis ꝓpinquus meus, aut pereant res meę, vel illius: non teneor ego velle id,qd̄ Deus vult,sed sicut ipse ex recto ordine ista vult,ita ego ex charitate possum illa nolle, & sic idē motiuum est volendi Deo, & mihi s.rectitudo rōnis: volita tamē cōtraria sūt: & Deus interdū gaudet, ꝙ nos velimus contrariū eius,quod ipse vult, & oremus pro eo, vt si prædixerit,ꝙ vult aliquem occidere,licitū est illi orare Deū, ne occidat ipsum.Sic aūt fuit de Dauid, quia, q̄q̄ reuelatū esset sibi per prophetam, ꝙ Deus vellet Saulē esse persecutorem eius, tñ ipse non tenebat hoc velle,nec tamen peccabat illud volendo: quia licet nō obligemur conformare voluntatē nostram diuinę voluntati in volito,interdū tñ perfectio magna est, ꝙ conformemus eā: sicut si Deus vult, ꝙ patiamur angustiam ꝓp laudem suam,vel ꝓp delicta nostra,& nos libenter hoc suscipimus,vt voluntati Dei ꝺ formemur,meremur nimis.Sic aūt fecit Dauid,quia licet non obligaretur hoc velle, si tamē cognosceret, ꝙ Deus volebat eum mori per manus Saulis,libenter hoc acceptabat,vt Deo placeret:vñ dicebat:odoretur sacrificium,idest, Deus accipiat sacrificiū gratum sibi in odorem suauitatis ex morte mea.

An distinctio Dauid de causa persecutionis Saulis fuit sufficiens. Quæst. XXII.

QVAERETVR vlterius, an Dauid sufficienter hic distingueret,dicens:si Deus incitat te aduersum me, odoretur sacrificiū, si aūt filij hominū maledicti sunt. Dicendū est, ꝙ ista distinctio in cortice non est sufficiens:quia poterat Saul à seipso moueri ad persequendum Dauid,& ꝙ non incitaret eū Deus,nec filij hoīum: Dauid aūt posuit solū ista duo mēbra,ꝙa putabat, ꝙ persecutio sua erat suggestione aliquorum seruorū Saulis: sic.n.dixit supra c. 24. scilicet. Quare audis verba hominū loquentiū. Dauid quærit malum aduersum te. q. d. tu non moueris contra me, nisi quia aliqui serui tui dicūt. Dauid quærit malum aduersum te. Aliter autē dici potest, ꝙ Dauid intelligebat hic per filios hominū non solum seruos Saulis, sed etiam ipsum Saulem: noluit tñ distinguere dicens: aut Deus incitat te cōtra me, aut serui tui,aut tu ipse moueris cōtra me: & hoc, vt daret aliquem honorē regi, & non reduceret culpam in ipsum, sed retorqueret eam in seruos suos, qui malè ei consulebant, & hoc, quia sic facilius fleteret Saulem ad miserendum sibi,quā aliàs, si confunderet eum imponendo sibi originē culpæ: cū tamen dicebat:maledicti sunt in conspectu Dñi: istud nō solū extendebatur ad seruos Saulis, sed ēt ad Saulem, quicunque ille esset, ꝙ erat cā ꝓsecutionis Dauid: quia ipse eijciebat eum de terra Israel.

Quomodo potuisset cognosci,an Deus moueret Saulem ad persequendum Dauid. Quæst. XXIII.

QVAERET aliquis,cū Dauid dicat hic: si Deꝰ incitat te aduersum me,odoretur sacrificiū,quo cognosci debebat, an Deus incitaret Saulem ꝺ Dauid.Rndendum,ꝙ Dauid non dicebat ista quasi dubitaret,an Deus mouebat Saulē ꝺ eum: vel ipse mouebatur ex sua iniquitate,ꝙa certissimè nouerat, ꝙ Saul mouebatur ꝓp inuidiā, quā conceperat ꝺ Dauid in cātu mulierū, de quo supra c.18.Sed posuit istā distinctionē ad maiorē abundātiam,sicut modus est loquendi eorū, qui volunt efficaciter cōcludere,quia licet veritatē cognouerint, tñ arguunt à sufficienti diuisione, vt rndens nō hēat locū effugiēdi. Sed adhuc dicendū, ꝙ si Dauid vellet se subijcere huic inquisitioni, poterat cognosci sic s.aut mouebatur Saul ex causa iusta ad persequēdum Dauid,aut ex nulla causa: si ex iusta causa,poterat dici moueri à Deo: si aūt nullā causam habebat,mouebatur non à Deo, sed à filijs hominū, vel ab iniquitate sua: poterat aūt esse, ꝙ Saul moueret contra Dauid non ab iniquitate sua, quia non ęmularetur ei,nec consilio aliquorū moueret, sed Deus inclinaret eum ad persequendū Dauid: & tñ ipse nesciret cām: sic.n.Deus frequēter mouet hoīes ad aliqua,& agunt illa,nesciunt tñ cur moueantur: sic ait Aristo.in lib. 1.de bona fortuna, dicens,ꝙ homines fortunati mouētur ad agendū aliquid prosperè,sed nesciūt, cur moueant: & dicūt se pati similia eis,q̄ à Deo fiunt,i dicūt se moueri,& nesciūt cur:sicut illi, q̄ mouentur à Deo, & nesciūt, cur moueant: si aūt isto mō moueret Saul ꝺ Dauid,non se debebat Dauid subijcere morti,quia nesciret, an Saul moueret ab iniquitate sua,vel à Dęmone īstigāte, vel à Deo: nec est credendū motibus cordis nostri, donec ꝓbemus illos, an à Deo sint: sic ait Ioānes canonica prima.c.4.f.Nolite omni spiritui credere, sed ꝓbate spiritus,si ex Deo sint.spūs aūt ꝓsecutionis Saulis ꝺ Dauid, q̄q̄ à Deo esse poterat: tñ credendū erat, ꝙ esset à Dęmone, cū iste actus fm seipsum esset malus: & nisi constaret,ꝙ Deus iussisset,credendū erat,ꝙ Dęmon hoc faceret. Dicendū igitur,ꝙ nō poterat sciri, an Deus incitaret Saulē ꝺ Dauid nisi dupliciter. Primò mō si haberet Saul cām iustissimā ꝓsequendi Dauid,ꝙa ea,q̄ iustè fiūt à Deo, fiūt,licet ipse exꝑsè nō iubeat.Scēo mō cognoscereē hoc,si constaret de mandato Dei s.ꝙ Deus per ꝓphetam iussisset Sauli, ꝙ occideret Dauid: sic.n.Deus iussit regi Iheu, qñ fecit eū vngi per ꝓphetā, ꝙ occideret oēs filios Domini sui,vt patet infra 4.lib.c.9. aliàs aūt credere debebat Dauid,ꝙ Saul incitabatur à filijs hoīum, vel per iniquitatē suā. *Et nunc non effundatur sanguis meus in terra.* idest,ꝙa nō habes aliquā cām persequendi me,sed solum incitāt te filij hoīum, oro, ne effundatur sanguis meus. *Coram Domino.* i. vidente Deo, ꝙ hoc iniustū est,vel corā Dño.i. publicè,& sine aliqua cā. q.d. malū est,ꝙ ista coram Dño fiant, non subsistēte causa. *Quia egressus est rex Israel,vt quærat pulicē vnū.* Hic incipit Dauid īferre opprobriū Sauli, s.ꝙ egressus fuerat ad persequendum eum per montes, quia hoc erat verecundum sibi, velut si persequeretur vnum

Universidad de Deusto
Biblioteca

pulicem, quia Dauid erat impotens respectu Saulis, velut si esset vnus pulex, cū esset Saul rex magnus: sic.n.dixit supra c.24.quē persequeris rex Israel: canem mortuū persequeris,& pulicem vnū. *Sicut persequitur perdix in montibus.* Hoc pertinet ad maius dedecus Saulis,quia non solum persequebatur Dauid, q erat pulex, sed etiam persequebatur eū magna instantia, & desiderio capiendi,sicut perdix in montibus.i.sicut illi,qui capiunt perdices persequūtur eas in montibus, & locis præruptis,& accipitur hic,pse quit,in significatione passiua, quod est contra vsum modernorum: quia persequor est verbū deponēs, & solum habet actiuam significationem. Apud antiquos tamen grāmaticos multa de verbis,quæ nūc sunt deponētia,reperiuntur in significato communi,& sunt vltra 60.vt ponit catholicon. vsus tñ modernorum sola nouem accepit communia. Sic etiā accipitur in isto verbo,mereor,& promereor, quæ sunt deponētia: & tamen reperiuntur communia, scilicet,in significatione passiua, vt patet ad Hebrę. cap.vltimo,s.talibus.n hostijs promeretur Deus, i. p tales hostias nos promeremur habere gratiam Dei. *Et ait Saul. Peccaui.* Hic Saul confessus est peccatum suum, scilicet q iniustè persequeretur Dauid, cùm ipse benefaceret ei,& dolet,q peccauerit.

An Saul nunc doluit de peccato suo contra Dauid.
Quæstio XXIIII.

QVAERET aliquis, an Saul verè cōfessus fuerit hic peccatum suū.s.qa verè doleret, vt falleret Dauid inducendo eum, vt rediret ad se, & occideret ipsum. Respondendum quòd Saul verè doluit de peccato, quia vidit rationē manifestissimam conuincentem eum. s. quia tantū misereret ei Dauid,cum ipse malefaceret illi: & apparet hoc, quia dixit ei: reuertere fili mi, nequaquam.n. vltra malefaciam tibi. Etiā dixit postea. Apparet, q stultè egerim, & ignoranerim multa nimis: talia tamē non posset dicere,nisi ex amaritudine cordis. Item quia dixit. Benedictus tu fili mi Dauid: in quo imprecabatur ei bona à Deo. Itē apparet manifestius, quia illicò cessauit Saul persequi Dauid, & reuersus est in domum suam, vt patet infra:si tamen verè nō doluisset,persecutus fuisset eum adhuc in mōtibus. Sed aliquis dicet,q ista non sufficienter probant:nā hæc omnia fecerat iterum Saul erga Dauid, quādo scidit oram chlamydis supra c. 24. & tamen postea redijt ad persequendum eum, vt patet hic. si tamen verè doluisset,non rediisset ad persequendum, ideo nec etiam apparet hic eum verè doluisse. Dicendū est,quòd Saul hic verè doluit, & etiam supra ca. 24. verè doluit de malo,quod egerat contra Dauid, & proponebat nunquam persequi eum amplius, quia mox destitit persequi eum.e.c.& hic. Etiam expressit,quòd nunquam vltra persequeretur eum, & cessauit illum persequi. Cùm autem obijcitur, quòd non verè doluit Saul, eo q redijt ad persequendum Dauid,non stat,quia quāquam aliquis reddat in peccata pristina, non tollitur, quin priori confessione doluerit verè de eis, sed redijt in illa ex causis nouiter insurgentibus.s. pp nouos stimulos passionum: ita.n. erat de Saule. quia ipse verè doluit, & proposuit nunquam persequi Dauid quando abscidit orā chlamydis eius: postea tamen redeunte nouo furore,vel cōsilio seruorum suorum,redijt ad persequēdum Dauid. Quod satis patet, qa Saul in domo sua erat in Gabaa,quando Ziphei nunc venerunt ad eū nunciantes,vbi erat Dauid: & per hoc incitauerunt eum ad persequendū ipsū. Quod aūt aliquando verè doleret Saul,quia persequebatur Dauid,apparet, quia qū manebat apud Saulem,semel iussit eū occidi, postea tamen orante Ionatha,iussit, q non occideretur:& mālit postea multis diebus in domo Saulis,nec nocebat ei Saul, vt patet supra c. 19. quousq; iterum post multos dies incanduit furor eius: & conatus est eū percutere lancea.e.c.verè ergo pęnituit Saul hic,& supra c.24.licet postea redierit ad persequendū Dauid. *Reuertere fili mi Dauid,* scilicet ad manendū in curia mea sicut prius. *Nequaquam.n.vltra malefaciam tibi,* ideſt, securus esto,q iam nunquam conabor aliquid mali agere contra te,sicut prius conatus sum,quia tunc putabā, q mala quæreres cōtra me: nunc autē noui,q non sit iniquitas apud te. *Eo quòd præciosa fuerit anima mea in oculis tuis hodiè,* ideſt,tu existimasti vitam meam esse magni precij.q.d.si tu nō reputasses vitā meam præciosam,occidisses me cū fuerim in manibus tuis,& eram hostis tuus: nunc autē noluisti: ideo magni precij visa est aīa mea, ideſt, vita mea in oculis tuis. Ēt non potest hic accipi anima pro spiritu, sed pro vita:nā q Dauid occideret Saulem nihil ad aīam pertinebat,quia ex hoc aīa nō perit,sed vita perit per occisionem: ideo ista sunt præciosa,& non spiritus Saulis. *Apparet.n.quòd stultè egerim.* Hic se redarguit nimis Saul de eo,quod egit cōtra Dauid:quod est signū veri doloris,& dicit. apparet q stultè egerim.i. psequendo te ad mortē. *Et ignoranerim multa nimis,* ideſt, insipiētia mea fuit valde magna,s.quia feceras mihi multa bona antequam inciperem te persequi:& tñ ego putaui, q considerabas malum mihi: etiam post hoc cū ego te persequerer tu bis liberasti me à morte: maxima ergo ignorantia,& īsipiētia erat,q ego talia de te cogitarē,& hęc agerem aduersus te. *Et respondens Dauid ait.* Quanquā Saul pęnituerit,& vellet reducere ad se Dauid ipse noluit, sed recessit, ideo dixit, quòd veniret aliquis pro lancea regis.

Quare noluit reuerti Dauid ad Saulem. Quæst. XXV.

QVAERETVR quare Dauid nō redijt ad Saulem,cū ipse dixerit:reuertere fili mi Dauid. Dicendum est,q quanq̄ Dauid videret,q Saul nunc doleret de persecutione præterita; tamen timebat q adhuc rediret in priorem animum, & occideret eū: sic.n.sępe fecerat, vt patet supra 18.& 19.& 24. c.& hic: vt ergo securus esset, noluit redire ad eum. Mutabilitatem autem cordis Saulis timebat Dauid propter multa. Primo propter seruos Saulis, quia erant aliqui,qui ęmulabantur Dauid, & quanquam Saul parceret ei nunc, rursus illi suaderent Sauli, q persequeretur eū,& posset ipsum occidere. De hoc enim conquerebatur Dauid.s.q filij hominum inciterent eū p̄ se, vt patet supra c.24. & hic.Secundò timebat pp furorē grauissimū Saulis,quem concepérat de eo.& credebat, q licet ille furor ad tēpus mitigaretur pp euidentissimā rōnem, tñ rursus maior insurgeret,sicut expertus fuerat Dauid contra se sępè.Tertiò timebat propter Dęmonē,qui arripiebat Saulem: nā licet esset bonę affectionis cōtra Dauid: aliquando tamen,quando arriperetur à Dęmone, percuteret eum lancea, sicut conatus est bis supra c. 18.& 19. Quartò timebat pp obliuionem Saulis, qa propter vexationem à Dæmone perturbata erat phantasia Saulis, & obliuiscebatur eorum, quæ egerat: vnde oblitus præteritorum aliqua die iuberet occidi Dauid. Ista duo vltima tenet Nicolaus; sed his non assentio: quia improbata fuerūt supra c. 17. circa finē.& 18. Sed tenēda sunt duo prima, q̄ erant sufficientia ad hoc, q nō rediret Dauid ad Saulem.

An

An Dauid peccauit non redeundo ad Saulem.
Quæstio XXVI.

QVAERETVR vlterius, an Dauid peccauerit,non redeundo ad Saulem,sed fugiendo in terram Philisthinorum, cum Saul doleret de malo præterito, & peteret, q rediret ad ipsum Dauid. Aliquis dicet,quòd peccauerit,quia qui libet tenetur hosti suo parcere cum dolet de cōmissis: sed Saul dolebat hic, & petebat, q rediret adeū Dauid:ergo peccabat,quia non redijt. Respondendum,quòd non peccauit:nam quilibet tenetur parcere hosti suo, quantū ad rancorem,præcipuè si ille doleat, & petat sibi remitti: nō tñ tenetur redire in amicitiam,vel communicationem pristinam, velut si aliquis solebat alteri benefacere continuè, & benefactor offenditur à bene passo,si bene passus petierit remissionem iniurię,tenetur benefactor ei'remittere rancorem;ita,q non habeat rancorem nocendi eum, quantum ad aliquid, non tamen tenetur ei benefacere ex obligatione: ita ergo quantum ad omnem amicitiam,& communicationem est: præcipuè si iste, qui offensus est,timet, q iniuriator non seruabit ei fidem, sed nocebit si redeat in pristinam communicationem. Nam tunc non solum non obligatur redire ad communicandum, sicut prius: sed etiam imprudenter agit,si redierit:sic erat de Dauid,quia quanquam crederet,q nunc Saul verè doleret,tamen timebat,q postea rediret ad persequendum eum ex causis supra assignatis:ideo non solum timuit redire ad ipsum, sed etiam timuit manere in terra Israel:sic patet seq.ca.s.ait Dauid in corde suo: aliquando incidam vno die in manus Saul: nonne melius est, vt fugiam,, & saluer in terra Philisthinorum? & tunc recessit illuc. Habebat autem iustam causam timēdi Dauid:nam post hoc volebat adhuc eum persequi, nisi audiret ipsum fugisse in terram Philisthinorum, vt patet seq.capit.s. nunciatum est Saul,quòd fugisset Dauid in Geth, & non addidit vltra, vt quæreret eum: iustè ergo Dauid noluit redire ad Saulem,quanquam ille hoc oraret. *Ecce hasta regis,* ideſt, apud me est,quia ipse tulerat eā,& scyphū de tentorio Saulis. *Transeat vnus de pueris regis, & tollat eam,* ideſt, veniat vnus de seruis Saulis,& accipiat eā ad portandum regi: noluit autem Dauid portare illam in castra,quia timuit,q caperetur: nam ob hoc recesserat in verticem montis ad loquendum,vt nō posset eum quisquam capere cum loqueretur. De scypho autem nihil dicitur hic, sed verisimile est, q etiam loqueretur de illo Dauid, quia vtrunque tulerat: scriptura tamen solum posuit lanceam, quia subintelligebatur etiam de scypho, cum vellet dare lanceam: vel fortè Dauid non locutus fuit de scypho,quia intelligebat eum, etiam per lanceam.

Dauid quare non tulit secum lanceam Saulis.
Quæstio. XXVII.

QVAERET aliquis, quare Dauid, postquam ostendit innocentiam suam per lanceam regis non tulit eam secum. Dicendum, q Dauid non se habebat erga Saulem,vt contra hostem,quanquā esset hostis:ab hostibus autem tolluntur spolia,ideo Dauid noluit eam ferre secum, sicut tulit arma Goliath spolians ipsum,quia ille hostis erat, supra cap. 17.Item Dauid nolebat offendere Saulem,sed ostendere innocentiam suam in omnibus: si tamen tulisset lanceam eius,esset dedecus Saulis,præcipuè cum illa lancea esset insignium eius regale, & Dauid priuaret eum regali insignio: in quo intelligeretur, q volebat ei regnum auferre. Item lancea ista paruæ vtilitatis erat pro Dauid: noluit igitur offendere eū in hoc.Nec solū offendisset,si tulisset lanceam, quæ erat regale insignium:sed etiā,si quamcunque aliam rem Saulis tulisset, offendisset eum: quia per hoc significaretur,q erat hostis suus,cum aliquid ei violēter auferret. *Dominus autem retribuet vnicuique secundum iustitiam suam, & fidem,* ideſt, ego vtor hac clementia magna erga te, & tu semper persequeris me: iō ego nō expecto à te prēmium operis mei,nec etiam volo vindictam de te permanum meam: sed Deus retribuet vnicuique secundum iustitiam suam,ideſt,si tu iuste te habes erga me, Deus tibi retribuet: vel si iniustè, ipse te puniet secundum merita tua: mihi quoque similiter retribuet secundum iustitiam, vel iniustitiam meam. Dixit etiam secundum fidem,i. secundum veritatem promissorum, in quo increpat Saulem, quia Dauid nunquam mentitus est Sauli, Saul tamen mentitus est Dauid, cum promiserit ei,q nunquam persequeretur eum amplius, vt colligitur supra c.24.& tñ postea persecutus est eum hic. Etiam promisit hic,quòd vltra non malefaceret ei, postea tamen voluit ei malefacere, nisi quòd annunciatum fuit sibi,quòd recessisset in terram Philisthinorum,vt patet seq. cap. *Tradidit enim te Dominus hodie.* Postquam supra Dauid prænunciauit,quòd Dominus retribueret Sauli secundum opera sua, hic orat, quòd Deus retribuat sibi pro bono,quod egit Sauli, quia non expectat in hoc remunerationem Saulis, & dicit:q Deus tradidit eum in manu ipsius, ideſt,dedit ei potestatem, & opportunitatem ad occidendum Saulem,nec potuisset istud accidere, nisi Deus specialiter egisset. Vnde ipse misit soporem in omnes de castris Saulis ad hoc,q posset Dauid introire ad Saulem,vt patet in litera. *Et nolui leuare manum meam in Christum Domini,* ideſt, nolui eleuare manum ad percutiendum ipsum: nec solum hoc, sed etiam non permisit,quòd Abisai percuteret Saulem, cum vellet eum configere lancea in terra. *Et sicut magnificata est anima tua in oculis meis hodie,* ideſt, ego iudicaui illam tanquam magnam,q.d. cū tu esses hostis meus, & possem te occidere,valde magnum esset id, quod me ab hac intētione distraheret, sed ego nolui perdere vitam tuā: ergo apparuit magni precij in oculis meis. *Sic magnificetur anima mea in oculis Domini,* ideſt, oro, vt Deus, tam præciosam existimet animam meam,sicut ego existimaui vitam tuam, q.d.si tam præciosam eam habet,defendet me ab omni periculo, sicut ego liberaui te à morte. *Et liberet me de omni angustia.* s. de angustia, quam tu vis mihi inferre, vel aliqui alij hostes mei. Sic orauit, supra capi.24.s.Sit Dominus iudex,& iudicet inter me,& te, & videat, & dijudicet causam meā, & eruat me de manu tua. Hoc autem satis sequitur ex sequentibus,quia si Deus tam prēciosam haberet vitam Dauid, sicut ipse habuit vitam Saulis,eriperet eum, quandocunque posset;sicut Dauid liberauit Saul à morte, quandocunque incidit in manus eius: sed Deus poterat liberare Dauid ab omni angustia, ergo liberaret eum. *Ait ergo Saul ad Dauid.* Hic Saul gratias agit Dauid p beneficio .s. quia noluit eum occidere cum potuisset,quod maximum erat in eo,cum Dauid lege hostis debuisset occidere Saulem. *Benedictus tu fili mi Dauid,* ideſt, Deus benedicat tibi pro hoc bono,quod fecisti mihi. Sic orauit, supra capit. 24. quando iterum liberauit eum à morte.s. Dominus reddat tibi vicissitudinē hanc, pro eo, quod hodie operatus es in me. *Et quidem faciens facies, et potens poteris.* Dupliciter potest intelligi. Vno modo, q Dauid faceret, ideſt, sicut nūc fecerat misericordiam cum eo, ita aliàs faceret

ret miſericordiam: & ſicut nunc habuerat poteſta-
tem ſuper ipſum, ita aliàs haberet, q.d. tanta erat vir-
tus Dauid, quod ſicut nunc Deus dederat poteſtatē
ei ſuper Saulem, ita etiam poſtea multoties daret.
Aliter poteſt intelligi, q̄ Dauid faceret, & poſſet, i. q̄
Deus daret ei poteſtatem ad faciendum quicquid
vellet, ſ. quòd daret ei regnum: & tunc poſſet facere
quicquid vellet, & huic ſententiæ cōſonat id, quod
habetur ſupra cap. 24. ſ. quòd poſtquam Saul gratias
egit Dauid, quia non occiderat ipſum dixit: Scio, q̄
certiſſimè regnaturus ſis, & habiturus in manu tua
regnum Iſrael. *Abijt autem Dauid in viam ſuam*, ideſt,
poſtquam Dauid locutus fuit iſta, reliquit lanceam,
& ſcyphum in loco ſuo, & ipſe abijt cum Abiſai in
locum, vbi erant viri ſui: & poſtea abijt inde in ter-
ram Philiſthinorum. *Et Saul reuerſus eſt in domum ſuam*,
ſcilicet, in Gabaa: ibi enim erat domus ſua: nam ad
ipſum locum iuerunt Ziphæi nunc quando annun-
ciauerunt ei de Dauid, vt patet ſupra in litera.

An Saul noluit capere nunc Dauid præſentem.
Quæſtio XXVIII.

QVAERET aliquis, cum Saul deſideraret
capere Dauid, quare non perſecutus fuit nūc
eum, cùm præſens eſſet. Reſpondendum
eſt, quod quanquam Saul ante hoc deſiderauerat ca
pere Dauid: nūc tamen non deſiderabat, ſed potius
dolebat, quia perſecutus fuerat ipſum, & confeſſus
fuit peccatū ſuum hic. Item, quia eſſet ei valde eru-
beſcendum: nam ipſe nunc dixerat: reuertere fili mi
Dauid, nequaquam enim vltra male tibi faciam.
Quòd ergo immediatè inciperet eum perſequi, erat
mentiri cum magna verecundia. Item dato, q̄ Saul
eſſet iniquus valde, & deſideraret nunc capere Da-
uid, tamen non poſſet: quia Dauid procul erat à ca-
ſtris in vertice montis: ita, vt uullus poſſet eum com
prehendere, vt patet ſupra, q̄ ergo Saul nunc cona-
reꝛ eū pſeq, ſuperuacuū erat: iō redijt in domū ſuā.

An Dauid obligabatur non delere domum Saulis.
Quæſtiō XXIX.

QVAERETVR vlterius, an iuramentum, q̄
præſtitit Dauid Sauli de non delendo ſemen
ſuum, ſupra ca. 24 obligaret eum adhuc, vel an poſ-
ſet delere ſemen eius. Ratio dubij eſt, quia poſt illud
iuramentum egit Saul contra Dauid perſequendo
eum, vt patet hic. Reſpondendum eſt, quòd Dauid
obligabatur non delere ſemen Saulis propter tria.
Primum erat ius commune. Secundum iuramen-
tum præſtitum Ionathæ. Tertium iuramentū præ-
ſtitum Sauli. De primo patet, quia non licebat Da-
uid petere vindictam manu ſua, p iniurijs receptis
à Saule, ſed vindictam habere debebat à Deo, ſicut
ipſe dixit ſupra cap. 24. Dominus ſit iudex inter me,
& te, manus autem mea non ſit in te, præcipuè, quia
licèt Dauid, quando factus eſſet rex poſſit punire de
linquentes in ſe, non tanquam hoſtis, ſed tanquam
iudex: tamen non poterat punire peccata patrum
in filios, cum lex dixiſſet, quòd non occidentur pa-
tres pro filijs, nec filij pro patribus, Deuteronom. 24.
ca. ideo ex hoc iure obligabatur Dauid non ſolum
non delere ſemen Saulis, ſed etiam nulli de ſemine
eius nocere. Secundum erat iuramētum præſtitum
Ionathæ: pepigerāt enim fœdus Dauid, & Ionathas:
& tunc iurauit Dauid, quòd non auferret miſericor
diam ſuam in æternumà ſemine Ionathæ, ſupra ca.
20. Quanquam ergo poſſet Dauid, & vellet occidere
aliquos de poſteris Saulis, tamen non poſſet delere
totum ſemen Ionathę, ſupra cap. 20 quia ſic deleret
poſteritatem Ionathæ: ſed ipſe obligabatur non de-
lere eam. De tertio patet, quia Saul induxit Dauid,
vt iuraret ei, q̄ non deleret ſemen ſuum, ſupra c. 24.
& Dauid hoc iurauit, ideo obligabatur ex hoc. Nūc
autem dicendum, quòd Dauid non erat obligatus
omnibus his modis: nā ex iuramento præſtito Sauli
non remanebat aliqua obligatio: quia frangenti fi-
dem fides frangenda eſt. extra de iureiuran. cap. pe-
uenit 2. Saul autem promiſerat Dauid, q̄ non perſe-
queretur eum amplius, ſicut ſatis colligitur, ſupra c.
24. poſtea tamen perſecutus fuit eum, ideo Dauid
poterat frangere licitè iuramentum præſtitum. Itē
quia dato, quòd non promiſiſſet Saul Dauid, quòd
nunquam perſequeretur eum amplius: quia tamen
ibi deſiſtebat à perſecutione ſua, quando Dauid præ
ſtitit ei iuramentum, intelligebatur iuramētū cum
hac conditione, ſcilicet, ſi nihil innouaret Saul con-
tra Dauid ſine cauſa: quia ſic intelligitur ī omnibus
alijs iuramentis, ſcilicet, manente re in eodem ſtatu:
manebant tamen alia duo, ſcilicet, ius commune, &
iuramentum præſtitum Ionathæ, quia non fuit mu
tatio aliqua facta ex parte Ionathæ poſt initum fœ-
dus: ideo iuramentum manebat in ſuis viribus: ma-
nebat etiam obligatio iuris communis, quæ non po
terat ceſſare ex aliqua cauſa, ſcilicet, quòd quātum-
cunque Saul fidem frangeret Dauid, & noceret ei,
non poterat Dauid punire poſteros Saulis dicente
lege. Non occidentur patres pro filijs, nec filij pro
patribus. Dicendum igitur, quòd Dauid non mane-
bat nunc obligatus ex iuramento præſtito Sauli, ſu-
pra cap. 24. tamen non poterat occidere aliquem de
poſteris Saulis propter obligationem iuris commu-
nis, & propter iuramentum præſtitum Ionathæ.

CAPITVLVM XXVII.

ET ait Dauid in corde ſuo. Aliquando incidam vna die
in manus Saul. Nonne me-
lius eſt, vt fugiam, & ſaluer
in terra Philiſthinorum, vt de
ſperet Saul, ceſſetque me quærere in cun-
ctis finibus Iſrael?

Deſcripta eſt in ſuperioribus perſecutio Dauid
in terra propria: hic ſubiungitur exilium eius in ter-
ra aliena, & fuit in duobus. Primò in ceſſando à
perſecutione: nam quamdiu fuit in terra Iſrael, ſe-
mper perſecutus fuit eum Saul in montibus, & lo-
cis abruptis: cum autem fuit in terra Philiſthino-
rum ceſſauit eū perſequi, vt patet. ſ. in litera. Secun-
dò in bonorum exhibitione, quia rex Achis, ad quē
confugit Dauid in terra Philiſthinorum, exhibuit ſe
ei valde fauorabilem in omnibus, & dedit ei vnam
vrbem, in qua habitaret: fecitque eum cuſtodem ca
pitis ſui, vt patet ſequen. capit. confidebatque ei in
omnibus, infra capitu. 29. Et diuiditur in tres par-
tes. Primò ponitur Dauid egreſſus. Secundò vi-
uendi locus. Tertiò viuendi modus. Secunda ibi.
Dixit autem Dauid. Tertia ibi. *Et aſcendebat Dauid.*

De egreſſu Dauid ad Philiſthinos.

An ea, quę hic deſcribuntur, ad præcedentia conſe-
quantur. Quæſtio I.

QVAERETVR circa primum, an ea, quę ha
bentur hic, habeant ordinem conſequentē ad præce-

dentia, vel ſit aliqua mutatio: & an fuerint imme-
diate poſt præcedentia. Reſpondendum, quòd hic
eſt ordo conſequens: nam in omnibus præcedenti-
bus dictū eſt de perſecutionibus, quas ſuſtinuit Da-
uid in terra Iſraelitarum: hic autem igitur de man-
ſione eius, & fuga in terra Philiſthinorum: iſta autē
neceſſario ſunt poſt illa. Dicendum etiam, quòd iſta
fuerunt facta immediatè poſt ea, quæ habentur præ
cedenti capit. quia ſupra dicebatur de perſecutione
Dauid vltima, hic dicitur quomodo poſt illam re-
ceſſit in terram Philiſthinorum, & dicitur in princi-
pio literæ, quòd dixit Dauid: aliquando incidam in
manus Saul, nonne melius eſt, vt fugiam, & ſaluer in
terra Philiſthinorum. Videtur ergo, quòd immedia
tè poſt illā perſecutionem receſſerit, alioquin ſi ibi
manſiſſet aliquot diebus, Saul iterū perſecutus fuiſ-
ſet eum, ſicut ſolebat facere in ſuperioribus. *Et ait*
Dauid in corde ſuo, ideſt, Dauid intra ſeipſum dixit iſta,
quæ ſequūtur, q.d. non petiuit conſilium ab aliquo
de viris ſuis, nec nunciauit eis timorem ſuum, ſed in
tra ſe cogitauit, quòd nō eſſet bonum manere in ter
ra Iſrael propter pericula, & ſubditur cauſa. ſ. *Ali-*
quando incidam in vno die in manus Saul, ideſt, quia ſæpe
Saul me perſequitur, & effugio, aliqua die compre-
hendet me, ideo nō eſt bonum, quòd maneam hic.

An Dauid debuerit dubitare incidere in manus Saulis,
coquòd vnctus eſſet in regem. Queſt. II.

QVAERET aliquis, quomodo Dauid dice-
bat aliqua die incidam in manus Saulis: nam
Deus vnxerat eum in regem, & per hoc
certum erat ipſum futurum regem: ſi autem incide
ret in manus Saulis occideretur ab eo, & non eſſet
rex: per quod euacuaretur, quod Deus diſpoſuerat
de Dauid, ideo credendo, quòd poſſet incidere in
manus Saulis, credebat Dauid poſſe mutari, quod
Deus præuiderat: & hoc inconueniens eſt. Reſpon-
det Nicolaus, quòd Dauid ſciebat ſe non poſſe cade
re in manus Saulis ad hoc, quòd caperet eum, & oc-
cideret, ſed poterat cadere ad hoc, quòd circunda-
ret eum Saul, & nō poſſet euadere ſine bello, & mor
te aliquorum de ſuis, & aliquorum de viris Saulis,
quod horrebat Dauid. Sed reſpondendum eſt hic ſi-
cut reſponſum fuit, ſupra cap. 23. in fine, cum quære
batur, an peccauerit Dauid deſperando ſe poſſe eua
dere manus Saulis. Aliter etiam dici poteſt, q̄ quan-
quam Dauid ſciret ſe vnctum in regem, & futurum
regem ex diſpoſitione Dei, putabat tamē, quòd hoc
eſſet, ſi Dauid maneret in primo ſtatu. ſ. q̄ non de-
clinaret in peccata: ſi tamen ipſe ſe exponeret mani
feſtis periculis, ſine aliqua cauſa, peccabat: ideo puta-
bat, quòd in pœnā peccati ſui permitteretur à Deo
incidere in manus Saulis, ideo ne ſic peccaret, voluit
recedere de terra Iſrael. Aliter etiam dici poteſt, q̄
Dauid certiſſimè credebat ſe futurum regem, quia
Deus hoc præuiderat: ipſe tamen poterat hoc impe
dire ſi vellet: vt ſi ſeipſum occideret, vel traderet ali-
cui occidendum: ſed ſic erat ſi ipſe ſe exponeret ma
nifeſtis periculis, ideo quanquam Deus diſpoſuiſſet
de eo, q̄ eſſet rex ſi ipſe ſe traderet periculis, vt ponē
do ſe in manus Saulis occideretur, & non eſſet rex,
ſed quia ſi diutius expectaret in terra Iſrael videba-
tur, quòd ipſe ſe ponebat in manus Saulis, ideo pe-
tiret, quanquam diſpoſitum eſſet, quòd eſſet rex.
Nonne melius eſt, vt fugiam, ideſt, nunquid non eſt me-
lius, quòd recedam à terra Iſrael, quanquam ma-
neam in tot periculis. *Et ſaluer in terra Philiſthinorum*,
ideſt ſi fugero ad terram Philiſthinorum, ibi ſalua-
bor, & non poterit Saul me perſequi amplius.

Cur Dauid receſſit de terra Iſrael.
Quæſtio III.

QVAERET aliquis, Cur Dauid receſſit de ter-
ra Iſrael: nam ibi manebat, & non capiebatur
à Saule, quin potius tradebat Deus Saulem in ma-
nus eius, vt patet præced. capit. & ſupra 24. ideo non
debuiſſet recedere inde. Dicendum eſt, q̄ Dauid vi-
ſum eſt malum manere in terra Iſrael, quia cū ſem-
per perſequeretur eum Saul, quanquam in præteri-
tis vicibus non ceperat eum, timebat, quòd ſæpe per
ſequendo, aliquando eum caperet, & ſic ipſe dixit:
aliquando incidam in vno die in manus Saul. Cum
autem dicitur, quòd Dauid non tradebatur in ma-
nus Saulis, dum manebat in terra Iſrael, ſed magis è
contrario. Dicendum, quòd ex hoc non debebat
Dauid manere in terra Iſrael, quia illa facta fuerant
per miraculum ad hoc, quòd Deus magnificaret Da
uid oſtendendo innocentiam eius, & liberabat eum
per miraculum, vt patet ſupra cap. 23. de petra diui-
dēte: ſed nullum debet expectare, vt Deus faciat mi-
raculum ad liberandum eum: ſed ipſe potius debet
opere humano ſe liberare, quantum potuerit: & cū
vltra non potuerit debet confidere diuinæ bonitati:
ſed Dauid poterat ſaluari fugiendo de terra Iſrael,
quòd ergo vellet manere in ea, & quotidie indige-
ret miraculo ad liberationē ſuam, erat tentare Deū,
quod peccatum eſt, ideo Dauid voluit fugere de ter
ra illa. Item Dauid non manebat iam ſecurè in terra
Iſrael, ſicut prius, quia à principio Saul neſciebat la-
tibula Dauid, quia aliquando erat in vno monte, ali
quando in alio, vt patet ſupra capit. 23 & 24. & hic:
nunc autem iam nouerat latibula eius: ideo pericu-
lum erat ei manere in terra illa. Item multi de Iſrae
litis fauebant Sauli ad capiendum Dauid, ſicut Zi-
phęi, qui inquirebant eum in montibus, & nuncia-
bant Sauli, vt patet præced. cap. ideo non poſſet Da-
uid fugere ad aliquem locum, quin cognoſceretur,
quòd erat magnum periculum. Item cum quotidie
Saul perſequeretur Dauid: aliqua die circundaret
eum, ſicut fecit ſupra cap. 23. & non poſſet euadere
Dauid, niſi pugnando: vnde eſſet cauſa mortis mul-
torum de viris ſuis, & de viris Saulis: hoc autem erat
inconueniens. Item Dauid erat in ſcandalum mul-
tis Iſraelitis, quia cùm vagaretur Dauid per multas
vrbes, vel confinia earum, Saul putaret, quòd illi, qui
erāt in vrbibus illis, fauebant Dauid, & puniret eos:
ſicut percuſſit ciuitatem Nobe in ore gladij, quia pu
tauit ſacerdotes eius coniuraſſe cùm Dauid, ſupra
ca. 23. ſed hoc erat inconueniens cùm Dauid poſſet
euadere nulli inferendo offenſionem, ideo debuit
fugere de terra Iſrael. Itē fugit de terra illa propter
quotidianum laborem: nam dato, quòd certus eſſet
Dauid, quòd nunquam incideret in manus Saulis:
erat tamen ſibi labor nimius, cum non poſſet manē-
re ſecurus in aliquo loco, ſed cogebatur diſcurrere
per montes, & loca prærupta, & latere in ſpeluncis:
extra terram autem Iſrael nemo perſequeretur eū,
ideo vt Dauid euitaret labores iſtos, fugit. Quòd pa-
tet infra. Vt deſperet Saul, ceſſetque me quærere in
cunctis finibus Iſrael. Sic autē factum eſt, quia poſt-
quam nunciatum fuit Sauli, quòd fugiſſet Dauid in
Geth ceſſauit ipſum perſequi.

Cur Dauid iuit potius in terram Philiſthinorum, quàm in
aliam. Queſt. IIII.

QVAERETVR vlterius, quomodo Dauid
fugit in terram Philiſthinorum, & non fugit in
aliquam aliam, ſcilicet, in terram Moab, vel Am-
mon,

Universidad de Deusto
Biblioteca

mon, vel Edom, aut in reliquas vicinas: omnes .n. F istæ erant in latere meridiano, & partim in orientali latere terræ Israel, vt colligitur Nume. 34. & Iosue 15. Respondendum est, quòd Dauid iuit potius in terram Philisthinorum, quàm in aliam denominatis terris, & hoc propter tria. Primò, quia putabat se ibi melius posse saluari, quàm in alia terra: nam Philisthini contra Israelitas quotidianum bellum habebant, & cum fugeret illùc Dauid, non posset Saul introire in terram illam ad persequendum eum, qa erat terra hostilis. Item Philisthini non traderēt Dauid in manibus Saulis, sed potius fauerent ei contra Saulem, quia erat Saul hostis eorum: sic factum est. Nam cùm esset Dauid apud regem Achis, & diceret, quòd faciebat mala multa Israelitis, gaudebat G Achis, & volebat habere Dauid semper secum, vt malefaceret Israelitis, vt patet infra in litera: aliæ autem terræ, quæ erant in circuitu Israel, non habebāt actuale bellum contra Israelitas, sicut Philisthæi; iō non maneret securus in terris illis, quia possent Domini illarum terrarū tradere Dauid in manus Saulis, & ista videtur esse causa, quare dictum fuerit Dauid per prophetam Gad, quòd fugeret de præsidio terræ Moab .s. quia fortè rex Moab volebat eū tradere in manus Saulis. Sed aliquis dicet, quòd etiam habebat Saul bella contra Moabitas, Ammonitas, & Idumæos, & omnes gentes vicinas, vt patet supra capit. 14. Dicendum, quòd Saul habuit bella contra istas gentes in principio regni sui: quod patet: qa e.c. H dicitur. Quocunque se verteret, superabat: sed istud non fuit, nisi cum nondum abiecerat Deus Saulem, quod erat in principio regni sui; postquam autem abiectus est, supra cap. 15. semper fuit infortunatus, nec egit aliqua magnifica gesta: nisi inquantum pugnaret Dauid, qui erat princeps virorum belli, supra cap. 18. Hoc autem, quod dicitur de fuga Dauid, fuit in fine regni Saulis: nam post hoc solum vixit Saul quatuor mensibus. Quod patet, quia semper mansit postea Dauid in Siceleg vrbe terræ Philisthinorum, quousque mortuus est Saul, vt patet infra in litera hic, & infra 30. cap. vnde in Siceleg erat Dauid, quādo venit ad eum nuncius, quòd mortuus erat Saul, & Ionathas, vt patet infra 2. lib. cap. 1. sed totum tem I pus, quo mansit Dauid in terra Philisthinorum, fuit quatuor mensium, vt patet infra in litera: ergo à fuga Dauid de terra Israel vsque ad mortem Saulis fuerunt solum quatuor menses: & sic accidit istud in fine regni Saulis: bella tamen Saulis contra Ammon. Moab, & Edom, & alias gentes, de quibus supra 14 fuerunt in principio regni sui, vt dictum est: vnde iam cessauerant: manebat autem solum bellū cum Philisthinis, ideo in nulla illarum terrarum maneret Dauid ita securè, sicut in terra Philisthinorū. Secundum fuit propter modum viuendi .s. quia Dauid non habebat vnde viueret, nisi de præda, & manens in terra Philisthinorum habebat locum prædandi de quibusdam gentibus vicinis .s. de Gessuri, K & Gerze, & Amalecitis, & poterat fingere Dauid, quòd prædabatur de terra Israel, & sic faciebat, vt patet infra. Si autem iuisset in terram aliarum gentium, vt Ammon, Edom, & Moab, fortè non haberet opportunitatem prædandi Dauid, nisi prædaretur in regione illa, in qua maneret: & hoc non licebat ei, quia tunc non maneret ibi securè, & ageret contra fœdera interposita, & naturalem rationem. Voluit ergo ire in terram Philisthinorum, quia ibi habebat conuenientem locum ad prædas. Tertium fuit, quia terra Philisthinorum erat magis coniūcta locis, in quibus nunc manebat Dauid, quàm aliqua alia terra: nam ipse manebat nunc in sorte Iudæ, qa toto tempore, quo fuit profugus à facie Saulis discurrebat per ciuitates sortis Iudæ, vt patet infra ca. 30. vbi ponuntur ciuitates, in quibus mansit, & omnes dicuntur esse sortis Iudæ: terra autem Philisthinorum est coniunctissima his ciuitatibus: quia est pars sortis Iudæ, vt patet Iosue cap. 15. vbi ciuitates præcipuè Philisthinorum nominantur in sorte Iudæ: terra autem Ammon, Moab, & Edom magis distant à locis illis, in quibus nunc manebat Dauid: ideo promptius sibi fuit ire in terram Philisthinorum, quàm in aliam terram.

Quomodo Dauid ausus est ire in terram Philisthinorum.
Quæstio V.

QVAERETVR vlterius, quomodo Dauid ausus est ire in terrā Philisthinorum. Nam ipse offenderat nimium Philisthinos: quia egerat multa bella ꝺ eos, & attriuit illos, vt apparet supra cap. 18. & 19. & 23. & non egerat bella contra alias gentes .s. contra Ammon, Moab, & Edom: ideo melius ipse poterat manere apud gentes illas, quàm apud Philisthinos. Item Dauid iterum fugerat ad terram Philisthinorum, & fuit in periculo magno coram rege Achis: nec potuit euadere, nisi fingeret se stultum, vt patet supra cap. 21 ideo non esset securum nunc sibi ire illùc: apud Moabitas autem melius poterat manere, quia mox, vt ipse confugit ad eos prima vice, quando fugerat de conspectu regis Achis, suscepit eum benignè rex Moab, & dedit ei præsidium ad manendum, vt patet supra ca. 22. ideo melius descēdisset illùc, quàm in terram Philisthinorum. Item bellum erat continuum inter Israelitas, & Philisthinos: & Dauid erat princeps huius belli contra Philisthinos, supra cap. 18. quòd ergo nunc iret in terram Philisthinorum, putarent Philisthini, quòd non verè fugiebat à facie Saulis, sed simulabat hoc, vt falleret eos, ideo non reciperent eum benignè. Item non poterat securè introire Dauid in terram Philisthinorum, quia erat hostis eorum, & cum introiret caperent eum. Respondendum, quòd Dauid conueniens descendebat ad manendum in terram Philisthinorum, quàm in terram Moab, Ammon, vel Edom ex causis supra assignatis: nec sequebatur aliquod inconueniens, vel periculum Dauid descendendo in terram Philisthinorum Quod patet, quia potius rex Achis suscepit eum cum gaudio magno, & diligebat eum nimis, atque fauebat in omnibus, vt patet infra in litera. Disposuerat etiam constituere eum custodem capitis sui, vt patet sequenti cap. Cum autem dicitur, quòd melius maneret in terra Moab, vel Edom, aut Ammon, quàm in terram Philisthinorum. Dicendum falsum esse, quia gentes iste cum haberent pacem cum Saule, possent tradere Dauid in manus eius, vt complacerent ei: Philisthini autem, qui erant hostes Saulis, non traderent Dauid in manus Saulis, sed magis fauerent ei contra Saulem. Et quando dicitur, quòd pugnauerat contra Philisthinos, & nō contra Moabitas, Ammonitas, & Idumæos. Dicendum, quòd ex hac parte benignius recipere debuissent ipsi Dauid, quàm Philisthini, quia tamen ipsi non erant hostes Saulis, & si peteret Saul ipsum Dauid tradere in manus eius: Philisthini autem hoc non facerent, eoquòd erant hostes Saulis: ideo melius manebat apud eos. Nec obstat, quòd Dauid pugnasset contra Philisthinos, quia sciebant ipsi, quòd hoc agebat iussu Saulis: vnde præcipuus hostis eorum erat Saul, & non Dauid & quia tūc Saul erat hostis Dauid, libenter susciperēt Philisthini Dauid, vt nocerent Sauli. Ad secundum, cùm dicebatur, ꝙ dam. ite-

Primo.
Secundo.
Quarto.
Conueniēter ire Dauid ad terrā Philisthinorum.
Tertio.
Ad primā rationem in principio.
Ad secundum.

iterum venerat Dauid in terram Philisthinorum, & A fuit in periculo, nisi finxisset se stultum, & receptus est benignè in terram Moab. Dicendum, quòd tunc fuit Dauid in periculo, quia ibat solus, & putabatur, quòd iret ad fallendum Philisthinos, quia aduentus suus fuerat incognitus: nunc autem ibat Dauid palā cum sexcentis viris. Et credendum est, quòd præmiserit aliquos nuncios ad regem Achis, vt reciperet eum in terra sua, & ille gratis suscepit nūcios, & tūc potuit securè introire Dauid. Cum autem dicitur, quòd receptus fuit benignè in terra Moab. Dicendum, quòd verum est, & tamen Dauid fuit ibi in periculo, quòd traderetur Sauli, vnde per prophetam admonitus est recedere de terra Moab, supra capit. 22. Et si contendas, quòd non fuit factum propter B hoc, sed ex alia causa recessit de terra illa, semper adhuc manet ratio. s. quòd non expediebat Dauid manere in terra Moab, alioquin non iussisset Deus, ꝙ inde recederet: ideo conuenientius erat Dauid in quacunque alia terra, quàm in terra Moab, quia in nulla terra prohibuerat Deus eum esse, nisi in terra Moab. Ad tertium cum dicebatur, quòd Philisthini suspicarentur Dauid moliri insidias contra eos, & non verè fugere à Saule. Dicendum, quòd non stat, quia manifestum erat Philisthinis, quod Saul persequebatur Dauid, cùm continuè persequeretur eū, & ab aliquanto tempore: præcipuè, quia persecutio ista erat in confinibus terræ Philisthinorum .s. in sorte Iudæ, in qua mansit semper Dauid tempore per- C secutionis, vt supra declaratum est: terra tamen Philisthinorum erat coniuncta terræ Iudæ, cum esset quædam pars sortis Iudæ, vt patet Iosue 15. iō Philisthini cognoscere poterant faciliter istam persecutionem Dauid: nam id, quod semel factum est in terra Israel cognouerunt Philisthini .s. quomodo cantauerint mulieres coram Dauid. Percussit Saul mille, & c. supra capi. 21. & infra 29. ideo facilius cognoscere poterant persecutionem Saulis contra Dauid, quia sæpè fiebat, & apud terram eorum. Vnde non suspicarentur Dauid moliri aliquas insidias, sed necessitate compulsum venisse in terra eorum. Et ista fuit vna de causis; quare à principio persecutionis non venit Dauid in terra Philisthinorum .s. quia D putauit, quòd non crederent Philisthini eum vere fugere à Saule, cum nondum constaret de persecutione: nunc autem, quia constabat voluit confugere ad eos. Ad quartum cum dicebatur, quòd Dauid nō posset securè introire in terram Philisthinorū, quia erat hostis eorum. Dicendum, quòd Dauid non introiuit in terram illam nullo præmisso, sed credendum est, quòd miserit aliquos nūcios ad regē Achis, vt susciperet eum, & illi inierunt aliqua pacta cum rege Achis, vt non daret Dauid in manus Philisthinorum, nec patereturaliqua mala in terra eius: Nūcij quoque Dauid præstarent fidem ex parte eius, qa ipse nullum malum faceret in terra Philisthinorū, & sic posset Dauid introire securè in terram regis E Achis. *Vt desperet Saul, cessetque me quærere*, ideſt, volo fugere in terram Philisthinorum, vt Saul desperet me posse capere, & ideo cesset me persequi, q.d. Saltem habebo hoc bonum fugiendo in terram Philisthinorum, quod Saul nō me inquietabit quotidie, persequendo: quia iam desperabit, cum sim extra terram suam. *In cunctis finibus Israel*, ideſt, non quæret iam me in aliqua parte terræ Israel, quia prius ipse conabaꝫ me inquirere in omnibus terminis Israel, cum dixisset, quòd si etiam in terra se obtruserit, ꝓscrutabor eum in cunctis millibus Iuda, supra c. 23. Nunc autē sciens, quòd non esset in terminis Israel, non quæreret eum. *Fugiam ergo manus eius*, ideſt, bonū

est igitur, quòd fugiam de potestate eius, ne aliquando possit me capere. *Et surrexit Dauid*. s. de terra Israel in qua erat. *Et abijt ipse, & sexcenti viri cum eo*. s. ad terrā Philisthinorum, ad regem Achis. Et dicitur de sexcētis viris, quia tot habebat nunc, & habuerat ex eo tēpore, quo introiuit in Ceilam, vt patet supra cap. 23. Postea autem, nunquam habuit plures viros, dum fuit in terra Philisthinorum, vt patet infra capit. 29. & 30. *Ad Achis filium Moab regem Geth*, ideſt, iste Achis erat rex Geth, & vocatur alio nomine Abimelech, vt patet in ti. Psalmi 33. & declaratum est, supra cap. 21. Iste erat rex Geth, quia Geth est vna de ciuitatibus Metropolitanis terræ Philisthinorum, quæ erāt quinq; .s. Gaza, Azotus, Aschalon, Geth, Accaron, B & quælibet istarum habebat regem. Vnde vocantur quinque reguli Philisthinorum. Iosue 13. ca. vel quinque Satrapæ, vt patet supra cap. 6.

Quare Dauid potius venit ad regem Geth, quàm ad aliquem aliū de regibus Philisthinorum.
Quæstio VI.

QVAERET aliquis, quare magis Dauid venit ad regem Geth, quàm ad aliquem alium de regibus Philisthinorum. Nicolaus respondet, quòd iste erat magnus hostis Saulis, ideo Dauid putauit se manere securius apud eum, quàm apud alium regem. Sed hoc non multum apparet, quia quanquā C in terra Philisthinorum essent multi reges, tamen non erant, vt multi, sed vt vnus rex, & ideo quando pugnabant contra Israel omnes pugnabant simul, vt patet infra capi. 29. & sic non erat magis vnus de regibus Philisthinorum hostis Saulis, quàm alius. Si autem vnus diceretur magis hostis quàm alius, hoc esset, quia Saul plus nocebat terræ eius, quàm alijs terris Philisthinorum. Hoc tamen non stat, quia tūc rex Accaron esset magis hostis regis Saulis, quàm Geth: nam sæpius Israelitæ vastabant terram Accaron, quàm terram Geth, eoquòd terra Accarō erat magis coniuncta Israelitis. Sic patet supra capit. 18. Nam quando Saul petiuit præputia Philisthinorū à Dauid, ipse descendit in vrbem Accaron, & inde accepit ducenta præputia. Patet etiam, quòd sit magis propinqua Accaron, quàm Geth Israelitis: quia dicitur supra cap. 7. redditæ sunt vrbes, quas tulerant Philisthæi ab Israel, ab Accaron, vsque Geth, & terminos suos, ergo non vocatur Saul magis hostis regis Geth, quàm aliorum regum Philisthinorum, tāquam magis nocuisset ei. Sed dicendum, quòd Dauid fugit ad istum regem, quia putauit eum meliorem virum, & liberaliorem ad suscipiendum peregrinos omnibus regibus Philisthinorum. Quod satis apparet, quia libenter suscepit eum, & dedit ei locum ad habitandum, vt patet in litera. Alij tamen reges Philisthinorum non confidebant Dauid, vnde coegerunt eum recedere de bello, inuito Achis, infra cap. 29. Item patet hoc, quia à principio, cum fugit Dauid à Saule, non iuit ad aliquem alium regem, nisi ad Achis, supra cap. 21. ergo intelligebat sibi vtilius forè apud regē Achis, qꝫ apud alios reges.

Quomodo Dauid ausus est ire in vrbem Geth.
Quæstio VII.

QVAERET aliquis, quomodo Dauid ausus est ire in vrbem Geth, cum ipse occiderit Goliath virum fortissimum Philisthinorū, qui erat de vrbe Geth, vt patet sup. ca. 17. Dicendū ꝙ si Dauid respexisset ad hoc, nō debuisset ire in aliquam partem terræ Philisthinorum: nō quidem in

Ac-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nō dubitauit Dauid ire in Geth pp fœdera inita cum rege.

Accaron:quia occiderat ducentos viros,quorū prę putia tulerat ad Saulē, & isti erant Accaronitę sup. c.18. Etiam non debebat ire in aliquam partem terrę Philisthinorum,cum nulla esset,quam non infestasset Dauid,& de qua nō occidisset multos viros, cum ipse esset princeps virorū belli contra Philisthinos sup.cap.18.Nunc tamen descendit in terrā Philisthinorum:quia fœdera inita fuerunt inter ipsum, & regem Geth, quòd posset securè manere in terra eius:ideo non obstabat,quòd occidisset Goliath,vel alios Gethæos,cum rex super hoc daret ei securitatem, & prohiberet omnibus nocere ei. *Et habitauit Dauid cum Achis in Geth.* ſ.venit ad Achis, & māsit ibi cum eo in vrbe sua,Sed hoc intelligendū est de pauco tēpore:quia immediatè petiuit Dauid ab Achis, quòd daret ei aliquē locum, in quo maneret extra Geth, & dedit ei vrbem Siceleg,vt patet infra,& ibi māsit omnibus diebus, quibus fuit in terra Philisthinorum *Ipse,& viri eius,& domus eius.*ſ.omnes simul habitauerunt in eodem loco:nam non dispersi, sunt p loca, vt securius manerent, & minus suspecti haberentur. Dicitur de viris Dauid. i. de sexcentis viris, quos habebat secum Dauid,vt patet sup. Vocatur autem domus Dauid ſ.familia eius.ſ.pueri, & puellæ,& vxores,& omnes illi, qui non computant iter viros belli. *Et duæ vxores eius Achinoam Iezrahelitis, & Abigail vxor Nabal Carmeli.*i. duxit Dauid secum duas vxores,quas habebat in Geth: erant enim nunc tres vxores Dauid.ſ.Michol, Abigāil,Achinoam:sed Michol ablata fuerat ei violenter,& tradita Phalthi filio Lais,vt patet sup.cap.25.habebat solum duas,scilicet Abigail, & Achinoam: quarum Achinoā erat Iezrahelitis.i. de vrbe Iezrael,vt patet sup.c.25. Abigal autem erat vxor Nabal Carmeli.i.habitantes in Carmelo.ſ.quia prius fuit vxor Nabal, deinde accepit eam in vxorem supra cap.25. Habebat aūt Abigail possessionem magnā in Carmelo,quæ fuit possesio Nabal:sed nunc,instante persecutione,recessit de loco ipso cum Dauid viro suo ī terram Philisthinorum. Sed credendū est, quòd reliquerit aliquos de familia sua in Carmelo, qui possessionis suę curā agerent. *Et nunciatum est Saul,quòd fugisset Dauid in Geth.* ſ.Philisthini,qui erant in Geth,indicauerunt hocali quibus Israelitis,& illi nunciauerūt hoc Sauli. *Et non addidit vltra, vt quæreret eum.*i.non curauit eū vlterius inquirere in terra Israel, sicut prius:quia sciebat, ꝙ non erat ibi: Etiam non curauit petere illum a rege Geth:quia cum esset hostis eius, sciebat,ꝙ nō traderet ei Dauid:sed magis faueret ipsi contra eum. In hoc autem innuitur, ꝙ Saul adhuc psecuturus erat Dauid,si mansisset in terra Israel,quanquam promisisset supra, ꝙ non persequeretur eum: quia tamen fugit,non potuit eum persequi. *Dixit autem Dauid ad Achis.* Hic ponitur secundum.ſ. Dauid manendi locus:petiuit enim à rege Achis aliquàm vrbē, in qua maneret,& dedit ei Siceleg. *Si inueni gratiā in oculis tuis.* idest,si diligis me,vel vis facere aliquid ꝓ me, da mihi locum,in quo maneam. Et dixit:Si inueni gratiā: quia est modus persuadendi:nā ille,qui inuenit gratiam in oculis alterius, impetrat ab eo quod petit. *Detur mihi locus in vna vrbium regionis huius,vt habitē ibi.* i. da mihi aliquam ciuitatem ad manendum in ea: & non mancam hic in vrbe tua tecum.

Dauid cur noluit manere in Geth. Quæstio VIII.

QVAERET aliquis,quare Dauid noluit manere in vrbe Geth,cum Achis:sed petiuit aliā vrbem ad habitandum. Aliquis dicet, quòd hoc factū est:quia habebat Dauid hostes ī vrbe Geth, scilicet, cognatos Goliath,qui erat Gethæus, & ipse occiderat illum,supra cap 17.vt ergo maneret securus,voluit esse in alio loco,extra illam vrbem. Sed hoc nō stat:quia si propter hostilitatem nollet manere ī vrbe Geth, etiam non debebat manere in aliqua de vrbibus Philisthinorum, cū nulla esset, cuius ciues nō haberet in hostes, vt supra dictum est. Itē si propter hostilitatem vellet recedere de vrbe illa, potius deberet argui à contrario, scilicet ꝙ propter timorē non deberet recedere de illa vrbe: quia securior esset Dauid, manendo cum rege Achis in eodem loco cum tunc non auderet aliquis insurgere contra ipsum propter reuerentiam regis, quàm si segregatus esset in alia vrbe:quia tunc haberent locum Philisthini,si vellent congregari contra ipsum, & occidere eum in vrbe,in qua maneret. Item non stat, qa dixit Dauid,& habetur inf in littera. Cur manet seruus tuus in ciuitate regis tecum? q.d. superfluū est, & tędiosum: ergo propter aliā causam petiuit Dauid locum manendi, & non propter timorem cognatorum Goliath. Dicendum ergo, ꝙ fortè fecit hoc Dauid, ne aliqualiter attediaret regē:quia fortè ciuitas illa,in qua manebat rex, non erat capax multorum,& si maneret ibi Dauid,cum esset ibi curia regis Achis, & Dauid haberet viros sexcentos, & familiam,esset fortè graue regi:quia non esset locus spatiosus ad delectabiliter habitandū, & hoc vī significare litera sequens.ſ. Cur manet seruus tuus in ciuitate regis tecum? q d. Tędiosum est,& non est vtile, ꝙ ego occupem locum habitationis in vrbe regia,cum possim alibi habitare. Aliter potest dici, ꝙ Dauid fecit hoc propter verecundiam,& ne grauaret regem: quia fortè quando manebat cum rege in vrbe Geth,rex prouidebat ei,& familię suę de necessarijs, cum esset ibi Dauid tāquam seruus suus,in quo grauaretur satis, cum haberet Dauid secū multos viros, & de hoc erubescebat Dauid: ideo voluit habere locum habitandi exrra vrbem regis, vt iam ipse sibi prouideret ibi,& non grauaretur rex. Aliter dici potest,ꝙ Dauid hoc fecit, vt esset ibi conuenientius ad obseruandum ceremonias legis suæ: & hoc propter duo. Primò,ne viri sui declinarent ad idolatriam:quia si maneret in vrbe regis,cum ibi essent templa solenniora Idolorum, quàm in alijs locis,& celebriores cultus impenderenrur ibi eis, inclinarentur aliqui de viris suis ad illa, quæ viderēt: & istud erat, propter quod timebat egredi Dauid de terra Israel,& conquerebatur de illis, qui cogebant eum egredi dicens: Si filij hominum incitant te aduersum me,maledicti sunt in conspectu Domini, q eiecerunt me hodie, vt non habitem in hæreditate Domini,dicentes. Vade, serui dijs alienis.q.d. Isti dāt mihi occasionem,vt seruiam Idolis,vt patet præce. cap. Nunc autem si acciperet Dauid alium locum ad habitandum ibi,non esset tanta opportunitas declinandi ad Idola:quia non esset cultus ita solennis Idolorum,vel fortè nullus esset:vt si habitarent Dauid,& viri sui soli in aliquo loco,sicut factū est, quia accepit Dauid Siceleg,in qua solum ipse, & viri sui habitauerint,vt colligitur infra-30.cap.Et sic nō esset aliquis idolatra,qui ibi posset inducere eos.Item si maneret Dauid in vrbe regis, cum rex esset Idolatria, aliqui de viris Dauid, vt complacerent regi, & vt non viderētur disparis cultus, exhiberent aliquē honorem Idolis, saltem in exteriori reuerentia, & introirent aliqn in tēpla Idolorum, qn associarent regem euntē illùc,& hoc fieret eis in magnum scandalū. Cùm autem habitarent extra vrbem regis, nō haberent ista persuasiua ad colēdum idola, ideo voluit in de declinare Dauid. Secundo proficiebat hoc ad

ad custodiam cęremoniarū Iudaicarum:quia Iudęi non communicant in cibis cum gentilibus. Et hoc quantū ad duo. Primò quia gentiles sæpè vescūtur cibis consecratis Dæmonibus,& quanq̄ ex hac consecratione nihil sanctitatis, mūdiciæ, vel immundicię cibi illi contrahant,vt probat Apostolus prima ad Corin.ca.8.tamen Deus iusserat Israelitis,ne mā ducarent cū gentilibus,ne aliquādo comederent de consecratis Dęmonibus Exod cap.34. Si tamen mā sisset Dauid in Geth,aliquando ipse,& viri sui comederent cum rege,& cum alijs gentilibus manducantibus cibos consecratos Dæmonibus, & tunc si mā ducarent Dauid, & viri sui peccarent: si autem non manducarent,generaretur scandalum, ideo nō expediebat Dauid manere ibi. Secundo erat differentia in cibis: quia gentiles non distinguunt cibos, dicentes aliquid esse mundum, & aliquid immundū: Iudęi autem distinguūt,& tenentur abstinere à multis,vt patet Leui.c.11.& Deuter.14.Si ergo facerent istā distinctionem cum gentilibus,scandalizarētur, si autem nō facerent, peccarent,ideo non expediebat Dauid, & viris suis manere in vrbe regis. Erant quoq; alię cęremonię Indaicę, vt quantum ad obseruationem festorum, & quædam alia, quæ non possent conuenienter seruare manendo cū rege: qa rex nihil horum seruabat. Valde ergo expediēs erat Dauid,vt non maneret in vrbe regia. Aliter dici potest,ꝙ hoc faciebat Dauid, propter modū suū viuendi in acquirendo necessaria:ipse.n.de prędа sustentationem habebat,ideo aliquando per diem,& aliquādo per noctem surgebat ad eundum in prædam, & si maneret in vrbe regis non posset ire quocūq; tēpore vellet, ꝓpter custodes vrbis,ideo expediebat,ꝙ haberet locū per se, in quem introiret qū vellet, & egrederetur. Item hoc erat:quia Dauid volebat, ꝙ occultaretur regi Achis modus viuendi suus.ſ.vnde prædaretur: nam fingebat, ꝙ faciebat prædā de terra Israel,& prædabatur de alijs gentibus,vt patet inf.Si tamen moraretur in vrbe regis,non potuisset Dauid sufficienter occultare quod agebat: quia aliquando eundo, vel redeundo de præda cognoscere tur vbi prædaretur, quod esset ei in confusionē magnā,& periculum, cognito ꝙ mentitus fuisset regi, ideo expediebat ei,ꝙ moraret in aliquo loco distāti ab vrbe regia,& sic occultaret factum suum. *Cur.n. manet seruus tuus in ciuitate regis tecum?* i. ad quid ego, qui sum seruus tuus, manebo tecum in ciuitate regia? q.d. inutile est,& onerosum, ꝙ ego occupē locū habitationis in vrbe regia,& non possit rex delectabiliter,& spatiosè manere in vrbe sua.

Quare Geth vocatur ciuitas regis. Quæstio IX.

QVAERET aliquis, quare vocabatur Geth vrbs regis,cū ipse haberet alias. Aliquis respondebit,ꝙ Achis,quanquā haberet in regno suo multas villulas,& vicos, tamen non habebat aliā vrbē, nisi istam. Sed hoc non stat:quia Dauid dixit: det mihi locus in vna vrbiū regionis huius,ergo aliæ vrbes erant,præter Geth,in regno Achis. Sed dicendū est, ꝙ vocat Geth ciuitas regis propter tria. Primò, qa titulus regni denominabatur ab ista ciuitate.ſ.vocabatur Achis rex Geth,vt patet sup.cap.21.& hic: Et hoc modo diuidebat terra Philisthinorū in quinq; vrbes, à quibus denominabātur quinq; tituli regū, vt patet Iosue c.13.ſ.q̄ in quinq; regulos Philisthijn diuidit Gazæos,& Azotios, Ascalonitas, Accaronitas,& Gethæos,& sic ponitur ibi Geth, tanq̄ vnus titulus regni. Secundò vocat Geth ciuitas regis:qa in illa habitabat semper Achis: vnde apud istos antiquos, qui erant parui reges, illa ciuitas,quæ erat eis titulus regni in denominando,illa erat,in qua habitabant semper,sic patet de vrbe Astaroth, de qua dr Iosue.c.13.ſ.Oē regnū hoc in Basan,qui regnauit in Astaroth,& Edrai, & ipe fuit de reliquijs Raphaim. Et Iosue 12.dr. Terminus Og regis Basan,qui habitauit in Astaroth, & in Edrai, & sic pro eodem ponit habitare,& regnare:quasi rex in loco, in quo habitaret,semper ab illo denominaret regnum suum. Tertio vocat Geth ciuitas regis:quia ipsa erat magna ciuitas,maior omnibus,quæ erāt in regno Achis. Vnde ipsa vocabat prouincia: qa erat caput totius terræ Achis. Et hoc modo dicebantur esse in terra Philisthinorū solū quinq; vrbes.i.quinq; metropoles, q̄ erant capita aliarū vrbiū Philisthinorū. Et sic accipitur.sup cap.6.Vbi aliquando vocantur istę quinque vrbes,& aliquando quinq; prouinciæ. *Dedit itaque ei Achis in die illa Siceleg.*i.dedit ei tunc vrbem Siceleg videns,quòd iustè peteret.

An Siceleg data est Dauid solùm ad habitandum. Quæstio X.

QVAERET aliquis, an data fuerit ei Siceleg solum ad habitandum:quia Dauid solum petiuit vrbem ad habitandum, iō Achis non daret ei nisi ad habitandū? Itē qa Dauid erat extraneus, & nō erat verisimile, ꝙ Achis daret ei vnā vrbē regni sui, præcipuè quia regnum Achis erat paruum. Respōdendū est, ꝙ Siceleg data fuit Dauid,non solū ad habitandū,sed etiam data est ei in titulū, vt esset sua. Quod patet, quia dr immediatè. Propter q̄ causam facta est Siceleg regum Iuda vsq; in diem hanc. i. ex hoc, ꝙ Achis dedit eā Dauid,facta est regum Iuda.i. pertinuit ad reges Iuda: si tamen, non dedisset eam Achis Dauid nisi ad habitandū, nō habuisset ex hoc aliquem titulū,iō non pertineret postea ad successores suos reges Iuda, data fuit ergo ei ī titulū: & quia oīa,quę erant ipsius Dauid, transierunt ad successores suos iure hæreditario, & oēs reges Iuda venerūt de stirpe Dauid, pertinuit postea ad eos iure successionis. Item patet hoc:quia si Siceleg fuisset data Dauid solum ad habitandum,non habuisset ipse plenū ius,ad hoc,ꝙ posset excludere habitatores eius de illa,exclusit tn,& nō manserūt ibi nisi viri sui,vt colligitur infra c.30.ergo data fuit ei in titulum. Ad rationes in contrarium, cū dicebatur ꝙ Dauid nō petiuit vrbem nisi ad habitandum, dicendū, ꝙ Dauid noluit petere vrbem in titulum. Primò quia verecūdū sibi erat, ꝙ ipse peteret vnā vrbem in titulū à rege Achis,cui nihil vnq̄ seruiuerat. Secundò,quia nesciebat ad quid proficeret ei, ꝙ illa vrbs esset sua,cū esset in terra hostili: Achis aūt, qui erat rex nimis liberalis, non solū concessit id, quod petiuit Dauid.ſ. vt daret vrbs ei ad habitandū,sed ēt dedit eam in titulū: quia conditio liberaliū est,præsertim regum, quos decet esse magnificos,vt abundantius tribuāt, q̄ petat. Ad secundū cū dicitur,ꝙ non erat verisimile,ꝙ Achis daret vnā vrbē Dauid, q erat extraneus, Dicendum,ꝙ q̄q̄ esset extraneus, quia tn Achis sciebat eum esse virum probum, dedit ei vrbem & confidebat ei nimiū: nā volebat eum facere custodē capitis sui,sequenti.c. Et ferebat eū secū in bellum cōtra Iudæos,de quorū stirpe erat Dauid, nihil præsumens ꝺ eum,q̄q̄ præsumerent omnes alij reges Philisthinorū,vt patet infra c.29.Præcipuè quia non putabat Achis,ꝙ dabat vrbem alicui extraneo,sed seruo suo: nam ex eo ꝙ Saul persecutus fuerat nimis Dauid,& credebat, ꝙ Dauid fecisset multa mala cōtra Israelitas,putauit, ꝙ nunq̄ reconciliaret eis, sed ma-

Ad rōnes in princi.

Ad secundum.

Universidad de Deusto Biblioteca

maneret ſemper, vt ſeruꝰ ſuus, vt patet inf. in litera. F ſ. credidit Dauid Achis, dicēs: Multa mala operatus eſt contra populum ſuum Iſrael: erit igitur mihi ſeruus ſempiternus. Satis ergo veriſimile erat, ꝙ daret ei vnam vrbem. *Propter quàm cauſam facta eſt Siceleg regum Iuda.* i. propter hoc, quòd Achis dedit vrbem, Siceleg Dauid facta eſt regum Iuda. i. pertinuit ſemp ad eos: quia illi erant de ſtirpe Dauid, & omnia, quæ erant ipſius Dauid, tranſibant ad ſucceſſores ſuos.

Siceleg quomodo tranſiuit ad omnes reges Iudaiure hereditario, cum Dauid perdiderit eam. Queſtio XI.

QVAERET aliquis, qūo tranſiuit ex hoc Siceleg ſpāliter ad oēs reges Iuda: nā Dauid non G habuit Siceleg ſemper ex eo tpe, quo ei donata eſt p regem Achis: nam qñ receſſit in terram Iſrael, perdidit eam, & ſic deſinebat eſſe ſua: ideo q̄q̄ poſtea Dauid acquireret Siceleg, & alias vrbes terrę Philiſthinorum, non pertinebat Siceleg ad eum eo iure, quo prius, ſed ſicut omnes alię vrbes Iſrael pertinebant ad eum, quia rex erat, ita pertinebat Siceleg. Simile patet de vrbibus terræ Moabitarū, quas poſſidebat rex Seon: nā Deus iuſſit, ꝙ Iſraelitę non acciperent nec vnum veſtigium terræ de regione Moabitarū Deute. c. 2. Acceperunt tñ multas ciuitates, quę fuerant olim de terra Moabitarum, & tunc erāt ipſius regis Seon, vt patet Num. c. 21. Nec in hoc agebant ꝫ legē Dei: ſi tñ Moabitæ adhuc habuiſſent aliquid H iuris in ciuitatibus illis, non potuiſſent Iſraelitę accipere eas, poſtq̄ perdiderunt eas nihil habebant in illis: ita Dauid, poſtq̄ perdidit Siceleg, nihil retinuit ſibi de iure illo, quod acquiſiuit p donationē Achis: vnde q̄q̄ poſtea acquireret Siceleg iure bellico, non haberet in ea aliquid de iure priori, ſed haberet nouū titulum ſicut in alijs vrbibus, quas acquireret: iō nihil ſpālius haberet Dauid, quod tranſmitteret ad poſteros ī vrbe Siceleg, q̄ in cęteris, ſic ēt patet in reſponſione lepte Galaaditis ꝫ regem Amon, cū peterentur ciuitates, quæ olim pertinuerant ad Amon, & Moab tēpore lepte ab Iſraelitis: & ipſe defendēs ſe iuridicè dixit, ꝙ Iſraelitę nihil tulerant de terra Moab, nec Amon, ſed de terra Seon regis Amor- I rhæi, vt patet Iudi. c. 11. Et hoc quia ciuitates illę, q̄q̄ fuiſſent olim Moabitarum, & Amonitarū: quia tñ iam perdiderant eas, nihil iuris habebāt in illis: & ſic Iſraelitę, accipientes eas, non accipiebāt aliquid de terra Amonitarum, & Moabitarū, ſed de terra Seō regis Amorrhęi. Sic igitur eſſet hic, ꝙ Dauid quanq̄ acquireret Siceleg, nō acciperet eam eo titulo, quo prius habebat, ſed alio nouo titulo. ſ. iure bellico: iō nō poterat ſpālius pertinere iſta ciuitas ad reges Iuda, q̄ aliæ ciuitates. Aliquis reſpondebit, ꝙ poſtquā Dauid accepit iſtā ciuitatē ex donatione Achis, nūq̄ eam perdidit, & quia iſte fuit titulus ſpālis, cum nullam aliam vrbem haberet Dauid ex donatione, niſi K iſtam, erat iſta propriè vrbs ſua & non erat regni Iſrael: quia non acquiſierant eam Iſraelitæ, vel aliqui reges eorum. Sed hoc non multum ſtat: quia vī Dauid iſtam vrbem perdidiſſe: nam mortuo Saule, receſſit de ea & ipſa relicta eſt in poteſtate Philiſthinorum, ſicut patet inf. 2. li. c. 2. Nā Dauid fecit plāctum magnum pro Saule, & Ionatha, & erat tunc in Siceleg, vt patet inf 2. lib. c. 1. Et tūc conſuluit Dauid Dominum, an aſcenderet in aliquam de ciuitatibus Iuda, eo lib. ca. 2. Et tunc dī, ꝙ Dauid, & vxores ſuæ, & oēs viri ſui aſcenderuut in Hebron: ergo nō reliquit Dauid cuſtodientes Siceleg, & conſequēter redacta eſt in poteſtatem Philiſthinorum, ſicut prius: iō nūq̄ ptineret poſtea ad Dauid, vel poſteros ſuos, niſi nouiter eam acquirerent. Et tunc videbatur pertinere eodē iure, quo oēs aliæ, q̄ acquirerentur de poteſtate Philiſthinorum. Dicendum igitur, ꝙ Siceleg pertinuit ad reges Iuda iure ſpeciali, ex ſucceſſione Dauid: nā licet perdita eſt quantū ad poſſeſſionē. ſ. ga Dauid & viri eius fugerūt de ea veniētes in terrā Iſrael, & poſtea non auſi ſunt redire illūc: vnde perderunt poſſeſſionem tam naturalē, q̄ ciuilem, nō tñ perdidit Dauid proprietatē, ideo qñ poſtea acquiſiuit eam de manu Philiſthinorū non accepit illam, tanq̄ vnam de alijs ciuitatibus, quæ erant in poteſtate Philiſthinorum, ſed accepit eam iure ſpeciali. ſ. recuperauit ſolum poſſeſſionem: nam proprietatem iam habebat, ideo ſicut à principio accepit eam, nō tanq̄ rex Iuda, vel Iſrael, ſed tanq̄ ſingularis perſona ex donatione, ideo pertinuit ad eum, & ad poſteros ſuos, non inquantum erant reges, ſed inquantū erāt ſucceſſores Dauid. Quod patet, quia Dauid acquiſiuit alias vrbes terræ Philiſthinorū vt habet primo Paral. c. 18. ſ. Factū eſt poſt hoc, vt percuteret Dauid, Philiſthijm. & humiliaret eos, & tolleret Geth, & filias eius de manu Philiſthijm. De iſtis tñ non dī, ꝙ ptinuerit ad Dauid, & poſteros eius: ergo vī ꝙ ſemper retinuit Dauid ſibi titulū Siceleg ex donatione. Cū aūt obijcitur de vrbibus terræ Amon, & Moab, Num. c. 21. Et de reſponſione Iepte, Iud. c. 11. nō eſt ſimile: quia Amonitę, & Moabitę perdiderunt vrbes illas, quas acquiſiuit Seon iure bellico, iō Amonitæ, & Moabitæ non habebant in eis aliquē titulū poſſeſſionis, vel proprietatis Dauid autem quāquā perdiderit Siceleg quantum ad poſſeſſionem, tamē non perdidit titulum, ideo ſemper manſit ius ei, & ſucceſſoribus ſuis.

Siceleg quomodo fuit regum Iuda. Quæſtio XII.

QVAERETVR vlterius, qūo poterat eſſe Siceleg regum Iuda: quia non ſolum iſta vrbs ꝑtinebat ad eos, ſed ēt omnes aliæ vrbes, q̄ erant in regno Iuda. Aliquis reſpondebit, ꝙ non fuit acquiſitum aliquod ius ſpeciale regibus Iuda in Siceleg, niſi in præiudiciū virorum de tribu Symeon. Pro quo ſciendū, ꝙ tribui Iuda à principio fuit data magna ſors, quæ habetur Ioſue c. 15. & inter vrbes eius fuit vna Siceleg, vt patet eo. c. Poſtea aūt, cū emendatæ fuerunt ſortes, quia tribus Iuda acceperat magnā ſortē, quædam pars eius data eſt tribui Symeon, & illa pars fuit ſolū ſors tribus Simeon, Ioſue. ca. 19. & in parte iſta non venit ciuitas Siceleg ad tribum Iuda, ſed ad tribū Symeon: iō Dauid, & poſteri ſui poterant acquirere Siceleg in prēiudicium virorū de tribu Simeon, cū Dauid eſſet de tribu Iuda, & Siceleg eſſet in ſorte Symeon. Sed hoc non ſtat: quia aut Dauid, & poſteri ſui acquiſierunt Siceleg inquantū reges, aut inquantum perſonæ priuatę: ſi inquantū reges, non ſtat: quia hoc modo non ſolum Siceleg, ſed ēt oēs vrbes regni Iuda pertinebant ad reges Iuda: Si aūt inquantū priuatę perſonæ, aut hoc erit inquantum Dauid, & poſteri ſui erant de tribu Iuda, aut inquantū erant quædā ſingulares perſonæ non magis de tribu Iuda, q̄ de quacūq; alia: Si primo modo, non ſtat: ga tunc non diceretur pertinuiſſe Siceleg ad Dauid, & reges Iuda, ſed ad tribū Iuda. Hoc autem non ſtat: qa nullo modo vna tribus poterat præſcriptione, donatione, emptione, aut aliquo titulo habere aliquid, quod ſemel pertinuetat ad aliā tribū, vt probatū fuit Leui. c. 5. Et ratio eſt, qa Deus iuſſit, ꝙ manerent familię, & tribus in diſtinctione ſua, ſicut Deus diſtinxerat eas à principio, Nume. c. 36. Hoc autem non erat, niſi per poſſeſſiones, vt patet eo. c. & Num. 27. Sed dicendum eſt, quòd Siceleg per-

pertinuit ad Dauid, & poſtea ad omnes reges Iuda quodam iure ſpeciali, ſcilicet: quia omnia loca, quę erant in regno Iudæ pertinebant ad reges Iuda inquantum erant reges, Siceleg tamen, non pertinebat ad eos inquantum erant reges, ſed inquantum erant ſucceſſores Dauid: ideo licet familia Dauid priuata fuiſſet regno à Deo, tamen non fuiſſet priuata dominio vrbis Siceleg, ſed poſteri Dauid eſſent ſemper Domini illius vrbis, eo quòd Dauid acquiſiuit vrbem illam non iure regali, nec quando erat rex, ſed prius quando erat priuata perſona, ideo filij Dauid, quanquam eſſent reges, non acquirebant vrbem Siceleg, vt reges, ſed vt filij Dauid. Sed aliqs dicet, ꝙ acquirebant eam tanquā reges, quia non dī hic, ꝙ facta eſt Siceleg filiorum Dauid, ſed facta eſt B regum Iuda. Dicendū, ꝙ oēs reges Iuda, qui fuerunt poſt Dauid, fuerunt de ſtirpe eius, & erant de primo genitis: vel ſaltem tales, quibus patres poterāt, & volebāt tribuere primogenituā, ſicut fuit in Salomone filio Dauid, qui nō fuit primogenitus, & in Abia filio Roboam, qui non erat primogenitus eius: & tñ ex voluntate patrum trāſlatum eſt regnum in iſtos vt patet 2. Paralip. c. 12. & 13. Primogeniti tñ in vetri teſtamento erant potiores in ſucceſſione paterna: nam ipſi habebant duas partes, & quilibet de fratribus habebat vnam, vt patet Deut. cap. 21. ſ. Iſtud eſt principium liberorum eius, dabitque ei de his, quæ habuerit cuncta duplicia: ideo cū iſta lex eſſet in vulC garibus, à fortiori manebat in regibus, vbi magis obſeruantur iura primogenituræ. Et quia iſti, qui ſuccedebant in regno Iudæ erant de primogenitis ſtirpis Dauid, vel ad quos peruenerant iura primogenituræ, ideo potiſſima pars ſucceſſionis erat eorū, & quia Siceleg proueniebat ex ſucceſſione Dauid pertinebat ad reges Iuda, non quia reges etant, ſed quia primogeniti. Et quia nunquā cōtigit aliquē fuiſſe regē de ſtirpe Dauid, quin ille eſſet de primogenitis, & ad quem peruenirent iura primogenituræ, habuerunt ſemper reges Iudæ vrbem Siceleg, *Vſque in diem hanc.* Ideſt, fuit ſemper vrbs Siceleg regum Iuda, vſque ad diem, qua ſcriptus eſt iſte liber, quòd fuit poſt mortem Dauid per Iſaiam prophetam, vel per Ieremiam, vt alij volunt.

Quomodo Siceleg fuit regum Iuda, cum pertineret ad tribum Simeon. Quæſt. XIII.

QVAERET vlterius, quomodo poterat Siceleg eſſe regum Iuda? Et videtur, quòd hoc erat contra legem: nam Siceleg erat ciuitas tribus Simeon, vt patet Ioſue 19. capit. Reges autem Iuda erant de tribu Iuda, ideo non poterant poſſidere aliquid, quod erat de alia tribu, vt patet Leuit. capitol. 25. vbi iubetur, quòd etiam ſi aliquis vendidiſſet poſſeſſionem ſuam, quòd illa rediret ad eum in iubileo, non dando aliquam pecuniā, E quia in illo anno omnis homo debebat redire ad poſſeſſionem ſuam priſtinam, & hoc intelligitur ſiue aliquis vendat homini de tribu ſua, ſiue de alia tribu. Si igitur res venditæ immobiles redibant ad venditorem in iubileo, à fortiori redirent, ſi eſſent alienatę quocunque alio modo, quia nihil eſt, quo magis iuſtè aliquis debeat carere re ſua, quàm ſi illā ſponte vendiderit. Item patet hoc clarius, quia Nu. ca. 36. conqueſti ſunt filij Ephraim, ꝙ filiæ Salphaad nubebant viris aliarum tribuum, & per hoc poſſeſſio illarum tranſiret ad alias tribus, & Deus dixit: nubant quibus voluerint, tantum vt ſuę tribus homi- nibus nubant, ne comiſceatur poſſeſſio filiorum Iſ-

Alph. Toſt. ſuper. 1. Regum.

rael de tribu in tribum: ergo non poterat vna tribus poſſidere id, quod poſſidebat aliquando alia tribus, & non ſolum hoc, immo etiam vnus vir de vna familia ciuſdem tribus non poterat habere poſſeſſionem viri alterius ciuſdem tribus, nec debebat accipere vxorem de diuerſa familia, vt patet præalle. ca. ſcilicet. Omnes viri ducent vxores de tribu, & de cognatione ſua, & cunctæ fœminæ maritos de eadem tribu accipient, vt hæreditas permaneat in familijs, nec ſibi miſceantur tribus, ſed ita maneant, vt à Domino ſeparatæ ſunt. Non poterat igitur poſſeſſio tribus Simeon trāſire ad aliquem de tribu Iuda. Itē non videtur, quòd haberent ſufficientem titulum filij Dauid ad poſſidendum Siceleg: nam etiam ſi inter Hebræos licitum fuiſſet cuilibet vēdere poſſeſſionem ſuam, vel qualitercunque alienare, ita vt in æternum nunquam rediret ad eum, tamen adhuc filij Dauid non poterant habere Siceleg, quia erat de tribu Simeon, & viri illius tribus non vendiderunt, nec donauerunt, aut aliqualiter tranſtulerunt eam in Dauid, & poſteros ſuos: ergo non pertinebat ad Dauid, & reges Iudæ. Et ſi dicas, ꝙ Achis dedit Dauid iſtam vrbem. Non obſtat, quia res inter alios acta, alijs non præiudicat: Achis autem non erat de tribu Simeon: ideo quanquam dederit vrbē Dauid, non præiudicabatur ex hoc tribui Simeon, nec acquirebatur aliquod ius Dauid, & poſteris ſuis. Aliquis reſpondebit, quòd vetita erat inter Hæbreos commixtio poſſeſſionum, & tranſitus de vna tribu, & familia in alteram, hoc tamē non ſimpliciter, ſed vſque ad iubileum, vt patet Leui. capit. 25. & Num. 36. Quia vſque ad illud tempus poterat aliquid vendi, vel donari, ſed in iubileo redibat ad priorem Dominum. Ita dicetur, ꝙ Siceleg fuit regum Iuda vſque ad iubileum, poſtea autem redijt ad tribum Simeon. Sed iſta reſponſio non ſtat. Primo, quia dī hic: vſq; ad diem hanc, & intelligitur de ſcriptura libri. Sed liber fuit ſcriptus per Iſaiā, vel per Ieremiā. Inter tempus tamen cuiuſliber illorum, & donationis factæ Dauid de Siceleg tranſierunt plures, quàm ducenti anni, vt patet computando per tempora regum vſque ad captiuitatem Babylonicam: quia D tunc viuebat Ieremias, vt patet per totum librum ſuum, vel vſque ad regem Manaſſe, ſub quo mortuus eſt Iſaias: ſed in his temporibus tranſirent quatuor, vel quinque iubilei: ergo vltra iubileum manſit Siceleg apud poſteros Dauid. Secundò, non ſtat: quia dicitur, quod fuit Siceleg regum Iuda, & ad hoc oportet, quòd ſaltem fuerit duorum regum Iuda. Sed non ſtat, quia primus rex de tribu Iuda fuit Dauid, ſecundus fuit Salomon, iſti tamen regnauerunt pluſquam per vnum iubileum: nam Dauid accepit Siceleg antequam eſſet rex Iudæ, vel Iſrael, quia poſtea factus eſt rex Iudæ, infra 2. lib. capit. 2. Et poſtea rex Iſrael, eodem lib. capit. 5. Regnauit tamen Dauid quadraginta annis, vt patet infra 3. lib. capit. 2. Salomon autem ſucceſſor ſuus regnauit etiam quadraginta annis, eodem lib. capit. 11. Si ergo iſti duo reges Iuda habuiſſent Siceleg, oportebat, quòd tenerent eam vltra iubileum. Item non ſtat tertiò: quia iſtud eſt quando quis vendit poſſeſſionem ſuam alteri, quia poterit eam habere in iubileo: hic tamen non fuit facta venditio, quia filij Simeon, quorum erat Siceleg nihil vendiderunt, aut donauerunt, vel qualitercunque tranſtulerunt in Dauid, & poſteros ſuos: ergo non tenebat in eis lex de iubileo data. Quartò non ſtat, quia iſta poſitio non reſpondet ad vltimam rationem in contrariū. ſ. ꝙ filij Simeon nihil egerunt hic, ſed ſolū Achis donauit vrbē Dauid, ideo non tenet lex de

Universidad de Deusto
Biblioteca

iubileo, quia illa ſolū tenet, quando Dominus trās- F
fert poſſeſſionē ſuam in alterum. Reſpondendū eſt igitur, q̄ Siceleg pertinuit ad Dauid, & oēs reges de ſtirpe ſua, vſque ad diem, quo ſcriptus fuit liber iſte, ſiue fuerit per Ieremiā, ſiue per Iſaiam, & nō ſolum vſque tunc, ſed etiam quandiu fuerunt reges Iuda, tandiu habuerunt Siceleg, quia ius iſtud erat in æternum. Et quādo dicitur, q̄ poſſeſſio vnius Tribus nō debebat tranſire in aliam tribum, iam reſpōſum eſt, per hoc q̄ Siceleg data fuit Dauid, non fuit pars poſſeſſionis tribus Iuda, ita vt augeretur poſſeſſio Iudæ, & decreſceret poſſeſſio tribus Symeon, ſed ſolū peruenit ad Dauid, & poſteros ſuos Siceleg, vt ad priuatas perſonas, non inquantum magis erant de iſta tribu, q̄ de illa. Cum autem vlterius obijcitur, q̄ non ſo G
lum poſſeſſiones tribuum debebant mutari, ſed etiā poſſeſſiones quarundam tribuum, Num. c. 36. Dicēdum, q̄ quanquam Siceleg fuerit Dauid, & ſucceſſorū ſuorum, tamen non tollebantur poſſeſſiones illius filijs Symeon, & ſic non tranſibat poſſeſſio de tribu in tribum. Pro quo ſciendum, q̄ in vrbe Siceleg duo conſiderabantur. Primò ipſa ciuitas cum territorio ſuo. Secundò poſſeſſiones particulares intra vrbem, vel in territorio eius. Primo modo Siceleg non erat alicuius viri de tribu Symeō, nec multorum ſimul, ſed erat ipſius tribus Simeō. ſ. q̄ erat intra latitudinē ſortis ſuæ. Secundò modo, ea, quæ erant in vrbe Siceleg, & in territorio ſuo pertinebant ſpecialiter ad iſtos, vel ad illos viros de tribu Simeō, nec multorū H
ſimul, ſed erat ipſius tribꝰ Simeō. Poterat aūt vtroq; modo Siceleg pertinere ad alios, q̄ ad filios Symeō. Primò modo, ſi ciuitas cum territorio ſuo inciperet pertinere ad aliā tribū, qa tunc nō maneret in tribu Simeon, ſed decreſceret de illa, & accreſceret tribui Iudæ, vel alteri: nec poterat aliter pdi ciuitas Siceleg q̄tū ad primū modū, niſi ſic: Nā licet habitarent ibi alij viri de tribu Symeon, q̄ illi, q̄ habitabāt, vel alij ēt de alia tribu, dum tamen maneret Siceleg cum territorio ſuo intra ſortem Simeon, non perdebatur Siceleg: Sic patet de vrbibus ſacerdotum, & leuitarum: nam quælibet tribus dedit aliquas ciuitates ſacerdotibus, aut leuitis, vt patet Ioſue c. 21. & 1. Paral. ca. 6. Tamen non fuit aliquid diminutum de aliqua I
tribu, quia ciuitates illæ manebant intra ſortes tribuum ſuarum. Secundo modo accipiendo poſſeſſiones vrbis Siceleg particulares poterant dupliciter perdi. Vno modo ſi poſſeſſiones illæ darentur viris alterius tribus, q̄q̄ maneret Siceleg intra ſortem Simeon. Alio modo perdebantur, ſi aliqui de tribu Simeon poſſiderent illa, quæ erant in vrbe, & in territorio, & daretur alijs viris eiuſdem tribus, qui non eſſent ſucceſſores iſtorum. Nunc aūt dicendum, q̄ nullo mō prædictorū p̄iudicabat tribui Simeon, q̄q̄ poſteri Dauid poſſiderent Siceleg. Non primo mō, quia Siceleg, ſemper manſit in tribu Simeon, q̄q̄ poſſideret à poſteris Dauid. Non ſecundo modo, quia Dauid, & viri ſui non habuerunt Siceleg, quaſi oēs K
poſſeſſiones Siceleg eſſent ſuæ, quia tunc oportebat, q̄ nulli de tribu Symeon habitarent in Siceleg, vel ſi habitarent, eſſent coloni Dauid, & poſterorū ſuorū, cū nunq̄ eſſent Dñi alicuius poſſeſſionis: Sed dicēdū, q̄ iſti habuerunt vrbē Siceleg, non quantū ad poſſeſſiones, ſed quantū ad aliqua iura Dñij, quæ hēbāt in loco illo, & ſic non præiudicabat filijs Simeon, qa oēs poſſeſſiones Siceleg erant ſuæ, nec erat ꝺ legē de non tranſmutando poſſeſſiones, quia ſic non tranſibant poſſeſſiones tribus Simeon ad aliā tribū, vel ad alias perſonas. Sed tunc obijciet aliquis, quia ſi ſolū pertinebat dominium iſtius vrbis ad regem Iuda, & non poſſeſſiones, q̄ nō erat aliquid magis ſpeciale in vrbe Siceleg, q̄ in alijs: quia in omnibus alijs vrbibus regni Iuda habebant reges iſta iura, ſcriptura tamen non poſuiſſet ſpecialiter de Siceleg, niſi habuiſſent ibi reges aliquid ſpecialius, q̄ in alijs vrbibus. Dicendum, q̄ reges Iudæ habebant iura in quolibet loco regni, in quantum erant reges. In vrbe autem Siceleg habebant maiora, & ſpecialiora iura, quia pertinebat ad eos Siceleg dupliciter. ſ. inquantum reges erant, & inquantum prouenisset eis ex patrimonio Dauid. Iſta differentia iurium apparet in Epiſcopis, quia in quolibet loco Epiſcopatuū ſuorum, habent aliqua iura ſaltem in ſpiritualibus, alia tñ loca ſunt, quæ vocantur camerę eorū, & habent ibi maiora iura. ſ. in ſpiritualibus, & temporalibus. Proportionaliter autem accipiendum eſt in regibus Iuda reſpectu Siceleg, & aliarum vrbium. Ad rationem vltimam, cum dicebatur, q̄ Achis dedit vrbem Siceleg, & non filij Simeon, ideo nullum ius acquirebatur Dauid. Dicendum q̄, q̄q̄ vrbs Siceleg eſſet ſortis Simeon, tñ viri huius tribus nunquam acceperant eam in poſſeſſionem, ſed ſolū in diuiſione ſortium peruenerat eis. Ioſue 19. c Philiſthini aūt poſſidebant eam nunc & pertinebat ad Achis, qui iuſtè eam poſſidebat; iō poterat ius ſuum alteri cedere, ceſſit autem illud Dauid, ideo profuit, non quidem in præiudiciū filiorū Simeon, ita q̄ tranſiret Siceleg ad aliam tribum, vel q̄ poſſeſſiones vrbanæ, vel ruſticæ eius pertinerent ad Dauid, & poſteros ſuos, ſed ſolum iura quædam ſpecialis dominij, de quibus ſupra declaratum eſt. Et hoc ſatis potuit transfere Achis in Dauid.

Quomodo vrbs Siceleg vſque ad hoc tempus fuit regum Iuda, cum tempore Roboam omnes tranſierunt ad Hieroboam. Quæſt. XIIII.

QVAERETVR vlterius, quomodo potuit eſſe vrbs Siceleg regum Iuda, vſq; ad diem, de qua hic dr, quia Siceleg erat in tribu Simeon, & tpe Roboam oēs tribus tranſierunt ad Ieroboam, præter Iudam, & Beniamin; ergo Siceleg non manſit in poteſtate regum Iuda. Aliquis reſpondebit, q̄ verum eſt, q̄ fuit Siceleg regum Iuda vſq; ad diem, qua ſcriptus fuerit iſte liber, tamē iſte liber ſcriptus fuit à Dauid, & toto tempore ſuo fuit Siceleg in poteſtate regum Iuda. Sed hoc non ſtat, quia licet poſſimus aſſerere aliquam partem libri huius ſcripram fuiſſe à Samuele, & aliam à Dauid, tamen dicere, q̄ totum ſcripſerit Dauid, vel Samuel, falſum eſt: quia dicitur hic, q̄ fuerit Siceleg regum Iuda: & tamē quando erat Dauid nondum fuerat aliquis regum Iuda, niſi ipſe: iō non diceret regum Iuda. Nec valet ſi aliquis dicat, q̄ Dauid erat propheta, & poterat deſcribere aliquid futurum, quia hic non ſcribitur per modum p̄phetiæ, ſed per modum hiſtoriæ: Et dato, q̄ vellemus accipere per modum propheriæ, non poſſumus: quia tunc deberet dici. Facta eſt Siceleg regum Iuda, ſed dicitur vſque in diem hanc: ergo neceſſe eſt, q̄ quando de illa ſcriptum fuit hoc, iam præterijſſent aliqui reges Iuda: ideo neceſſe eſt dici, quòd ſcriptus fuerit liber iſte ab alio, ſcilicet ab Iſaia, vel Ieremia. Alter reſpondent alij, quòd fuit Siceleg regum Iuda, qa fuit Dauid, & Salomonis, qui fuerunt reges Iuda: deinde tempore Roboam tranſiuit Siceleg ad reges Iſrael cum tribu Simeon. Sed hoc non ſtat, quia non ſolum dicitur hic, quòd fuit Siceleg regum Iuda, ſed etiam dicitur, vſq; in diem hanc. ſ. qñ ſcriptus fuit liber iſte, ſed ſcriptus fuit à Ieremia, vel Iſaia: ergo vſque ad tempus alicuius illorum manſit Siceleg apud reges Iuda. Alij igitur reſpondent aliter, q̄ Siceleg ſemper fuit regum Iuda, eo q̄ tribus Simeon in qua

Totū hū librum potuit q̄ uid ſcrip fiſſe.

in qua erat Siceleg, manſit ſemper cum regibus Iu- A
da, nam tribus Symeon erat parua, & accepit poſſeſſionem, partem quandam ſortis Iudæ, quæ erat in medio ſortis Iudæ, vt patet Ioſue c. 19. ſ. Hoc eſt hæreditas filiorum Simeon, in poſſeſſione filiorum Iuda: quia maior erat, & idcirco poſſederunt filij Simeon in medio hæreditatis eorū. Cum ergo tribus Iudæ manſerit cùm regibus Iudæ, oportebat, q̄ tribus Simeon maneret cū illis: & ſic Siceleg maneret in poteſtate regum Iuda. Sed hoc non ſtat: qa qñ diuiſum eſt regnū tpe Roboā, decē tribus fuerūt cum Ieroboam, & duę ſolùm cū Roboam. Sic dixit propheta ad Ieroboam, qñ diuiſit pallium ſuum in duodecim partes, & dedit decē ſciſſuras Ieroboā, p B
quas ſignabantur decē tribus. Et ſubditur. Auferam regnum de manu filij eius, & dabo tibi decē tribus, vt patet ꝫ. 3. li. c. 11. Ergo tribus Simeon erat cū iſtis, alioquin non fuiſſent decē tribus cum Ieroboā. Itē patet: quia Roboam fuit rex ſolū ſuper Iudā, & Beniamin, vt patet 2. Paral. c. 11. Ergo non remanſit tribus Simeon cum eo, & conſequenter nec Siceleg. Reſpōdendū ergo aliter, q̄ vrbs Siceleg manſit ſem per apud reges Iuda, ēt facta diuiſione regni: qa cum Siceleg ptineret ſpecialiter ad reges Iudæ, habebāt ibi ſpecialia præſidia, & cuſtodes, & illi tenuerūt vrbe qñ facta eſt diuiſio regni, ne tranſiret ad Ieroboā, vel fortè capta eſt bello, & hoc facile erat, cum poſſeſſio Simeon eſſet in medio ſortis Iudę: Ioſue c. 19. Sic ēt fuit de aliis vrbibus regum Iſrael: nam aliquæ C
bello acceptæ fuerunt à regibus Iuda, & econtrario aliquę acceptæ fuerunt à regibus Iſrael de regno Iudæ. Aliter autem, & melius dici poteſt, q̄ q̄q̄ reges Iudæ, & Iſrael habuerunt bella inter ſe, à principio diuiſionis regni, tñ Deus iuſſit, q̄ nō pugnarēt inter ſe, vt patet infra. 3. lib. ca. 12. & 2. Paralipo. 11. iō poſt aliqua tēpora, pax fuit inter reges Iuda, & Iſrael, & iuuabant ſe mutuo ad bellum, vt patet de rege Ioſaphat, qui adiuuit Achab regem Iſrael, in bello ꝫ Syros ꝫ 3. lib. cap. 22. Ideo qñ factæ ſunt iſtæ concordiæ credendū eſt, q̄ illa, q̄ pertinebant ad reges Iudæ, reſtituta fuerint eis: totum aūt regnū, qđ fuerat Salomonis, & Dauid, nō fuit reſtitutū filijs Dauid regibꝰ Iuda: qa Deus dixerat, q̄ iſta diuiſio facta fuerat, de D
voluntate ſua, vt patet inf. 3. lib. ca. 12. & 2. Paralip. 11. vrbs tñ Siceleg quia pertinebat de iure ſpāli filijs Dauid. ſ. ex patrimonio reſtitueret eis. Et ſic manſit poſtea apud reges Iudæ vſq; ad tēpus, quo ſcriptus fuit liber iſte, & quandiu fuerunt aliqui reges Iudæ.

Fuit autem numerus dierum, quibus habitauit Dauid in regione Philiſthinorum, quatuor menſium. i. totum tēpus, quo manſit Dauid in terra Philiſthinorū cū rege Achis, fuit quatuor mēſium, eo q̄ Saul mortuus eſt immediatè poſt illos quatuor menſes: Dauid nanq; propoſuerat manere in terra Philiſthinorum, quandiu viueret Saul, eo q̄ timebat incidere in manus eius, ſi eſſet in terra Iſrael: iō fuit apud Achis quandiu vixit Saul. Accidit aūt poſt quatuor menſes mori Sau E
lē, in bello, ideo tunc redijt Dauid in terram Iſrael in vrbem Hebron, vt patet inf. 2. lib. c. 2. In Hebræo habetur hic. *Dies, & quatuor menſium*, ideſt, māſit Dauid in terra Philiſthinorum ſpatio quatuor menſium, & per aliquot dies.

An Dauid ſtetit ſolùm per quatuor menſes in terra Philiſthinorum. Quæſtio XV.

QVAERETVR circa hoc, an Dauid manſit ſolum quatuor menſibus in terra Philiſthinorum, vel per aliquot dies plus? Reſpondēdum, quòd an manſerit per vnum, vel duos dies plus, non poteſt patere: quia ſacra ſcriptura curat de numeris finitis, & de modico plus, vel minus non curat: velut ſi ſint duo anni, & tres dies nominabit duos annos, nō curando de tribus diebus: vel ſi ſint duo dies deficientes, ad complementum duorum annorū, nihilominus nominabit duos annos: ita hic poterat eſſe, q̄ eſſent pauci dies ſupra quatuor menſes, vel deficerēt de quatuor mēſibus, ſcriptura tamen denominat quatuor menſes. Sed adhuc dicet aliquis, quòd littera noſtra eſt defectuoſa: quia in Hebræo ponuntur quattuor menſes. Sed pro hoc ſciendum, quòd litera noſtra ſolum poſuit quatuor menſes: quia putauit Hieronymus, quòd quanquam littera Hebraica poneret quatuor menſes, & dies, intelligerent ſolum eſſe quatuor mēſes, ſed per barbariem idiomatis aliquid interdum additum eſt, quod non agit ad ſignificationem. Ra. Sa. dicit, quòd fuerunt quatuor menſes, & duo dies, qa nomine dierum fatis eſt quòd intelligamus duos. Alij dicunt, quòd fuerunt quatuor menſes, & dimidius: vnde multi hebræorum volunt, quòd à morte Samuelis vſq; ad mortē Saulis fluxerunt. 7. menſes, & dimidius, quibus manſit Dauid in terra Philiſthinorum, & duo menſes, & dimidius fluxerint à morte Samuelis vſq; ad receſſum Dauid de terra Iſrael, & interim factum eſt id, quod habetur ſup. ca. 25. de Nabal Carmelo. Alij Hebræi dicunt, quòd fuit Dauid in terra Philiſthinorū vno anno, & quatuor mē- C
ſibus, & intelligunt illi, quòd per dies accipiat vnus annus. Simile habetur Gen. c. 24. vbi cognati Rebecæ orabant, quòd maneret Rebecca apud eos p aliquot dies, priuſquam duceretur ad Iſaac, & habet in Hebræo: maneat puella apud nos dies, vel dies: decem, & litera noſtra habet maneat puella ſaltē decē dies apud nos. Hebræi exponūt ibi, maneat puella vno anno, vel decem dies apud nos. Sed hoc manifeſtè eſt inconueniens. Primò, quia inſipiens diuiſio eſt dici: maneat vno anno, vel decem diebus, cū iſta nimis diſtent: Sed diceretur: maneat vno anno, vel vndecim menſibus. Secundò eſt inconueniens: quia cum ſeruus Abrahæ duxiſſet camelos, & familiam, vt duceret Rebeccam inde ad Dominum ſuum, nō eſt veriſimile, quòd cognati puellæ peterent ab eo, quòd maneret ipſe cum puella ibi per vnum annū: ideo ſolum intelligebatur de decem diebus. Ex hoc autem, & ex ſimilibus habuit occaſionem litera noſtra intelligendi, quòd quanquam in Hebræo ponerentur dies, & quatuor menſes: tamen ſolum intelligebatur eſſe quatuor menſes Hiſtoria tamen ſcholaſtica dicit, q̄ manſit Dauid in Siceleg quatuor mēſibus, & viginti diebus; hoc dicit Ioſephus. 6. Antiquitatum in fine. Quidam tamen Hebræorum cognoſcentes improprietatem loquendi hebraici ſermonis dicunt, quòd ſolum fuerunt quatuor mēſes. Hoc tenet Ra. Dauid Kimhi exponendo. c. 29. Hoc etiam tenent expoſitores noſtri, vt Andreas. Et hoc tenendum eſt, cum littera noſtra hoc ſolū voluerit. Sed adhuc reſtat fortior inſtantia: quia rex Achis dixit ad Satrapas Philiſthinorum: Nunquid ignoratis Dauid? qui fuit ſeruus Saul regis Iſrael, & eſt apud me multis diebus vel annis. Et ſic eſt ibi, quòd fuerit Dauid apud Achis vltra quatuor menſes: quia fuit ad minus aliquot annis, ſaltem duobus. Sed dicendum, quòd iſta litera non obſtat; & reſpondet ad eā Ra. Dauid Kimhi, quòd Achis dixit: fuit apud me multis diebus, vel annis. i. fuit apud me multis diebus. ſ. quatuor mēſibus, in quibus ita plenè coguoui fidelitatē ſuā, ac ſi manſiſſet apud me multis annis. Huic aūt nimis credēdū eſt: qa Iudęus eſt, & loquit̄ ꝫ ſuos, & eſt peritus, atq; ſatis modernus. Andreas

Universidad de Deusto
Biblioteca

respondet aliter. ſ. q̃ Achis dixit hoc, & mentitus F
eſt. Volebat tamen perſuadere principibus Philiſthi
norum, vt permitterent Dauid manere in bello: &
quia ſi diceret Achis de Dauid, q̃ mãſerat paucis die
bus apud ipſum, crederent, q̃ adhuc non cognoſce
bat fidelitatem eius, & cogerent eum abire: ideo di-
xit, quòd fuerat apud eũ multis annis. Sed ſit quod-
cunque voluerimus, nihil refert. Nam manifeſtum
eſt, quod non fuit Dauid apud Achis aliquo anno
integro. Nec obſtat, ſi hoc aſſeruerit Achis: quia in
ſcriptura ſacra non credimus aliquid eſſe verum, ni
ſi quòd ipſa de ſe dicit: quod autem refert ab alijs
dictum, ſcimus verum eſſe, quod dictum fuerit, ta-
men neſcimus, an illi mentiti fuerint. Et ſic quãquã
Achis aſſeruiſſet, q̃ Dauid fuerat apud eum multis G
annis, non ex hoc cogimur credere, q̃ fuerit multis
annis cum eo, niſi ſcriptura alibi aſſereret iſtud. Nũc
autem non ſolum non obligamur credere, q̃ Dauid
fuerit aliquot annis apud Achis, ſed etiam debemus
tenere contrarium, quia ſcriptura refert hic à ſeip-
ſa tempus, quo fuerit Dauid cum Achis, infra autẽ
c. 29 refert id, quod dixit Achis. Hic ergo accipienda
eſt intentio eius: & quia ſcriptura nominat nume-
ros maiores ſemper, ſi Dauid fuiſſet apud Achis ali-
quot annis, principalius nominaſſet annos, q̃ mẽſes.
Nominauit tamen quatuor menſes, & nullũ annũ:
dies autem nominauit confuſè, quaſi eſſent dies mẽ
ſiũ incõpleti ſuper quatuor menſes: iõ ad plus debe-
bamus dicere ex litera Hæbraica, q̃ Dauid manſit H
apud Achis quatuor menſibus, & aliquot diebus: tñ
non anno integro, nec etiam quinque menſibus cõ-
pletis. Et hoc, vt communiter tenent Hebræi. Nul-
lus autem eorum dixit aliquando, q̃ manſiſſet mul-
tis annis Dauid cum Achis: ergo nec vno, nec multis
manſit: ſed ſolũ quatuor menſibus. Itẽ ſatis apparet
hoc ex verbis Achis: quia dixit: & eſt apud me mul-
tis diebus, vel annis. Si tñ intellexiſſet Achis, q̃ fuiſ-
ſet multis annis, valde inconueniens diſtinctio erat:
quia qui dicit multos dies, vel multos annos, ita eſt,
ac ſi diceret, vno die, vel vno anno. Iſtud tamen inſi-
pienter dictum eſt, ſicut Hebræi exponebant Gen.
ca. 24. ſ. Maneat puella apud nos vno anno, vel decẽ
diebus. Dicendum igitur, q̃ ſolum manſit quatuor I
menſibus apud Achis, ſicut habet litera noſtra. *Et*
aſcendebat Dauid Hic ponitur tertium. ſ. viuendi mo-
dus, quem habuit Dauid in terra Philiſthinorum. Et
dicitur. *Et deſcẽdebat Dauid, & viri eius.* ſ. de vrbe Sice-
leg, in qua morabantur, & ibant ad agendũ prædas:
quia nihil aliud habebat Dauid, vnde viueret, tam
ipſe, quàm viri ſui, dum manerent in terra illa. *Et*
agebãt prædas. Vt inde alerentur. Et non ſolum præ-
das, ſed etiam occiſiones: quia non permittebat Da-
uid aliquem viuere, vt patet infra: prędas tamen age
bant ex intentione: cædes autem ſolum ex neceſſi-
tate, ne aliqui de ſuſtinentibus prædam reuelaret
Achis id, q̃ agebatur, vt patet infra in litera. *De Geſſu*
ri, & de Gerzi .1. de iſtis duabus gentibus faciebat præ- K
dam Dauid, non autem de Philiſthinis: quia tũc age
ret contra fœdera interpoſita cum rege Achis. ſ. vt
Philiſthini nihil agerent contra Dauid, nec Dauid
cõtra Philiſthinos. Secundò ageret contra ius natu-
rale ſ. nocendo illis, qui defendebant eum ab hoſte
ſuo. Tertiò, ipſe timeret periculum, quia ſi prædare-
tur in terra Philiſthinorum, congregarentur Phili-
ſthini, & occiderent Dauid, tanquam verum hoſtẽ,
& ruptorem fœderum. Contra Hebræos quoq; non
pugnabat Dauid, nec agebat prædas: quia illi erant
contribules ſui: immo ipſe erat rex eorum, quan-
quam diceret regi Achis, quòd prędabatur de ter-
ra Iſrael, vt patet infra in litera.

An Dauid peccauit pugnando contra gentes iſtas.
Queſtio XVI.

QVAERET aliquis, an Dauid peccaret pugnan
do cõ gentes iſtas? Aliquis dicet, q̃ ſic: quia nõ
habebat aliquam iuſtam cauſam pugnandi contra il
las. Nec obſtat ſi eſſet in neceſſitate: qa poterat aliàs
victum quærere, & non debebat prædari, & occide-
re. Reſpondẽdum eſt, q̃ Dauid non peccauit in hoc:
nam ſcriptura non redarguit eum de hoc, nec ponit
inter cętera peccata Dauid. Si tamen in hoc peccaſ-
ſet, cum ſæpius hoc egiſſet, & occidiſſet plurimos,
eſſet peccatum ſuum graue nimis, & ſcriptura illud
tangeret: ſed nõ peccauit. Licebat n. Dauid pugnare
contra gentes iſtas, quia erant in terra Iſrael, & Deus
iuſſerat Iſraelitis, q̃ occiderent omnes, qui eſſent in
terra eorum, Deut. c. 20. Et ſi non facerent, commi-
nabatur mala eis, vt patet Num. ca. 33 & Iſue 23. Li-
cebat ergo, & meritorium erat Iſraelitis pugnare cõ
tra gentes has. Quòd autem iſtæ gentes eſſent in ter-
ra Iſrael, patet Ioſue 13 ſ. noluerunt diſperdere filij
Iſrael Geſſuri, & Machati, & habitauerunt in medio
Iſrael vſq; ad preſentem diem. Sic etiam patet Deu.
c. 3. vbi Geſſuri, & Machati ponũtur in fine cuiuſdã
ſortis filiorum Iſrael. Sed aliquis dicet, q̃ Gerzi non
erat de terra Iſrael, ſed ſolum Geſſuri. Dicendum, q̃
Gerzi idem eſt, quod Machati, quia eſt terra illa bi-
nomia, ſicut ſæpè reperitur in ciuitatibus, & in ho-
minibus. Quod patet, quia ſicut hic Geſſuri, & Gerzi
ponuntur ſimul, ita ponuntur Geſſuri, & Machati ſi
mul: Deut. c 3. & Ioſue c. 13. Sed adhuc dicet aliquis,
q̃ non licebat Dauid pugnare contra gentes iſtas:
quia quãquam Iſraelitis liceret pugnare: tamen Da-
uid propria auctoritate non licebat. Sic enim eſt in
regnis, & principibus: quia vnum regnum, vel vnus
princeps poteſt ex iuſta cauſa inducere bellum alte-
ri regno, vel principi: nulla tamen perſona priuata
poteſt propria auctoritate, etiam exiſtente iſta iuſta
cauſa, indicere bellum alteri regno, vel alicui perſo-
næ illius regni. Et ſi indixerit bellum, vel prædas ege
rit propria auctoritate, cum ſit cauſa communis re-
gni, quouſque regnum indicat bellum, peccat mor-
taliter. Sic autem erat de Dauid, quia ipſe erat perſo
na priuata, & regnum Iſrael non indicebat nũc bel-
lum contra Geſſuri, & Gerzi: ergo peccabat Dauid
pugnando contra eos. Reſpõderi poteſt dupliciter.
Primò, q̃ non ſolum totum regnum Iſrael, ſed etiã
quilibet de Iſraelitis poterat propria auctoritate pu-
gnare cõ Geſſuri, & Gerzi prædãdo, & occidendo, ẽt
nõ indicto bello. Niſi fortè ad tempus eſſent aliquæ
treguæ inter Iſraelitas, & illas gentes, ex aliqua cau-
ſa rõnabili. Apparet hoc, quia ſi indicere bellũ perti-
neret ad ius totius regni, vel principis, pp iniurias ſu
ſceptas, vel ex alijs cauſis, ex quibus cõiter inſurgũt
iuſta bella: nulla perſona priuata poſſet indicere bel
lũ, vel prædari, aut occidere propria auctoritate. Pu-
gna tñ, q̃ gerere poterant Iſraelitę contra oẽs habitã
tes in terra ſua, non erat eis pp aliquas iniurias ſuſce
ptas, vel dãna, vel ſimiles cãs: ſed incũbebat eis ex ne
ceſſitate legis: qa Deus iuſſerat illis, q̃ occiderẽt oẽs
habitatores terræ illius. Deu. c. 20. Intãtũ, q̃ ipſi non
poterãt p cõem cõſenſum remittere iſtud bellũ: qa
ſi remitterent, peccarẽt. Et ſic Deus increpuit nimis
Iſraelitas, qa noluerũt delere habitatores terrę Cha-
naã: vt patet Iudi. c. 2. Lex tñ Dei erat gñalis ad oẽs:
ergo q̃q̃ nullus de Iſraelitis obligaretur ſpãliter, vel per
ſe mouere bellũ cõ Chananæos: qa nullus eorũ ſuffi-
ciens erat ad hoc, ſed tota cõitas: tñ quilibet habebat
ius ad pugnandum ſi vellet, eo q̃ pugnare contra
gentes illas erat actus meritorius. Et hoc ſatis patet,
quia

Dauid peccabat pugnando de Geſſuri, & de Gerzi, & tamẽ non peccauit.

quia poſtquam Iſraelitæ diuiſerunt ſortes non fie-
bat bellum contra Chananęos ex communi cõſen-
ſu: ſed quicunque volebat pugnabat: & aliquę trib⁹
pugnabant, alijs non pugnantibus, & petebãt ab eis
auxilium: vt patet Iudic cap. 1. hoc autem nõ eſſet,
niſi ſingulis, vt ſingulis: & non vt communitati cõ-
peteret ius pugnandi ꝓtra habitatores terrę Iſrael.
Dauid igitur poſſet pugnare contra Geſſuri, & Ger-
zi qui erant de his. Aliter dici poteſt, q̃ dato, q̃ con
cederemus, q̃ nullus de Iſraelitis poſſet indicere bel
lum Chananęis, niſi princeps, vel tota cõmunitas,
quod falſum eſt: tamen Dauid adhuc poterat indi-
cere bellum: quia ipſe non erat tanquam priuata p-
ſona, ſed erat rex vnctus à Deo: q̃q̃ in alijs nollet vti
iuriſditione viuente Saule. Erat ẽt princeps belli: nã B
Saul conſtituit eum principem virorum belli ſupra
cap. 18. & deinde fecit eum tribunum ſuper mille vi
ros, iubens ei, q̃ præliaretur bella Dñi: e. c. hẽbat er-
go auctoritatẽ Dauid, ad pugnandũ contra oẽs ho
ſtes Iſrael: qa non erat perſona priuata, ſed princeps.

An licuerit Dauid occidere omnes maſculos, & fœminas de
quibus prædabatur. Queſt. XVII.

QVAERETVR vlterius, an Dauid licitè agebat
occidendo tam acriter omnes de quibus præ-
dabatur. Nam non relinquebat virum, nec mulie-
rem, nec paruulum: vt patet infra in litera. Sed non
fit tanta crudelitas in alijs bellis, cum Iſraelitæ pu- C
gnantes contra Madianitas hoſtes ſuos, ex manda-
to Dei reliquerint fœminas virgines: Num. cap. 31.
Aliquis dicet, q̃ hoc licitum erat Dauid propter ne
ceſſitatem: quia ipſe timebat, q̃ ſi aliquos relinque-
ret illi conquererentur regi Achis de Dauid, & tũc
ille puniret Dauid, tanq̃ mentitũ ſibi, & eſſet in peri-
culo: ideo quanquam alias nõ fuiſſet occiſurus: ſed
ſolum prædaturus, tamen occidebat: vt patet in li-
tera, ſcilicet. Virum, & mulierem non viuificabat
Dauid, nec adducebat in Geth dicens: Ne fortè lo-
quantur aduerſum nos. hęc fecit Dauid. Sed iſtud
non ſtat, quia ſi alias non erat licitum Dauid occi-
dere vniuerſaliter in gentibus iſtis, non fieret licitũ
ex hoc: quia nõ licet alicui occidere alterum, vt ip- D
ſe mortem euadat: vt declaratum eſt ſupra cap. 24.
Sed dicendum eſt, q̃ licebat Dauid occidere omnes
de Geſſuri, & Gerzi viros, & fœminas, & paruulos:
quia iſti erant in terra Iſrael: Ioſue capit. 13. Iſti autẽ
vniuerſaliter occidendi erant: vt patet Deut. capit.
20. ſ. de his auem ciuitatibus, quæ dabuntur tibi nul-
lum omnino permittes viuere: ſed interficies in ore
gladij: & iubebat Deus, q̃ Iſraelitę non miſererent
eorum. Deut. c. 7. q̃quã igitur cauſa præcipua, quæ
inducebat Dauid ad occidendum omnes eſſet, quia
timebat, quòd accuſarent eum: tamen præter hoc
licitum erat ei hoc facere.

An Dauid licuiſſet prædari. Queſt. XVIII. E

QVAERETVR vlterius, an liceret Dauid age-
re prædas de gentibus iſtis? Aliquis dicet, quòd
hoc non eſt dubium, quia cui permittitur prædari.
Sed dicendum, q̃ non ſtat: quia Deus multoties
iubebat Iſraelitis pugnare, & occidere, & non lice-
bat eis prædari. Sic fuit de Saule pugnante contra
Amalecitas: ſupra cap. 15. Immo ex hoc ſolum pec
cauit, quia accepit prædam de terra illa: eo. c. Item
quando pugnandum erat contra aliquam ciuitatẽ,
in qua eſſent, Idolatrę in terra Iſrael, occidendi erãt
illi, & nihil de præda ſumẽdum erat, ſed omnia cre-
mabantur: Deut. c. 13. Item quando Iſraelitæ pugna
A uerunt cõtra Iericho prohibitam fuit præda, & iuſ-
ſa fuit occiſio: Ioſue cap. 6. vnde Achan, quia fura-
tus fuit aliquid de præda Iericho, Deo iratus fuit ni
mis: & poſtea ipſe lapidatus fuit, cum omnibus ad
eum pertinentibus: Ioſue c. 7. Sed adhuc dicendum
eſt, q̃ licuit Dauid prædari in gentibus iſtis: immo
præcipuum, quod ipſe intendebat hic, erat prædari:
occidere autem non intendebat, niſi per accidens,
& ex neceſſitate. Sed conſiderandũ, q̃ in præda quã
faciebant Iſraelitæ ꝺ Gentiles, aliqua erant, quæ ge-
neraliter erãt ꝓhibita, nec aliquis Iſraelita prædaba
tur illa. Alia erant, quæ in quibuſdam locis ſpeciali-
ter erant prohibita, ex aliquibus cauſis. De primo pa
tet, ſ. de auro, & argento, & alijs metallis, ex quibus
facta erant idola, & de oĩbus ornamentis ipſorũ, & B
de vaſis ad miniſterium eorũ: quia de his nihil lice-
bat accipere Iſraelitis: ſed debebant ea cremare: ſic
patet Deut. c. 7. 1. Sculptilia eorũ igne combures, nõ
concupiſces argẽtũ, & aurum de quibus facta ſunt:
nec aſſumes ex eis quicq̃, ne offendas pp ea: quia abo
minatio eſt Dei tui: nec inferes quippiam ex idolo
in domum tuam, ne fias anathema, ſicut & illud eſt.
Aliqua autem ſunt, quæ erant vetita interdum Iu-
dęis in p̃da. ſ. q̃ñ ponebat anathema in aliquo loco,
poterãt Iudęi occidere habitatores illius loci: ſed ni
hil inde poterat prædari, alioquin occidebantur. Sic
fuit de Achan, qui furatus eſt de Hierico: Ioſue c. 7.
quia ciuitas illa erat anathema: Ioſue. c. 6. Sic ẽt erat
de omnibus vrbibus Idolatrarum: quia Deus pone-
bat illas in anathema: Deuter. c. 13. Sic etiam fuit de
Amalec: quia Deus ſuppoſuit illam anathemati: ſu-
pra cap. 15. De Dauid autem: nunc dicendum eſt, q̃
non licebat ei, nec viris ſuis prædari aurum, & argẽ-
tum, vel aliquid pertinens ad idola in terra iſtarum
gentium, nec prædabantur illa, ſed cremabant. In
omnibus autem alijs licebat eis prædari. ſ. in pecori-
bus, & iumentis, veſtibus, & pecunia, & in omnibus,
quæ ad cibos pertinebant: & de his prædabatur: vt
patet infra in litera. Hoc enim generaliter licebat
in omnibus locis terræ Chanaan. Vnde Deus iuſſit
Ioſue, de vrbe Hai, q̃ occideret omnes habitatores
eius: & q̃ diuideret prędam exercitui: Ioſue ca. 8. Sic
aũt faciebant poſtea Iſraelitæ: nã occidebant oẽs ha
bitatores terræ, & poſtea diuidebãt prędã exercitui.

Quia aliquando licebat occidere, nõ aũt p̃dari.

An licuit Dauid occidere Geſſuros, & Machatos.
Queſtio XIX.

QVAERETVR vlterius, quomodo ſtet, quòd
Dauid neminem viuere permitteret in terra
Geſſuri, & Gerzi. Et primò videbatur, q̃ hoc non li-
cuerit ei: quia Iſraelitæ inierunt fœdus cum Geſſuri,
& Machati: vt patet Ioſue ca. 13. nam dicitur, quòd
noluerunt filij Iſrael diſperdere Geſſuri, & Macha-
ti, & habitauerunt in medio Iſrael: ergo non licebat
Dauid infringere iſta fœdera pugnando contra iſtas
gentes. Secundò, apparet, q̃ hoc non factum fuerit:
nam ſi nullum permiſiſſet Dauid viuere in terris il-
lis, deleta fuiſſet tota poſteritas Geſſuri, & Gerzi, ſed
falſum eſt: quia dicitur Ioſue 13. q̃ habitauerũt Geſ-
ſuri, & Machati in medio filiorum Iſrael, vſque ad
præſentem diem: ergo non factum fuit hoc. Item
patet, quia Dauid poſtea accepit in vxorem filiam
regis Geſſuri, de qua habuit Abſolon, vt patet infra
2. lib. cap. 3. & primo Paralip. 3. Item Abſolon, quan
do occidit fratrem ſuum Amnon fugit ad regẽ Geſ
ſuri, vt patet infra 2. li. c. 14. Si tñ deleuiſſet Dauid il-
lã gentẽ non potuiſſet manere aliquis rex, ad quẽ cõ-
fugeret Abſolon. Itẽ nõ ſolũ ſi Dauid deleuiſſet gẽ-
tẽ illã: ſed ẽt ſi accepiſſet p̃das inde, & feciſſet graues

Universidad de Deusto
Biblioteca

cędes, non habuisset in vxorem filiam regis Gessuri: F quia ille esset hostis regis: habuit tamen: ergo non fic factum est. Respondendum est, ꝙ Dauid faciebat ista bella, & prædas in terra Gessuri, & Gerzi, sicut hic litera refert, etiã licebat ei hoc facere, quia erant isti in terra Israel, vt declaratum est. Ad primã rationem, cum dicitur, ꝙ non licebat Dauid hoc ꝓpter fœdera. Dicendũ, ꝙ Israelitæ non interposuerunt aliqua fœdera cũ Gessuri, & Machati, siue Gessuri, & Gerzi: sed solum miserti fuerunt illorũ, & noluerunt ipsos occidere: vt patet Iosue. c. 13. nam ibi non dr̃ de fœderibus: sed solum, ꝙ Israelitę noluerũt disperdere eos: ideo, ꝙ̃ꝙ̃ Dauid occideret aliquos de istis, non ageret contra fœdera: quia non fuerant interposita. Si autem aliquis vellet dicere, ꝙ fuerũt G fœdera interposita, debet responderi, ꝙ illa fortè iã transierant: ideo poterat Dauid nõ rupto fędere pugnare. Vel posset dici, ꝙ ꝙ̃ꝙ̃ Israelitæ posuissent fędera à principio, quando introierunt in terram Chanaan, ne occiderent gentes Gessuri, & Gerzi: tamen Dauid non obligabatur obseruare istud fœdus: eo ꝙ Israelitæ peccauerant cõponendo talia fędera, & Deus increpat eos Iudi. ca. 2. ergo Dauid non obligabatur obseruare illa: sed melius faciebat infringendo. Ad secundum cum dicebatur, ꝙ non fuit factũ hoc. Responderi põt, secundũ quosdã, ꝙ nõ obstat: quia bene stat id, qđ habetur Iosue. c. 13. ſ. ꝙ Gessuri, & Machati manserint inter Israelitas, vsq; ad præsentem diem. i. vsq; ad diem, quo scriptus fuit liber H ille, & ꝙ postea deleti fuerint à Dauid: eo ꝙ ille liber scriptus fuit à Samuele: vt declaratum fuit in prologo illo super Iosue. Samuel tamen iam scripserat librum illum; immo iam mortuus fuerat, quando Dauid faciebat ista: vt patet supra c. 25. ergo bene stat vtrunq; Ista responsio non videtur sufficiẽs: quia quãquam respondeat ad hoc, non tamẽ respondet ad sequentes rõnes, eo ꝙ præsupponit, ꝙ Gessuri, & Gerzi deleti fuerint à Dauid: cuius contrariũ probant rationes sequentes. Dicendum ergo aliter, scilicet, ꝙ Dauid non deleuit Gerzi, & Gessuri, sed solum faciebat prædas in illis, & occidit multos. Cum autem dicitur hic, ꝙ Dauid non viuificabat virum, nec mulierem i. nullum permittebat viuere, potest I dupliciter intelligi. Vno mõ, ꝙ nõ viuificabat. i. nõ ducebat viuos in Geth ad regem Achis: sic dicitur infra in litera. ſ. virum, & mulierem non viuificabat Dauid, nec adducebat in Geth, dicens: ne forte loquantur aduersum nos, & tunc non concluditur, ꝙ oẽs occidit de Gessuri, & Gerzi. Alio modo exponitur, ꝙ non viuificabat virum, nec mulierem, i. in partibus illis, in quibus prædabatur, non permittebat viuere aliquem, sed omnes occidebat, quos poterat: ipse tamen non potuit prædari, nec interficere in tota terra Gessuri, & Gerzi, & Amalecitarum in quatuor mensibus, quibus mansit in terra Philisthinorum: ideo maior pars terræ Gessuri mãsit intacta à Dauid. Nam cum viderent Gessuritæ, quòd K Dauid prædabatur terram illam, confugiebãt ad loca fortiora, & ibi euadebant manum Dauid: quia cũ Dauid haberet solum sexcentos viros, non poterat pugnare contra loca fortia, & murata: sed solũ prædabatur in locis, quæ erant extra muros: ideo maior pars euadebat. Ad Tertium cum dicebatur, ꝙ accepit Dauid vxorem filiam regis Gessuri, & ꝙ confugit illùc Absalon. Dicendũ, ꝙ hoc satis stat per prædicta: quia Dauid non occidit omnem gentem Gessuritarum, sed aliquos in locis non muratis, de quibus accipiebat prædam. Vnde post hoc fuerunt reges Gessuri, & potuit Dauid accipere vxorem de terra illa, & Absolon confugere ad eam. Ad quartam rationem, cũ dicebatur, quòd si fecisset Dauid istas cędes, & prædas, fuisset hostis eius rex Gessuri, & nõ dedisset ei filiã suam in vxorem, Dicendum, quòd verum est, ꝙ rex Gessuri erat hostis Dauid, & tamẽ dedit ei filiam suam in vxorem: quia postquã Dauid factus est rex super tribũ Iudæ, facti sunt amici Dauid, & rex Gessuri: & tunc accepit filiam eius in vxorem, antequam esset rex Israel, vt patet infra 2. lib. cap. 3. Et post hoc factus est rex Israel, eo. lib cap. 5. hoc autem fuit nimis gratum regi Gessur, quanquã fuisset offensus à Dauid: qa rex Gessuri erat paruus, & Dauid erat rex magnæ potentiæ: poteratque eũ delere, si vellet. Vnde ex sola misericordia Israelitæ permiserunt eum viuere: vt patet Iosue cap. 13. scilicet: Noluerunt disperdere filij Israel Gessuri, & Machati, & habitauerunt in medio Israel. Putabat ergo rex Gessuri, quòd dando filiam suam in vxorẽ Dauid, acquirebat perpetuam pacem: ideo gauisus est, quia Dauid voluit eam accipere, ꝙ̃ꝙ̃ offendisset eũ nimis. *Et de Amalecitis*, idest, etiam Dauid agebat prædas de terra Amalecitarũ. Sunt enim Amalecitæ in latere Meridiano terræ Israel, apud Philisthinos: ideo Dauid egrediens de Siceleg faciliter ire poterat ad prædandum ad vrbem Amalec, vt patet infra capitulo 30.

An Dauid licitè posset pugnare contra Amalecitas occidendo, & prædando. Quæst. XX.

QVAERET aliquis, an Dauid licitè posset pugnare contra Amalecitas occidendo, & prędando? Aliquis dicet, ꝙ non: qa contra Gessuri, & Gerzi poterat pugnare, eo quòd erant in terra Israel: vt patet Iosue 13. cap. Amalecitæ tamẽ nõ habitabant in terra, quam susceperant Israelitæ in possessionẽ: sed habitabant in desertis Arabiæ, quæ sunt media inter Aegyptum, & terram Chanaan: vt colligitur supra cap. 15. & ibi declaratũ est. Amalecitæ quoque non erant de stirpe Chananeorum, contra quos Israelitæ fouebant iustum bellum: sed erant de stirpe Esau, nominati à quodã nepote suo, nomine Amalec: vt patet Gen. 36. cap. Amalecitæ, quoque nihil nocebãt Dauid: sed ipse causa prædandi inuadebat terram eorum: ergo non habebat iustam causam pugnandi. Respondendum, quòd Dauid licitè pugnabat contra Amalecitas, immo meritoriè: quia Deus iusserat Israelitis, quòd pugarent contra Amalec, & delerent illum. Quilibet ergo Israelita ius habebat ad pugnandum contra Amalec: quia lex communis erat: de hoc patet Deut. c. 25. scilicet: Memẽto quid fecerit tibi Amalec in via, quando egrediebaris ex Aegypto quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis tui, qui lapsi residebant, cęciderit, quando tu eras fame, & labore confectus, & non timuerit Deum. Cum ergo Deus dederit tibi requiem in terra, quam tibi pollicitus est, delebis nomen eius sub cęlo: caue ne obliuiscaris. Sed aliquis dicet, quòd istud Deus mãdauerat Sauli: & ipse deleuerat Amalecitas: vt patet supra cap. 15. ergo postea Israelitæ non poterant pugnare contra Amalec. Dicendum, quòd hoc non obstat. Nãquanquam Israelitæ non manerent obligati ad pugnandum contra Amalec postquam Saul deleuit illos, licebat tamẽ illis pugnare, si vellet, quia adhuc non fuerat legi satisfactum, quæ dicit: Delebis nomen eius sub cęlo Deuter. cap. 26. i. Delebis memoriã Amalec: ita quòd non maneat aliquis de Amalecitis sub cœlo, idest, super terram viuens: sed post bellũ Saulis ꝫ eos manserũt aliqui Amalecitæ: ergo poterãt Israelitæ postea pugnare ꝫ eos. Itẽ patet, quia

Licitè, immo meritoriè pugnabat Dauid cõtra Amalecitas.

quia pugna contra Amalech non debebat finiri vni A co impetu, sed per multa tempora mansura erat: vt patet Exo. cap. 17. ſ. Scribe hoc ob monimentum in libro, & trade auribus Iosue: delebo enim memoriã Amalech de sub cęlo. Et postea sequitur: Manus solius Domini, & bellum Dei erit cõtra Amalech, à generatione in generationem. Merebatur ergo Dauid faciendo istud bellum.

An sicut licebat Dauid bellare contra Amalecitas, ita etiam eos occidere. Quæst. XXI.

QVAERETVR vlterius, an liceret Dauid occidere Amalecitas. Respondendum, ꝙ sic: quia bellum erat licitum ei contra Amalech, vt dictum B est: si tamen non permitteretur ei occisio, non esset propriè bellum: ergo permittebatur ei occidere. Sed tunc stat dubium, an posset occidere masculos, & fœminas, & paruulos: nam omnes istos occidebat, cum nullum permitteret viuere, vt patet infra in litera. Aliquis dicet, ꝙ non licebat ei: quia deut. c. 20 ponit regula secundũ ꝙ̃ pugnare debebant Israelitæ: scilicet, quia aut pugnabant contra aliquam vrbem, quę erat in terra quam ipsi habituri erant: & tunc debebant occidere masculos, & fœminas, & nullũ omnino permittere viuere. Si verò pugnarent contra aliquam vrbem extra terram possessionis suę, debebãt offerre pacem ciuibus: quam si vellẽt, acciperent eos sub tributo, & nullum occiderent. Si non reciperẽt C pacem, pugnabant contra ciuitatem, & illa capta, omnes masculos occidere debebant, relictis mulieribus, & infantibus. Amalecitæ tamen habitabant extra terram Israel, & non erant de stirpe Chnanæorum: ideo quando pugnarent contra eos Israelitæ, non licebat eis occidere fœminas. Secundò patet, quia Madianitæ erant hostes Israelitarum, & offenderant eos nimis: Num. cap. 25. Tamen quando pugnauerunt Israelitæ contra eos, non occiderunt fœminas virgines: Num. ca. 30. ergo nec liceret hic Dauid occidere fœminas. Rñdendum est, ꝙ licitũ erat occidere fœminas Amalecitarum: quia Deus iusserat: Deut. c. 25. Delebis memoriam Amalech sub cęlo. idem cap. 17. Si tamen non occiderentur fœmi- D næ, & paruuli, adhuc rursus multiplicaretur genus Amalecitarum: ideo oportebat, ꝙ viri, fœminæ, & paruuli delerentur, vt nulla maneret memoria sub cęlo. Secũdo patet, quia Deus, cum misit Saulem ad pugnandũ cõtra Amalech, dixit: percute Amalech, & demolire vniuersa eius, non parcas ei, nec concupisces ex ipsis aliquid: sed interfice à viro vsque ad mulierem, & paruulum, atque lactentem: vt patet supra cap. 15. Dauid tamen habebat idem ius ad pugnandum contra Amalecitas, quod habebat Saul, cùm esset hoc à lege positum: ideo poterat occidere omnes, tam masculos, quàm fœminas, quàm paruulos. Ad primam rationem, cùm dicebatur, ꝙ pugnãtibus Israelitis contra vrbem, quæ non esset de terra E Chanaam, non debebant occidere mulieres, nec paruulos· Deut. c. 20. Dicendum, ꝙ hoc verum est, nisi specialiter aliud caueretur de aliquibus gentibus: sic enim quando pugnabant Israelitæ contra aliquos Israelitas, Idolatras omnes occidebant, tam viros, ꝙ̃ fœminas, quàm paruulos, & iumenta: Deut. cap. 13. cum Deut. ca. 20. Solum iussum erat hoc cõtra Chananeos: sed ille erat casus specialis. Sic etiam fuit de Amalecitis, in quibus Deus specialiter iussit, quòd omnes occiderẽtur. Ad secundum, cùm dicebatur, quòd Madianitæ erant hostes Israelitarum: & tamẽ non occiderunt fœminas eorum virgines, Dicendum, ꝙ ratio dissimilitudinis est: quia magis pecca-

cauerunt Amalecitæ contra Israel, quàm Madianitæ: iõ specialiter dr̃ Deut. c. 25. Delebis nomen eius de sub cęlo: caue ne obliuiscaris. Vel põt dici, ꝙ sufficiens ratio diuersitatis est mandatum Dei: iussit. n. de Amalecitis, ꝙ oẽs occiderent̃, mares, fœminæ, & paruuli. De Madianitis autem non dixit istud. Et dato, ꝙ dicamus Madianitas magis peccasse contra Israel, quàm Amalecitas, Deus tamen iussit deleri Amalecitas, forte non solùm propter istud peccatum: sed propter quædam alia: & hoc sufficiebat ad hoc, ꝙ Israelitæ deberent occidere omnem viuentem in Amalecitis, & non in Madianitis.

An licuerit Dauid accipere prædam de Amalecitis. Quæstio XXII.

QVAERETVR vlterius, an licuit Dauid accipere prædam de Amalecitis: & videtur, ꝙ non. Primò, quia quando Deus iussit Sauli, ꝙ occideret Amalecitas, dixit, ꝙ non concupiscaret aliquid ex ipsis, sed ait: percute Amalec, & demolire vniuersa eius: ſ. omnia spolia destrue: nam Camelos, oues, & boues iussit occidi, sup. c. 15. Secũdò patet, quia Saul peccauit in bello cõtra Amalecitas: quia accepit boues, & oues, vestes, & omnia optima terræ Amalec: eo. c. & dixit ei Samuel: quare ergo non audisti vocẽ Dñi, sed versus es ad prædã, & fecisti malum in conspectu Dñi? eo. c. Dauid tamen prædabatur de Gessuri, & Gerzi, & Amalecitis, & tollebat oues, & boues, & asinos, & Camelos, & vestes, vt patet infra in litera: ergo peccabat. Respondendum, ꝙ Dauid nõ peccauit prædando de terra Amalec: nam si Dauid peccasset in hoc, abiecisset eum Deus, ne regnaret, sicut abiecit Saulem, principaliter ex hac causa. ſ. quia nõ egit iram furoris sui in Amalec: vt patet sequenti c. & supra. cap. 15. Dauid tamen non abiectus est: sed Deus dicit, ꝙ ambulauit semper in conspectu eius: vt patet 2. Paralip. c. 7. & infra 3. lib cap. 15: ergo non peccauit prędando de Amalec: hoc patet: quia lex, ꝙ̃ data fuerat Israelitis, de pugnando contra Amalec, solùm dicebat, ꝙ deleret nomẽ eius sub cęlo: Deut. cap. 25. & Exo. 17. & non inhibuit eis prædam: semper tamen in bello intelligitur præda esse licita, nisi inhibeatur: ergo Israelitæ non obligabantur ex illa lege abstinere à præda Amalec: sed poterant inde põdari, sicut de ceteris gentibus, cõtra quas pugnabãt. Nec est simile de Saule, & nunc de Dauid: quia Sauli fuit datum præceptum expressum, ne prædaretur aliquid de terra Amalec: iõ obligabatur ad hoc, & contra faciendo peccabat. Dauid aũt nõ fuit datum illud præceptum: ideo manebat solum regula data Deu. c. 21. de deletione Amalecitarum: sed in illa nõ prohibebantur prædæ: poterat ergo Dauid prędari, & quilibet alius de Israelitis, qui postea bellũ ageret contra Amalec. Ad primã rõnẽ, cũ dicebat̃, ꝙ Deus iussit Sauli, ꝙ demoliretur vniuersa, quę erant in terra Amalech, & nulli parceret, Dicẽdum, ꝙ istud fuit præceptum speciale: ideo solùm obligauit personã illam, cui datũ est, & oẽs illos, qui ibant cũ eo. Vnde non se extendebat ad Dauid, nec ad posteriores: fuit etiam temporale præceptum: quia fuit datum pro certo tempore, & pro certa actione: scilicet pro illa vice, qua Deus mittebat Saulem ad terram Amalec: ideo licet tunc Saul peccauerit prædando, si tamen post hoc ipse vellet aliquando pugnare contra Amalecitas, sicut pugnabat contra alias gentes, non peccauisset prędando tunc: eo ꝙ tunc cessabat obligatio pręcepti, quòd particulariter fuerat ei datum illa vice, qua eum Deus misit, & redibat regula generalis, quæ habetur Deuteron. cap. 25. & per-

Dauid nõ peccauit prædãdo de terra Amalec.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illlam poterat prædari, cum ſolum Deus iuberet, ꝙ F
Iſralitæ delerent nomen Amalec. Ad ſecundam rationem cum dicitur, ꝙ peccauit Saul, quia verſus eſt ad prædam. Dicendum, ꝙ hoc fuit ex præuaricatione ſpecialis præcepti ſibi dati: & non ex p̃uaricatione legis. Dauid autem non obligabat̃ ad illud præceptum, eo ꝙ non fuerat ei datum; ideo non peccaret prædando. *Hi enim vagi habitabant in terra antiquitus.* i. iſti tres populi Geſſuri, Gerzi, & Amalec non habebant certam manſionem in aliqua regione: ſed vagabantur per deſertum, aliquando hic, & aliquando ibi.
Hoc autem erat antiquitus: ſcilicet aliquantis tẽporibus, poſtquam ſcriberetur iſte liber. Poſtea autem firmiores fuerunt habitando. Vel poteſt intelligi iſta litera, ꝙ habitabant vagi in deſerto: non quidem, ꝙ G
mutaret tota iſta gens loca: ſcilicet, ꝙ aliquando eſſet in vna parte deſerti, & aliquando in alia: ſed non conueniebat tota gens, & per loca, & congregationes ad faciendum politias, & habendam vnitatem regiminis: ſed quædam eorum morabantur hic, & alij ibi, nullam habentes communionem. Ideo poterat Dauid facilius percutere omnes iſtas gentes: quia non recipiebant fauorem, & auxilium à ſe inuicem.
Primò modo ſunt aliquę gentes vagę in Aphrica, q̃ Numidæ vocantur, eo ꝙ nullam terram ſpecialius incolant: ſed mutant ſedes: vulgariter autem iſti Alarabes vocãtur: quod pertinet ad imperctionem populorum. ſ. quia modicum participant de ratione. *Euntibus Sur vſque ad terram Aegypti.* i. iſtud deſertũ, H
in quo habitabant iſtæ gentes, ſitum eſt eũtibus Sur. ideſt, in via, per quam itur ad Sur, vſque ad terram Aegypti. Iſtud eſt deſertum Arabiæ, & ſunt magnæ ſolitudines iacentes inter Aegyptum, & terrã Achanaan, extentæ ab oriente in occidentem, & vocant̃ ſolitudines Arabicæ, quia ibi Arabes habitant, & aliq̃ gentes. Eſt ãutem ibi deſertum Sur: quiaeſt apud terram Aegypti: & eſt quædam pars parua deſerti apud mare rubrum: vt patet Exod. cap. 15. nam dicitur. Tulit Moyſes Iſrael de mari rubro, & egreſſi sũt in deſertum Sur: ambulaueruntque tribus diebus per ſolitudinem, & non inueniebant aquam. Iſtud deſertum coniungitur alijs deſertis magnis, & in his habitant filij Iſmahelis, qui vocantur Arabes: vt pa- I
tet Gen. c. 25. Extenditur autem largo nomine iſtud deſertum à terra Philiſthinorum verſus Aegyptum: quod patet, quia Agar ancilla Abrahæ receſſit à Domino ſuo de Berſabee, & ibat in deſertum Sur. erat autem Berſabee in terra Philiſthinorum, de hoc Ge. c. 16. Et tamen non longè fugerat Agar à domo Domini ſui: ideo deſertum Sur nõ eſt longè à terra Philiſthinorum. Iſtæ autem gentes non habitabant in deſerto Sur: ſed eũtibus in deſerto Sur. i. in deſerto, quod eſt in via, per quam itur de terra Philiſthinorũ vſq; Sur, & vſque ad Aegyptum. Sic patet de Amalech, ſupra cap. 15. Percuſſit Saul Amalec ab Heuila Donec veni ad Sur, quæ eſt in regione Aegypti. In
quo patet, quòd non habitabant in terra Sur: ſed K
terminus extremus habitationis eorum verſus Aegyptum erat Sur.

An licuit Dauid pugnare contra Amalechitas Ieſſuros, & Machatos. Queſt. XXIII.

QVAERET aliquis, quomodo licuit Dauid pugnare cõtra iſtas gentes, cùm non eſſent in terra Iſrael: nam ad hoc, ꝙ liceret Iſraelitis pugnare cõtra aliquas gentes, non ſuſcepta aliqua offenſa ab eis, oportebat, ꝙ iſtę eſſent de ſtirpe Chananeorum, vel habitarent in terra illorum. De primo patet, quia Deus iuſſit Iſraelitis, ꝙ occiderent omnes ſeptẽ populos Chananeorum, & nõ miſererentur eis: Deut. cap. 7. & 20. Secundum patet, quia tota terra Chananeorum, quæ erat clauſa ſub illis terminis, qui habentur Num. ca. 34. promiſſa fuit Iſraelitis: & Deus iuſſit, ꝙ non permitterent aliquos habitatores terrę illius viuere, interpoſito aliquo pacto. Si igitur aliq, qui non eſſent de Chananeis, morarẽtur in terra illa, habebant Iſraelitæ idem ius pugnãdi contra eos, quod contra Chananeos, tanquam contra detentores terrę ſuæ. Sic patet Deut. c. 20. cum dicitur, ꝙ in ciuitatibus, quas Iſraelitæ accepturi erant in poſſeſſionem, nullum omnino viuere permitterent. Dauid autem non videbatur habere aliquã de iſtis duabus cauſis ad pugnandum contra iſta gentes. De prima patet, quia Amalecitæ non erant de ſtirpe Chananeorum: ſed de ſtirpe Eſau, denominati à quodã ſuo nepote nomine Amalec: vt patet Gen. cap. 36. Geſſuri quoque, & Gerzi non erant de ſtirpe Chananeorum: nam Dauid accepit in vxorem filiam regis Geſſuri, infr. 2. lib. c. 3. ſi tamen eſſet Geſſuri de Chananeis non accepiſſet Dauid vxorem de gente illa: quia Deus hoc vetuerat nimis. Exo. c. 34. & Deute. 7. Non tamen legitur peccaſſe Dauid in hoc: nec ſcriptura redarguit eum ſicut arguit Salomonem, quia accepit mulieres multas de gentibus illis, de quibus Deus vetuerat, infr. 3. lib. ca. 11. Habitatores quoque Iſrael arguuntur, quia inierunt fędera cum Chananeis tam in coniugijs, quàm in alijs: Iud. cap. 2. Ergo non erunt Geſſuri, & Gerzi de Chananeis. Item patet, quia Iſraelitæ permiſerunt Geſſuri, & Gerzi viuere inter ſe, noluerunt que eos diſperdere. Ioſue. ca. 13. Si tamen fuiſſent de Chananeis non poterant p̃mittere eos inter ſe. De ſecundo patet. ſ. ꝙ iſtæ gentes non habitabant in terra Iſrael: quia dicitur hic, ꝙ vagi habitabant euntibus Sur: terra autem illa eſt extra terram Chanaam: ergo non habitabant in terra Chanaam. Reſpondendum, quòd Dauid licuit pugnare contra iſtas gentes, & prædas, ac ſtrages in illis agere, vt dictum fuit. de Amalecitis enim patet: quia licet ipſi nõ eſſent de ſtirpe Chananeorum, nec morarentur in terra Chanaan, habebant Iſraelitæ cauſam pugnandi contra eos: quia Deus iuſſerat, ꝙ deleret memoriam eorum de ſub cęlo: Exod. cap. 17. & Deut. 25. De Geſſuri, & Gerzi dicendum, ꝙ nõ erant de ſtirpe Chananeorum, cum acceperit Dauid vxorem de gente ipſorum: ideo ex hac parte nõ licebat Dauid pugnare contra eos; erant tamen intra terram Iſrael. Quod patet Ioſue. c. 3. ſ. Noluerũt filij Iſrael diſperdere Geſſuri, & Machati, & habitauerunt in medio Iſrael vſque ad præſentem diem: poterat ergo Dauid pugnare contra eos, tanquam contra detentores terræ Iſrael eadem lege, qua pugnabatur contra Chananeos. ſ. occidendo viros, fęminas, & paruulos: Deut. 20. c. Ad rationem in contrarium, cum dicitur, ꝙ iſti habitabant vagi euntib⁹ Sur. Aliqui exponunt, ꝙ hoc verum erat aliàs, ſed non nunc: quia nunc habitabant in terra Iſrael. Et hoc videtur dicere litera. ſ. Hi enim vagi habitabant in terra antiquitus, q.d. nunc non. Sed hoc non ſtat: nam antiquitus non magis vagabantur per deſertũ, quàm tempore, quo iſta ſcripta fuerunt. Quod patet: quia tempus, quo introierunt Iſraelitæ in terra Chanaam, erat antiquum, reſpectu tẽporis, in quo Dauid faciebat iſtas prędas. Nam ab eo tempore, vſque nũc fluxerunt anni quadringenti, vel quaſi. Qđ patet, quia ab exitu de Aegypto, vſquequo incepit Salomon ædificare templum, fluxerunt anni quadringenti octoginta, vt patet in ſ. 3. li. c. 6. à quib. demendi ſunt quadraginta annni, quibus manſerunt Iſraelitæ in deſerto, antequam introirent in terram Cha-

Chanaan, & alij 40. anni, quibus regnauit Dauid, in- A
fra 3. lib. cap. 2. & illi fluxerunt antequam Salomon inciperet ędificare templum: & fuerunt poſtquam Dauid iſtas prædas egit, quas ſolum quatuor menſibus egit: vt patet hic, & immediatè aſcendit in Hebron, atque vnctus eſt in regem, infra 2. libr. cap. 2. Et ab ipſo tempore computantur quadraginta anni regni ſui: eodem lib. cap. 5. & infra 3. lib. cap. 2. demantur etiam tres anni, & duos menſes, quibus regnauerat Salomon, quãdo cæpit ædificare templum: nam in ſecundo menſe quarti anni cæpit, vt patet infra 3. lib. ca. 6. manebunt igitur anni quadringenti, demptis tribus, ab introitu Iſraelitarum in terram Chanaan, vſque ad tempus, quo faciebat Dauid iſtas prę
das de Geſſuri, & Gerzi: & tunc quando introierunt B
Iſraelitæ in terram Chanaan permiſerunt manere inter ſe Geſſuri, & Gerzi: ergo ab antiquo iſtæ gentes habitabant in medio Iſraelitarum, & non diffuſi per deſertum Sur, vel per Arabicas ſolitudines.
A fortiori igitur ſecundum iſtam literam habitarent Geſſuri, & Gerzi tempore Dauid inter Iſraelitas: cum tunc dicatur, quòd habitabant vagi: ſed antiquitus: & tamen tunc erant in medio filiorum Iſrael. Aliter ergo dicendum, quòd iſta litera non intelligitur, quòd habitabant vagi, ideſt, vagantes per deſertum: ſed vagi, ideſt, non habentes inter ſe communitatem, ſicut aliæ gentes, in vnitate regiminis politici: & hoc modo poterant dici vagi, etiã ſi habitarent in medio terræ Iſrael. Et dicitur, quòd C
habitabant in via Sur, & AEgypti, ſcilicet, quia erãt propinqui deſerto, per quod ibatur de terra Philiſthim in deſertũ Sur, & in AEgyptum. Aliter exponi poteſt, & melius, & quòd iſta litera referatur ad Amalecitas ſolùm: quia ipſi habitabant in via, quæ eſt euntibus Sur verſus AEgyptum, vt patet ſupra capit. 15. Geſſuri autem, & Gerzi intra terram Chanaan. Et eſt veritas huius rei, quòd Geſſuri, & Gerzi habitabant iuxta Amalecitas: ideo Dauid agebat prædas in vtriſque: Amalecitæ tamen erant magis meridiani, diffuſi per arabicam ſolitudinem vſque ad deſertum Sur, quod eſt apud AEgyptum, Ezod. 15. cap. & pertingebant ad latus meridianum terræ Chanaam: ſcilicet, ad terram Philiſthinorum, quæ eſt pars terræ Iſrael: & non introibant limites eorũ intra terram Iſrael. Hoc autem apparet: quia infra cap. 30. dicitur, quòd Amalecitę fecerunt impetum ex parte auſtrali, & inuaſerunt Siceleg. Eſt tamen Siceleg iuxta extremitatem terræ Iſrael: gentes autẽ Geſſuri, & Gerzi erant coniunctæ Philiſthinis, & Amalecitis: & tamen erant intra terram Iſrael. ſ. in latere meridiano eius. Et quia terra Chanaan habet partem extremam ad meridiem deſertam verſus arabicam ſolitudinem, & in illa habitabant Geſſuri, & Gerzi, & aliqui de Tribu Iuda, & de Philiſthinis: dicuntur habitare Geſſuri, & Gerzi vagi in deſerto euntibus Sur, ideſt, per viam Sur: quanquam illud proprius conueniat Amalecitis, qui verè habitabãt E
in deſerto. *Et percutiebat Dauid omnem terram illorum*, ideſt, iſtarum trium gentium. Non eſt intelligendum, quòd omnem terram ipſarum percuſſerit: qa cum non relinqueret viuentem in locis, in quibus prædabat̃, deleti fuiſſent prorſus Amalecitę Geſſuri, & Gerzi. Sed falſum eſt, vt ſupra declaratum fuit: ſed intelligitur, quòd percutiebat omnem terram illorum, ideſt, magnam partem terræ. Sic accipitur ſæpè in ſcriptura, vt Gen. capit. 41. ſ. Omnes prouinciæ veniebant in AEgyptum, vt emerent eſcas. Et tamen certum eſt, quòd non veniebãt de omnibus partibus mũdi; ita, quòd nullæ gentes reſiduæ eẽnt, quin venirent, & infra 3. lib. cap. 4. dicitur, ꝙ omnes

Omnis dicitur p̃ magna parte.

reges terræ veniebant ad audiendum ſapientiam Salomonis, & tamen certum eſt, quòd non veniebant omnes: quia non poterant. Nec vnquam fuit aliquis homo, cuius fama ad omnes homines diffuſa fuerit: & non ſolùm hominis, ſed vrbis: nulla enim fuit vrbs, ncc eſt, cuius fama apud omnes gentes dilata ſit. Sic ait Boetius, ſecundo de Conſola. proſa 7. quòd tempore Marci Ciceronis, fama Romanæ vrbis caucaſum montem non tranſcenderat. Erat tamen tunc Roma florentiſſima. Aliter poteſt exponi, quòd percutiebat omnem terram illorum, ideſt, omnia loca, quæ inuadebat: quia in locis, quæ ipſe deprędabatur, nullum viuere permittebat. *Nec relinquebat viuentem virum, aut mulierem*, ideſt, nõ ſolùm prædabatur, ſed etiam occidebat omnes, tam viros, quã fœminas, quàm paruulos. Hoc autem licebat Dauid, vt ſupra declaratum eſt. Faciebat tamen illud, vt ſi aliqui remanerent, non conquererentur regi Achis, & cognoſceretur iniquitas Dauid. *Tollenſque oues, & boues, & aſinos, & camelos, & veſtes.* Per iſta intelliguntur omnia illa, quæ ducebat Dauid de prædа. ſ. ſupellectilia domeſtica, & pecuniam, & quicqd ad cibum pertinet: ita vt nihil relinqueret in terra illorum: Solùm autem cauebat Dauid, vt viri ſui non prædarentur aurum, & argentum, & ornamenta idolorum: quia iſta erant prohibita: & quicunq; illa raperet, erat ſub anathemate: ſed debebant comburi: Deuteronom. capit. 7. Sciendum autem, quòd veſtes, quas ducebat Dauid de Geſſuri, Gerzi, & Amalecitis, & cętera pertinentia ad prædam, erant ſicut veſtes, & ſupellectilia Iſraelitarum. Alioquin cum iſta adducerentur ad regem Achis, vt patet hic, cognoſceret ipſe hanc prædam nõ eſſe de terra Iſrael, & caperetur Dauid in ſermone, cum ipſe diceret, ſemper prædari de terra Iſrael aſſuetum. Quia tamen iſtæ gentes erant ſimul cum Geſſuri, & Gerzi habitarent in medio Iſrael: Ioſue cap. 13. non differebant iſtæ gentes in veſtibus ſupellectilibus, & domeſtico apparatu. *Reuertebatur.* ſcilicet, de terra iſtarum trium gentium, capta præda. *Et veniebat ad Achis*, .ſ. veniebat ad vrbem Geth, in qua morabatur Achis.

D *Quare Dauid, cùm reuertebatur de prędа, veniebat ad vrbem Geth. Queſtio XXIIII.*

QVAERET aliquis, cum Dauid non moraretur in vrbem Geth, in vrbe regia cũ Achis, Reſp. 1.
ſed ſeorſum, in Siceleg, vt patet ſupra, cur veniebat ad vrbem Geth, ferens prædam. Aliquis dicet, quòd veniebat ad locum illum, eoquòd tranſitus ad vrbem Siceleg, in qua morabatur Dauid, venientibus de terra Amalecitarum Geſſuri, & Gerzi, erat per vrbẽ Geth, in qua morabatur Achis. Sed hoc non ſatis conſonat rationi. Nam ſi ex hoc ſolo veniret Dauid in Geth, poſſet declinare iter, vt non videretur prędа eius in Geth. Item litera iſta non permittit hunc ſenſum: quia tunc diceretur: veniebat in Geth: ſed dicitur, veniebat ad Achis, quaſi intentio Dauid venientis in Geth, non eſſet, vt veniret in Geth, ſed vt veniret ad Achis. Dicendum igitur, quòd Dauid qualibet vice, qua veniebat de prædа, ibat ad regem Achis, ferens totam prædam, priuſquam deponeret eam in vrbe ſua Siceleg, & hoc propter tria. Primò, ad laudem regis Achis: quia Dauid erat nunc, vt ſeruus Achis, cum donaſſet ei vnam vrbem, vt ſupra declaratum eſt: ideo volebat, quòd omnia opera ſua eſſent ad laudem Achis: & ob hoc ibat ad eum cum tota prædа, quaſi gloriaretur ex hoc Achis, ſicut ſi ipſe feciſſet: quia fecerat iſtud ſeruus ſuus Dauid. Sciendum erat, quia Achis

fece-

Universidad de Deusto
Biblioteca

fecerat gratiam magnam Dauid, dando ei vnam vr F
bem in terra sua, & benignè tractando eum: ideo
volebat complacere ei in singulis. Cùm ergo venie-
bat de prꝙda priusquam iret in vrbem suam, ferebat
totam prædam ad Achis offerens ei illam, vt accipe
ret inde, siquid vellet: & hoc modo, per affectuosa
obsequia Dauid inducebat animum regis ad se, vt
nimis eum diligeret. Tertia ratio potest addi. s. quòd
Dauid hoc faciebat in recognitionem dominij. Va-
salli enim, vel stipendiarij consueuerunt aliquando
ire ad Dominos suos, exhibituri reuerẽtiam, vt per
hoc profiteantur se subditos esse, & impendant Do-
minis debitum honorem. Dauid autem, ne videre-
tur nolle subijci regi Achis, veniebat crebro ei, reue
rentiam exhibiturus, ferens prædam. *Dicebat autem ei* G
Achis. Gaudebat enim Achis de probitate Dauid,
putans se fꝙlicem, quia talem seruum haberet: & in-
quirebat ab eo de modo pugnæ, & prædæ. *In quem ir-
ruisti hodie fili mi*? ideſt, contra quem pugnasti? & vbi
egisti prædam? Hoc enim inquirebat Achis, quan-
docunque veniret Dauid de prꝛda, quia gaudebat
audiendo res nouas. In Hebræo non habetur fili mi,
sed solùm. *In quem irruisti hodie*? Sed hoc parum
differt. *Respondebat Dauid: Contra meridiem Iudæ*, ideſt,
feci prædam de parte meridiana terræ Iudæ. Pro
quo sciẽdum, quod terra Philisthinorum erat quæ-
dam pars terræ Israel, quæ cecidit in sorte Iudæ, vt
colligitur Iosue 15. cap. Et quia nondum capta fue-
rat terra Philisthinorum ab Israelitis, & erat terra H
ista in extremitate terræ Chanaan, erat meridiana
respectu terræ Iudæ, & latus Septentrionale terrꝙ
Philisthinorum erat latus meridianum sortis Iudæ:
ideo quando veniebant Philisthini ad prædandum
in terram Iudæ, introibant per partem meridianam
suam: & sic dicebat hic Dauid, quòd egerat prꝙdam
contra meridiem Iudæ. i. in parte sua meridiana.

An Dauid mentiretur dicendo se agere prꝙdas de terra Israel, cum tamen ageret de Amalecitis.
Quæst. XXV.

QVAERET aliquis, an Dauid mentiebatur in
hoc, & an peccaret: quia ipse non agebat prꝙ I
das de terra Israel, sed de Amalecitis, Gessuri, & Ger
zi, vt patet supra. Aliquis dicet, quòd Dauid non
mentiebatur, & consequenter non peccabat: quia
ipse non dicebat, quòd egerat prædam de terra Iu-
dæ, sed contra meridiem Iudæ, & verum est: quia ẽt
si egisset prædas in AEgypto, illud esset contra meri
diem Iudꝙ, cum tota ista terra esset meridiana, respe
ctu terræ Iudæ Sed dicendum est, quòd hoc nõ stat:
quia Achis quærebat à Dauid, in qua terra egisset
prædas: & Dauid respondebat ei directè ad quæsi-
tum. Nam si ipse dixisset solùm, quòd illa terra, de
qua prædatus fuerat, erat ad meridiem Iudæ, hoc
erat, tanquam si nihil dixisset: eratque stulta respon-
sio. Nec aliquid tale responderet Dauid regi Achis.
Ideo quanquam aliquis cauillosè exponens ista ver
ba posset excusare Dauid à mendacio, quantum ad K
verborum corticem: tñ fm veritatem ipse mentie-
batur: quia proferebat ista verba ad intentionem si-
gnificandi, quòd ageret prꝙdas de terra Iudæ: & ex
modo suo proferendi omnes audientes ista verba,
sic intelligebant. Vnde rex Achis sic semper intel-
lexit. Apparet etiam, quòd Dauid dixerit ad istam
intentionem: vel saltem per verba hoc significan-
tia, vt patet infra. s. Credidit ergo Achis Dauid, di-
cens: Multa mala operatus est contra populum suũ
Israel: erit igitur mihi seruus sempiternus. Si tamen
Dauid nõ dixisset regi Achis, qꝛ agebat prꝙdas in ter
ra Iudæ, non diceret litera, qꝛ crederet hoc Achis.
Ergo Dauid dicebat Achis, quod faciebat prædam Dauid mẽ
in Iuda. Dicendum igitur, quòd Dauid mentitus titus est,
est hic: nec aliquis potest eum excusare: immo non & pecca-
oportet: quia multoties mentitus est. Sicut apparet uit venia-
supra capit 20. & 21. Sed tunc dicetur, an peccauerit liter.
mentiendo. Respondendum, quòd Dauid pecca-
uit, sed non mortaliter: eoquòd mendacium istud
erat officiosum. Nam si non mentitus fuisset, incide
ret in damnum, & periculum cum rege Achis.

Cur Dauid dicebat Achis, quòd prꝙdaretur de terra Israel, quamuis non prꝙdaretur. *Quæstio XXVI.*

QVAERET aliquis, cur Dauid dicebat regi
Achis, quòd prædaretur de terra Israel, cum
non prædaretur de ea, nec caperetur in mendacio,
si diceret se prædari de alijs gentibus: ideo non vi-
debatur ei aliquod periculum ingruere. Responden
dum, quòd Dauid egit hoc, propter duo. Primò, vt
maneret securus in terra Philisthinorum, & Achis
non haberet eum suspectum. Erat enim Achis ho-
stis Israelitarum: & si Dauid illos diligeret, haberet
eum suspectum Achis, credens, quòd propter illos
aliquid ageret contra eum: & fortè nollet tenere il-
lum in terra sua: ideo vt posset Dauid manere secu-
rus in terra Philisthinorum, à principio quando in-
trauit, finxit se magnum inimicum Israelitarum, &
procuraturũ ei semper mala. Ex hoc aũt Achis cõ-
fisus est ei, intantum, quòd volebat eum facere cu-
stodem capitis sui: seq. cap Hoc autem solùm, quia
credebat, quòd Dauid fecisset multa mala contra
Israel: & quia promittebat maiora se facturum, eo.
cap. s. Dixit Dauid ad Achis: Nunc scies, quæ factu-
rus est seruus tuus, ideſt, contra Israelitas in bello, si
ergo Dauid dixisset, quòd pugnabat, & agebat prꝙ-
dam in Amalecitis, Gessuri, & Gerzi, & non in terra
Israel, non confideret ei Achis, credens, quòd non
esset verè inimicus Israelitarum: sed finxisset hoc, vt
deciperet eum. Et sic fortè excluderet Achis de ter-
ra sua Dauid: ideo timuit, & dixit, quòd prædabatur
de terra Israel. Secundum erat, ne incurreret iram
Achis: quia fortè Amalecitæ, Gessuri, & Gerzi erant
confœderati regi Achis. Si igitur Dauid irruerent in
illos, offendet regem Achis, agens contra amicos
suos. Item dato, quòd nõ essent fœdera inter Achis,
& istas gentes: dum tamen non esset bellum inter
eas, & Achis, offenderet Dauid Achis: quia sic istæ
gentes habebant iustam causam pugnandi contra
regem Achis: quia sicut si rex Achis inuaderet Ama
lecitas, & Gessuri, & Gerzi, istæ gentes habebant ra-
tionabilem causam inuadendi terram Achis, Ita
nunc cum Achis receptaret inuasorem carũ in ter-
ra sua, & faueret illi, poterant indicere iustum bel-
lum regi Achis. Et fortè propter hoc Amalecitæ po
stea inuaserũt vrbem Siceleg, & combusserũt eam:
infra cap. 30. Timuit ergo Dauid confiteri veritatẽ,
ne prouocaret Achis in iram. *Et contra meridiem Iera-
meel, & contra meridiem Ceni*, ideſt, irrui contra meridiẽ
Ierameel, scilicet, in terrã Israel, & in terram Ce
ni. Ista duo non sunt nomina ciuitatum, sed aliqua-
rum terrarum, vel prouinciarum: & erant in eis ci-
uitates multæ, sicut patet infra cap. 30. s. Misit dona
Dauid his, qui erant in vrbibus Ierameel, & in vrbi-
bus Ceni. Erant autem istꝙ vrbes in sorte Iudæ,
erant tamen in extremitatibus: vnde quando dice-
batur irruere ad meridiem istarum vrbium, intelli-
gebatur, quòd irruebat in partes aliarum tribuum,
quæ habebant terram coniunctã sorti Iudæ. Scien-
dum autem, quòd hic vocatur ista terra Ierameel,
infra

infra tamen 30. capitu. vocatur Ierameli: & hoc ve- A
nit ex conditione Hebraici sermonis, in quo aliquã
do detrahitur litera de fine dictionis, & aliquando
apponitur, sic patet in isto nomine, Gessuri: quia ali
quando vocatur Gessuri, & aliquando Gessur: nam
Gessuri vocatur hic, & Deuteronom. capit. 3. Iosue
13. & 1. Paralipomen. cap. 3. vocatur autem Gessur,
infra 2. lib. capi. 13. & 14. sic etiam est in isto nomine,
Phalti: quia aliquando vocatur Phalti, supra cap. 25.
& aliquando vocat: Phaltiel, infra 2. lib. capit. 3. *Vi-
rum, & mulierem non viuificabat Dauid.* Ideſt, non permit
tebat viuere virum, nec mulierem in terra illa, in
qua prædabatur: cuius causa patet immediatè. Non
tamen erat licitum Dauid occidere omnes istos, vt
ipse esset securus, ne accusaretur apud Achis: sed qa B
habitabant in terra Israel: & contra omnes habita-
tores terræ illius, poterant Iudæi sic pugnare: vt pa-
tet Deuteronom. capit. 30. *Nec adducebat in Geth*, ideſt,
quanquam potuisset Dauid multos de illis captiuos
ducere, & vendere, tamen neminem ducebat, sed
occidebat omnes. Et dicitur, quòd non ducebat in
Geth aliquem viuum, scilicet, quando ferebat præ-
dam ad regem Achis. Nam quandocunque veni-
ret de præda, prius veniebat ad regem Achis, ferens
totam prædam, quàm iret in Siceleg, vt supra de-
claratum est.

An licuisset Dauid ducere captiuos de gente illa.
Quæstio XXVII. C

QVAERET aliquis, an licuisset Dauid ducere
de gentibus illis aliquem captiuum, & vende-
re, si non timuisset regem Achis. Aliquis dicet, qꝛ
non, quia in habitatoribus terrꝙ Chanaan non lice-
bat Israelitis aliud agere, nisi occideret omnes, tam
viros, quàm fœminas, quàm paruulos: Deutero.
capit. 20. Solam igitur prædam vendere poterat, &
non homines. Respondendum, quòd Dauid pugna
bat hic contra Amalecitas, Gessuri, & Gerzi, & non
erat idem ius de omnibus. Nam Amalecitæ non
erant de stirpe Chananæorum, nec morabantur in
terra Israel: ideo non erat contra eos eadem lex, quꝙ
contra Chananeos, & habitatores Israel: ideo pote- D
rat Dauid occidere illos, vel vendere, vel facere qd-
quid vellet. Sed aliquis dicet, quòd adhuc non pote-
rat de Amalecitis hoc facere: qa Deus iusserat Israe-
litis, quòd delerent nomen Amalech de sub Cœlo:
Exod. capit. 17. & Deuteronom. 25. si tamen vende-
rentur Amalecitæ in seruos, & non occiderentur,
non deleretur nomen eorum de sub cœlo: ideo te-
nebantur eos occidere, nec poterat vendere. Respõ
dendum, quòd lex, quæ iubebat deleri Amalecitas,
magis sonat, quòd occidantur, quàm, quòd vendan
tur: obligatio tamen illius legis oblata fuit, qñ Deus
misit Saulem ad delendum Amalecitas: & ille tene-
batur eos occidere, & non vendere: Dauid autem,
& posteri non obligabantur iam ad illam; si tamen E
vellent agere secundum eam, mererentur: ideo etiã
si non facerent totum, quod lex dicebat, non pecca-
rent; & si aliquid illius facerent, mererentur: quia
lex illa non erat tanquam lex; sed tanquam opus su-
pererogationis. Sicut igitur est de consilijs euange-
licis, quod non obligamur agere secundum illa; & si
aliquid egerimus de eis, etiã si nõ plene mereremur,
quia opus supererogationis est. Ita hic de Dauid. Si
tamen adhuc obligasset lex illa, vtporè, quia nondũ
iussa esset tradi executioni per Saulem, & Dauid vel
let illam exequi, non posset vẽdere Amalecitas, sed
occidere, & accipere prædam de Gessuri, & Gerzi.
Dicendum est, quòd Dauid non poterat aliquem
vendere, vel accipere sibi in seruum: quia erant de
habitatoribus terræ Chanaan, de quibus Deus iusse
rat, quòd omnes occiderentur: Deuteronom. capit.
20. *Dicens: ne fortè loquantur aduersum nos. Hoc fecit Dauid*,
ideſt propter hoc non ducebat aliquem eorum vi-
uentem, ne possent dicere regi Achis, quòd Dauid
percutiebat terram eorum.

Cur noluit Dauid, quòd diceretur Achis eum prædari de Amalecitis. *Quæstio XXVIII.*

QVAERET aliquis, quare Dauid nolebat, qꝛ
aliquis diceret regi Achis, quòd ipse prꝙdare-
tur de Amalecitis, Gessuri, & Gerzi. Dicendum, qꝛ
præcipua causa erat, vt non argueretur mendacij:
quia cum quæreret ab eo Achis, in quem irruisti? re
spondebat semper Dauid, quòd irruebat in partes
terræ Israel, vt patet supra. Si autem aliquis de ca-
ptiuis referret cõtrarium regi Achis, caperetur Dau-
id in sermone. & posset eum iustè occidere Achis,
cum mentitus fuisset regi. Item propter hoc men-
dacium non crederet aliquid Achis Dauid: sed puta
ret, quòd sicut in hoc mentitus fuerat, ita mentitus
fuisset in omnibus alijs, & vellet fallere eum, & infer
re aliquod magnum malum terræ Philisthinorum.
Etiam, quia fortè istꝙ tres gẽtes erant confœderatꝙ
Philisthinis: & si aliquid de eis cõquæreretur Achis,
de malis, quæ intulerat Dauid in terra illorum, vel-
let occidere Dauid: vel saltem excluderet eũ de ter-
ra sua. *Et hoc erat decretum illius cunctis diebus s, quibus habita
uit in regione Philisthinorum*, ideſt, istam sententiam, vel
consuetudinem habuit semper, quando fuit cum
rege Achis: quia semper manebat eadẽ causa timo-
ris. Et accipitur hic decretum largè pro deliberatio-
ne, vel sententia. Nam decretum propriè iussionem
iudicis notat, vel aliquod mandatum iuris. Hic au-
tem non erat mandatum: quia nullus hoc manda-
bat Dauid: sed erat decretum, scilicet, quia Dauid
hoc apud se decreuerat, ideſt, deliberauerat obser-
uare dum esset in terra Philisthinorum. *Credidit ergo
Achis Dauid*, ideſt, credidit ei illa, quæ dicebat, scili-
cet, quòd agebat prædam in terra Israel. *Dicens: multa
mala operatus est contra populum suum Israel*, ideſt, Achis
dicebat hoc in corde suo, volens habere Dauid sem
per in seruum; & putabat hoc, quia Dauid fecerat
multa mala contra populum suum. Hoc non erat
in veritate, sed sic existimabat Achis, scilicet, quòd
omnes prædas, quas egerat, fecisset in Israel. *Erit igi-
tur mihi seruus sempiternus*, ideſt, ꝓpter hoc, quod fecit,
erit mihi semper in seruum. Desiderabat enim rex
Achis habere Dauid in seruum: quia sciebat eum vi
rum extremum in bello. Ipse enim occiderat Go-
liath: quod bene nouerat rex Achis, & alij reges Phi
listhinorum, infra capi. 29. Erat tamen Goliath for-
tissimus Philisthinorum, sup. c. 17. tempore quoq;,
quo mãsit Dauid cum Saule, & erat princeps belli,
fecit bella magna contra Philisthinos, supra ca. 18. &
19. Nunc quoque agebat clarissimas prædas: & nul-
lus de viris suis peribat. Volebat igitur rex Achis ha-
bere Dauid in seruum propter duo. Primo, vt non Achis vo
noceret Philisthinis. Nam si rediret in terram Israel, lebat ha-
esset rursus princeps belli contra Philisthinos: & pos bere ĩ ser-
set nimis nocere: quia iam nouerat terram eorum. uum Da-
Secundò, vt seruiret ei in bellis contra quascunque uid pro-
gentes, & contra Iudæos, quos putabat illi esse exo- pter duo.
sos nimis: ideo gaudebat, ꝓ haberet eum in seruum.
Hoc autem putabat, quia cum Dauid egisset tanta
mala contra Israel, vt arbitrabatur Achis, credebat,
ꝓ impossibile erat eum reconciliari Israelitis: vnde
semper maneret in seruitio regis Achis.

CA-

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPITVLVM XXVIII.

EACTVM est autem in diebus illis, congregauerunt Philisthim agmina sua, vt præparentur ad bellum contra Israel. Dixitque Achis ad Dauid: Sciens nunc scito, quoniam mecum egredieris in castris tu, & viri tui.

Ista est vltima pars huius libri, in qua agitur de morte Saulis, qui propter peccata sua occisus est à Philisthinis. Et diuiditur in duas partes: quia, primò ponitur belli apparatus. Secundò, bellandi actus, infra capit. vlti. Prima in duas: quia primò ponitur bellorum ex vtraque parte apparatus. Secundò, Dauid de acie recessus, sequen. cap. Sciendum autem, ꝙ Saul adueniente bello timuit, vt patet infra in litera. ideo consulult Dominum: & quia non respõdit ei per prophetas, sacerdotes, aut somnia conuersus est ad phitones de quo est materia totius ca. s. de cõsultatione Pytonissæ: & diuiditur in quatuor, quia primò ponitur consulendi occasio, secundò ipsa cõsultatio, tertiò Samuelis responsio. quartò Saulis desperatio. Secunda ibi. *Dixitque Saul seruis suis*. Tertia ibi. *Dixit autem Samuel*. Quarta ibi. *Statimque Saul cecidit*.

De morte Saulis.

Ordo consequens est eorum, quæ scribuntur hic ad prædicta. Quæstio I.

QVAERITVR circa primum, an ea, quæ habentur hic habeant ordinem consequentẽ ad precedentia, & an fuerint facta immediatè. Respondẽdum, ꝙ hic est ordo continuus. Nã supra agebatur de persecutione Saulis contra Dauid, & de fuga Dauid in terram Philisthinorum propter Saulem; hic autem agitur de morte Saulis. Fuit etiam post omnia, quæ habentꝰ precedenti cap. quia illa facta sunt, antequam rex Achis iret ad bellum, cum alijs regibus Philisthinorum contra Israel: ea tamen, quæ habentur hic facta sunt, postquam congregati sunt Philisthini in castris contra Saulem: & ipse quoq; congregauit omnes Israelitas in monte Gelboe. Tunc enim videns castra Philisthinorum timuit nimis: ideo consuluit Dominum, & illo respondente, consuluit Pytonissam. Cum autem dicitur, an fuerint facta ista immediatè post præcedentia, dicendum, ꝙ inter ista, quæ habentur hic, & fugam Dauid de terra Israel, fluxerũt solum quatuor menses, vt patet præced. cap. nam ibi dicitur: ꝙ fuit Dauid in terra Philisthinorum quatuor mensibus: ipse tamen non recessit inde, quousque mortuus est Saul: quia die qua annunciata est mors Saulis, manebat Dauid in Siceleg, sequen. lib. cap. 1. in cap. Tamen præcedenti dicitur de omnibus, quæ fecit Dauid in terra Philisthinorum, in quatuor mensibus, quibus ibi mansit. Ergo immediatè post præcedentia factum est, quod habetur hic. *Factum est autem in diebus illis*, ideſt, accidit in diebus illis. s. in quibus Dauid fuit in terra Philisthinorum, s. in fine quarti mẽsis, quo ibi mansit. *Congregauerunt Philisthini agmina sua*. ideſt, congregauerunt magnam gentem. Non intelligitur hoc de congregatione, quæ facta fuit in castris, quando venerunt Philisthini in summã, vt patet infra, sed de cõgregatione, quæ fiebat in vrbibus Philisthinorum s. ꝙ in qualiber vrbe inquirebatur, quot essent, qui possent conuenienter procedere ad bellum. Et sic fiebat summa bellatorum in qualibet ciuitate. Et patet hoc, quia in sequẽti litera dicitur: Vt præparent se ad bellum contra Israel, ideſt, illa congregatio erat ad parandum se ad bellum. Si tamen intelligeretur de congregatione agminum in castris, non diceretur, vt præpararent se ad bellum: quia, quando in castris conuenerũt, iam parati erãt ad bellum. Patet etiam, quia infra dicitur, quòd dixit Achis ad Dauid: sciens nũc scito, quoniam egredieris mecum in castris tu, & viri tui: Ergo nondum egressi fuerant in castra: sed accipitur de congregatione, quæ fiebat in ciuitatibus Philisthinorum. *Vt præpararent se ad bellum contra Israel*, ideſt, ista congregatio, quæ facta fuit in singulis ciuitatibus Philisthinorum fuit ad hoc, ꝙ præpararent se omnes Philisthini ad pugnãdum contra Israel, & sciretur quot pugnatores ituri erant, pro qualibet vrbe.

Deus quãdo vult punire aliquem populũ, concitat alias gentes cõtra illum.

Quare Philisthini congregauerunt se ad magnum bellum contra Israel. Quæstio II.

QVAERET aliquis, quare Philisthini parauerunt se nunc ad bellum contra Israel. Respõdendum est, ꝙ fortè Saul offenderat eos, & volebãt nunc vlcisci iniuriam, & damna: vel, quia Philisthini erant hostes Israelitarum ex magno tempore. Nã Israelitæ fuerant sub potestate eorum, & postea rebellauerunt in principio regni Saulis, vt patet supra 13. & ob hoc habebant inimicitias perpetuas Philisthini contra Israel, vt reducerent Israel ad priſtinã seruitutem. Et ad hoc congregati sunt supra 13. & 14. ca. Et victi fuerunt. Et sic faciebant quandocunque haberent aliquam opportunitatem, ad pugnandum contra Israel: congregabantur, & pugnabant, ita fecerunt supra cap. 17. Nam nulla causa exprimitur, cur pugnauerint. Iterum etiam cõgregati sunt, ad pugnandum, supra ca. 19. Et iterum 23. Nec oportet, de hoc aliam causam inquiri, aut aliam dari, nisi, ꝙ erat hostilitas antiqua inter Israelitas, & Philisthinos. Potest etiam dici, ꝙ Deus mouit nunc Philisthinos ad pugnandũ contra Israel, vt moreretur Saul: Peccauerat enim Saul nimis, & Deus volebat eum occidere: ideo fecit, ꝙ congregarentur Philisthini contra Saulem. Sic enim Deus, quando vult punire aliquam gentem, concitat alias gentes contra illam in bellum. Sic fuit de Sennacherib, quem Deus misit contra Israelitas, vt patet Isa. capit. 10. s. Væ Assur virga furoris mei, & baculus ipse est in manu eorum indignatio mea. Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populos furoris mei mandabo illi, vt auferat spolia, & diripiat prædam. Sic etiam patet de Nabuchodonosor, quem Deus vocauit ad captiuandũ Iudeos, vt patet Isa. cap. 5. s. Et leuabit signum in nationibus procul, & sibilabit ad eum de finibus terræ, & ecce festinus velociter veniet. De hoc etiam Habacuc cap. 1. Sic etiam Deus vocauit Babylonios ad delendum Assyrios, vt patet Sopho. capit. 2. & 3. Sic etiam concitauit Medos, & Persas, contra Babylonios, vt delerent eos, Isa. cap. 13. & 14. & Habacuc ca. 2. & 3. Et sic credendum est hic, quòd quanquã Israelitæ essent in bello nunc, quia Philisthini erant hostes eorum: tamen Deus specialiter mouerat Philisthinos, vt punirent Israelitas, & præcipuè Saulem. Sic patet infra in litera, cum dixit Samuel: faciet tibi Dominus, sicut locutus est in manu mea, & scindet regnũ de manu tua: quia non obedisti voci Domini, nec fecisti iram furoris eius in Amalech: idcirco, quod pateris fecit tibi Dominus hodie: & dabit etiam Israel tecũ in manus Philisthin. *Dixitq; Achis ad Dauid*. Hic Achis admonuit Dauid, vt pararet se, &

se, & viros suos ad bellum: quia volebat eum ducere in castra. *Sciens nunc scito*, ideſt, scias nunc certissimè. Iste modus est superabundans in locutione ex modo Hebraico. Sic dicitur supra ca. 14. gustans gustaui in summitate virgæ. Et in Ps. Expectans expectaui. Quod idem est, ac si solum dicatur: gustaui, expectaui. *Quoniam mecum egredieris in castris tu, & viri tui*, ideſt, scias, ꝙ volo, ꝙ eas mecum ad bellum cũ omnibus viris tuis. Hoc dicebat Achis, quia cum in omnibus ciuitatibus Philisthinorum parentur viri ad pugnam, ipse quoque parauit eos, qui erant in regno suo, & voluit, ꝙ cum eo iret Dauid. Nam sciebat eum virum esse strenuum in armis, & putauit, quòd nimis ei proficere posset, cum haberet exosos ludæos, & pugnaret contra eos libenter.

Quomodo Achis audebat secum ducere Dauid in bellum. Quæstio III.

QVAERET aliquis, quomodo Achis audebat secũ ducere Dauid in bellum: quia timere deberet, ꝙ ille postea coniungeretur Israelitis in bello, & pugnaret contra eum. Sic enim putauerunt alij Philisthini, & dixerunt ad Achis: Reuertatur vir, & sedeat in loco, in quo constituisti eum, & non descẽdat nobiscum in prælium, ne fiat nobis aduersarius, cum præliari cæperimus, sequenti cap. Respondendum, ꝙ Achis confidebat nimis Dauid, & putabat, ꝙ nullo modo Dauid ageret contra eum. In hoc tamen decipiebatur: sed habebat radicem ad cogitandum hoc. Primò, quia credebat, ꝙ Dauid feciſſet multas cædes, & prædas in terra Israel, præced. cap. Et ex hoc Achis cogitauit, ꝙ esset ei Dauid seruus sempiternus, e. c. Secundum erat, quia steterat aliquanto tempore Dauid in terra Achis, & nũquam contra eum aliquid mali inuenerat: ideo putabat, ꝙ semper sic fidelis esset, & hoc obiecit Achis Satrapis Philisthinorum, sequen. cap. s. Nunquid ignoratis Dauid, qui fuit seruus Saul, & est apud me multis diebus, vel annis, & non inueni quicquam in eo ex die, qua transfugit ad me, vsque ad diem hanc. patet etiam eod. cap. cum dixit Achis ad Dauid: scio, quia bonus es tu in oculis meis, sicut Angelus Domini: sed principes Philisthiim dixerunt: nõ ascendet nobiscum in prælium. Confidebat ergo nimis Achis Dauid ei, ita vt vellet committere custodiam corporis sui, vt patet infra in litera.

Achis nunquam sciuit Dauid se finxisse insanum coram eo. Quæstio IIII.

QVAERET aliquis, quomodo Achis recepit Dauid ad tantam familiaritatem, vel saltem voluit eam habere in terra sua: cũ prius factus fuisset coram eo insanus, & turpis, supra ca. 21. Respondendum est, ꝙ Achis nesciebat hoc. Nam quanquã Dauid finxisset se insanum coram Achis: tñ Achis non putauit esse illum Dauid. Nam dixit ad seruos suos. Vidistis hominem insanum, quare adduxistis eum ad me? An desunt nobis furiosi? quid introduxistis istũ, vt fureret me præsente? hiccine ingredietur domum meam, q. d. non, supra cap. 21. Si tamen Achis putasset illum esse Dauid, quanquam stultitiã simularet, accepisset eum, & occidisset, sed non fecit: sed magis clamauit, vt abijceretur de præsentia sua. Serui quoque Achis non cognouerunt illũ esse Dauid: quia, quanquam à principio putassent, quia erat Dauid propter vnitatem effigiei, postea tamen, quia viderunt eum nimis furere, putauerunt, ꝙ non erat Dauid: ideo postquam Achis abiecit eum à se, serui illius non curauerunt de illo, tanquam certissimè, ꝙ non esset ille Dauid. Et sic quãdo redijt nũc Dauid ad Achis cum sexcentis viris, non putauit Achis, nec aliquis de seruis suis, ꝙ ipse fuerat, qui insanierat coram Achis: vnde recepit eum in magno honore, nec habuit ex hoc aliquam occasionem suspicandi contra eum. *Dixitque Dauid ad Achis*. Hic Dauid allicit animum Achis, promittendo magna. *Nunc scies, quæ facturus est seruus tuus*, ideſt, in isto bello cognosces, quid faciam pro te, q. d. hucusq; ego non potui ostendere tibi animum, & obsequium meum, quia casus affuit: nunc autem, cum opportunitas se offerat rei, ego ostendam tibi, quid faciam pro te. s. agendo magnas strages in Israelitas propter te.

Dauid an mentiretur promittendo facere magna pro Achis contra Israelitas? Quæstio V.

QVAERET aliquis, an Dauid peccauerit dicendo hæc. Aliqui respondent, ꝙ sic, quia Dauid, quando ista loquebatur, aut habebat animũ pugnandi contra Israelitas, aut contra Achis, & alios Philisthinos, aut habebat animum nihil faciendi. Istud tertium non stat. Primò, quia sic Dauid mentiretur, cum diceret, ꝙ intẽdebat magna facere pro Achis, & tamen nihil intendebat. Secundò non est verisimile: quia si nihil egisset Dauid contra vnam partẽ, nec contra alteram, reperisset eum mendacẽ Achis, & occideret illum: vel saltem oportebat, ꝙ fugeret Dauid à facie eius. Si autem Dauid intendebat pugnare contra Israelitas, peccabat: quia Israelitæ erãt populus Dei, & contribules Dauid, & ipse nõ habebat aliquam causam pugnandi contra eos. Si verò intenderet Dauid pugnare contra Achis, peccabat nimis: quia Achis receperat eum in terra sua, & dederat ei vnam vrbem. Erat ergo contra naturam, ꝙ pugnaret Dauid cõtra Achis, præcipuè, quia in hoc frangebat fidem, & agebat per insidias, si pugnaret contra Achis, cum promisisset ei, ꝙ semper adiuuaret illum, & seruiret ei, & nunc ibat cum eo ad bellum, vt seruus eius, & auxiliator. Nicolaus respõdet, ꝙ Dauid intendebat adiuuare Achis defendendo eum ab Israelitis: & dicit, ꝙ in hoc non peccabat: quia iustè poterat adiuuare Achis contra Saulem, & Israelitas, propter duo. Primò, quia fortè Philisthini fouebant iustum bellum ꝫ Israelitas ex aliqua causa, vtpotè si Israelitæ iniuissent aliqua fœdera cũ Philisthinis, & non custodiuissent. Nam quanquam non poterant Israelitæ inire fœdera perpetua cum habitatoribus terræ Chanaan: quia Deus vetuerat hoc, Exo. cap. 34 & Num. 33. & Deuteronom. 7. poterant tamen ad tempus aliqua fœdera inire, si subesset aliqua causa rationalis, & necessaria, & illa tenebantur custodire. De Saule autem dicit, ꝙ fortè per Dæmonis vexationem, & turbationem phantasiæ amiserat memoriam, & fregerat pacta inita cũ Philisthinis. Secundam rationem ponit, dicens: ꝙ Dauid poterat licitè adiuuare Achis contra Israelem, vt adiuuaretur ab Achis, vt si fortè moreretur Saul in illo bello, vel priuaretur regno, ꝙ Achis adiuuaret Dauid ad essequendum regnum Israel. Sed istæ rationes non stant, nec motiuũ suum est verisimile: dicit enim Nicolaus, ꝙ Dauid intendebat pugnare cõtra Israelitas adiuuando Achis. Sed hoc non est veri simile, quia toto tempore, quo fuit Dauid in terra Achis, dissimulauit id quod intendebat, & dicebat, ꝙ pugnabat contra Israelitas: cum tamen ipse semper pugnaret contra alias gentes. Quomodo ergo nunc haberet animum pugnandi contra illos, quos tanto tempore etiam per mendacium suum custodierat?

Universidad de Deusto
Biblioteca

dierat? Item non est verisimile, q̃ ipse voluisset pugnare contra Saulem pro Achis: quia ipse nimis doluit de morte Saulis, & dispersione Israelitarum, & voluisset potius, q̃ perijssent omnes Philisthini, vt patet in planctu suo infra sequen. lib. cap. 1. vbi inuidit gaudio Philisthinorum de morte Israelitarum, cum dixit. Nolite annunciare in Geth, nec annuncietis in compitis Ascalonis: ne fortè lętentur filij Philisthiim, & exultent filiæ incircũcisorum. Item cum dicit in prima ratione, q̃ Philisthini fortè habebant iustam causam pugnandi contra Israel. Dicendum, q̃ satis stat, q̃ Philisthini fouerent iustum bellum contra Israel: Dauid tamen non poterat iustè pugnare contra Israel: eoquòd Philisthini erant hostes: Dauid autem erat vnus de Israelitis. Quin potius si Dauid fuisset in terra Israel, quanquam Israelitę rei essent, & haberent Philisthini iustam causam pugnandi, tenebatur Dauid adiuuare eos: quia licèt aggrediendo non haberẽt iustam causam, tamen in defendendo iustam causam habebant: quia omnis homo, quantumcunque peccauerit, potest se defendere iustè, si aliquis inuaserit eum ad occidendũ, vel ad percutiendum modo hostili. Israelitæ autẽ nũc, non erat inuasores, sed inuasi: quia primo Philisthini congregauerunt acies suas contra Israel. Et ex hoc coactus fuit Saul aggregare Israelitas, vt patet infra in litera. Dato etiam, q̃ Israelitæ aggrederentur Philisthinos, & fouerent iniustum bellum, quam Dauid non tenebatur adiuuare eos, quia iniquè agebant, tamen peccaret, si pugnaret contra eos, adiuuando hostes ipsorum: quia licet non obligaretur adiuuare eos, obligabatur non lædere illos: quia ipse non susceperat ab eis malum, propter qđ foueret bellum iustum contra eos. In secunda ratione dicebat Nicolaus, q̃ Dauid poterat adiuuare Achis contra Saulem, vt si Saul moreretur, adiuuaret eum Achis ad obtinendum regnum Israel. Sed hoc inconueniens est. Nam Dauid non desiderabat mortem Saulis, vt ipse regnaret. Nam sępe potuit eum occidere, & noluit, vt patet supra cap. 24. & 26. quomodo ergo nunc pugnaret contra eum, vt moriente illo, ipse obtineret regnum: non est. n. verisimile. Item non stat, q̃ Dauid vellet adiutoriũ regis Achis, vt posset accipere regnum sibi debitum. Nã in hoc peccaret dupliciter. Primò, quia non confidebat in Domino, q̃ ipse traderet ei regnum, sed inuocabat in adiutorium Philisthinos, qui erant hostes Israel. Sic enim increpitus fuit rex Asa, quia inuocauit adiutorium regis Syrorum contra regem Israel, vt patet 2. Paralip. c. 16. Magis autem hoc fuisset imputatum Dauid, cum ipse esset vir melior. Secundò, peccaret inducendo hostes Israelitarum in adiutores suos contra Israel: nullos enim atrociores hostes habebant Israelitæ, quàm Philisthinos. Si autem Dauid duceret illos secum in auxiliatores q̃tra Israel, illi gauderent in hoc, q̃ daretur sibi occasio percutiendi Israelitas, & subijceretur eis Israel, cum poneret eos Dauid, tanquam executores iustitiæ. Non est ergo verisimile, q̃ ipse vellet adiuuare regem Achis, vt Achis adiuuaret eum ad capiendũ regnum Israel. Item nõ stat, quia mortuo Saule habebat Dauid locum inuocandi regem Achis, ad pugnandum contra Israelitas, vt subderentur sibi: sed non inuocauit, quin potius, per septem annos mansit solum rex super Iuda, pugnare nolens contra Isboseth filium Saulis, qui erat vir paruæ resistentiæ: nec adeptus fuit regnum totum Israel, vsquequo ille mortuus est. Et si ille vixisset toto tempore, quo vixit Dauid, nunquam Dauid curasset regnare, nisi super solam Tribum Iuda, quæ eum sponte vnxit in regem, sequenti lib. 2. Mortuo c. autem Isboseth, doluit nimis Dauid, & interfecit occisores eius, vt patet sequenti li. ca. 4. Nec post hoc ipse curauit pugnare contra Israel, vt subderetur ei: sed omnes tribus sponte venerunt ad vngendum Dauid in regẽ, sequenti lib. cap. 5. Nullo modo est ergo verisimile, q̃ Dauid vellet hic adiuuare regem Achis, vt Achis adiuuaret eum ad accipiendum possessionem regni Israel. Item non consonat huic id, quod Nicolaus primo dixit. s. q̃ Dauid ibat ad defendẽdum Achis: quia defensio nũquam fit, nisi ex necessitate, ad hoc, q̃ reputetur iusta. s. quando quis alterum inuadit, potest inuasus cum moderamine inculpatę tutelæ agere, quod voluerit. Vnde si potest defendere, non occidendo hostem, & occidit, defensio culpabilis est. Dauid autem ibat hic sponte ad bellum, in quo pugnandum erat. Ergo non solum ibat ad defendendum, sed ad agendum, cum defensio ex necessitate suscipiatur. Item, licet alicui defendere se, vel defendere alterum, si inuasus est: sed nõ licet ire ad defendendum inuasorem: quia defensor inuasoris, & inuasor reputantur ambo inuasores: præsertim si defensor iste ante inceptum bellum iuit cum inuasore: quia ipse ei dat occasionem succumbendi: vnde lex puniet eos, quia armati vadunt cum aggressore, licet ipsi non inuadant: dum tamen ipsi præsentes sint, & propter eos inuasor inuadit, sicut si ipsi inuaderent. Dauid autem ibat ad defendendum regem Achis, & ipse erat inuasor: quia Philisthini congregauerunt agmina contra Israel: & ex hoc Saul coactus fuit cõgregare Israelitas in bello, vt patet infra, ideo non licebat Dauid hoc modo ire ad defendendum regem Achis. Item non consonat hoc verbis Dauid: nam cum Dauid dixit Nunc scies, quæ factu rus est seruus tuus: in quo significabat se facturum aliqua magna propter eum: ille tamen, qui solum defensor est, non agit aliquid magni: quia solùm repellit iniuriam, & si potest eam repellere nullum occidendo, non occidet aliquem. Dauid igitur, si solũ defenderet, ne aliquis occideret regem Achis, & nihil amplius ageret, minus ageret quolibet bellatore: quia quilibet de bellatoribus intendebat non solum defensionem, sed occidere quos potuisset. Non ergo conuenienter diceret Dauid: Nunc scies, quæ facturus est seruus tuus: verba ergo ista Dauid magis signant eum esse volentem pugnare atrociter? Philisthijm, quàm cõtra Israelitas, quàm solum defendere regem Achis. Sed dicendum est, q̃ de intentione Dauid non potest nobis patere certissimè. Videtur tamen dicendum, q̃ Dauid habuit intentionem adiuuandi Israelitas, & pugnandi contra Philisthinos, sicut intellexerũt Satrapæ Philisthinorum, sequenti cap. quia ipse diligebat Israelitas, tanquam contribules suos, & tanquam populum Dei, & tanquam subditos suos: quia Deus vnxerat illum in regem super ipsos, vt liberaret eos de manu hostium. Cum Philisthinis autem nullam habebat affinitatẽ, cur deberet adiuuare illos contra Israel. Si autem obijcias, q̃ verba ista Dauid significant, q̃ ipse vellet pugnare contra Israelitas pro Achis, cõcedendum est: & tamen intentio sua non erat hęc: quia Dauid sæpe mentiebatur regi Achis in fauorem Israelitarum. s. quia præcedenti cap. dicebat: q̃ pugnabat cõtra eos, & nunquam pugnauit: sed contra Gentiles. ita ergo hic, quanquam assereret, q̃ facturus erat magna contra Israelitas, tamen mentiebatur intendẽs facere contrarium: nec oportet Dauid excusari ab his mendacijs. Si autem obijcias, q̃ Dauid ageret cõtra naturam impugnando illum, qui ei benefecerat. Dicendum, q̃ Dauid solum tenebatur regi Achis q̃ beneficio, & non alijs Satrapis Philisthinorum. Si autem ipse pugnaret contra regem Achis, erat valdè irrationabile: & hoc non intendebat, sed solum pugnaret contra alios reges Philisthinorum. Si autem dicas, q̃ adhuc in isto peccabat Dauid: quia dixerat regi Achis, q̃ pugnaret pro eo, & fortè super hoc fidem dederat. Dicendum, q̃ Dauid aliquid peccauit hic: nec oportet eum excusari ab omnibus peccatis: quia maiora horum ipse fecit, sicut patet in occisione Vriæ, & adulterio cum vxore eius. *Et ait Achis ad Dauid.* Quia Dauid indicabat se magna facturum pro Achis: ipse quoque Achis significat magnam affectionem suam ad eum, vt ipse efficaciter ista ageret. *Et ego custodem capitis mei ponam te cunctis diebus*, idest si tu feceris hoc, ego ponam te custodem corporis mei toto tempore. Nõ poterat enim Achis aliquid maius tradere Dauid, quàm, q̃ seipsum ei traderet custodiendum: & per hoc innuebatur, q̃ sicut dabat ei magnum officium, ita daturus erat ei magnos reditus, & honorem. Et dixit, q̃ hoc faceret cunctis diebus, quia putabat, q̃ Dauid maneret iam omni tempore cum ipso, sicut dixerat præc. c. s. Multa mala operatus est contra populum suum Israel: erit igitur mihi seruus sempiternus. *Samuel autem mortuus est*, scilicet, Samuel Propheta, de quo Hebræi dicunt, quòd mortuus fuit sex mensibus ante Saul, & de morte eius habetur, supra cap. 25.

Quare scriptura hic dixit de morte Samuelis.
Quæstio VI.

QVAERET aliquis, cur scriptura hic dicit de morte Samuelis: quia supra capit. 25. descripta fuerat ista mors. Respondendum est, q̃ hoc fuit pp duo. Primò, quia immediatè dicitur in litera, q̃ instante bello consuluit Saul Dominum: & illo nõ respondente, cõsuluit Pythonissam: & quia si Samuel vixisset, non fuisset opus, q̃ Saul inquisiuisset à Pythonissa, eo q̃ ipse responderet ad quæstionem Saulis: iõ dicitur, q̃ mortuus est: & iõ in defectũ suũ recurrit Saul ad Pythonissam. Hoc tenet Ra. Sa. & Ra. Dauid Kimhi Secunda cã est: quia Pythonissa consulta à Saule inuocauit Samuelem: nam Saul dixit Pythonissæ, q̃ suscitaret sibi Samuelem: & quia ad hoc oportebat eum esse mortuũ, repetiuit scriptura, qũo mortuus fuerat: & hoc tenet Andreas, & Nicolaus. Est aũt ista solutio melior, q̃ prima: quia non est penitus verum, q̃ Saul cõsuluerit Pytonissam in defectum Samuelis: nã ẽt si ipse vixisset, non respondisset ei: quia dicit infra, q̃ Deus noluit rndere Sauli per Sacerdotes, nec per Prophetas, nec per somnia: ita ergo non responderet per Samuelem: & oportet, quòd recurreret ad Pythonissam. Nam, q̃ non rndere De⁹ Sauli p Prophetas, nec p Sacerdotes, nõ eueniebat tanq̃ Sacerdotes, & Prophetæ nescirẽt inquirere, sicut Samuel: vel qa nõ erant digni, vt Deus p illos rndere: sed solũ, qa in pęnã Saulis Deus noluit, q̃ haberet rnsum p illos, vt sic confunderẽt de peccato suo. Ad hoc igitur, q̃ plenè confunderetur, non erat ei Deus rnsurus per Samuelem, sicut nec p alios Prophetas, si Samuel vixisset: ideo est tenenda solum secunda solutio. *Planxitque eum omnis Israel*. i. omnes Israelitæ doluerunt pro ipso nimis, & impenderunt honores magnos funeri eius.

Quare omnis Israel planxit Samuelem, & quomodo.
Quæstio VII.

QVAERET aliquis, quare omnes Israelitæ planxerunt eum: & quomodo. Rndendum, q̃

Samuel fuerat Princeps Israelitarum, tam in spiritualibus, q̃ in temporalibus. In temporalibus quidẽ: quia ipse iudicauit Israel solus, per 20. annos, supra c. 7. Vnde ipse computat se, tanq̃ vnum de iudicibus Israel, supra capit. 12. postea quoq; ipse dedit iudices filios suos super Israel, supra cap. 8. deinde dedit Saulem in regem, supra capit. 10. & 11. & toto tempore, quo Saul bonus fuit, operabat̃ p consilium Samuelis: velut si Samuel dominaretur Israel. Vnde interdum edicta publica, quæ à iurisdictione procedunt, ex nomine Samuelis ponebant̃, tanq̃ ipse esset rex: sic patet supra ca. 11. qñ Saul fecit vocari oẽs Israelitas ad bellum contra Ammonitas, continebatur in edicto. Quicunq; non exierit, secutusq; non fuerit Saulem, & Samuelem, sic fiet bobus eius. Præfuit quoque Samuel Israelitis in spũalibus, eo q̃ erat propheta Dñi, & consulebat Dñm pro Israel: nec vnq̃ desinebat orare pro Israel, supra 12. c. & pp eũ Deus faciebat miracula pro Israel: sicut qñ intonuit Dñs fragorem magnum super Philisthinos, supra 7. c. tenebantur ergo Israelitæ impendere magnũ honorẽ eius funeri, cũ tãta illis beneficia præstitisset. Hebræi dicunt, q̃ Israelitæ fleuerũt Samuelem in omnibus ciuitatibus: quia Samuel discurrebat p oẽs ciuitates Israel ad iudicandum, sic patet supra c. 7. nam in tribus locis principalibus iudicabat quolibet anno totum Israel: Cum aũt dr̃, qũo totus Israel planxit Samuelẽ. Dicẽdũ, q̃ dupliciter poterat fieri. Vno mõ, q̃ de omnibus locis Israel venirent aliqui in Ramatha ad funera Samuelis. Alio mõ, q̃ in qualibet vrbe Israel fieret planctus specialiter p Samuele, tanq̃ pro patre populi: & hoc est satis conueniens. s. quòd multi de optimatibus totius Israel venirent in Ramatha ad funera Samuelis: deinde p singulas vrbes, specialis plãctus fieret pro eo: sic n. sit in gaudijs, qñ celebranda sũt festina gaudia in natiuitate alicuius Dñi regni: nam non conueniunt oẽs ad locũ natiui tatis suę: sed in quibuslibet locis specialia gaudia celebrantur. *Et sepelierunt eum in Ramatha vrbe sua*. i. sepelierũt eũ in territorio vrbis Ramatha: nam intra vrbem non erat consuetudo, q̃ aliquis sepeliretur. Sic enim patet de patre Saulis, & de ipso Saule, & nepotibus suis: nam sepulti sunt in latere montis in terra Beniamin, vt colligitur seq. lib ca. 21. Et in Hebræo dicitur. *In Ramatha in vrbe sua*. Et ex hoc dicit Ra. Dauid Kimhi, q̃ Ramatha erat duplex: & in vna earũ habitabat Samuel: ideo dr̃ in Ramatha in vrbe sua. i. in illa Ramatha, quæ erat vrbs sua. Et hoc probat: quia supra ca. 1. dr̃, q̃ pater Samuelis erat de Ramathaim, quod pluraliter ponitur. Sed hoc non stat: qa non põt accipi ibi Ramathaim pluraliter: nam licet esset duplex Ramatha: tñ pater Samuelis de vna tantum erat: sed ponitur ibi Ramathaim, & aliquando Ramatha: qa mos Hebraici sermonis est, in fine dictionum interdum literas addere, & interdũ subtrahere: sicut patet in isto nomine, Phalti, & Phaltiel: quia nomen eiusdem viri est; & tamen supra 25. cap. vocatur Phalti, & seq. lib. c. 3. vocatur Phaltiel. Idẽ de Gessur, & Gessuri, Ierameel, & Ierameeli, vt declaratum est præc. c. Sed põt dici, q̃ ponitur in Hebręo vna præpositio superflua. s. in Ramatha in vrbe sua, cum deberet dici: in Ramatha vrbe sua: multa. n. interdum superflua ponuntur: & interdum diminuta in modo loquendi Hebraico. Et istum sensum secuta est litera nostra, dicens: in Ramatha vrbe sua. Aliter põt dici, q̃ Ramatha sit nomen regionis, & in illa esset vrbs Samuelis: & huic consonat, quod habetur supra c. 19. s. q̃ Samuel, & Dauid erant in Naioth in Ramatha. Primus tñ modus melior est: quia in allegata auctoritate Naioth non significat aliquam vrbem:

Duplicitер potuit plangi Samuel à toto Israel.

bem: sed aliquam partem ipsius vrbis Ramatha. *Et Saul abstulit magos, & ariolos de terra*, ideſt, occidit omnes ariolos,& magos ne maneret aliquis eorũ in terra. Magi vocantur incantatores. Arioli dicuntur, q̃ inquirũt veritatem rerum futurarũ in aris.i. animalibus combustis super aras:& istud pertinet ad chiromãtiã,quæ significat diuinationem factam in igne, vel rebus ignitis. Hic tamen magi,& arioli accipiuntur generaliter pro omnibus, qui vtuntur artibus p̃hibitis.ſ. pro obſeruantibus ſomnia, vel auguria, & pro diuinis incantatoribus Pythonicis,& maleficis, atque nigromanticis: ſicut ponuntur multæ ſpecies Deu ter.capit,18.

An Saul abſtulit de terra Magos,& ariolos propter diuinum cultum. Quæſt. VIII.

QVAERET aliquis, quare Saul abſtulit de terra Magos,& ariolos. Aliqui dicunt, q̃ hoc fecit fauore religionis .ſ. propter diuinum cultum: quia Deus iuſſerat, q̃ Iſraelitæ non imitarentur abominationes Gentiũ, vt patet Deut.c.18.ſ. non inueniatur in te, qui luſtret filium ſuum,aut filiã ducens p̃ſignem,aut qui ariolos ſciſcitetur,& obſeruet ſomnia,aut auguria,nec ſit maleficus,nec incãtator, nec pythones conſulat,nec diuinos,& quęrat à mortuis veritatem. Aliqui dicunt, q̃ Saul hoc fecit in odiũ Dauid: quia omnes arioli, & magi vaticinabantur Dauid regnaturum,quod erat nimis graue Sauli: iõ occidit omnes,ne quis vaticinareť. Hoc tenẽt multi Hebræi, & refert hoc Nicolaus. Sed hoc non ſtat: quia pythones,vel alij malefici non reſpondent niſi inquiſiti: Saul autem non inquireret ab eis, an Dauid regnaturus eſſet:ideo nec ipſi reſpõderẽt: & dato, q̃ Saul inquireret ab eis de hoc,& ipſi cognoſcerent Dauid regnaturum,non dicerent hoc Sauli,ga timerent: & ſi fortè Saul inquireret de hoc,&ipſi reſponderent Dauid regnaturum, non occideret eos propter hoc: nam pythoniſſa,de qua infra habetur, peiora reſpondit Sauli.ſ. q̃ moriturus eſſet in bello ipſe,& filij ſui: tamen noluit ei nocere: ſed dixit:noli timere, vt patet infra:non ergo occidit Saul maleficos p̃p hoc.Sed dicendum, q̃ Saul à principio erat bonus:nam dicitur ſupra, q̃ nõ erat in Iſrael vir melior illo: & cum Samuel conſuleret ei,qui erat zelator legis Dei,Saul faciebat ſm legem: ideo dicendũ, q̃ à principio regni ſui ipſe occidit omnes magos, & ariolos: ita vt nemo manifeſtè appareret in terra. *Et interfecit eos, qui pythones habebant in ventre.* Iſtud non eſt in Hebræo, ſed eſt hic per modum additionis: & fortè fuit Gloſa interlinearis: & poſtea textui inſerta eſt: ſicut diximus ſupra c.24. ſignat tamen hoc id, quod præcedẽs:quia idem eſt auferre magos de terra,quod interficere habentes pythones in vẽtre. vocatur autem python ſpiritus nequam, qui adducit̃ per inuocationem,vel aliàs ad reſpondedum de aliquibus occultis,& inde vocantur pythonici illi,qui habent iſtos ſpiritus in ventre: vel qui poteſtatẽ habẽt inuocãdi eos,vel faciẽdi reſpondere q̃cunque.

Pythonici qui vocantur,& an ſemper habeant pythones in ventre de variis generibus ſcientiarum prohibitarum. Quæſtio VIIII.

QVAERET aliquis, quare pythonici dicãtur habere pythones in ventre, & an ſemper habeant in ventre. Reſpondendũ eſt, q̃ pythonici vocantur largè quicunque habent ſpiritum nequam,per quem ſcire poſſint aliqua occulta,ſiue illa præterita ſint,ſiue præſentia, ſiue futura: quia de omnibus his contingit nos dubitare, & inquirere:& ad hoc reſpondent pythones aliquando in verbis,& aliq̃n in ſignis,vel motibus corporalibus Contingit autẽ hoc multipliciter. Primo modo, quando Dęmones non loquuntur, ſed per quædã ſigna corporalia oſtendunt id, de quo quæritur: & ſic interdum propoſita eis qõne,præmiſſis quibuſdã cęremonijs de re,quæ furtim ablata eſt. ſ. quæ res ſit, vel vbi ſit, aut quis ſubtraxit: apparent quædam paruę effigies in enſe nimis polito, vel in vnguibus nimis terſis, & lucidis, vel in alijs corporibus nimis duris, & nimis poroſis,& participãtibus lucem, ſicut ſunt metalla, vel lapides quidã,aut oſſa: & ibi pueri virgines vidẽt ſimilitudinem rerum ablatarum furtim, & vident tranſire fures, ita vt poſtea cognoſcãt eos cum viderint. Qui aũt poteſtatem habent ad faciẽdum, q̃ Dæmones in huiuſmodi corporibus oſtendant talia ſigna,dicuntur habere pythones. Et iſtud ex parte ad chiromantiam pertinet, inquantũ plerunque in vnguibus iſta fiunt. Eſt autem chiromantia quædam ars ſuperſtitioſa, quæ conatur prænunciare aliquid p̃ aliqua ſigna,& deſcriptiones lineales repertas in manibus. Et dicitur chiromantia, à chiros,quod eſt manus, & mãtia,q̃ eſt diuinatio, quaſi diuinatio facta in manibus. Alio modo aliqui habent pythonẽ.i.ſpũm, qui reſpondeat eis in locutione,& habent eum incluſum in aliquo vaſe vitreo, in aqua,quem profitẽtur tenere ibi inuitũ. Sed hoc falſum eſt,cum Dæmon non poſſit à nobis cogi, vt declaratum eſt ſupra 16. eſt tamen ibi volens, & ille reſpondet ad omnia, de quibus fuerit inquiſitus ab eo,qui tenet eum. & iſte propriè dicitur habere pythonem: quia habet ſpiritum familiarem ſibi reſpondentem ad ea, quæ voluerit. Et iſtud pertinet ad hydromantiam. Dicitur enim hydromantia ars quædam ſuperſtitioſa, qua aliqui conantur inuenire occulta per aliquas cæremonias factas in aqua: vel per reſponſum eius,qui in aqua eſt: & dicitur ab hydor,quod eſt aqua,& mantia, quod eſt diuinatio, quaſi diuinatio facta in aqua. Alio modo fit hoc, q̃ aliqui,factis quibuſdam cæremonijs ſuper fontem, vel aliam aquam, videant in aqua effigies aliquarũ rerũ,vel audiãt ibi voces.Et iſtud eſt propriè hydromantia. Hoc modo Numapompilius ſecundus rex Romanorum dedit leges Romanis: nam per noctẽ egrediebatur ad quẽdam fontem extra vrbem,ſciẽtibus hoc Romanis, ſed neſciẽtibus quid ageret ibi, & factis cęremonijs in aqua,videbat effigies, & audiebat voces, quibus inſtruebatur qũo deberet Romanis leges ponere: ipſe tamen dicebat Romanis, q̃ egrediebatur per noctem ad loquẽdum cũ Nympha Egeria,vt eum inſtrueret in poſitione legũ. Et in hoc verum dicebat,q̃q̃ cauillosè. Vnde Augu.exponit dictum eius.3.de Ciuitate Dei,ca.30.dicens,q̃ per artem hydromantiæ habebat reſponſum à Dæmonibus: dixit tamen ſe loqui cum Nympha Egeria:quia in aqua audiebat reſponſum: aqua autem vocatur Nympha Egeria:quia egeritur,ideſt,emittitur de terræ cauernis. Alio modo fit,quòd quis conuocet Dæmones facto circulo,vel quibuſdam characteribus, & Dæmones venientes reſpondeant: iſti autem dicuntur habere pythones, quia habent in poteſtate congregare Dæmones ad reſpondẽdũ. Alio modo fit in corporibus mortuorum,qui recẽter mortui ſunt, nullo adhuc organo læſo virtutis locutiuæ,& infuſo ſanguine humano ad interiora cadaueris,vel aqua calida:ſed melius fit cum ſanguine:& hoc ad inducendum quandam temperiem,& teneritudinem in organo: quia virtus ſpiritualis nõ põt vniri corpori ſolido ad operationẽ aliqualiter ſpiritualem,niſi per tenerum,& calidum:quia calor eſt inſtrumentum animæ operantis:& factis alijs cęremonijs, Dæmon ſubintrat corpus, & reſpondet ad quæſita in voce manifeſta. Et hoc pertinet ad necromantiam. Eſt enim necromantia ſuperſtitioſa ars, qua aliquis per mortuos veritatem conatur inquirere, & dicitur à necros, quod eſt mors,& mantia, quod eſt diuinatio, quaſi diuinatio in mortuis. Alius modus eſt, quo aliquis conatur veritatem inquirere, vocando aliquem de mortuis ex nomine ſuo, & ille veniat ad reſpondendum ad quæſita. Et hoc falſum eſt, quia nullus à mortuis ſuſcitatur: ſed Dæmon eſt, qui ad iſta reſpondet, & fingit ſe eſſe aliquem de mortuis: ipſi autem malefici putant eſſe aliquem olim defunctum, & ita eum inuocant, tanquam defunctum: & ob hoc ſcriptura aſſentiens modo loquendi iſtorum, dicit aliquando inuocari Dæmones, & aliquando inquiri veritatem à mortuis. Sic patet Deuteronom. capit.28. ſcilicet. Non ſit qui pythones conſulat, nec diuinos, & quærat veritatem à mortuis. Iſtud etiam pertinet ad necromantiam, cum mortui vocentur hic ad reſpondendum.

Chiromãtia quid.

Hydromãtia quid.

Aliter fit, quòd aliquis reſpondeat de veritate per Dæmonem, quem in corpore habet: & tunc Dæmon mouet labia eius, in quo eſt, & ipſe, qui loquitur, non loquitur à ſeipſo, & ſæpe non intelligit quid dicat: ſic enim eſt in omnibus arrepticijs, qui loquuntur Dęmone exiſtente in eis.Hoc modo apud antiquos erat famoſiſſima ſpecies reſpondẽdi ad occulta: nam inter omnes Deos Gentilium,nullus magis celebratus eſt in auctoritate reſpondendi, quàm Apollo, qui reſpondebat in templo ſuo in Inſula Delphos. Ibi autem erat puella quædam virgo ſacerdos Apollinis, quæ poſita quæſtione introibat in quadam ſpelunca, in qua erat Phœbus: & tunc introibat in eam Dæmon, quem Gentiles dicebant Phœbum, ſiue Apollinem: & ille arripiebat illam, cogebatque cadere in terram, & furere: & tunc loquebatur per eam, reſpondens ad quæſtionem, & ipſa neſciebat quid diceret, vt patet per Lucanum libr.4.patet.

Hoc etiam modo reſpondebat quædam puella præſente Paulo in quadam ciuitate, & habebat Dęmonem in ventre, & reſpondendo multa acquirebat. Iſta autem dicebatur habere pythonem: ſic patet Actuum capit. 16.ſcilicet. Factum eſt, euntibus nobis ad orationem,puellam quandam habentem ſpiritum pythonem obuiare nobis, quæ quæſtum magnum præſtabat Dominis ſuis diuinando. Paulus autem dolens dixit ſpiritui immundo. Præcipio tibi in nomine Ieſu Chriſti, exi ab ea, & exiit eadem hora. Iſti autem omnes modi ſunt, quibus aliquis dicat̃ habere pythonem. Multis autem alijs modis Dæmones operantur in ſuperſtitionibus humanis, vt in aerimantia,& pedoxomantia, ornimantia, ſpaculomantia, & in alijs ſimilibus, quæ reducuntur ad has. In his tamen non ita propriè dicitur aliquis habere pythonem, ſicut in modis prædictis: quia in illis non loquitur Dæmon: in his autem loquitur, vel corporales oſtendit effigies. Non ſolum ergo habentes pythones habent eos in ventre, ſed etiam aliquando habent aliter. Litera tamen noſtra, quæ poſita fuit per modum Gloſæ interlinearis, poſuit ſolum iſtum modum: quia iſti tanguntur ab Apoſtolo Actuum capitulo decimoſexto. & ſæpe in Euangelijs, vbi agitur de arrepticijs.

Pythonici, quare nominantur omnes, qui habent Dęmones ad reſpondendum. Quæſtio X.

QVAERETVR vlterius, quare iſti, qui habent ſpiritus familiares, vel quicunque poſſunt Dæmones inuocare ad reſpondendum, dicuntur habere pythones.

Dicendum eſt, quòd pythones ſunt ipſi ſpiritus nequam reſpondentes de veritate occultis, vt ſupra dictum eſt.

Vocantur tamen ſic per quandam comparationem ad modum famoſum reſpondendi inter Gentiles: nullus enim fuit inter Deos Gentilium, qui famoſius reſponderet ad omnia quæſita,quàm Apollo: iſte autem occidit ſerpentem maximum nomine python in monte Parnaſo, de quo Ouidius primo Metamor. In laudem autem huius victoriæ vocatus eſt à Pythone ſerpente pythius: & ex hoc, quia ipſe erat princeps inter omnes, qui reſpondebant de occultis, omnes ſic reſpondentes vocati fuerunt pythonici. Et hoc præcipuè quando habebant modum reſpondendi, quem ipſe habebat. Apollo autem reſpondebãt per puellam virginem arripiendo eam, & introeundo in ventrem. Ideo illi, qui reſpondebant introeuntibus Dæmonibus in corpora ipſorum, dicuntur proprijſſimè habere pythones. Alij autem, qui poſſunt Dæmones inuocare, vel quomodocunque habent reſponſionem ab illis, dicuntur largè habere pythones. Litera autem noſtra voluit propriè accipere pythones: ideo dixit de illis tantum, qui habent pythones in ventre. Alij tamen dicuntur habere pythones, ſicut mulier iſta, quam conſuluit Saul, dicebatur habere pythonem: tamen ipſa nõ habebat eum in ventre: vt infra declarabitur.

An Dæmones poſſint introire in corpora, ſeu ventre hominum. Quæſt. XI.

QVAERETVR vlterius, an Dęmon poſſit introire in corpus alicuius, ita vt dicatur eſſe in ventre. Aliquis dicet, quòd non: quia Dæmones non poſſunt introire in ſimulacra: ergo à fortiori non poſſunt introire in hominem. Antecedens patet, quia Gloſa ſuper illud Habacuc capitulo ſecundo, ſcilicet. Dominus in Templo ſancto ſuo, dicit, quòd Dæmones ſimulacris exterius præſidere poſſunt, non autem interius.

1. Arguit.

Secundo.

Item non poſſunt eſſe in eodem loco præciſo duo ſpiritus creati, ſicut nec poſſunt eſſe duo corpora: ſed anima eſt in toto corpore, & in qualibet parte corporis: ergo non poterit Dæmon eſſe interius.

Tertio

Item ſpiritus ibi eſt, vbi operatur, vt ait Damaſcenus. Sed Dæmon non ſolum operatur in corpus, ſed etiam in anima tentando, & imprimendo ſpecies: ergo eſſet in anima: ibi tamen non eſt: quia ſolus Deus poteſt illabi animæ: Ergo etiam non erit Dæmon in corporibus humanis, quanquam ibi operetur.

Non eſt dubitãdũ Dęmonia eſſe in corporib. hominum.

In contrarium videtur: quia in multis arrepticijs Dæmones loquuntur: hoc tamen non eſſet niſi intra corpus eſſent.

Reſpondendum eſt, quòd nõ eſt dubium aliquos homines arripi à Dæmonibus, cùm tota ſacra ſcriptura hoc teſtetur, vt patet de Saule ſupra capit.16. 18. & 19. & patet Marci capitulo primo, & Matt.8. & Actuum 16. Iſta etiam Dæmonia torquent ho-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mines, & aliquando cogunt eos loqui: & tamen F
stat dubium, an sint Dæmonia intra corpus, vel
exterius. Et dicendum est, quòd possunt esse integri, & multotiens ibi sint. Nam dicitur Matth. 8. & 12. & Marci. capit. 1. Quòd ejciebat Christus Dæmonia de hominibus: non tamen diceretur ejcere, nisi illa intus essent. Sic etiam dicitur, quòd Exibant Dæmonia clamantia, prælleg. capit. Dicitur etiam Matth capi. 8. & Marci 5. Quòd Dæmonia vnius legionis petierunt à Christo, si ejcis nos hinc, mitte nos in porcos. Et expressius dixit Mat. scilicet. Et deprecabantur eum spiritus, dicentes, mitte nos in porcos, vt in eos introeamus: & concessit eis statim Iesus, & exeuntes spiritus immundi introierunt in porcos: ergo possunt Dæmo G
nes introire in corpora.

Sed aliquis dicet, quòd accipitur hic largè introire in aliquem, idest, habere potestatem ad torquendum eum. Et dicuntur exire ab aliquo, idest, recedere ab ipso, iam non habendo aliquam potestatem torquendi. Et sic dicitur supra capit. 16. scilicet. Quandocunque spiritus Dei malus arripiebat Saul, tollebat Dauid citharam, & percutiebat manu sua, & refocillabatur Saul, & leuius habebat: recedebat enim ab eo spiritus malus. Et non dicitur ibi exibat, sed recedebat, idest, desinebat eum torquere.

Sed adhuc non stat istud, quod arrepticij interdum agunt aliqua, quæ non possunt facere, nisi H
Dæmones introirent in corpora, sicut quando loquuntur: quia ad locutionem requiritur motus organorum locutiuorum, quæ sunt intra corpus: ideo ad hoc, quòd Dæmon moueat illa organa, necesse est, vt sit interius.

Sed adhuc dicet aliquis, quòd non sequitur ex hoc, quòd Dæmones sint intra corpora, quia quanquam loquantur, possunt à seipsis loqui, & mouere organa sua: nec aliquid in hoc agent Dæmones, sed solum loquuntur, quando arrepti fuerint, propter magnitudinem doloris: sicut alias cum aliquis nimis dolet, cogitur prosilire in clamorem. Sed hoc non stat, propter tria.

Rñ. quòd arrepticij non loquuntur pp dolorẽ pp tria. Primò, quia si propter dolorem loquerentur ar- I
repticij, exprimerent verba signatiua doloris, sed non proferunt talia: immo aliqua pertinentia ad reuelationem secretorum, vel ad similia: ergo non loquuntur præ dolore. Secundò patet, quia si arrepticij loquerentur à seipsis, & Dæmones non mouerent organa eorum, loquerentur ea, quæ scirent: arrepticij tamen loquuntur quædam abscondita, vt in plurimum, quæ nullus homo scire potest: ergo non loquuntur ipsi à seipsis, sed Dæmones mouent omnia eorum organa ad loquendum. Quod patet, quia recedente Dæmone, isti arrepticij non possunt loqui talia, sicut quando arripiebantur. Sic fuit de puella, quæ habebat pythonem, & diuinando magnum quæstum dabat dominis suis. Cum K
autem Apostolus dixit Dæmoni, quòd exiret ab ea nunquam potuit amplius diuinare: & propter hoc Domini illius flagellauerunt Paulum, & posuerunt in carcere, Actuum cap. 16. Sic etiam fuit de puella omnino rusticana, quæ cum à Dæmone arriperetur, loquebatur purissimè, & sine hæsitatione in Hebraico sermone: cum autem à Dæmone desereretur, nesciebat saltem, an aliqua litera Hebraica esset in orbe. Tertiò hoc patet, quia quędam sunt in quibus locutio est impossibilis, si per seipsa loqui debeat, & tamen aliquãdo locuta sunt: sicut patet de Asina Balaam, quæ locuta fuit ei Numero. capit. 22. Asinam tamen à seipsa loqui est impossibile. Primò, quia ipsa nescit formare aliquos conceptus, quos debeat proferre per voces articulatas. Secundò, quia dato, quòd sciret aliquid cõcipere: non tamen habet organa dispositа ad formandum vocem articulatam, propter defectum dentium in vtroque latere oris: etiam propter apertionem magnam oris lateralem: nam aer emissus à parte interiori, non potest collidi sufficienter in dentibus: quia effluit per aperturam lateralem oris: ad formandum autem articulatam vocem requiritur magna collisio aeris, & hoc fit conuenienter in homine propter paruitatem oris, & clausionem vndique, tam dentium, quàm genarum: asina tamen locuta est. Oportet igitur, quòd aliquis spiritus rationalis esset intra corpus asinæ, qui suppleret istos defectus, scilicet, quòd ille sciret formare conceptus, & moueret organa asinæ: & taliter clauderet os asinæ, consolidando aerem in circuitu lateralis apertionis, vt aer spiratus à parte interiori, non posset effluere, quin collideretur. Apparet ergo ex his, quòd necesse sit interdum poni Dæmones, vel Angelos esse intra corpora humana, ad mouendum organa pro locutionibus, quę fiunt. In quo considerandum, quòd Dæmones sunt in arrepticijs ad duo, scilicet ad vexandum eos, & ad loquendum per illos. Quantum ad primum, non est opus, quòd Dæmones introeant in corpus humanum: quia exterius comprimendo torquere possunt nimis, vsque ad emissionem spiritus, si permittantur à Deo. Et hoc modo, quanquam Dæmones introierunt in porcos quando præcipitauerunt eos in mare, cùm litera dicat, quòd introierunt in illos, Matt. capit. 8. & Marci 8. Tamen in hoc sufficiebat etiam, si non introissent in corpora illorum: sed solum impulissent eos impetu facto. Et sic impellunt interdum hominem ad cadendum in ignem, vel aquam. Sicut patet de illo lunatico, de quo dicitur Matt. capit. 17. Sæpe cadit in ignem, & crebro in aquam. Aliquæ quoque operationes sunt in arrepticijs præter vexationem, quas possunt facere, etiam Dæmonibus non introcuntibus illos. Et sic est de quolibet genere artificij manualis: vt qui arrepticius est poterit optimè scribere, quando arripitur, etiam si nunquam literam aliquam formare didicerit. Item de fabrili, & quacunque manuali. Simile visum est de quadam fœmina, quæ nunquam citharizare didicerat: immo vix sciebat, quid esset musicum instrumentum: & cum à Dæmone arriperetur, excellentes modulos citharizabat. Ratio huius est, quia quanquam in citharistis, & huiusmodi artificibus requiratur habitus artis in intellectu factiuo, & habitus causatus in manu, per exercitationem, & est ibi habitus intellectus ad dirigendum manum: in arrepticijs tamen, cum Dæmon possit mouere manum ad citharizandum, vel fabricandum sine errore, nõ oporter, quòd sit aliquis habitus ad hoc, cum solum ponatur habitus ad dirigendum manum: potest tamen mouere manum non introeundo corpus: ergo non requiritur ad hoc, quòd Dæmon introeat in corpus. Secundum est quod facit Dæmon in arrepticio, scilicet, quòd loquatur per illum, & ad hoc non sufficit, quòd Dæmon exterius moueat arrepticium: sed necesse est, quòd ingrediatur in corpus: & hoc non quidem ad imprimendum aliquem habitum intellectui, vel ad illuminandum illum: quia hoc non possunt Dæmones, nec agunt. Solus enim Deus potest in intellectum nostrum, & voluntatem: sed ingreditur in corpus, ad mouendum organa virtutis locutiuę.

Dæmones sunt in arrepticijs ad duo.

Primum enim organum huius est pulmo, & est in A
parte interiori. Cætera autem organa sunt etiam interius vsque ad dentes, & labia. Dæmon vero si exterius esset, non posset mouere aliquod istorum. Ad mouendum ergo omnia necesse est, ꝙ sit interius. Et quia primũ organũ potentiæ interpretatiuę, siue locutiuæ est pulmo, & ille est in ventre, nominando largè ventrẽ, necesse est, ꝙ Dæmon sit intra corpus, non solum in ore ad mouendum linguam: sed præcipuè in ventre ad mouẽdũ pulmonem. Et ista fuit causa, quare litera nostra dixit, ꝙ habebant isti male fici pythones in homine, isto modo erat Dæmon in Saule: quia introibat in illũ, & cogebat cũ loqui, vt patet supra c. 18. cũ dicit: ꝙ arripuit spũs malus Saulem, & prophetabat in medio domus suæ. i. dicebat B
verba occulta, quæ pertinẽt ad prophetas, quæ aliàs nesciebat dicere. Sic ẽt fuit de puella illa, quæ habebat pythonem: & qñ arripiebat diuinabat, vt patet Act. 16. c. & postq̃ recessit spũs non diuinabat. Sic ẽt fuit in arrepticijs à quibus exibant Dęmones, & clamabant de Christo, ꝙ esset filius Dei. Marci ca. 1. Ad rationem primam dicẽdũ, ꝙ Dæmon põt esse intra simulacrũ, & intra corpus humanũ. Ad Glo. Habacuc dicendũ, ꝙ intelligit, ꝙ non sunt Dæmones intra simulacra: ita, ꝙ ex simulacro, & ex Dęmone fiat vnũ ens per se, sicut ex corpore, & ex anima: sed possunt esse Dæmones intra simulacra localiter, & non formaliter. Glo. aũt illa tollit opinionem idolatrarũ, qui putabant Dæmones esse intra idola formaliter. Ad secundam rõnẽ dicendum, ꝙ duo spũs non possunt esse in eodem corpore, eodem mõ: ita, ꝙ ambo sint ibi localiter, vel ambo formaliter: põt tamẽ vnus esse formaliter, & alius localiter, & non cõfundentur operationes eorum. Anima enim est intra corpus formaliter, & non localiter. Dæmon aũt est in corpore localiter, & non formaliter: iõ non repugnat esse ibi ambos. Ad tertiam rõnem dicendũ, ꝙ aliquid esse intra alterũ, est esse intra terminos eius, Corpus aũt habet duplices terminos. s. quãtitatis, & essentiæ: ideo Angelus operans intra terminos corporalis quantitatis, corpori illabitur, nõ aũt ita, ꝙ sit intra terminos essentiæ suæ nec sicut pars, nec sicut virtus. Est tũ intra corpus, sicut intra terminos quãtitatis: quia infra quantitatem corporis est, sicut si esset intra vnã domũ. Aĩa aũt est intra corpus. s. intra terminos essentiæ, & quantitatis, non tũ intra essentiam, ita ꝙ sit pars corporis: sed ita, ꝙ sit virtus dãs ei esse. *Congregati sunt itaque Philisthim.* s. in terra sua cõgregati fuerũt quinq; principes Philisthinorũ ad veniẽdũ in bellũ cõtra Israel. *Et venerunt, & castrametati sunt in Sunam.* Ista est quædam ciuitas in terra Israel, & est in sorte Issachar, à qua vocat mulier Sunamitis, vt patet infra 3. li. c. 1. de Abisag Sunamite, quę accepta est in vxorem Dauid. De hac ciuitate habetur infra 4. li. c. 4. nam dicitur, ꝙ quadam die transiuit Eliseus per Sunam: & in ciuitate illa fuit mulier, pro qua rogauit Eliseus, vt haberet filiũ: & postea mortuus est, E
& Eliseus suscitauit illũ, e. ca. Ista ciuitas videtur esse, quæ vocatur Simen Iosue. capi. 19. & ponitur ibi in sorte Issachar. *Congregauit autem et Saul vniuersum Israel.* idest, Saul cõgregauit in bellũ Israel. Ex hoc patet, ꝙ Philisthini erant inuasores: quia Saul nõ cõgregauit exercitũ, nisi qa primò venerunt ꝰ eum Philisthini. *Et venit in Gelboe.* Iste est locus, in quo castrametatus est Saul. Et non vĩ esse Gelboe nomen ciuitatis: sed alicuius terræ, à qua denominant mõtes Gelboe, de quo dicitur seq. li. c 1. s. Montes Gelboe, nec ros, nec pluuiæ veniãt sup vos. *Et vidit Saul castra Philisthim.* s. castra Israel erant apud castra Philisthim: & potuit videre Saul castra Philisthinorum ex castris suis: vel fortè ipse iuit ad aliquem locum, ex quo posset videre castra Philisthinorum. *Et timuit.* s. multitudinẽ Philisthinorum. *Et expauit cor eius nimis*, idest, non solum timuit, sed etiam nimis timuit, quod est expaueſcere: ita, ꝙ non relinquerentur in eo vllæ vires.

Cur timuit Saul congregationem Philisthinorum.
Quæstio XII.

QVAERET aliquis, quomodo Saul nunc tñ timuit: nam aliàs Philisthini congregauerunt acies ꝯ eũ, & illę erant maiores acies, & ipse Saul habebat pauciores viros, tñ nõ timuit: de hoc patet supra capi. 13. cum dicitur, ꝙ congregati sunt ad præliandũ contra Israel triginta millia curruũ, & sexcẽ ta millia equitum, & reliquum vulgus sicut arena, quæ est in littore maris. Cũ Saule tamen erant pauci. s. solum sexcenti viri, e. c. cum dicitur. Et recẽsuit Saul populum, qui inuenti fuerant cũ eo, quasi sexcentos viros. Nunc aũt habebat secum Saul totum Israel, & timuit, vt patet hic. Aliquis dicet, ꝙ hoc accidit Sauli, quia iam deseruerat eum Deus, & transierat ad Dauid: nam à die, qua Dauid vnctus est in regem, spiritus Domini recessit à Saule, & directus est in Dauid, supra c. 16. Illud aũt bellum, de quo nunc dicebatur supra c. 13. fuit antequam recederet spiritus Domini à Saule, vt patet ex ordine literæ: ideo ibi non timuit: hic autem sic. Sed adhuc objicietur, C
ꝙ non esset propter hoc: quia aliud bellum fecerũt Philisthini contra Israel, quando venit Goliath Gethæus ad pugnandum, supra c. 17. & ibi conuenerũt omnia agmina Philisthinorum, ita vt extimescerẽt Israelitæ. De Saule tamen non dicitur, ꝙ timuit e. c. iã tamen Deus recesserat ab ipso: & ipse hoc cognoscebat, supra c. 16. ergo non fuit iste timor solum, ꝙ Deus recessit ab eo. Dicendum igitur, ꝙ Saul nunc timuit nimis: quia Deus incussit timorẽ cordi eius ad hoc, vt ipse consuleret de euentu belli pre timore, & cognoscerer mortem suam, atque affligeretur duplicitet de morte. s. quando moreretur, & nunc antequam moreretur. Et forte quia proficere poterat ista prænunciatio aliqualiter ad salutem animæ
D eius. *Consuluitque Dominum.* s. quia nimis timuit, voluit consulere Dominum de euentu belli: & consuluit omnibus modis infra positis. s. per somnia, sacerdotes, & prophetas. *Et non respondit ei, nec per somnia*, idest, non respõdit per aliquem de modis hic positis. Hoc autem dicitur ad inducendum id, quod postea sequitur de pythonissa, scilicet, quia per illam consuluit Saul de euentu belli.

An possit quis consulere Dominum p somnia.

Quæret aliquis, quomodo Saul poterat consulere Dominum per somnia: nam quando aliquis somnium habuit, potest secundum superstitionem maleficorũ interpretari illud in bonum, vel in malum, in potestate tamen alicuius non est, quòd ipse somniet hoc, vel illud: immo dato, ꝙ velit aliquid
E somniare, non propter hoc somniabit. Vnde videtur, quòd hoc modo nullus possit consulere Dominum, cum Deus consulatur ab aliquo per actum, qui est in potestate illius. Respondent Andreas, & Nicolaus secundum Hebræos, quòd apud antiquos erat quidam modus consulendi Dominum, & inquirendi veritatem rei occultæ per somnium: & fiebat sic, quòd aliquis primò disponeret se per orationes, & ieiunia petendo à Domino, quòd reuelaret ei veritatem illius rei, de qua quærebat: & tũc cũ iret ad dormiendum, Deus per somnium significabat ei veritatem rei quæsitæ. Hoc aũt nõ habetur ex aliquo loco autentico: sed nec illud repudio, cũ ex hac lĩa innuat, ꝙ esset aliquis modꝰ cõsulẽdi Domi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

num per ſomnia. Similis autem modus diuinationis erat in inſula Delphos in templo Apollinis: nã præpoſita queſtione, puella virgo, quæ erat ſacerdos introibat in ſpeluncam Apollinis, & dormiebat ſuper folia lauri, quæ habentur ſolũ in templo illo: & vocant tripodes: & tunc concipiebat ſpiritũ diuinãdi. Per iſtũ modũ dicit, & Hiſtoria ſcholaſtica, ꝙ Rebecca habuit rñſum à Deo de paruulis, quos geſtabat in vtero: de quo Gen. ca. 26. ꝙ perrexit Rebecca, vt conſuleret Dominum: qui reſpondens ait: duæ gentes in vtero tuo ſunt. Et dicit hiſtoria ſcholaſtica, ꝙ per ſomnia, fuit iſta conſultatio. Glo. quoque ordinaria ſuper locum iſtum dicit, ꝙ Iudæi conſulebant Dominum per ſomnia: ſed ad hoc prius ipſi diſponebant ſe per ieiunia, & orationes, vt Deus eis vellet rñdere. De Saule autem dicit, ꝙ non præmiſit iſtas orationes, nec ieiunia: ideo Deus non reſpondit ei per ſomnia: & hoc ſatis veriſimilè eſt.

An Saul peccauerit quærendo veritatem per ſomnia.
Quæſt. XIII.

Argi. 1. QVAERETVR vlterius, an Saul peccauit quęrendo veritatem per ſomnia. Et vr̃, ꝙ ſic, qa attendere ſuperſtitionibus peccatum eſt: ſomnia tamen ſunt ſuperſtitioſa, cum ex cauſis vanis conſurgant: ideo peccatum erit credere illis. Itẽ patet hoc, quia inter oẽs ſuperſtitiones magorũ, incantatorũ, & ariolorũ Deus vetuit attẽdere ad ſomnia, Deut. c. 18. ergo peccabat, qui ſic vellet veritatem inquirere. In contrarium videtur, ꝙ non peccauerit, quia per ſomnia Deus reſpondet: & reſponſioni Dei aſſentire non eſt ſuperſtitioſum: ideo non peccabat Saul attendens ad ſomnia. Reſpondendum eſt, ꝙ non põt dari generalis ſententia ſ. ꝙ attendere ſomnijs ſit licitum, vel illicitum, eo ꝙ interdum illicitum eſt, vt Deut. c. 18. ſæpe autem eſt licitum: quia prophetis veteris teſtamenti, vt communiter Deus reuelabat ſe per ſomnium, vt patet Num. c. 12. ſ. Siquis fuerit inter vos propheta Domini, in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loquar ad illum. Ea tamen, quæ Deus reuelat prophetis certiſſima ſunt: & non ſolum ipſi non peccant adhibendo fidem illis ſomnijs: immo peccarent ſi non crederent eis, cum conſter ipſis, ꝙ illa ſomnia à Deo ſunt. Et ſic prophetæ dicebant Iſraelitis ſe ſomniaſſe hoc, vel illud. Et Deus iubebat credi ſomnijs eorũ, niſi illa eſſent ficta, vt pater Deu. c. 13. ſ. ſi ſurrexerit in medio tui prophetes, aut qui ſomnium ſe vidiſſe dicat, &c. Et poſtea dicitur. Propheta autem ille, aut fictor ſomniorum interficiet, q.d. qñ nõ eſſent ſomnia ficta erat credẽdũ ei: ſi aũt nihil ſomniaſſet, & finxiſſet ſe aliqd ſomniaſſe erat occidendus propheta, vel ſomniorum fictor. Item Deus audit hominem per ſomnia: ergo credẽ dum eſt ſomnijs aliquãdo, patet antecedens Iob. 33. ſcilicet, Per ſomnium in viſione nocturna, quando irruit ſopor ſuper homines, & dormiunt in lectulo: tunc aperit aures virorũ, & erudiẽs eos inſtruit diſciplina. Pro hoc aũt cõſiderãdũ ẽ, quòd cũ ſomnia interdum ſint à Deo, & interdum ex alijs cauſis: & ea, quæ ſunt à Deo, ſunt certiſſima: oportet aſpicere, quando ſomnia à Deo ſunt, vel quãdo ſunt ex alijs cauſis, & ſi à Deo ſint, ſicut ſomnia prophetarum, vel aliorum hominum, quos Deus interdum mouet, aſſentiendum eſt illis: alijs autem ſuperſtitioſum eſt aſſentire. Sic erat in præſenti: quia Hebræi per orationes, & ieiunia orabant Deum, vt reſponderet eis in sõnijs: ſi poſtea Deus reſponderet, & hoc apud eos cognitum eſſet, no[illegible]illicitum credere illis ſomnijs. Et quia Saul ſic mõ conſuluit Dominũ p

Somnijs attende aliquãdo peccatum fuit aliqñ non apud Hebræos.

ſomnia, non peccabat, ſi autem ſomniaſſet Saul, nullo modo præmiſſo, ꝙ ipſe victurus erat in bello, vel vincendus, & ex hoc crederet ſic futurum eſſe, peccaret: quia iſta ſomnia veniunt à caſu, & ſunt ſuperſtitioſa. Si tamen præmiſſa oratione, & ieiunio, vt Deus reſponderet ei per ſomnium, Deus mitteret eis ſomnium de illa re, non eſſet peccatum credere illi: quia ſciebatur, ꝙ illud ſomnium à Deo erat. Ratio differentiæ eſt: quia vnum ſomnium à caſu fit, alterum autem à Deo, oratione præmiſſa. Sic enim eſt de ſortibus, vt ait Augu. quia Apoſtoli elegerunt Mathiam per ſortem in Apoſtolũ, prius fuſis ad Dominum precibus: ideo non peccauerunt. Qui autẽ ſortes poneret in electionibus, non fuſis precibus, peccaret. Sed adhuc dicendum, ꝙ q̃q̃ Iudæis illo tẽpore licitum erat aſſentire his ſomnijs, & ſic conſulere Dominũ: nobis tamen vtrunq; eſſet illicitũ: ſ. ſi quis oraret Dñm, & ieiunaret, vt p ſomnia ei reſponderet: in hoc. n. ꝙ oraret & ieiunaret, p hac cã peccaret: quia q̃q̃ licitũ ſit alicui petere reſponſum a Deo ſuper aliqua re, tamen illicitum eſt petere p ſomniũ cum ſomnia ſint varia. Secũdò peccaret, ſi fuſa oratione, & ieiunio aſſentiret ſomnio, quod ſequeret: quia adhuc non conſtaret illud ſomniũ eſſe à Deo, cum poſſit eſſe à Dæmone: Hebræis tamen licebat vtrunque. Ratio differentiæ eſt, quia Deus multa p̃mittebat Hebræis: eo ꝙ ſtatus ille erat imperfectus, quæ nobis non permittuntur, ſicut permittebat eis ſors conſultoria, ad inquirendum hircum pro peccato, & hircum emiſſarium, Leui. cap. 16. Apoſtolis quoque ante aduentum ſpiritus Sancti, cũ adhuc duraret ſtatus veteris teſtamenti, licuit Mathiam p ſortes eligere. Nobis autem nunc non licet vti ſortibus in electionibus prælatorum. Etiam quia Deus volebat illo tempore habere vnum modum reſpõdendi, cũ eſſet iſte modus cõmuniſſimus in prophetis: ideo licebat alijs prophetis conſulere Dominũ per ſomnia, præmiſſa oratione, & ieiunio. Vnde iſte modus creditur introductus fuiſſe ab aliquo viro ſancto, & magnæ auctoritatis in veteri teſtamento, & cæteri ſequebantur eum. Ob hoc autem ſcriptura poſuit illum, tanquam vnum de modis conſulendi Dominum. Ad rationem primam in contrarium dicendum, quòd ſomnia ſunt ſuperſtitioſa, quando non immittuntur à Deo, ſicut illis, qui nõ conſulto Domino, aliquid ſomniant. Cum tamen oratione præmiſſa, & ieiunio ſuper re inquiſita ſomnium aliquod erat, illud erat à Domino, & non erat ſuperſtitioſum. Sic fuit in Saul, qui volebat conſulere Deum hoc modo: ſed Deus noluit immittere ei ſomnium aliquod, de hac re. Ad ſecundum cum dicitur, ꝙ prohibetur obſeruatio ſomniorum, Deute. capit. 18. dicendum, ꝙ intelligitur de ſomnijs, quæ à caſu eueniunt, ſi homo propter illa aliquid agat, vel ab aliquo ceſſet, eſt ſuperſtitio, & pertinet ad maleficos. Somnia tamen per quæ Deus conſulitur, præmiſſa oratione, & ieiunio, non vetantur ibi. *Nec per ſacerdotes*, ideſt, etiam Deus noluit reſpondere Sauli per ſacerdotes. In Hebræo dicitur. *Per vrim*, & ſignificat vrim doctrinam, ſic patet Exod. cap. 28. vbi littera Hebræa dicit. Pones in rationali vrim, & tumim. Litera autem noſtra poſuit per ſacerdotes: quia idẽ erat conſuli per doctrinam, & per ſacerdotes. Nam conſuli per doctrinam, erat conſuli per rationale, in quo erat doctrina, & veritas: & iſtud faciebant ſacerdotes: nam induebantur ephod, & rationali: & tunc conſulebant Dominum, & reſpondebat, vt patet ſupra ca. 23. & infra 30. vbi Dauid iuſſit applicari ephod ad conſulendum Dominum.

In ſtatu iſto peccatum eſt ſomnijs qũcunq; aſſentire.

Ad 1. rationem in principio.

Ad ſecundam.

Quare

Quare Deus non reſpondit Sauli per Sacerdotem. Qu. XIIII.

QVAERET aliquis, quomodo Saul cõſuluit Dominum per ſacerdotes: & quare non reſpondit ei. Nicolaus dicit, ꝙ Deus non reſpondit Sauli per ſacerdotes, eo ꝙ tunc nullus ſacerdos erat, per quem poſſet conſulere: quia Saul occiderat omnes ſacerdotes Domini in Nobe: & euaſit ſolus Abiathar, qui cõfugit ad Dauid, ſupra c. 22. & per hunc non poterat conſulere, eo ꝙ erat cum Dauid, & erat hoſtis eius. Sed iſtud non ſtat. Primò, quia repugnat literæ, cùm Nicolaus dicat, ꝙ non conſuluit Dominum per ſacerdotes, eo ꝙ nullus ſacerdos erat. Litera tamen innuit, ꝙ Saul conſuluerit per ſacerdotes, cùm dicat, ꝙ non reſpondit ei per ſacerdotes. Superfluum tamen eſſet dici, ꝙ non reſpondit ei per ſacerdotes, niſi ipſe inquiſiuiſſet per ſacerdotes, cùm reſponſio non detur, niſi quærenti. Item quia litera dicit. Conſuluitque Dominum, & non rndit ei, nec per ſomnia, nec per ſacerdotes: ergo videtur, ꝙ ipſe iſtis modis conſuluit Dominum. Item non ſtat dictum Nicolai, cum dicat, ꝙ nulli ſacerdotes erant tunc, per quos Saul conſuleret Dominũ: nam multi erant. Quod ſatis apparet, quia tpe Dauid fuerunt diſtincti ſacerdotes p familias ſuas viginti quatuor, & iſtud fuit poſtquam occidit Saul ſacerdotes Nobe. Sed manifeſtum eſt, quòd ille familiæ nõ erãt ortæ ab ipſo Abiathar, poſtquam occiſi ſunt ſacerdotes in Nobe. Item patet, quia quædam illarum familiarum erant de ſtirpe Eleazar, & aliæ de ſtirpe Ithamar, e. ca. Abiathar tñ erat ſolum de ſtirpe Ithamar: ergo manſerunt ſacerdotes de ſtirpe Eleazar, qui non fuerunt occiſi à Saule. Item patet, quia e. c. conſtituit Dauid duos ſummos ſacerdotes. ſ. Abiathar de ſtirpe Ithamar, & Sadoch de ſtirpe Eleazar. Ambo aũt iſti erant ſummi ſacerdotes, & portauerunt arcam tempore Dauid, quandò fugiebat de Ieruſalem, ſeq. li. c. 15. Et ambo iſti nominantur ſacerdotes ſummi, vt colligitur infra 3. li. ca. 1. & 2. Ergo non ſolùm manſit Abiathar, occiſis ſacerdotibus à Saule: ſed etiam valde multi, per quos poſſet Saul cõſulere Dominum: nam Saul non occidit omnes ſacerdotes, ſed ſolum eos, qui erant de ſtirpe Ithamar. De ſtirpe autem Eleazari nullum occidit, q̃q̃ plures eſſent, q̃ de ſtirpe Ithamar. Ratio fuit, quia ſacerdotes fuerunt occiſi. ſ. pp Achimelech ſummum ſacerdotem, qui dedit panem, & gladium Dauid, ſupra c. 22. & quia putauit Saul ſolum coniuraſſe cũ Achimelech, & Dauid illos, qui erant de domo Achimelech, occidit eos ſolum. Nec etiam intelligendũ eſt, ꝙ occiderit omnes de ſtirpe Ithamar: ſed ſolum illos, qui erant de domo Achimelech de ſtirpe Heli ſummi Sacerdotis. Vnde Saul dixit, ꝙ veniret ad eũ Achimelech, & tota domus patris ſui: & venerunt ſolum octoginta quatuor viri, ſupra ca. 22 Si tamen veniſſent omnes de ſtirpe Ithamar, veniſſent plures, quàm duo millia. Et hoc modo tempore Dauid nõ multum poſt occiſionem ſacerdotum in Nobe diſtinxit Dauid viginti quatuor familias, & vices ſacerdotum: quarum ſexdecim erant de ſtirpe Eleazari, & octo erant de ſtirpe Ithamar 1. Paralipo. c. 24. Manebant ergo multi ſacerdotes, per quos poterat conſulere Saul. Ra. Dauid Kimhi, & alij Hebræi dicunt, ꝙ conſuluit Saul Dominum per Abiathar ſacerdotem, qui erat cum Dauid. Hoc autem põt dici pp duo. ſ. vel quia nullus alius ſacerdos manebat in terra Iſrael: vel quia nullus de illis habebat ephod, in quo conſulendus erat. Sed neutrum iſtorũ ſtat. De primo patet, quia multi alij ſacerdotes erant, vt declaratum eſt. Secundum etiam patet, quia q̃q̃ ſummus ſacerdos eſſet vnicus: tamen ephod non erat vnicum, & alia veſtimẽta ſacerdotis ſummi, vt poſſet illa mutare: & in maioribus ſolennitatibus acciperet ſolenniora. Abiathar autem tulit ſecum ſolũ vnum ephod: ideo manerent alia ephod, in quibus alij ſacerdotes poſſent conſulere Dominum. Et dato, ꝙ ſemper vnicum eſſet, ꝙ falſum eſt, alij ſacerdotes, qui manſerunt in terra Iſrael, fugiẽte Abiathar, fabricarent aliud ephod, vt haberent ad ſolennitates, & miniſteria ſummi ſacerdotis facienda, quæ nõ poterant fieri ſine ephod. Nam ſummus ſacerdos portare debebat rationale, & ephod, quandocũque miniſtraret, vt patet Exo. c. 28. præterquam in die expiationis, quę erat dies triſtitię. Et afflictionis: in qua ſolum induebatur veſtibus lineis, Leui. c. 16. Non habebat ergo cauſam Saul mittendi ad conſulendum Dominum per Abiathar, qui erat cum Dauid. Item non erat veriſimile, ꝙ Saul mitteret ad conſulendũ per Abiathar. Primò, quia Abiathar erat cũ Dauid in Siceleg in terra Philiſthinorum. Saul autem non poterat ire in terram Philiſthinorum, nec mittere aliquem de ſuis: quia erat terra hoſtilis, & nuuc erat tempus belli. Secundò, quia non erat veriſimile, ꝙ Abiathar vellet conſulere Dominum pro eo, quia hoſtis erat illius, cum occidiſſet totam cognationẽ ſuam, & coegiſſet eum fugere de terra Iſrael, ſupra c. 22. Dicẽdum igitur, ꝙ Saul conſuluit Dominum per ſacerdotes, qui erant in terra Iſrael: quia multi ibi erant, tam de ſtirpe Eleazar, quàm Ithamar, per quorum quoſlibet conſulere poterat.

Quare non reſpondit Dominus per ſacerdotes.
Quæſtio XV.

QVAERETVR vltèrius, quare non reſpondit ei Deus per ſacerdotes. Dicendum, ꝙ fuit duplex cauſa, vna generalis, & alia ſpecialis. Prima fuit, quia Deus nolebat reſpondere Sauli aliquo de illis modis, quibus Deus conſueuerat conſuli: & hoc pp peccata Saulis, qui non merebatur diuinam reſponſionem. Etiam vt induceretur ad conſulendum per Samuelem iam mortuũ, vt ipſe mortuus denunciaret ei priuationem regni, ſicut prius denunciauerat aſſumptionem in regem. Vel fortè fiebat, quia ſacerdotes, & prophetæ videntes interitum Salutis appropinquare, nollent ei denunciare propter timorẽ: Samuel autem, qui mortuus erat non timeret. Secunda cauſa erat ſpecialis ſ. quia rationabilius erat, quòd non reſponderet Deus Sauli per ſacerdotes, quàm per alios modos: quia ipſe occiderat ſacerdotes conſulentes Dominum, ideo indignum erat, ꝙ aliquis ſacerdos nunc pro eo conſuleret, & ſi conſuleret propter timorem, rationabile erat, vt Deus non reſponderet. Hoc etiam fieret ad confuſionem Saulis. ſ. vt ipſe erubeſceret de peccato ſuo, videns, quòd Deus nolebat ei reſpondere, quią occiderat illos, qui ſolebant eum conſulere.

Quomodo reſpondebat Deus per Sacerdotes, quando volebat reſpondere. Quæſtio XVI.

QVAERETVR vltetius, qũo rñdebat Deus p ſacerdotes, qñ volebat rñdere: nã de mõ, quo ſacerdotes inquirebãt, iã declaratum eſt ſupra c. 23. Dicẽdũ, ꝙ de hoc diuerſa eſt opinio. Aliqui. n. putabãt, ꝙ cõſultatio ſolũ fiebat p hoc, ꝙ ſacerdos induceret rõnali, & ephod: & iſti aſſerebant, ꝙ rñſio Dei apparebat p fulgorem lapidũ rõnalis, & ephod. ſ. ꝙ ſi multũ fulgerẽt, ſignificabaẽ bonũ ipſius quęrẽtis: ſi aũt nõ fulgerẽt, ſignificabaẽ malũ. De quo Ioſephus antiquitatũ. ſed hoc ſatis improbatũ eſt ſupra ca. 23. Alij autem dixerunt, quòd conſultatio ſacerdotum

Universidad de Deusto
Biblioteca

fiebat, describendo quæstionem in quadam cedula: & illa ponebatur in plicatura rationalis inter lamínas: & post paululum educebat eam summus sacerdos, & reperiebat scriptam solutionem. Ista fuit opinio Ra. Abraham Abbenezra. Sed non stat, quia consultatio non fiebat in scripto, sed in verbo, & cõsequenter responsio non fiebat in scripto. De hoc declaratum est, supra cap. 23. Dicendum est igitur, quòd ista Dei responsio, quæ fiebat ad consulentes, poterat dupliciter fieri. Vno modo per solam intellectus immutationem, scilicet, quòd cum summus sacerdos consuleret Dominum, Deus immutabat intellectum eius, reuelando sibi supernaturaliter veritatem illius rei. Et isto modo summi sacerdotes essent velut prophetę: quia in prophetis fiebat immutatio intellectus. Hoc autem satis consonat ei, quod habetur infra 2. lib. cap. 15. cum dixit Dauid ad sacerdotem Sadoch. O videns reuertere in ciuitatem in pace. Et sic vocauit eum prophetam: quia videns, & propheta idem sunt, vt patet supra cap. 9. Sadoch tamen non legitur, quòd fuerit propheta. Ergo videtur, quòd vocatus fuerit propheta solum propter hoc, quòd erat summus sacerdos: & Deus reuelabat ei veritates absconditas sicut prophetis. Aliter dici potest, quòd Deus respõdebat summis sacerdotibus consulentibus in voce, scilicet, quòd cum ipsi consuluissent, Deus mittebat aliquem Angelum, qui responderet de quæstione. Hoc modo respondebat Deus Moysi, quãdo introibat in sancta sanctorum, vt patet Nume cap. 7. Cumque ingrederetur Moyses tabernaculum, vt consuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio. Sic etiã respondebat Deus Moysi, & multis alijs ad ostium tabernaculi. Nam descendebat Angelus in columna nubis, & loquebatur. Et ita locutus est Aaron, & Mariæ, Nume. cap. 12. *Nec per Prophetas*, ideſt, etiam noluit Deus respondere Sauli per prophetas: quia ꝙꝙ ꝓphetæ inquirerẽt à Deo, rñsum nõ inueniebãt.

Per quos prophetas Saul consuluit Dominum.
Quæstio XVII.

QVAERET aliquis, per quos prophetas Saul consuluit hic Dominum, & quare non respõdit ei. Dicendum est, quòd multi prophetæ erant hoc tempore, à quibus posset Saul hoc inquirere. Sed obijcietur, quia in tempore Samuelis non erat alius propheta, nisi ipse, quia supra capit. 3. dicitur, quòd puer Samuel ministrabat Domino coram Heli, & sermo Domini erat præciosus: in diebus illis, non erat visio manifesta, ideſt, non manifestabatur aliqua visio. Si tamen aliquis propheta fuisset, essent visiones manifestę. Respondendum, quòd à principio, quando Deus apparuit primo Samueli, non reperiebantur prophetæ in Israel. Viuente tamen ipso, & veniente ad senectutem, multi alij prophetæ fuerunt. Nam Hebræi dicunt, quòd erant isti prophetæ discipuli Samuelis. Idem vult glo. ordinaria super locum istum, & Andreas, & Nicolaus. Constat autem, ꝙ Samuel habebat multos prophetas in discipulos, vt patet supra cap. 19. ſ. quòd cum vidissent cuneum prophetarum vaticinantiũ, & Samuelem stantem super eos, factus est etiam in illis spiritus Domini. Sed aliquis obijcet de istis, quòd non poterat per eos consuli Dominus: quia non erant prophetæ ad enunciandum futura, sed solum ad faciendum cantica laudis diuinæ, vt eod. cap. declaratum est. Respondendum est, ꝙ quanquam ex eo, ꝙ habet supra cap. 19. non apparebat aliquem eorum esse prophetam ad annunciandum futura, sed solum ad canendum laudes Dei: poterat tamen aliquis illorum esse propheta circa futura. Si tamen adhuc velis cõtendere, quòd nullus illorum esset propheta ad annunciandum futura. Dicendum est, quòd alij erant prophetæ, qui futura præuidebãt: sicut fuit Gad, qui prædixit Dauid ne maneret ī præsidio terræ Moab, supra cap. 22. fuit etiam Nathan propheta, & alij similes, per quos poterat Saul consulere Dominum. Cum aũt dicitur, quare non respondit Deus Sauli ꝑ prophetas, dicendum: ꝙ propter peccata sua: quia ipse demerebatur sibi aliquo modo responderi propter occisionem sacerdotum, & multa alia peccata.

Quare voluit Deus reuelare Sauli per Samuelem.
Quæstio XVIII.

QVAERETVR vlterius, cur Deus noluit hic respondere per prophetas, cum postea rñderit per Samuelem, qui propheta erat. Potest responderi vno modo, ꝙ Deus nõ rñdit hic ꝑ Samuelem, nec per aliquem prophetam. Et qñ dr infra in litera, ꝙ suscitatus fuit Samuel, & respõdit. Plurimi intelligunt, ꝙ non fuit ille Samuel, sed Dæmon, qui loco eius apparuit. Sic videtur tenere Aug. in Epistola ad Felicianum, de quo infra magis dicetur. Et hoc mõ non procedit quæstio. Aliter dici põt, ꝙ Deus non respondit ꝑ prophetam, ꝙꝙ responderit per Samuelem, quia Samuel iam non erat propheta, cum defunctus esset: animæ aũt defunctorum, ꝙꝙ cognoscant aliquas veritates supernaturaliter reuelatas: tñ non vocant prophetæ, quia sunt in tali statu, in quo eis veritates istæ reuelantur ex conditione status: dũ aũt viuunt, non intelligunt aliquid supernaturaliter ex natura status, sed ex gratia. Aliter adhuc dici põt, ꝙ ꝙꝙ Deus reuelauerit Sauli veritatem per Samuelem, tñ noluit reuelare per prophetas aliquos. Et hoc ad confusionem Saulis, vt sicut Samuel reuelauerat ei exaltationem suam, ita reuelaret ei mortem suam, & priuationem regni in posteritate sua, vt patet infra in litera. ſ. Faciet. n. tibi Dominus sicut locutus est in manu mea, & scindet regnũ de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauid: ꝙa nõ obedisti voci Domini, nec fecisti irã furoris eius in Amalech. Si autem per alium prophetam responsidisset Deus Sauli, non tantum erubuisset: ideo noluit respondere per alios, & respondit per Samuelem.

Qualiter Deus loquebatur prophetis inquirentibus.
Quæstio XVIIII.

QVAERETVR vlterius, qualiter Deus solitus erat rñdere prophetis, qñ cõsulebãt cũ. Dicẽdũ est, ꝙ aliter Deus loquebaꝫ ꝓphetis, ipsis non inquirentibus, aliter qñ consulebãt. Nã primo mõ Deus loquebatur ꝓphetis subito, & ex inopinato. ſ. qñ ipsi putabãt, ꝙ Deus eis non loquereꝫ: & hoc siue ꝑ noctẽ, siue ꝑ diẽ: & tũc non dicebat Deus illis aliqd determinatũ, ꝙ ipsi vellent, sed qdcũq; Deus voluisset, ꝙ illi annũciarẽt: & iõ istud fiebat ꝑter voluntatẽ eorũ, & quãtũ ad hoc erãt ipsi ꝓphetæ, sed nõ cõsulentes. Secundo mõ, ꝓphetæ nõ se habebãt ꝓpriè, vt ꝓphetæ, sed magis, vt dubitantes, & consulẽtes. Et qñ Deus rñderet eis, eẽnt ꝓphetæ: sed in hoc differebat: ꝙa nõ oẽs ꝓphetę cõsulebãt Dñm eodẽ mõ: nã Moyses, ꝙ fuit primus, & eximi⁹ inter ꝓphetas, hẽbat modũ cõsulẽdi specialẽ: qñcũq; .n. vellet rñsum à Deo super aliqua re, introibat in sancta sanctorum, & ibi audiebat vocem respondentem sibi de propitiatorio, Num. c. 7. & ideo non habebat aliquam difficultatẽ in rñsis: ꝙa mox, vt vellet sibi rñderi, rñdebatur.

Alij

Alij autem prophetæ consulebant aliter Dominũ, scilicet, quòd proponebant quęstionem, & orabant ad Dominum, vt responderet eis, & non erat tẽpus limitatum ad respondendum: sed aliqñ rñdebat eis immediatè, & aliqñ post aliquos dies. Sic patet de Ieremia, qui orauit ad Dominum, vt responderet ei, an Israelitę deberent descendere in Aegyptum, & non respondit ei vsq; post 10. dies, vt patet Iere. 42. c. Sic ẽt fuit de Daniele, ꝙ ꝑ multos dies orabat Dñm, ieiunans in magnis laboribus, vt Deus responderet ei in dubijs, vt patet Daniel: c. 8. & 9. Quadam ẽt vice ieiunauit per tres hebdomadas, vt Deus reuelaret ei visionem, & postea reuelata est, Daniel: c. 10. Sic aũt fuit nunc de istis prophetis: nam orauerunt Dñm super responso habendo, & nihil respondit: ideo cum Deus plus solito tardaret rñdere eis, putauerunt, ꝙ Deus nollet respondere: præcipuè quia nec per sacerdotes, nec per somnia rñderat. *Dixitque Saul seruis suis.* Hic ponitur secundum .ſ. pythonissæ consultatio: nam cum Deus nullo modo vellet, respondere Sauli, nesciens quid ageret, consuluit pythonissam. *Quærite mihi mulierem habentem pythonem*, ideſt, mulierẽ habentem spiritum familiarem, per quem responderе posset. In Hebræo habetur. *Baalad of*, ideſt, domina pythonis, quia Baalad dominam signat: of aũt significat pythonem, cuius plurale est ouoth, & si significat pythones, siue magos, supra 7. vbi habet litera nostra: magos: habetur in Hebræo, ouoth, & vocatur mulier domina pythonis, ideſt, habens spũm pythonem in potestate sua: hoc aũt significauit litera nostra dicens: Mulierem habentem pythonem, scilicet in potestate sua.

An Saul peccauerit eundo ad consulendum pythonissam.
Quæstio XX.

QVAERET aliquis, an Saul peccauerit eundo ad consulendum pythonissam. Aliquis respondebit, ꝙ non: quia si Saul prius consuluisset pythonissam, ꝙ Dñm, peccaret, quia ex hoc innueret, ꝙ non erat Deus in Israel, qui posset ei respondere. Sic enim redarguit Elias nuncios regi Ochoziæ, dicẽs: Nunquid non est Deus in Israel, vt eatis ad cõsulendum Beelzebub Deum Accaron? infra 4. li. c. 1. Saul tñ primò consuluit Dominum per somnia, sacerdotes, & prophetas, & cum iam non superesset aliquis modus consulendi: nec tamen Deus vellet respondere, consuluit pythonissam: ergo non peccauit. Itẽ si Saul peccauisset, non fauisset ei Deus tantum, respondendo ad qõnem suam, nam miraculosè fecit, quòd Samuel responderet ei: ꝙ non poterat fieri arte magica: fecit tamen hoc pro illo: ergo non peccauit consulendo pythonissam. Respondendum est, ꝙ Saul peccauit grauiter consulendo pythonissam, ꝙ patet: ꝙa Deus vetuerat hoc in Israel. ſ. ꝙ nemo consuleret pythones, vt patet Deut. c. 18. ẽt, ꝙ nemo haberet spũm pythonicum: nam Deus super hoc magnam pœnam imponebat, vt patet Leui. ca. 19. ſ. Ne declines ad magos, nec ab ariolis aliquid scisciteminí, & Leui. c. 20. dicitur: Anima, quæ declinauerit ad magos, & ad ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illã de medio populi sui. Saul ergo declinando ad mulierem habentem pythonem peccabat nimis. Item patet, quia 1. Paralip. ca. 10. vbi ponitur causa mortis Saulis. ſ. Mortuus est ergo Saul propter iniquitates suas, eo ꝙ præuaricatus sit mandatum Domini, ꝙ præceperat, & non custodierit illud: sed iusuper etiã pythonissam consuluerit, nec sperauerit in Domino, propter quod interfecit eum: si tamen non fuisset hoc graue peccatum, non posuisset illud scriptura inter ea, propter quæ mortuus est Saul. Ad primã rationem in contrarium dicendum, ꝙ verum est, ꝙ magis peccasset Saul, si primò consuluisset pythonissam, quàm Dominum, quasi nõ esset Deus in Israel: tamen non propter hoc tollitur, quin peccauerit cõsulendo pythonissam, postquam consuluit Dominum: quia etiam si non responderet ei Deus, nõ debebat consulere pythonissam: quia consulere eam non erat simpliciter necessarium: immo dato, quòd Saul sciret se euasurum à morte, si cõsuleret pythonissam, & illa non consulta, moriturus erat, non debebat adhuc illam consulere: cum talis consultatio esset simpliciter mala: & potius debet aliquis omnia mala pati, quàm peccare mortaliter. Ad secundum dicendum, quòd non stat ratio: & hoc dupliciter. Vno modo, quia non apparet, an Deus fecerit aliqd miraculosè pro Saule, quia non patet, an ille, qui respõdit, fuerit Samuel, vel fuerit Dæmon: multi nãque putant eum fuisse Dæmonem, vt infra dicetur. Et tunc falsum præsupponitur .ſ. ꝙ Deus egerit aliquid pro Saule. Si autem velimus secundo modo dicere, respondebitur, ꝙ Deus fecit, ꝙ Samuel respõderet hic: sed hoc non fuit in fauorem Saulis, sed potius in confusionem suam: quia Samuel ei exprobrauit: etiam, vt magis torqueretur Saul de morte sua, cum non solùm moriturus esset, sed etiam cruciare tur de morte cognita.

Ad primã rationem in oppo.

Ad secundam.

Saul quanuis occidisset omnes pythones, & ariolos, quos cognouit, adhuc tamen erant multi occulti, de quibus iussit vnum inueniri. *Quæst. XXI.*

QVAERETVR vltetius, quare Saul dixit hic seruis suis, ꝙ inquirerent ei mulierem habentẽ pythonem: nam ipse occiderat omnes habentes pythones, vt patet supra in litera. Quomodo ergo nũc putabat, ꝙ aliqui pythonici essent, quos posset consulere? Respondendum, ꝙ Saul fauore religionis fecit diligenter inquiri in terra Israel omnes habentes pythones, & ariolos, occiditque illos. Aliqui tamen occultati fuerunt, & euaserunt gladium Saulis: isti autem iam non audebant se vocare pythonicos, vel ariolos, nec publicè exercebãt istud officiũ: sed cauebant nimis, ne cognoscerẽtur à Saule, quia occiderẽtur: sic patet infra in litera ex verbis pythonissę, quæ dixit ad Saulem: Ecce tu nosti quanta fecerit Saul, & quomodo eraserit magos, & ariolos de terra: quare ergo insidiaris animæ meæ, vt occidar? Putabat ergo Saul, quòd quanquam ipse diligenter inquisiuisset magos, & ariolos, & occidisset eos: tamen adhuc aliqui relinquerentur occulti, de quibus cognoscerent serui sui, & posset aliquem illorũ consultare: ideo quęsiuit à seruis suis, vbi esset aliqua mulier habens pythonem; & cum dixit. Quærite mihi mulierem habentem pythonem, nõ magis curauit, an esset fœmina, vel vir: quia per quencunque consulere posset: dixit tamen de fœmina, quia fœminæ magis vacant istis superstitionibus, quàm viri.

Mulier, ad quam accessit Saul, quòmodo habebat pythonem.
Quæstio XXII.

QVAERETVR vlterius, qualiter ista mulier habebat pythonem. Aliquis respondebit, ꝙ habebat in ventre. Sic enim dicitur supra in litera, quòd Saul occidit omnes habentes pythones in ventre. Et Apost. Act. 16. cap. sanauit quandam puellam, quę habebat pytonem in ventre. Sic etiam qñcũq; aliquis ꝓpriè habet pythonẽ, oportet, ꝙ illũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

habeat in vētre: quia pythones appellati sunt à modo respondendi quē habebat Apollo in insula Delphos, qui pythius appellatus est: & tamen ibi puella, quæ respondebat habebat in ventre pythonem: quia arripiebatur à Dęmone, & sic loquebatur. Respondendū est, ꝙ habere pythonem, est habere Dęmonem aliquem in potestate, qui respondeat ad ea, quę inquisierimus. hoc autem multipliciter accidit. Nam aliqui habent Dęmonē, quem possunt vocare & ille respondebit ad ea, quæ quæsierimus, non verbo, sed quibusdam motibus corporalibus, sicut supra dictum est, de inquirente furtum in vngue terso, vel in ense polito. Alio modo, quidā habent Dęmonem, quem vocare possunt, qui in aqua ostendet effigies rerum, & similitudinē suam, & ibi dabit responsa, quod pertinet ad hydromantiā: sic ait Aug. 18. de ciuitate Dei, & habetur in decretis 26. q. 5. cap. Nec mirum, cùm dicitur: Hydromantici ab aqua dicti sunt. Est n. hydromantia in aquarum inspectione Dęmones euocare, & imagines ludificationis eorum videre, ibique ab eis aliqua audire. Alio modo fit, vt aliquis habeat Dęmonem, qui sibi respondeat vocatus in circulo, vel factis quibusdā characteribꝰ. Alij enim habent Dęmones pythones, qui respondent eis, & faciunt apparere similitudines mortuorum resurgentiū: & ꝙ illi respondeant ad ea, de quibus inquisiti fuerint: isti n. vocantur necromantici: quia circa mortuos diuinant. Et dicit Aug ꝙ isti vtuntur sanguine, & aqua inuocando Dęmones: eo ꝙ Dęmones diligunt sanguinē, & veniūt illo adhibito. De hoc habet 18. de Ciuitate Dei. & in decretis 26. q. 5. nec mirum, cùm dicitur: Dęmonibus autem accitis audent ventilare, vt quoscunque suos perimant malis actibus inimicos. Hi etiam vtuntur sanguine, & victimis sępe contingunt corpora mortuorum. Negromantici sunt, quorum precationibꝰ videntur resuscitari mortui, diuinare, & ad interrogata respondere: ad quos suscitandos cadaueris sanguis addicitur. nam amare sanguinem Dęmones dicuntur: ideo quotiescunque necromantia fit, cruor aquæ miscetur, & colore sanguis facilius prouocantur. Sed iste modus necromanticorum, quem ponit Aug. diuisus est: quia aliquando solū suscitantur effigies mortuorum: & tunc non oportet sanguinē adhiberi. Interdū vero cadauera recenter mortuorum coguntur ad loquendū, dęmonibus subintrantibus: & tunc oportet adhiberi sanguinē, aquæ mixtum tā ad vocandū, quàm ad perfundendum organa locutiua cadaueris. Alijs quoque modis, quis potest habere pythonē, vt supra expositū fuit. Et etiā preter illos alij sunt, de quibus isti sufficerint, quia pythonissa, de qua hic agitur, vtebatur aliquo istorum. Sed dicendum est, ꝙ non habebat primo modo pythonem, scilicet in ventre: quod patet ex verbis Saulis dicentis. Diuina mihi in pythone, & suscita quem dixero tibi. si tamen habuisset pythonem in ventre, non potuisset suscitare aliquem: sed solū respondere ad quæsita. Item patet, quia mulier ista dixit: Quem suscitabo tibi? Etiam quia ipsa dicitur vidisse Samuelem, & tunc clamauit: & postea dicitur: Vidi Deos ascendentes de terra. si autem ista habuisset pythonem in ventre, nihil vidisset: sed quādo à Dęmone arriperetur, diuinaret, sicut faciebat illa puella, de qua habetur Act. cap. 16 Dicendū igitur, quòd ista mulier dicebatur habere pythonem, quia habebat Dæmonem familiarem, qui respondebat ei ad quæsita: vel habebat artem pythonicam, per quam faciebat ascendere effigies mortuorum de terra, & ille respondebant ad quæsita. Quod patet: quia Saul accedens ad pythonissam dixit: suscita mihi, quem dixero tibi, & ipsa respondit. Quem suscitabo tibi? in quo apparet, ꝙ tota ars sua consistebat in suscitando effigies mortuorum. Itē patet quia si ipsa fecit ascendere Samuelem de terra, vel effigiem Samuelis, vt patet infra in litera, & postea cùm interrogaretur quid videret, dixit: Vidi Deos ascendentes de terra: & dedit similitudinem totam ipsius ascendentis, & quòd erat vir senex &c. non ergo habebat pythonem in ventre, sed solum poterat inuocare Dæmonem, vel suscitare effigies mortuorum. *Vadam ad eam.* s. non faciam illa venire ad me, quia tunc cognosceret me esse regem, & nollet respondere præ timore. vadam ergo ad eam, vt me non cognoscat. *Et suscitabor per illam.* i. inquirā de euentu belli per illam i. per artem eius. s. quia ipsa suscitabit aliquem, à quo quæram. *Et dixerunt serui eius ad eū.* Isti fuerunt aliqui pauci de seruis Saulis, & secretarij eius: & fortè illi duo solum, qui postea iuerunt cum eo: nam noluit hoc toti exercitui prodere, ne timerent. *Est mulier habens pythonem in Endor,* ideſt scimus quandam mulierem esse in vrbe Endor, quæ habet pythonem. In Hebręo dicitur *baalad of.* i. dominam pythonis, quod idem est, vt supra declaratū fuit. Hebræi autem putant, quòd Endor sint duæ dictiones: & tunc dor est nomen cuiusdam ciuitatis, de qua habetur Iosue. cap. 11. & 17. & Iudi. cap. 1. & dicunt, quòd en, est nomen commune, & significat fontē: & sic vocabitur locus ille Endor. i. fons dor. Potest tamen aliquid aliud signare: quia en, in Hebræo significat tria. s. fontem, colorem, oculū: & sic posset vocari iste locus Endor, i. fons dor, vel oculus, vel color dor. Sed dicendum est, ꝙ hic Endor est vnum nomen significans vrbem, & nō sunt duę dictiones. Est autem ista vrbs Endor in tribu Manasse, vt patet Iosue cap. 17. cum dicitur: Habitatores dor, cum oppidis suis, habitatores quoque Endor cum villulis suis. Et in ista vrbe Manasse fuit ista mulier pythonissa. Dicunt Hebræi quidam, vt Ra. Dauid Kimhi, ꝙ fuit ista pythonissa vxor Sophonię & mater Abner principis militiæ Saulis. Sed hoc nullo modo stat: quia illa cognosceret Saulem cum Abner esset cognatus Saulis. s. patruelis suus, vt patet supra cap. 14. & non posset Saul se occultare illi: occultauit tamen se, & fuit incognitus, vsquequo mulier suscitauit Samuelem: & tunc exclamauit dicens: Quare imposuisti mihi? tu es enim Saul. Item non stat: quia dicitur, ꝙ ista mulier habitabat in Endor: est autem Endor in sorte Manasse Iosue. c. 17. si tamen fuisset mater Abner habitasset in sorte Beniamin, quia Abner erat de tribu Beniamin, cum esset patruele Saulis, qui Saul erat de tribu Beniamin, vt patet supra c. 9. & 10. Dicēdum igitur, ꝙ ista erat aliqua mulier simplex, parui status, quales sunt, quæ vacare solent istis superstitionibus, & erat de tribu Manasse: ideo habitabat in Endor, quæ erat ciuitas sortis Manasse. *Mutauit ergo habitum,* scilicet apparatum regium ad eundū ad pythonissam. *Vestitusque aliis vestimentis, abijt.* s. accepit alia vestimēta, quæ erāt minora regio cultu, & illis vestitus, abijt. Ratio huius fuit duplex. Prima, vt non cognosceretur à pythonissa: quia si agnosceretur nollet diuinare, timēs mori: sicut postea patet, ex verbis pythonissæ. Secundò fecit hoc propter viros suos, qui manebat in castris, vt non cognoscerent eum exire de castris, quia timerent propter regis absentiam, & fortè ipsi dispergerentur: cùm autem mutasset habitum nō cognitus est. *Et duo viri cum eo.* i. iuerunt cum eo solùm duo viri. Dicunt Hebræi, quòd isti erant Abner, & Amasa. Sic refert Ra da. Kimi. Sed hoc non stat: Primò quia ipsi includunt contradictionem, vel quoddam

Habere spiritū in potestate q sibi rñdeat multipliciter esse pōt.

Rñ. ad qſi.

Endor vrbs in Manasse.

quoddam absurdum in dictis suis: nam supra dixerūt, ꝙ ista mulier Pythonissa erat mater Abner: nūc autem dicunt, quòd Abner ibat cum Saule. Sed non verisimile est, quia Saul volebat nimis latere: si tamē iuisset cum eo Abner cognosceretur: nā mater non poterat ignorare filium, cum videret eum. Agnito tamen Abner necesse erat cognosci Sauli: quia Abner cum nullo iret associando eum, nisi cum Saule, cum ipse esset princeps exercitus totius Israel, & sic necesse erat cognosci Saul, sed non factum est. Item non stat, quia cùm Saul recederet de castris, ne cognosceretur absentia sua, verisimile est, quòd relinqueret Abner, qui erat princeps totius exercitus: & sic non esset facta aliqua mutatio: si autem Abner iret cum Saule & constitueretur alius princeps exercitus pro illis diebus, quibus aberat Saul, cognosceretur absentia Saulis, & Abner: ideo non stat, quòd Abner iuerit. Item non stat, quòd dicunt de Amasa: quia Amasa erat cognatus Dauid. s. filius sororis eius Abigail, vt patet 1. Paralipom. cap 2. non est ergo verisimile, ꝙ ipse nunc esset cum Saule, quando ille persequebatur Dauid: præsertim quia supra ca. 21. dicitur: quòd quando Dauid venit ad spelūcam Odollam, conuenerunt ad eum fratres sui, & tota domus patris sui. Ergo Amasa, qui erat filius sororis Dauid, veniret ad Dauid in speluncam. Sed Hebręi dicunt sepissimè ficticia, quæ nullum moriuum rationis habent; sic enim dixerunt, quòd emissarij regis quibus iussit, quòd irruerēt in Sacerdotes Domini, supra cap. 22. erant Abner, & Amasa: sed ibi improbatum est. Sed dicendum, quòd erant isti, aliqui duo viri de secretarijs regis, quorum absentia non multum cognosceretur in castris. Duxit autem solum duos viros secum Saul, propter duo. Primò pp Pythonissam: quia si ipse habuisset multos secū, illa putauisset eum esse regem. & noluisset respondere, negans se Pythonissam. Secūdo fecit propter eos, qui erant in castris, quia si Saul exiuisset comitatus multis viris, cognosceretur, quòd ipse recedebat; de castris: nunc autem cum soli duo irent cum illo, nō cognosceret, quis exiret de castris. *Venerūntque ad mulierem noctem,* ideſt, Saul, & viri sui venerunt ad mulierem in Endor per noctem. Hoc autem fecit Saul, vt minus cognosceretur. Ra. Sa. dicit, quòd per diem venerūt ad Pythonissam: tamen vocatur nox, quia videbatur Sauli nox propter amaritudinem cordis. Sed hoc nō stat, quia si Saul loqueretur à seipso, vel scriptura referret verba Saulis, poterat accipi dies, pro nocte, vel è contrario, secundum modū loquendi Saulis: scriptura tamen loquitur à seipsa: iō oportet, quòd verum esset, quòd nox erat, quando Saul venit ad Pythonissam. *Et ait. diuina mihi in Pythone,* ideſt, diuina in Dæmone, quem habes. s. consulendo eum, vel dicitur: Diuina mihi in Pythone, ideſt, in arte Pythonica. s. quòd per istam artē scias id, quod ego quæro, & suscita quem ego vocabo.

An Saul petierit superflua, petendo, quòd diuinaret, & suscitaret mortuum. *Quæstio XXIII.*

QVAERET aliquis, quare dixit hic Saul: Diuina mihi in Pythone, & suscita quem dixero tibi: quia ista videtur superflua, cum sint simul, quia si pythonissa diuinaret in pythone de eis, quæ quærebat Saul, non oportebat, quòd suscitaret aliquem: quia qui suscitabatur ad respondēdum suscitabatur. Vel si mulier suscitaret aliquem ipsi Sauli nō oportebat, quòd diuinaret ei in pythone, quia ille, qui suscitaretur responderet ad ea, quæ volebat Saul: & sic factum est, quia nō quæsiuit Saul aliquid à muliere pythonissa de euentu belli, vel de aliquo alio: sed dixit, quòd suscitaret Samuelem: & tunc ille respondit, vt patet infra. Itē patet, quia pythonissa non cognouit Saulem, quousq; suscitatus est Samuel, vt habetur infra, si tamē Saul petiuisset à muliere, vt aliquid ei diuinaret, proponens quæstionē, ipsa cognouisset ex verbis, eum esse Saulem: nihil tamē cognouit, ergo nihil interrogauerat Saul ipsam pythonissam: sed surgente Samuele volebat habere responsum. Dicendum est, quòd quando aliquis habebat pythonem, ille respondebat interdum ad ea, quæ quærebantur, non suscitato aliquo à mortuis: & tunc diuinabatur in pythone, sed non suscitabatur aliquis. Aliquando autem illi, qui habebant pythones suscitabant aliquos à mortuis, quos volui sent ipsi consultores, & illi non erant nisi python ipsius habentis spiritum pythonicum: quia ille python. Tunc sumebat imaginem cuiusque voluisset: & videbatur surgere de terra, sicut si resurgeret à mortuis. & sic dixit infra pythonissa: Vidi Deos ascēdentes de terra: & tunc python faciebat omnia. s. qa in ipso diuinabantur, & ipse erat, qui resurgere videbatur. Saul tamen non dixit in isto sensu: qa ipse non putabat, ꝙ Dæmon erat ille, qui resurgebat, sed ꝙ erat Samuel: ideo cum Phytonissa dixit ei, ꝙ erat vir senex amictus pallio: intelligens, ꝙ esset Samuel, adorauit pronus in terra, vt patet infra in litera. Dicendum igitur, ꝙ diuinare non accipitur hic ppriè. In quo sciendum, ꝙ diuinare propriè sumptum, significat enunciare aliqua, quę futura sunt: & quia illa non possunt sciri, nisi per Deum, qui ea annūciat, dicitur diuinare. i. agere sicut Deus. Sic patet Isai. ca. 41. s. Nouissima eorum, & quæ ventura sunt, indicate nobis, annunciate, quæ ventura sunt in futurum, & sciemus, & quia Dij estis vos. Alio modo accipit diuinare largè i agere aliquid, quod pertinet ad potentiam Dei, & non est in enunciatione aliquid absconditum, in respondēdo, sed in faciendo: sic enim si aliquis demonstret opera diuinæ potentiæ, diuina re dicetur. Sic autem accepit Saul. s. diuina mihi in Pythone, i. facias mihi aliquod opus mirabile, sicut opus Dei, in Pythone tuo: & hoc est, vt suscites mihi aliquem à mortuis: quod non potest facere quisquā, nisi Deus. Et tunc nihil est superfluum: quia diuinare in Pythone, non est aliquid quærere ab illo, & cognoscere, sed solum per artem, & potestatem illius, aliquem à mortuis suscitare. Si autem aliter accipiatur, necesse est esse literam superfluam. *Et suscita mihi, quem dixero tibi.* i. facias resurgere à mortuis illum, de quo dixero, quia ab eo volo inquirere veritatem.

Habēs pythonē aliquando iste rñdebat, aliqñ suscitabat aliquē, & ille respō debat.

Diuinare quid signi ficet.

An per artem Pythonicam, possit aliquis à mortuis suscitari. *Quæstio XXIIII.*

QVAERET aliquis, an per artem Pythonicam possit aliquis à mortuis suscitari. Videtur primo, ꝙ sic, quia pythonissa suscitauit hic Samuelem, & solum fecit cęremonias artis magicę. Item Deut. cap. 18. Habetur: Non sit inter vos, qui diuinos consulat, & quærat veritatem à mortuis. Videtur ergo, quòd aliqui poterant inquirere veritatem à mortuis, & inquirebant: alioquin scriptura non posuisset de hoc prohibitionem: quia lex nunquam debet dari de impossibilibus, sed de his, quæ sæpe accidūt, & accidere possunt. In contrarium videtur, quòd nō possit aliquis suscitari arte magica: quia hoc est potentiæ infinitæ, quæ soli Deo competit. Respondendum est, quod suscitare aliquem à mortuis stat dupliciter. Vno modo, ꝙ anima exuta corpore reuniatur corpori, in quo prius erat, & sit homo, qui prius

Arguitur, quod sic primo. Secundo

Universidad de Deusto
Biblioteca

prius erat: hoc autem vocatur resurgere, & sic erit in extremo iudicio, vbi omnes resurgent in corporibus suis, & reddituri sunt rationem de factis suis, vt patet in symbolo Athanasij. Alio modo accipitur suscitare aliquem à mortis, ideſt, facere, quòd aliqua de animabus, exuta corpore, surgat de receptaculo suo, veniens ad respondendum nobis de quæsitis: & tunc dicitur suscitari aliquis à mortuis: quia venit anima alicuius de mortuis. Isto modo dicitur aliquis suscitari, sed non resurgere: eo quòd anima non reunitur priori corpori, vel alteri ad viuēdum, sed solùm venit ad respondendum de quæsito. De primo dicendum est, quòd impossibile est per artem magicam aliquem suscitari à mortuis: quia sic est resurrectio, quam nullus facere potest, nisi Deus: ideo dato, quòd Deus permittat Dæmonibus agere quicquid potuerint, non poterūt aliquem sic suscitare: & non solùm Dæmones, sed etiam potentia oīum bonorum Angelorum simul non sufficit ad suscitādum sic aliquem. Secundo modo accipiendo suscitare, dicendum est, quòd Dæmones non possunt suscitare aliquem à mortuis, nisi ex diuina permissione: & hoc modo non est infinitæ potentiæ aliquem resurgere à mortuis: nam tunc anima non reunitur corpori sed solum mouetur veniēs de loco, in quo erat, ad locum, in quo respondere debet. Sed sciendum, quòd ista anima, aut erit de illis, quæ sunt in vita æterna, aut in purgatorio, aut in inferno. Primo modo, non potest aliqua anima suscitari à mortuis, quia Dæmones potestatem non habent super animas, quæ sunt in vita æterna: nec Deus unquam permitteret illis, quòd trahant inde animas ad aliquid agendum: quia ex hoc paterentur illæ animę distractæ à sua fœlicitate, & traditæ Dæmonum potestati. Hoc autem est impossibile: quia illi, qui semel adepti sunt vitam æternam, nunquam vlterius poterūt torqueri, saltem leuiter: sic patet Apoc. cap. 7. f. Non esurient, nec sitient amplius, nec cadet super eos sol, nec vllus æstus: quoniam Agnus, qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vitę fontes aquarum, & absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum. Si autem accipiatur de illis, qui sunt in purgatorio. Dicendum, quod nulla anima illarum potest arte magica suscitari: quia Dæmones non habent potestatem super illas, cum pertineant ad ciuitatem Dei. Et quanquam torqueantur illæ animæ, quamdiu ibi manent, tamen non torquentur à Dęmonibus, nec Dæmones ferunt eas illùc: immo nec possunt attare illis, quando puniuntur: sed Deus succendit ignem illum, quo torquentur. De quo latè declaratum est in libro nostro de quinq; Metaphoricis paradoxis, parte quinta. Si autem dicatur de animabus, quæ sunt in inferno, dicendum est, quòd Dæmones non habent plenam potestatem super istas, ita vt possint eis vti pro arbitrio suo, vel ducere illas quò voluerint: nam etiam nō possunt illas, quātum volunt: sed solum quantum Deus vult, quòd puniantur. Sunt ergo Dęmones solum ministri Dei ad punitionem animarum, secundum certum modum eis datum, & non possunt plus eas punire, licet hoc ipsi desiderant: nec possunt eas inde educere ad alium locum, cum ille sit locus constitutus pro tormentis, & carcere. Si autem aliquis obijciat, quòd interdum animæ damnatorum extra infernum sūt discurrētes per aera cum turba Dæmonum, de quo ponit aliqua exempla Gregorius in quarto Dialogorum. Dicendum, quòd illæ animæ non trahunt per varia loca, pro libito Dæmonum: sed quia Deus iubet, quòd sic trahantur ad executionem suæ iustitiæ, vel ad viuorum terrorem, & exempla. Dicendum ergo, quòd Dæmones non possunt educere de inferno aliquas animas damnatorum ad respondēdū in opere magico, nisi Deus hoc permittat. Deus autem nunquam permittit, quia non concedit Dæmonibus vti animabus pro arbitrio suo, sed solùm ad executionem iustitiæ. Dicendum igitur, q̄ quando magi, conuocationibus factis, faciunt surgere aliquem à mortuis, nō surgit aliqua de animabus beatorum, vel damnatorum: sed surgit aliquis Dæmon sumens figuram illius, de quo petitur, quòd suscitetur, & loquitur in persona illius. Quod patet, quia Dæmones non habent potestatem super animas damnatorum, & si possent eas educere ab inferis ad respondendum, non staret hoc: quia isti, qui finguntur suscitati à mortuis, respondent ad quædam nimis abscondita, ad quæ animæ damnatorum nescirent respondere, quia animæ, postquam sunt in inferis, non acquirunt aliquam scientiam: quia per hoc efficerentur fœliciores: immo secundum opinionem quorundam, qui apud inferos sunt, nihil sciunt, & obliuiscuntur omnium quæ sciuerant. Quod videtur fundari ex eo, quod habes Ecclesia. ca. 9. f. Quodcunque potest manus tua facere, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erit apud inferos, quo tu properas. Hoc tamen nihil est, quia non est illa intentio literæ, vt ibi declarabitur, sed saltem nesciunt animę damnatorum apud inferos plusquam sciebant in corporibus, sed dum erant in corporibus nescirent respondere ad illa, quę quęrunt magi, cum sint nimis occulta, & plurima illorum sint futura: ideo non sunt animę damnatorum illę, quę respōdent: sed Dęmones, qui ista nouerunt, & possunt faciliter respondere. Ipsi autē sumunt effigiem cuiuscunque voluerint: quia si Satanas potest se transfigurare in Angelū lucis, vt patet secunda ad Corin. c. 11. poterit à fortiori transfigurari in effigiem cuiuscunque viri mortui: & sic fiunt omnes responsiones magicę. Ad rationes in contrarium respondendum. Ad primam cum dicitur, q̄ hic suscitatus fuit Samuel à mortuis, & pythonissa non egit aliquas cæremonias artis magicę. Dicendū, q̄ præsupponitur dubium: nam plerique asserunt, q̄ iste suscitatus non fuit Samuel, sed Dæmon apparens in effigie Samuelis. Si autem dicatur, q̄ iste erat Samuel, dicendum, q̄ non fuit suscitatus viribus artis magicæ, sed diuina permissione, & voluntate, ad annunciandum veritatem Sauli. Ad secundam rationem dicendum, q̄ ex litera Deut. c. 18. non præsupponitur, q̄ aliquis possit suscitari à mortuis, à quo veritas quæratur: sed dicitur, ne quis quærat veritatem à mortuis. i. nō conetur illā quęrere: quia dato, q̄ esset impossibile aliquem de mortuis resurgere ad respondendum: tamen in hoc solum, q̄ aliquis conatur suscitare quēquam à mortuis ad respondendum, est superstitiosus, & peccat: ideo Deus prohibebat istum conatū, quia peccatū erat. Aliter dici potest, q̄ scriptura præsupponit ibi, q̄ aliquando quæratur veritas à mortuis: non quidem propriè accipiendo, sed ſm modum loquendi vulgarium: nam scriptura condescendit modo loquendi illorum, cùm sit lex directiua ipsorum: & quia ipsi putabant, q̄ aliqui possint à mortuis suscitari ad respondendum de veritate quæsita, scriptura dixit, q̄ nullus inquireret veritatem à mortuis.

Ad primā rōnem.

An crediderunt Saul, & pythonissa mortuum posse suscitari. Quæst. XXV.

QVAERETVR vlterius, an Saul, & pythonissa crediderint, q̄ per artem magicam poterat aliquis

aliquis suscitari à mortuis, & quomodo hoc credebant, cùm esset impossibile. Respondendum, quòd tam Saul, quàm Pythonissa hoc habebant vt certissimum: nam si Saul non credidisset hoc, non dixisset seruis suis. Quærite mihi mulierem habentem Pythonem, & iscitabor per illā, vt patet supra: nec etiam postquam venit ad eam dixisset, q̄ suscitaret ei aliquem, nisi crederet hoc eam agere posse. dixit tamen q̄ suscitaret sibi aliquem. ergo credebat, q̄ poterat. Et non solum credidit hoc Saul, sed etiam, q̄ Pythonissa poterat suscitare quencunque voluisset à mortuis, siue de animabus bonorum, siue malorum. quod patet: quia postea dixit: Suscita mihi, quem dixero tibi: etiam patet: quia postea dixit: suscita mihi Samuelem: quasi credens, q̄ illum posset suscitare Phithonissa. Erat tamen Samuel de viris sanctis, & ita ab omnibus Iudæis credebatur. ergo putabat Saul, q̄ Pythonissa posset suscitare quancūque animam voluisset. Item patet, quia quando Pythonissa dixit: Vir senex ascendit, & ipse amictus est pallio, dicit litera: Intellexit Saul, q̄ Samuel esset, & inclinauit se super faciē suam in terra, & adorauit. Si autem putasset esse animam alterius viri, nō adorasset, illa præsente: ideo putabat Saul, q̄ anima cuiuscunque defuncti, quantuncunque boni, poterat arte magica suscitari. Pythonissa, quoque hoc credebat: nam quanquam solum ipsa conuocaret Dæmones, & faceret eos apparere: tamen putabat, q̄ illi, qui surgebant, erant mortui, & q̄ quēlibet mortuum posset suscitare. Quod patet: qa ipsa dixit Sauli: Quem suscitabo tibi? dans ei in hoc electionem: si tamen nullum putasset se posse suscitare, vel saltē non quenlibet, non dixisset; quem suscitabo tibi? Sed tunc dicetur, quomodo Pythonissa, & Saul credebant hoc fieri, cum esset impossibile. Respondendum est q̄ Pythonissa erat mulierecula parum intelligens, quæ faciliter induci poterat ad credendum quodcunque, etiam si illud implicaret contradictionem: quia ipsa non poterat iudicare de veritate rerum. Item habebat ad hoc motiuum, q̄ oēs alij, q̄ prius ista arte vsi sunt, sic crediderunt: ideo ipsa acciens ab illis similiter credidit. Item quandocunq; ista mulier vocabat aliquem, ille surgebat in figura eius, qui defunctus fuerat: ideo cum mulier videret diuersitatem inter surgentes, sicut fuerat inter viuētes, & si aliquādo vocabat aliquem à mortuis de eis, quos ipsa viuentes agnouerat, in tali effigie, & habitu apparebat, vt viuens fuerat: credebat ergo verissimè, q̄ ille, qui suscitabatur erat defunctus. Vulgares enim assentiunt his experientijs, quæ sunt in sensu non potentes eleuare ad iudicandum de veritate rei speculatiuè per principia intellectus. De Saule autem dicendum est, q̄ ipse credebat ista, quia erat insipiens s. quia quanquā rex esset, tamen nihil nouerat de natura rerum, aut de statu animarum corpore solutarum: nec solum erat iste error in eo, sed etiam in omnibus Israelitis, quia putabant, q̄ possent suscitari mortui magicè. Hoc autem erat propter duo: primo quia tempore illo inter Iudæos nō erant aliqui sapientes circa rerum naturam, qui per viam naturalem cognoscerent hoc possibile, vel impossibile fore. Secundo accidebat ex defectu legislationis, quia licet Hebræi illo tempore essent deuoti, & diligenter obseruarent legē Dei: tamen nesciebāt de statu animarum post mortem. s. an præmia corresponderent bonis, & an cruciamina malis, & qualis esset distinctio status vtrorunq; & hoc vsque hodie ignorant, putantes totum præmiū obseruationis legis dari homini in præsenti: & pœnas nō obseruatæ legis nunc quoque infligi. Et si aliquādo loquntur de animabus corpore solutis, loquūtur nimis dubiè, & quasi per somnia ponentes quædā irrationabilia similia eis, quę poetæ fingebant, dicentes, q̄ animæ malorum sunt in locis turbidis, & pcellosis: animæ aūt iustorum in locis amœnis vltra Oceanum: & multa absurda narratu indigna, quæ hīr in suo Talmud. Magis tñ ignorabant Iudæi, qui fuerunt tempore Saulis, quàm illi, qui fuerunt tempore Christi, & sunt nunc: quia prophetæ annunciauerunt aliqua de vita æterna, licet per inuolucra, & p̄cipuè Isaias, ex quibus Iudæi colligere possunt aliqd de statu animarum corporibus solutarū. Scripta tamen istorum prophetarum non erant tempore Saulis: ideo Iudæi illius tpis erāt nimis indocti circa statum aīarū solutarū corporibus: poterantq; faciliter cuicunq; fabulę confictæ de earū statu assentire: vnde credebant, q̄ arte magica poterant suscitari, & q̄ Pythones habebant ptātem super quanlibet aīarū.

Magi ariolis quomodo differunt.

Arioli aruspices idē.

Et ait mulier ad eum. Hic respondit Pythonissa excusando se, & negando se Pythonissam, vt non capere tur in sermone, & occideretur. *Ecce tu nosti quanta fecerit Saul.* Dicebat Pythonissa, tu nosti, quia id, quod fecit Saul, fuerat notoriū in toto Israel, vt per singula loca inquisiti fuissent magi, & arioli, aut quicunq; malefici: ideo nō poterat aliquis in toto Israel ignorare, quod factum fuerat. *Et quomodo eraserit magos, & ariolos de terra.* i. tu scis, q̄ occidit oēs magos, & ariolos. Et dicitur, q̄ eraserit eos de terra. i. non permisit aliquem eorum super terra: in quo indirectè arguebat ista Pythonissa, Saulem stultè quærere q. d. scis, q̄ Saul eraserit de terra oēs ariolos, & magos, & nemo relictus est: quomodo ergo nunc queris à me, q̄ ego diuinem in Pythone: quia iam nullus habet Pythonem? Magi secundum gl. ordinariam, vocantur malefici, qui Dęmones inuocant cum sanguine. Arioli aūt sunt illi, qui inuocant eos solis verbis: & est ista glo. interlinearis. Aug. tamen aliter sentit 18. de Ciuitate Dei. & habetur in decretis 26. q. 5. c. nec mirum. cū dicit: Magi sunt, qui vulgò malefici, ob facinorum magnitudinem, nuncupant. Hi sunt, qui permissu Dei, elementa concutiunt, turbant mentes hominum minus confidentium de Deo, ac sine vllo veneni haustu, violentia tantum carminis, intereunt. Vnde Lucanus.

Mens hausti, nulla sanie polluta veneni.
Incantata perit.

Dæmonibus aūt accitis audent ventilare, vt quoscunque suos perimāt malis artibus, inimicos. Arioli aūt, & Aruspices idem sunt, & secundū Aug. præalleg. loco Aruspicina ars pertinet ad aras. s. ad sacrificia, & reperit istam artem Tages, qui eadē die mortuus dr. De hoc magis Lucanus in fine primi libri. Hic tamen non accipiūtur sic magi, quia in Hebręo ponitur hic, ouoth, & significat Pythones: quia vbi litera nostra ponit supra Pythones, habetur semper in Hebręo, ouoth: ideo non accipiuntur magi, sicut vult Glo ordina: nec sicut vult Aug. eo q̄ noluit ponere Hieronymus in illo sensu. In historijs tamen, & apud auctores reperitur istud nomen, magus, in sensu, quem vult Aug. videtur ergo, q̄ litera velit significare hic per magos, & ariolos duos modos hominum inuocantium Dæmones, vel habentiū spiritus familiares. *Quare ergo insidiaris animę meę, vt occidar?* i. cùm Saul tanta mala fecerit magis, & ariolis, cur insidiaris animæ meæ, volendo q̄ ego confitear me esse magā, vel aliquid incipiam operari, & accuses me ad mortem? *Et iurauit ei Saul in Domino dicens:* ideſt, iurauit eis in noīe Dñi, q̄ non vellet tentare eā ad accusandum ipsam: sed quia verè indigebat cōsultatione sua. Forma iuramenti immediatè subditur

ditur. *Viuit Dominus.* i. iuro tibi per vitam Dei, vel per Deum viuentē, ꝙ nō habebis aliquod malū ex hoc. *Quia non eueniet tibi quicquam mali propter hanc rem.* i. non occideris, nec patieris damnum ꝑ hanc rem. ſ. q̄q̄ habeas Pythonem, & diuines in eo. In Hebræo dicitur. *Si euenerit aliquod delictum.* Ponitur ibi, ſi, pro quia, & non ſ. iuro per Deum, ꝙ non eueniet &c. & dicitur hic delictum, quod accipitur pro peccato, & nō pro pœna: quia ponitur in Hebræo ibi, *Auon*, quod ſignificat iniquitatem, ſic patet Gen. c. 15. vbi litera noſtra dicit: Necdū. n. cōpleta ſunt peccata Amorreorū: & ponitur in Hebræo *Auon*, & Exo. c. 32. vbi litera noſtra dicit: Peccaſtis peccatum magnum. In Hebræo habetur: Auonaguedola: & ſic debebat hic accipi pro iniquitate. Et hoc modo exponunt Hebræi dicētes, ꝙ Saul iurabat, ꝙ Pythoniſſa nullo modo peccaret conſulēdo pro eo in Pythone. Sed iſtud non ſtat ꝑ duo. Primò, quia falſum eſt: nam Pythoniſſa peccabat grauiter conſulendo in Pythone, cū lex vetuiſſet iſta nimis ſub pœna mortis, Leui. 19. & 20. c. & Deuter. 18. & ob hoc Saul occiderat omnes magos, & ariolos, vt patet hic. non ergo iuraret hoc Saul: quia manifeſtè erat falſum, & dato, ꝙ ipſe iuraret, non crederet Pythoniſſa: quia notoriè mentiebatur. Litera tamen dicit, ꝙ Pythoniſſa aſſenſit Sauli, poſtquā iurauit: ergo non erat hoc, ꝙ ipſe iurauerat. Secundò nō ſtat, quia nullo modo ageret ad ꝓpoſitum: quia Pythoniſſa dixerat, ꝙ Saul occiderat magos, & ariolos, & ob hoc non audebat ſe confiterimagam. Quod ergo Saul diceret, ꝙ non peccaret diuinando in Pythone, nihil erat ad propoſitū: quia ipſa nō locuta fuerat de peccato, ſed de timore mortis: ideo debebat Saul reſpondere, ſecurādo eam de morte: & tunc accipietur malum pro malo pœnæ, & non pro peccato. ſ. non eueniet tibi quicquā mali. i. aliqua pœna ꝑ hoc. Litera tamen Hebraica loquitur nimis impropriè, ponendo aliquando iniquitatem pro malo pœnę: & interdū ecōtrario. Quod ſatis apparet: quia in Hebræo dicitur: Si eueniet tibi aliquod peccatum: ſi tamen acciperetur ibi peccatum propriè, non diceretur, ſi euenies: quia euenire eſt quantum ad illa, quæ præter intentionē noſtrā fiunt: & ſic eſt de malis pœnę, quæ nobis nolentibus, infliguntur: peccatum autem non accidit, nobis nolentibus, vel præter intentionem: ſed ga nos illud facere volumus: ideo accipiēdum eſt ſicut pro malo culpæ, ſicut accipit litera noſtra.

An Saul teneretur ſeruare iuramentum iſtud. Saul licet ſeruauerit iuramentum de non occidendo Pythoniſſam, non tamen obligabatur. Quæſt. XXVI.

QVAERET aliquis, an Saul tenebatur non occidere iſtam Pythoniſſam, quia ſic iurauerat ei: vel hoc nō obſtante, poſſet eam occidere. Reſpondendum, ꝙ Saul iurabat hoc cū voluntate obſeruandi iuramentū: quia ipſe erat in anguſtia, & volebat conſulere de euētu belli per Pythoniſſam: ideo quando ipſa cognouit eū eſſe Saulē, & clamauit: dixit ei Saul: Noli timere. q. d. non patieris malum, & ita poſtea obſeruauit iuramentum, quia nō nocuit Pythoniſſę ꝑ hoc. Dicendū tamen, ꝙ Saul non obligabatur ſeruare iſtud iuramentū, quia iuramentū præſtitū contra legē Dei, vel contra bonos mores non eſt obligatoriū, cū non poſſit aliquis per actū ſuū tollere obligationē legis diuinæ: ſi tñ iuramentū factū ꝓtra legem Dei teneret, ceſſaret obligatio legis diuinæ: ideo non tenet. Sic aūt erat de iuramento præſtito à Saule: quia lex Dei iubebat occidi oēs maleficos, vt patet Exo. c. 22. ſ. Maleficos nō patieris viuere: Saul autem erat rex, ad quem pertinebat executio iuſtitiæ: iō tenebatur occidere quoſcunque maleficos cognoſceret. Quod autem nūc iuraret de nō occidendo maleficam illam, erat contra legem Dei, & ſic non obligabat, iō dicendum, ꝙ non obſtante iuramēto, Saul debebat illam maleficam occidere: immo tenebatur, cum ipſe eſſet iudex: & peccauit in hoc, quia iurauit ꝫ legē ab intētione, de quo debebat pœnitere: nā in hoc ſolo, ꝙ ꝓponebat Saul obſeruare iuramentū præſtitū contra legem, ēt ſi nihil aliud egiſſet, peccabat grauiter. Poſtea autem voluit obſeruare iuramentum: iō peccauit: melius. n. egiſſet, ꝙ occidiſſet magam. *Dixitq; ei mulier.* Hic aſſentit Sauli Pythoniſſa: quia vidit eū iurantem, ꝙ nihil mali pateretur propter hoc. *Quem ſuſcitabo tibi?* .i. quē vis, vt ſuſcitem à mortuis? In hoc patet, ꝙ Pythoniſſa credebat ſe habere poteſtatem ſuſcitandi à mortuis quencunq; voluiſſet, aliàs non dediſſet electionem Sauli, de ſuſcitando: ſed ipſa ſuſcitaret, quem potuiſſet *Qui ait Samuelem ſuſcita mihi.* i. Saul reſpondit, quòd ſuſcitaret ei Samuelem.

Quare Saul voluit Samuelem ſuſcitari. Q. XXVII.

QVAERET aliquis, quare Saul petiuit, ꝙ ſuſcitaretur potius Samuel, quàm aliquis alius. Dicendum, ꝙ hoc fecit Saul: quia volebat ſcire certiſſimè de euentu belli. Putabat autem, ꝙ nullus inter mortuos ſapientior eſſet Samuele: iō illū voluit potius, quàm alium ſuſcitari. Item voluit Samuelem: quia ipſe prædixerat ei oīa, quæ futura erant ſibi, & ipſe vnxit eum in regem, vt patet ſup. cap. 9. & 10. & fuit cum eo quandiu bene vixit, vt patet ſupra ca. 9. vſq; ad 16 putauit ergo, ꝙ iſte ſic nunc certiſſimè ei reſponderet, ſicut certiſſimè reſponderat in omnibus, quæ ei prius euenerunt. Sed dicet aliquis, qūo Saul petiuit hic ſuſcitari Samuelē: ga debuiſſet credere, ꝙ Samuel non reſponderet ei: quia quando vixebat, abominatus eſt Saulem, receſſitq; ab eo, nec voluit illum vnq̄ videre vſq; ad diem mortis ſuæ, vt patet ſu. c. 25. qūo ergo nunc vellet ei reſpōdere. Dicendum, ꝙ Saul putabat, ꝙ qñ Samuel viuebat, erat liber, ideo reſpondebat, quando volebat: nunc autem inuitus ducebatur arte magica: ideo cogeretur reſpondere quicquid ſciret. Aliter poteſt dici, ꝙ quanquā Samuel habuit Saulē exoſum propter peccata ſua quandiu vixit: tamen poſtquam mortuus eſt, nō haberet eū exoſum: quia nō manēt eędē affectiones in mortuis, quæ erant in viuentibus. Ex prędictis aūt patet, ꝙ Saul non intelligebat quid erat eſe prophetam: nam putabat, ꝙ ex eo, ꝙ Samuel fuit propheta certiſſimus, quādiu vixit, ſupra c. 3. & omne, quod annunciabat ſine ambiguitate veniebat ſupra c. 9 ꝙ ēt nunc poſt mortem quicquid ipſe diceret, certiſſimè eueniret. Sed hoc nō ſtat: quia aut putabat iſtud Saul propter magnam excellentiam ꝓphetiæ, quam habuit Samuel dum vixit: aut ꝑ ſtatum, quem tunc tenebat. ſ. ꝙ eſſet in aliquo loco, in quo oēs exiſtentes, eſſent ſapientes valdè. Primum non ſtat: quia prophetia nō eſt, ſicut alij habitus ſciētiæ, vel artis: nam illi, poſtquā in aliquo ſemel fuerint, ſemper ibi manent, ſiue dormiat ille, ſiue vigilet, vel quidquid aliud faciat, niſi aboleantur ꝑ actus contrarios, vel per diſſuetudinem: ꝓphetia autē nō eſt per modum habitus: ſed per modū actus raptim tranſeuntis. Poſtquam aūt deſierit actualis illuminatio in intellectu prophetico, nihil magis intelligit propheta, quàm alij homines, de quo declaratū eſt ſupra cap. 10. & 19. Samuel autem erat prophe-

ta, & hoc ſolum fuit dum viuebat, ad hoc, ꝙ annunciare

ciaret Iſraelitis ea quæ Deus volebat per illum patefieri. Nunc autē nō erat propheta: & ceſſabat prior cognitio in eo, quia non erat habitualis: ideo nunc nihil magis cognoſceret, q̄ alij hoīes defuncti. Secundū ēt non ſtat: quia Saul non putabat, ꝙ Samuel eſſet in aliquo loco, in quo exiſtentes eſſent ſapientes: quia ipſe non habebat talem cognitionē de ſtatu animarum poſt mortem, cùm putaret aīas virorum bonorum cogi, arte magica ad ſurgendum, & reſpondendum viuentibus. Item non ſtat, quia ſi hoc putaſſet euenire propter locum, in quo erat Samuel, non exiſtimaret eum potius eſſe ſapientem, q̄ alios ibi exiſtentes: voluit ergo Saul, ꝙ vocaretur Samuel, & hoc ex quoddā errore, ſcilicet quia putauit, ꝙ cognitio prophetica, quæ erat in viuētę, maneret in mortuo: ſed falſum erat.

An ſuſcitatus per Pythoniſſam fuerit Samuel. Queſtio XXVIII.

QVAERETVR vlterius, an iſte, quem ſuſcitauit Pythoniſſa fuerit Samuel: vel fuerit aliquis Dęmon loco Samuelis. Primo videtur, ꝙ fuerit Samuel: quia ſcriptura ſæpe loquitur hic de eo, vt de vero Samuele, non vt de Dæmone fallente, accipiendo eius imaginem. Secundo patet: quia ſi iſte, qui ſuſcitatus fuit nō fuiſſet Samuel, ſed Dæmon: magnam laudem, & auctoritatem dediſſet ſcriptura ei, ſępius illū nominando: non tamē honoraret tantū ſcriptura Dęmonē: ergo non erat Dæmon ſed Samuel. Item Dæmones non prænunciant vera, ſed falſa: quia Dæmon eſt mendax, & pater mēdacij, vt patet Io. c. 8. omnia tñ, quæ dixit iſte ſuſcitatus de Saule, vera fuerunt: ergo nō erat Dęmon, ſed Samuel. Itē Eccleſ. 46. c. dī de Samuele. Et poſt hoc dormiuit, & notum fecit regi, & oſtendit illi finem vitæ ſuæ, & exaltauit vocē eius de terra in prophetiam, delere impietatem gētis: ergo videt ꝙ Samuel fuit, qui ſuſcitatus fuit hic, & locutus eſt Sauli. In contrarium vr̄, ꝙ non fuerit Samuel, ſed Dæmon: quia gl. c. 29. dicit, ꝙ Pythoniſſa non ſuſcitauit Samuelem, ſed inuocauit Dęmonē: ergo iſte, qui ſurrexit nō erat Samuel, ſed Dęmō. Itē Deus noluit reſpondere Sauli interroganti per prophetas: ergo non reſponderet nunc per Samuelē, qui propheta erat: & ſic non fuit Samuel, ſed Dęmon. Itē iſte, qui ſuſcitatus fuit, permiſit ſe adorari à Saule: Samuel tamen, qui erat vir iuſtus, non permiſiſſet ſe adorari: ergo non erat Samuel, ſed Dæmon: nā adoratio ſoli Deo debita erat. Item qui ſuſcitatus eſt, dixit Sauli. Cras mecum eris tu, & filij tui. i. in parte mea: ſed Saul non erat futurus in parte bonorū, ſed cum dānatis: ergo non eſſet cū Samuele: ſed iſte dixit: Cras mecum eris. ergo nō erat Samuel, ſed Dęmon. Item ſi iſte, qui ſuſcitatus eſt fuit Samuel, aut venit ad rñdendum opere Dei, ſ. quia ipſe iuſſit, aut arte magica: non primo modo: quia ſic Deus nimis faueret arti magicæ, quod eſt inconueniens: non ſecundo modo: quia tunc aut veniſſet Samuel ſponteneus ad reſpondendum, aut coactus arte magica: non ſponteneus: quia tunc peccaret volens fauere Dæmonum ſuperſtitionibus: non inuitus: quia tūc ars magica haberet ptātem ſuper animas defunctorum, pertinentium ad vitam æternam, quod falſum eſt: ergo nō ſurrexit Samuel, ſed Dæmon. Reſpondendum, ꝙ circa hoc ſunt opiniones, & reddit quaſi ꝓblema neutrum. i. qō æqualiter dubia ꝑ vtraque parte. glo. n. ordinaria hic nihil diffinit, niſi allegādo Aug in Epiſtola ad Fœlicianū. Aug. aūt in eadē Epiſtola, ponit duas opiniones circa hoc. Primò dicit, ꝙ potuit Samuel eſſe, iſte, qui ſuſcitatus eſt. Nec obſtat, ꝙ ars magica interuenerit ad ſuſcitandū eum: quia ꝑmiſſione Dei, poterat aīa Samuelis duci à Dęmone de loco ſanctorū, ad reſpondendū Sauli: nec eſt mirum, cùm Deus alia maiora ꝑmiſerit. ſ. ꝙ Dęmon aſſumpſiſſet Chriſtū in deſerto, & tentaret eū ibi: & inde reduceret in Ieruſalem, & poſtea in excelſum, vt patet Mat. c. 4. Alia poſitio eſt eius ibidem, ꝙ iſte non fuerit Samuel, ſed Dæmon. Et quia litera dicit hic Samuelem ſuſcitatum fuiſſe, & locutum: rñdet ibidē, ꝙ accipitur Samuel, pro figurā Samuelis, ſicut ſcriptura ſæpe dicit Cherubim, per figura Cherubim. ſicut patet Exo. c 25. & vocamus Hercules ipſam figurā Herculis. Et ſi aliquis obiciat, ꝙ Dæmones multa vera prænunciāt, & de futuris cognoſcunt antequam fiant. Et ſic manet duplex poſitio Auguſtini circa hoc: nec ipſe dicit, q̄ earū ſit tenēda. Nicolaus autē tenet, ꝙ iſte, qui ſurrexit fuerit Samuel, & ꝙ Dei diſpenſatione venit ad rñdendū Sauli: & dicit, non eſſe inconueniens, ꝙ muliere illa inuocante ꝑ artē magicā, Samuel ſurgeret: quia ſic factum eſt in Balaam, qui erat ariolus, Nu. 22. c. & ipſe parabat aras ad conſultationē Dæmonum: Deus tamen bis rñdit ei, cogens Dęmones non rñdere, vt patet Num. 22. & 23. Ipſe autē rñdet poſtea ad argumēta ꝫriæ partis. Sed adhuc aliud magis inſtat. ſ. ga Augu. 18. de Ciuitate Dei, tenet euidenter, ꝙ iſte non fuerit Samuel, ſed Dæmon: & ꝓbat hoc tribus rationibus. Prima eſt illa, quā nos fecimus ſupra quintam, dicens, indignum oīno facinus eſſe, ſi ſecundū hæc verba hiſtoriæ cōmodetur aſſenſus: qūo. n. fieri poterat, vt arte magica attraheret à natiuitate ſanctus, & vitæ operibus iuſtus at ſi nō attractus eſt, ꝓſenſit, ꝙ vtrunq; de iuſto credere abſurdum nullum enim ſuffragium habet iuſtitia, ſi attractus, aut volūtarius amiſit meritū ſpirituale, quod poſitus in carne quæſierat: qđ eſt valde abſurdū: quia qui hinc iuſtus recedit, remanet iuſtus. Secunda ratio ſua eſt, quam nos propoſuimus tertiam, ſ. ꝙ non ꝑmiſiſſet ſe adorari, ſi fuiſſet Samuel: cùm dicit: Si. n. Samuel verè illi apparuiſſet: non vtique vir iuſtus permiſiſſet ſe adorari, qui prædicauerat, Deū ſolū eſſe adorādum. Tertia ratio ſua eſt, quā nos ſupra poſuimus quartā, ſ quia ſuſcitatus dixit, Cras mecum eris &c. cum ait. Et qūo homo Dei, qui cū Abraham in refrigerio erat, diceret ad virum peſtilentiæ dignū ardore gehennę: Cras mecū eris: & concludit ibi: his duobus titulis, ſubtilitatem fallaciæ ſuæ ꝓdidit inuidus Satanas, quia & adorari permiſit ſe ſub habitu, & noīe Samuelis contra legē, & virum peccatis ꝑſſum. *Cum magna diſtantia peccatorum, & iuſtorum ſit,* cū Samuele iuſtiſſimo futurum, mentitus ſit: verū pōt videri ſi de Samuelis noīe taceatur: quia Saul cum Diabolo futurus erat, & ad eū tranſmigrauit, quem adorauit. Dicit autē ibidē Aug. ꝙ Satanas apparuit in habitu viri iuſti, vt glorificaret, & vt īde ꝓficeret, fingens ꝙ viri iuſti, q̄ hinc egrediebantur, erāt in poteſtate ſua, cū ipſe poſſet eos ꝑ artes ſuas à mortuis ſuſcitare: & ex hoc euacuaret cultus Dei. ſ. ꝙ nullus curaret Deum colere: cùm tam boni, q̄ mali futuri erant in ptāte Dęmonis. Deinde cum aliqui arguūt, ꝙ iſte vera prædixit: ergo non erat Dæmon. Rñdet, hoc non eſſe mirabile: quia Dæmones interdū iſta cognoſcūt inquiēs: Sed hoc quoſdā fallit, ꝙ de morte Saulis non ſit mentitus: quaſi magnū ſit Diabolo, ante Occaſum alicuius mortē corporis præuidere: cum ſigna quædam ſoleāt apparere morituris, à q̄bus Dei protectio amota vr̄: quanto magis Diabolo, quē angelica maieſtate ſublimē, ꝓphetica oracula fuiſſet

Universidad de Deusto
Biblioteca

la fuisse testantur? de cuius magnitudine Apostolus ait: An ignoratis altitudinē Satanæ? quid mirum ergo si imminentem propè mortē potuit præuidere? Deinde cum arguitur, ꝙ scriptura dicit Samuelem suscitatum fuisse: rndet, ꝙ nō debet reijci ista historia tanq̄ inanis: nec tñ debet dici, ꝙ sic fuerit: sed scriptura retulit id, quod Saul putabat. s. ꝙ Samuel suscitatus fuisset, & ꝙ ille esset, q̄ ei rnderet: & non asseruit id, q̄d ipse intendebat: sic.n. multoties fit. Hæc oīa ēt hñr in decretis. 26 q. 5. c. nec mirum. iō vr nūc duplex difficultas ꝓtra Nico. Prima: quia Aug. manifestè vult, ꝙ non fuerit iste, qui surrexit, Samuel, sed Dæmon, vt patet ex allegatis. Scda est, quia videtur determinatio Ecclesiæ ꝓtra eū: cū positio Augustini posita fuerit tanq̄ determinatio Ecclesiæ. 26. q. 5. c. nec mirū. Dicendum, ꝙ Nic. q̄q̄ teneat ꝺriā partem: tñ ꝑp auctoritatē Augustini vult se facere aliqualiter indifferentem, & rndet ad argumenta, quæ fiebant contra positionē Augustini. Sed saluo meliori iudicio aliorum, dicendū vr, ꝙ iste, qui surrexit, fuit Samuel, & ꝓdixit veritatem Sauli. Colligit hoc satis ex litera, quæ semper vocat eum Samuelē: nā dr infra ꝙ Samuel dixit Sauli: Quare inquietasti me, vt suscitaret? & dixit Saul: Coarctor nimis: & rndit Samuel: Quid interrogas me, cū Dns recesserit à te, & transierit ad æmulum tuum? faciet.n. tibi sicut locutus est in manu mea, & scindet regnum de manu tua. Oīa autem ista prædixerat Samuel, & nunc cōcordauit prophetię suæ: ideo missus fuit ad respondendū: vt sicut ipse prænunciauerat Sauli principiū regnādi, & ablationem regni dū viueret, ita & nūc mortuus monstraret quasi præsentia ea, quæ olim dixerat esse futura. Sciendum tñ, ꝙ Samuel suscitatus non venit ꝑp ptātem artis magicæ, quasi Dęmones eum cogerent venire ad rndendum: cū non haberent ptātē super ipsum: quia erat in sinu Abrahę cum iustis. Nec ēt dicendum, ꝙ suasus fuerit à Dæmonibus venire, & consenserit: quia hoc vitiū erat in illō: sed Deus voluit mittere eum ad denunciandum Sauli mortē suam Quod patet: quia si venisset coactus à Dæmone, vel suasus ab eo, nescisset rndere Sauli: quia post mortem non erat propheta, sicut dum viueret. Etiam quia Deus non immitteret ei spiritum prophetię, si vellet agere contra volūtatem Dei peccando: sciuit tamen oīa ista, quæ prędixit, cùm oīa sic euenirent: ideo Deus illa ei enuncauit, & ab eo missus est. Nec ēt stat satis rnsio Augustini dicentis, non fuisse difficile Dæmoni cognoscere veritatem futuram: quia quædam signa apparere solent in morituris, à quibus diuina ꝓrectio ablata esse vr: quia ista signa non sunt naturalia, sed sunt ex præsumptione. s. ꝙ illi incidāt in aliqua infortunia: determinatè tamen quanta infortunia habebunt, vel qñ nemo pōt præcognoscere, nisi Deus ei reuelauerit. Samuel tamē, qui dr hic suscitatus reuelauit mortem Saulis. & trium filiorum eius, qui videbantur innocentes, & dixit eam futuram sequenti die: & sic certissimè euenit: ideo necesse est, ꝙ ad istā prenunciationem interuenerit ꝑphetica reuelatio, quę à Deo est. Nec obstat, quod dicit Aug. ex dicto Apostoli. s. An ignoratis altitudinem Satanæ? quia illud intelligitur de ſagacitate magna ad fallendum, vel de ꝑspicacitate naturali intellectus: ad istud tñ, q̄d erat purè contingens, & incertum, altitudo Satanæ non sufficeret: iō etiā si aliquis tenere velit cum Augustino, cogeret dicere, ꝙ Dæmon apparuit hic loco Samuelis: ille tamē non cognouit ista, quæ dixit iudicio, vel, ꝑspicacitate sua: sed quia à Deo reuelata sunt, sicut aliqñ reuelantur alia Angelis malis ꝑ bonos. Dicit aūt Nico. ꝙ positio Augustini non multum militat: eo ꝙ ipse habet se indifferenter, cū ponat duas opiniones ꝺrias: vt patet in Epistola ad Fælicianū. Ad decretum allegatū dicit, ꝙ illa nō est determinatio Ecclesiæ. Sed ista rnsio non vr sufficere: quia licet Augustinus in Epistola ad Felicianum posuerit sub dubio veritatē huius rei: tñ 18. de Ciuitate Dei totaliter tenuit, ꝙ non esset iste Samuel: intā tum ꝙ dixit, indignū oīno facinus esse, si secundum hæc verba historiæ, cōmodetur assensus: ideo si faueremus auctoritati Augustini, necesse est tenere, ꝙ non fuerit ille Samuel, sed Dęmon. Dicendū tñ, ꝙ ēt si Augustinus hoc tenuerit, non esset sibi fauendum in hac parte: quia maior est auctoritas sacræ scripturæ, q̄ Augustini: & tñ Ecclesiastici. 46. c. manifestè dr, ꝙ fuerit iste Samuel: ergo tenendū est, ꝙ fuerit Samuel: & patet quia dr: Et post hæc dormiuit, & notū fecit regi, & ostēdit illi finē vitæ suæ, & exaltauit vocē eius de terra in ꝓphetiā delere impietatē gentis. Contra hanc aūt scripturā non est credēdum Augustino, nec ipse hoc vult, vt patet in Epistola Augustini ad Fortunatū. 1. Nec quorumlibet expositiones, q̄uis catholicorū, & laudatorū hominū, velut scripturas canonicas habere debemus: vt nobis non liceat, salua honorificentia, q̄ illis debetur hoīnibus, aliq̄d in eorū scriptis improbare, aut respuere. & hr in decretis dist. 9. c. nec quorumlibet. Ipse quoq; Aug. in Epis. 8. ad Hieronymū vult, ꝙ soli scripturæ sacræ sit adhibēda fides immutabiliter: alijs autē scriptoribus licet nobis repugnare. Idē etiā dicit in li. 2. de vnico baptismo: & ī Epistola ad Vincentiū Donatistā: & habetur in Decretis dist. 9. c. ego solis. & c. quis nesciat. & c. noli frater. Cùm aūt dicebatur id, q̄d hr in c. nec mirum. 26 q. 5. est determinatio Ecclesiæ. Dicendum falsum esse: quia non oīa, q̄ hñr in decretis, ab Ecclesia tenentur: sed introduxit ea Gratianus ex auctoritate Aug. & si auctoritas Augustini non est solida in hac parte, quia est ꝓtra sacrā scripturā, nec ēt decretum illud habebit vllas vires. Ad rōnes in ꝓtrarium patet rnsio. Ad primā cū dr ꝙ iste, qui vocatus est, fuit Dæmon, quia dixit glo. Isaiæ. c. 29 ꝙ Pytonissa non suscitauit Samuelē, sed inuocauit Dæmonē. Dicendum, ꝙ verū est: sed ex hoc non sequitur: nā Pythonissa, q̄q̄ vocaret Samuelem, non poterat eū suscitare', & cū suscitatus fuerit, ipsa non suscitauit eū, sed Deus, non ꝑp aliquod opus artis magicę: sed ga voluit ex cā supra assignata. Et cū dicit gl. illa, ꝙ Pythonissa Dæmonē inuocauit, non est intelligendum, ꝙ Dęmonē inuocauerit, & nō Samuelē, quia falsum est: cum litera dicat, ꝙ inuocauerit Samuelē: nā dato, ꝙ non posset Pythonissa arte sua suscitare Samuelē, tñ conabat eum vocare à mortuis. Et patet, quia aliàs ēt si Dęmō fuisset ille, q̄ surrexit, nō venisset ī habitu Samuelis, nisi Pythonissa vocasset Samuelē: venit tñ in habitu ei⁹, vt patet in litera. s. vt vir senex, & amictus pallio: & ob hoc Saul intellexit eum esse Samuelē: ergo Pythonissa vocauit Samuelē. Sed intelligenda est gl. ꝙ vocauit Dęmonē i. ipsum poterat vocare, & suscitare, & non Samuelem, & vocauit ipsum ad hoc, ꝙ suscitaret Samuelem: ipsa tamen, aut Dęmon non suscitauit Samuelem, sed Deus. Ad secundam rationem dicendū, quòd q̄q̄ Deus noluit respondere Sauli per alios prophetas, rndit per Samuelem: eo ꝙ Samuel magis terreret Saulem, & faceret eum erubescere, q̄ alij prophetæ, & dixit ei verba dura: sic.n. dicitur infra. s. Statim Saul cecidit porrectus in terrā: extimuerat.n. verba Samuelis. Etiā quia Samuel ꝓdixerat ei principium regnandi, & ablationē propter peccata: iō nunc decebar, ꝙ ipse confirmaret mortuus ea, q̄ viuens dixerat, indicādo illa esse præsentia.

Samuel surrexit & rndit Sauli diuina dispōne, & non arte magica.

Contra Aug.

Nō est stādū dictis doctorū, nisi inquātū ꝓbant.

Ad rōnes in oppositum.

Ad primam.

Ad secundam.

sentia. Ad tertiam rationē. s. ꝙ non ꝑmisisset se Samuel adorari: Dicendum, quod Samuel nō permisit se adorari hic à Saule, adoratione, q̄ę ad Deū ptinet: sed quadam reuerentia humana, quæ potest vocari adoratio dulię: & isto modo vnus homo adorat ſępe aliū. sic dr supra c. 24. ꝙ Dauid inclinans se pronus in terra adorauit Saulem, & supra c. 25. dicitur, ꝙ Abigail procedit coram Dauid super faciem suam, & adorauit super terram, & cecidit ad pedes eius: hoc autem permisit Dauid: non ergo erāt iste adorationes, nisi quædā veneraționes, quas licet hominibus exhiberi. Ad quartā rōnem dicendum, ꝙ Samuel dixit: Cras mecum eritis tu, & filij tui: dicēdum, ꝙ non intelligitur, vt vult Aug. s. eritis mecū ideſt eritis in parte mea: sed eritis mecū. i. eritis mortui sicut ego sum: non enim potest accipi alio modo, quia si diceretur, ꝙ essent secum. i. in parte bonorū, hoc non conueniret ꝑp Saulem, qui malus erat: nec tñ ex hoc tollitur, q̄d intendimus: quia sicut ꝓ Saule, q̄ malus erat, erat inconueniēs dici, ꝙ Cras essent cum Samuele: ita pro Ionatha, q̄ erat innocēs, erat hoc cōuenienter dictū: sed accipiendus est alius sensus, & satis apparet, quia hic intēdit scriptura denunciare mortē Saulis: ergo non curaret principaliter, an essent in parte bonorum, vel malorū Saul, & filij sui, sed an morituri essent. Ad quintam rationem dicendū, ꝙ Samuel non fuit suscitatus potestate artis magicæ, nec etiam consensit Dæmoni suasus à Deo, vt veniret ad rndendum, sed Dei voluntate venit sine aliquo opere artis magicæ, & non profuerunt inuocationes, quas faciebat Pythonissa, licet ipsa putauerit, ꝙ ꝑp hoc surrexit Samuel: nec ēt Deus in hoc fauit arti magicæ, quia non fecit ꝑp eā, sed quia expediebat, ꝙ suscitaretur Samuel ex causa supra dicta: ideo suscitauit eum. *Cum autem vidisset mulier Samuelem.* s. ipsa inuocauit eum, & surrexit, q̄q̄ non propter opus suum magicū, & ipsa vidit illum surgentem de terra quasi erumperet de sepulchro. Dicit aūt Ra. Sa. & alij Hebræi, ꝙ in Pythonicis ille, qui inuocat suscitandū, videt eum, sed nō audiuit verba illius: qui aūt facit eum vocari, audit verba, sed non videt: alij aūt, qui astant nec vident suscitatum, nec audiunt verba: & hoc colligunt hic ex litera, quia Pythonissa vidit Samuelē, & Saul nō vidit illū, & audiuit Saul verba, & non Pythonissa. Sed dicendum, ꝙ hoc, nec est verum, nec generale: quia interdum illi, qui faciunt aliquem Dæmonem apparere, vident eum, & omnes astantes: & interdū ille, qui consuluit, & qui inuocant vident, & audiūt. Interdūm aūt nullus videt, nec audit quicquam, nisi puer paruulus, vel puella, qui virgines sunt; & introducuntur, vt ipsi proponant quæstionem: & tūc eis fit responsio, & ipsi vident aliquas imagines. Q̄d autem isti dicunt hic, non apparet esse verum: nā ꝙ Pythonissa viderit Samuelem, & non Saul, satis apparet: cū dixerit Saul Pythonissæ. Quid vidisti? & ipsa rndit: Deos vidi ascēdētes de terra, & quæsiuit Saul: Qualis esset forma eius? ꝙ tamen Pythonissa nō audiret verba Samuelis, sed solus Saul, non apparet. Ip si autem Hebræi hoc putant, quia verba Samuelis erant directa ad Saulem, & nō ad Pythonissam, quasi ipsi soli dicerētur, vt patet in litera. s. Quare inquietasti me, vt suscitarer? & iterum: Quid me interrogas cum Dominus recesserit à te? Dicendum tamē est, quod satis est verisimile, ꝙ pueri Saulis nihil audierit, nec viderint, non quidē q̄ non potuissēt, sed quia noluit Saul, vt præsentes essent, quando suscitabatur Samuel, & fiebat interrogatio. De Pythonissa etiam verisimile est, ꝙ non audierit verba Samuelis, non quidem quasi non posset audire: sed quia veniente Samuele, recessit ipsa de loco illo, vt Saul posset inquirere secretè Samuele quidquid vellet, & hoc apparet, quia postquam locutus fuit Samuel ad Saulem, cecidit Saul in terram, quia timuit verba Samuelis, & tunc dr: ingressa est itaque mulier ad Saul, conturbatus erat.n. valde, si tamen ipsa mulier fuisset præsens, quando loquebatur Samuel ad Saulem. non diceretur, ꝙ ingressa fuit ad ipsum: ergo non erat præsens collocutioni illorum, & cōsequenter non audiuit quid Samuel dixerit. *Exclamauit voce magna*, ideſt, immediatè, vt vidit Samuelem surgentem de terra, clamauit.

Quare Pythonissa clamauit viso Samuele.
Quæstio XXIX.

QVAERET aliquis, cur clamauit viso Samuele. Aliquis dicet, ꝙ hoc fuit ꝑp timorē, quia timuit nimis ī apparitione illius: eo ꝙ iste visiones solent in apparere terribiles, sic.n. fiebat in cōsultatione Apollinis in insula Delphos: nam puella virgo, quæ consultabat eū, arripiebatur ab ipso, & cogebatur furere, & despumare, atq; cadere in terrā, vt patet per Lucanum. lib. 4. ista aūt erat maga, ideo fortè sic timeret. Dicendum, ꝙ non timuit ꝑp hoc: quia ipsa assueta erat videre multos surgentes de terra, cum ipsa sæpe inuocaret illos: præsertim cum forma in qua apparuit Samuel nō esset terribilis: ga apparuit, vt vir senex, & amictus pallio: sed timuit Pythonissa propter Saulem, s. ꝙ videns Samuelem cognouit, ꝙ iste, qui præsens erat, erat Saul, qui occiderat oēs magos: ideo putauit, quòd vellet ipsam occidere, & clamauit prę timore conquestaque est de Saule, quasi fefellisset eā: quod patet in litera. s. Quare imposuisti mihi? tu es enim Saul. Et cum vidisset Saul, ꝙ timebat ꝑp eum, dixit ei Noli timere, & tūc mulier non timuit vltra: si tñ timuisset ex alia cā, q̄ ꝑp Saulis presentiam, non dixisset: quare imposuisti mihi? ideſt decepisti me: nec ēt cessasset timor ei⁹, q̄q̄ diceret Saul, ꝙ non timeret. *Et dixit ad Saul, quare imposuisti mihi?* ideſt, fefelisti me. imponere, significat falsa crimina alicui apponere: hic tñ accipitur imponere pro fallere: & sic accipitur Gen. c. 29. vbi Iacob conquæstus est de Laban, ꝙ imposuisset eum, ideſt, fefellisset eum per Liam: erat autem deceptio, quia Saul simulauerat se non esse Saulem, & sic obtinuit à muliere, vt inuocaret ei Samuelem: & si putasset eū esse Saulem, semper negasset, se esse pythonissam: nunc aūt credens, ꝙ ideo fefellisset illam, vt occideret, cōquærebatur. *Tu es enim Saul.* i. ego scio, ꝙ tu sis Saul. s. immediatè, vt surrexit Samuel, cognouit pythonissa esse Saulem eum, qui prędens erat.

Pythonissa aduenientę Samuele, quomodo cognouit Saulem.
Quæstio XXX.

QVAERET aliquis, qūo pythonissa cognouit Saulem, aduenientę Samuele. Hebræi respondent, ꝙ hoc cognouit per modum aduentus Samuelis, quia non veniebat sicut ceteri consueuerant: sed dicunt, ꝙ qñ surgebant alij, videbat eos pythonissa transuerso corpore surgere. s. pedibus erectis in sublime, & capite ad terrā inclinato: nunc aūt Samuel surgebat erecto capite, & statura recta, ꝙ esse nō poterat, nisi ꝑp honorem regis consulentis. Cognouit igitur, ꝙ ille, qui consulebat erat rex. Hoc tenet Ra. Sa. Ra. Dauid Kimhi: idem dicunt Nicolaus, & Andreas. Pōt ēt dici, ꝙ Samuel surgens indicauerit pythonissæ, ꝙ iste erat Saul, qui consulebat. *Dixitq; Saul rex: noli timere.* s. cum vidit mulierem timentem propter

Universidad de Deusto
Biblioteca

pter præsentiam eius, quasi occidenda foret, dedit ei securitatem dicens: noli timere: & tunc ipsa siluit: præsertim quia iurauerat Saul, ꝙ nullum malum eueniret pythonissę propter hoc, ꝙ faciebat. *Quid vidisti?* ideſt, quæ est imago, quam vidisti? vel quis est, qui ascendit? In hoc patet, ꝙ Saul non videbat Samuelem surgentē, & vidit eū Pythonissa: quia etiā in alijs operibus magicis interdum sic accidit. ſ. ꝙ illi, pro quibus consulitur, non videant Dæmones respondentes. *Et ait mulier ad Saul.* ſ. quia iam desijt timere, incepit respondere. *Deos vidi ascendentes de terra:* scilicet, Samuelem, qui de terra ascēdebat quasi aperiretur terra: & ipse surgeret de terræ visceribus, vel sepulchro: sic. n. fiebat in alijs, qui suscitabātur. Nec tñ est putandum, ꝙ Samuel nunc fuerit suscitatus in corpore: ita ꝙ anima fuerit vnita corpori existēti in sepulchro, & exiret inde, quia ista esset vera resurrectio: hoc tñ non factū est: nec etiam erāt nunc Pythonissa, & Saul super sepulchrum Samuelis, qa illud erat in Ramatha, vt patet supra in litera, & supra c. 25. Saul autem, & Pythonissa erant nunc in Endor, quia illuc iuit Saul ad Pythonissam ibi habitantem: ergo non poterat corpus Samuelis surgere à sepulchro, & ꝙ Pythonissa videret illud nunc erūpere de terra, sed erat aīa Samuelis, quæ in corpore assumpto de aere videbatur exire de visceribus terræ, quasi ibi illa maneret, & hoc verum est: quia omnes aīæ sanctorū tpe illo manebant in sinu Abrahę, qui erat in visceribus terræ apud inferos: nam inferis gñaliter sumptis, & distinctis in quatuor partes, vel sinus. vna pars illarū est sinus Abrahę, siue lymbus sanctorū. de quo magis declaratū est in libro nostro, de quinq; metaphoricis paradoxis, parte qnta.

Quare Pythonissa dixit se vidisse Deos, quanuis sciret Samuelem esse hominem. Quæst. XXXI.

QVAERET aliquis, quare Pythonissa dixit hic: Vidi Deos ascendentes, quia ille, qui ascēdebat, nō erat Deus, sed homo. ſ. Samuel: qđ patet, quia cū quæreret Saul ab ea, qualis est forma eius? rñdit: Vir senex ascendit, & ipse amictus est pallio: ergo non putabat illum esse Deum. Dicendū, ꝙ Pythonissa inuocauit Samuelē, & credidit, ꝙ ille erat, qui ascendebat: & dato, ꝙ nō haberet firmum, an ille eēt Samuel, credebat tñ certissimè, ꝙ erat vir, & non Deus: quia ipsa nō habebat potestatē ad inuocandum Deum, sed ad suscitandum mortuos: dixit tñ. ꝙ vidit Deos: quia Samuel, qui ascendebat, veniebat in habitu reuerēdo, præsertim, quia non, veniebat modo aliorū. ſ. capite prono, & pedibus erectis in sublime, sicut cæteri venire solent, qui inuocantur, sed statura recta: ideo maiorem honorem dedit ei in nomine, quàm cęteris, vocans illū Deū: quia etiam tam apud Hæbræos non rectè credētes, quàm apud Gentiles fuit antiquitus iste modus loquendi, ꝙ illi viri, qui excellentiores cæteris videbātur, vocarentur Dij, & non homines: sic dicit Arist. 7. Ethi. c. 1. de habentibus virtutem heroicam, ꝙ illi magis videntur Dij, quàm homines, & inducit auctoritatem Homeri in Iliade dicentis, ꝙ Hector nō videbatur filius hominis, sed Dei, & hoc propter virtutem heroicam: Samuel autem visus est hic habere quandam magnam excellētiam: ideo Pythonissa vocauit eum Deum.

Quare dixit Pythonissa se vidisse Deos, cum vnum tantum viderit. Quæst. XXXII.

QVAERETVR vlterius, cum dixit Pythonissa: Vidi Deos: nam etiam si Samuelem vellet vocare Deum, vnicus erat, & nō poterat vocare eū Deos. Hebræi. n. dicūt. ſ. Ra. Sa. & ra. Dauid Kimhi, ꝙ duo erant, quos vidit Pythonissa. ſ. Moyses, & Samuel: ideo vocauit eos Deos: dicit nanq; Ra. Sa. ꝙ Samuel timuit, ꝙ vocabatur ad iudiciū, iō ne Deus eum cōdemnaret, duxit secum in testem Moysem, ꝙ plenè obseruasset legem à Deo datam. Sed hoc ridiculum est, ita vt non oporteat contra illud argui: nam in hoc præsupponitur, ꝙ Samuel nescierit ad quid vocabatur: cum dicatur, ꝙ putabat se vocari ad iudicium, & consequenter non mittebatur à Deo: quia alioquin ipse diceret ei ad quid ibat: sed ꝙ arte magica Pythonissa eum venire cogebat. Sed omnia ista absurda sunt: tum quia præsupponitur, ꝙ Pythonissa posset arte sua virum sanctum inuitū suscitare: tum quia si suscitaretur, nescire respōdere ad ea, de quibus quærebatur: cum solum posset illa scire, Deo specialiter reuelante. Item, est inconueniens, ꝙ duxerit secum Moysem in testem obseruatæ legis, & hoc ꝓpter duo. Primò, quia Moyses non erat conueniens testis huius: quia ipse nō viderat quid fecisset Samuel: nam non fuerat ei presens quando operabatur: testis tamen ad hoc, ꝙ firmiter deponat, debet in talibus deponere, quod viderit. Secundò non est conuenienter dictum, quia in iudicio Dei non requiritur aliquis testis: quia ipse Deus est testis: sic. n. patet Iere. cap. 29. ſ. Ego testis, & iudex dicit Dominus: ideo stultè ageret Samuel, ducendo secum Moysen. Item non stat, quia non erat in potestate Samuelis ducere secū Moysen: nam ille nollet ascendere, si non cogeretur. Ra. Dauid Kimhi dicit, ꝙ Samuel, & Moyses surrexerunt ad implorandum misericordiam pro populo Israel: de hoc dicitur Iere. c. 15. Si steterit Moyses, & Samuel corā me, non est anima mea ad populum istum: simile habetur de Daniele, Noe, & Iob, Ezech. c. 14. Sed ēt hoc nō stat: ad quid ergo surgere debebant Samuel, & Moyses, vt orarēt ꝓ Israel: quia ibi, vbi erant poterāt orare: nec aliquid proficiebat ad hoc mutatio loci. Dicendum igitur, ꝙ ista sunt ridicula: potissimè quia præsupponitur falsum. ſ. ꝙ surrexerint Samuel, & Moyses: nam vnicus surrexit, quod satis apparet ex litera, cùm Saul immediatè quæsierit à Pythonissa, dicens: Qualis est forma eius? si tamen duo fuissent isti, qui surrexerunt, dixisset: qualis est forma eorum? Item patet, quia Pythonissa respondet, dicens: Vir senex ascendit, & ipse amictus est pallio: si tamē fuissent duo, ipsa expressisset formā vtriusq;. Item qa cum infra ponitur causa, quare Saul inclinauerit se in terram adorando, dicitur: ꝙ intellexit, ꝙ Samuel erat ille, qui surrexit: si tamen iste fuisset Samuel, & Moyses cum eo, non solùm inclinatus fuisset Saul propter Samuelem, immo magis propter Moysem, quia nullus vnquam homo tantæ reuerentiæ fuit apud Hebræos, sicut Moyses: Adorauit tamen Saul propter solum Samuelem: ergo nō veniebat cum eo Moyses. Dicendum igitur, ꝙ iste, qui surrexit vnicus erat. ſ. Samuel: Pythonissa tñ dixit: Deos vidi ascendentes, ſm modū loquendi Hebraicum: in quo aliqñ ponitur plurale pro singulari. sic patet Exo. c. 32. ſ. Isti sunt Dij tui Israel: erat tamen vnicus ille, qui ibi ostēdebatur vitulus aureus, quem fabricauerant: ideo immediatè mutauit Pythonissa istū modū loquendi, dicens: Vir senex ascēdit: & Saul quoq; sic locutus est. *Dixit ei.* ſ. Saul. *Qualis est forma eius?* i. istius, qui ascendit. ſ. in quali habitu venit? hoc dicebat, ut posset cognoscere ex habitu, quis erat ascendens, & posset eum honorare, sicut decebat: qđ patet, qa īmediatè, vt cognouit, ꝙ erat Samuel, inclinauit se, & adorauit. *Quæ ait.* ſ. Pythonissa

Ra. Dauid confutatur.

nissa ad Saulem. *Vir senex ascendit.* i. iste, ꝙ de terra surrexit, ideſt vir senex: in quo signabatur status Samuelis: quia senex erat: nam in principio regni Saulis, ipse erat senex, vt patet supra c. 11. ſ. Ego autem senui, & incanui: porro filij mei vobiscum sunt: transierūt aūt postea viginti anni ferè regni Saulis, priusquam moreretur Samuel: ideo valde senex erat, quando mortuus est. *Et ipse amictus est pallio.* In hoc etiam signatur, ꝙ esset Samuel, quia tali habitu vtebatur ipse, dum viueret. Vnde dicit Ra. Sa. ꝙ Samuel vtebatur pallio, dum viueret, & in eo sepultus est: & cum eo apparebit in futuro seculo. Sed de apparitione futuri seculi falsum est, quia ibi non vtentur homines vestibus, siue beati, siue damnati, nec egebunt eis, vt ait Aug. 22. de Ciuitate Dei, & latè declaratum est in libro nostro, de quinque Metapho. Paradoxis, parte quinta. Dicitur tamen, ꝙ apparuit nunc cum pallio Samuel, ad hoc, ꝙ putaret Saul illum esse Samuelē, cum sciret illum vti pallio, dum viueret: eratq; opinio communis Hebręorū illius tpis, qui rudes erāt, & ēt multorum, qui nunc sunt, ꝙ talis est habitus, & conuersatio hominum post mortem, qualis erat, cū viuerent: & quia si veniſſet in alio habitu Samuel, nō cognouisset eum Saul, venit amictus pallio.

Quomodo Samuel potuit esse amictus pallio, cum apud inferos nullæ sint vestes. Quæstio XXXIII.

QVAERET aliquis, qūo Samuel potuit esse amictus pallio, qa apud inferos, vbi ipse erat, vestes nullæ sunt. Aliquis dicet, ꝙ attulit pallium, cū quo sepultus est: & ista est positio Ra Sa. cum ēt dicat, ꝙ in futuro seculo apparebit Samuel in illo pallio: Sed falsum est: quia ipse præsupponit Samuelem sepultum fuisse cum pallio suo, & hoc ēt concedunt alij: non ergo poterat illud adducere, quia nō egressum est corpus Samuelis de sepulchro, vt supra probatū fuit. Sed dicendum est, ꝙ palliū illud Samuelis, quo nunc vtebatur amictus, non erat verè aliqua vestis, sed videbatur: finxit autem Samuel pallium de aere, ꝙ esset eiusdem figuræ, & coloris, cuius erat pallium suum, quo vtebatur, dum viueret. Hoc autem necesse est poni: quia non solum finxit Samuel pallium, sed ēt corpus: nam, vt probatū est, Samuel nō surrexit nunc in corpore suo, sed sola anima venit ad respondendum & quia anima non potest loqui, nisi per organa, quę sunt corporea, & non potest apparere visui: oportebat, ꝙ aliquod corpus daretur, in quo locuta fuerit anima Samuelis, & apparuerit pythonissæ. Fuit aūt hoc corpus de aere condensato ad tantam soliditatem, vt possent collidi verba articulata intra illud, quæ sine collisione aeris non formantur. Sumitur aūt corpus magis de aere, q̄ de alia materia: eoq; magis obedit trāsmutationi, q̄ qcūque natura elementalis: & non solū pōt condensari, vt formetur inde figura cuiuscūq; corporis, sed ēt pōt induci quicūq; color. Nam colores diuersi causant in corporibus, ꝓp diuersam mixtionem elementorum in compositio: cum igitur aer variè condensari possit, inducentur in eo diuersi modi colorū, ꝙ satis apparet in nubibus, quarū quædam nigrę, & aliæ albæ sunt, ꝓp aliam, & aliam cōdensationem: sic ēt apparet in Iridæ, quæ habet varios colores, qui esse videntur, & inducti sunt in aerem, ex varia percussione lucis, & diuersitate densitatis nubis roridę. Quod ergo natura quotidie facit, poterunt facere Angeli boni, & Dęmones, & animæ à corporibus separatę: quia cognoscūt ista naturalia, & operant miscendo actiua passiuis, vt ait Aug. 18. de Ciuitate Dei. & habetur in decretis 26. q. 5. c. nec mirū. Anima ergo Samuelis sapientia sua, vel opere Angelorū bonorum, potuit formare corpus de aere, in quo loqueretur, & palliū, quo operiretur, cuiuscūq; coloris vellet, & sic factū est: nec hūit aliqđ verū palliū. *Intellexit Saul quòd Samuel esset.* ſ. iste, qui ascendebat: quia ista erant signa Samuelis. ſ. ꝙ esset senex, & amictus pallio: & dicitur: intellexit. ſ. per præsumptionem: quia ipse non vidit illum, sicut pythonissa ad hoc, ꝙ iudicare posset per visum, an esset Samuel. *Et inclinauit se super faciem suam in terra.* Hoc fecit ad venerationē Samuelis pp duo. Primò, quia Samuel erat propheta excellentissimus, & pater Israel, dignus reuerētia magna, vnxeratque Saulem in regem, supra cap. 10. & 11. iō tenebatur ei ad magnam reuerentiam. Secundò, fecit hoc ad suadēdum Samueli, vt respondere vellet, quia obsequijs homini suadetur: & si fortè non honorasset Saul Samuelem, dedignaretur Samuel rñde re: ideo inclinauit se nimis Saul, vt responsum haberet. *Et adorauit.* ſ. Samuelem: non adoratione latriæ, q̄ Deo debetur, quia istam nō sustinuisset Samuel: sed adoratione duliæ, quæ debetur hominibus: & non erat illicitum sic adorari. *Dixit autem Samuel ad Saulem.* Hic ponitur tertium. ſ. Samuelis responsio: & dirigit ista responsio ad Saulem, quia nunc nō loquebatur Samuel pythonissæ, q uin potius ipsa abñs erat, quando fiebat ista locutio: & postea introiuit ad Saulem, iacentem in terra, finita locutione, vt patet infra. ſ. Ingressa est itaq; mulier ad Saulem: conturbatus. n. erat valde. *Quare inquietasti me, vt suscitarer?* Hic increpat Samuel Saulem, & non quærit, quare eū inquietauerit, qa bene nouerat cur hoc fieret: sed quærit p modum increpatorij, vt hēat locū redarguendi, & dixit: inquietasti me, q. d. eram in quiete mea, & fecisti me venire huc. In quo alicui videbit, ꝙ Samuel venerit inuitus, cū dicat se inquietatū: sed falsum ē, quia missus fuit à Deo, vt supra declaratū fuit: à Deo aūt non esset ipse inuitus, cum libentissimè ageret, q̄ Deus iuberet: sed dicitur: quare inquietasti meā. si tu non inquietasses me ad hoc, ꝙ suscitarer, ego non venissem: quia quanquam ego sponte venerim mandato Dei: tamen nec ipse misisset me, nec ego venissem, nisi tu inquietasses me ad veniendum.

Respōsio Samuelis suscitati ad Saulē.

An aliqua requie priuatus est Samuel eo tempore, quo venit ad Saulem. Quæstio XXXIIII.

QVAERET aliquis, an Samuel priuatus fuerit aliqua requie eo tpe, quo venit ad rñdēdū Sauli. Dicēdū, ꝙ nulla requie priuatus est: qa Samuel nō erat tūc in vita ęterna, sed in lymbo sctōrū: cū xp̄s; ad Christi mortē, nemo ascēderit ad vitā eternā. In lymbo aūt sctōrū non erat aliqua requies, siue gaudiū aīabus sctōrū: qa nō videbant diuinā essentiam, qua fruerentur: sed hoc solū hēbāt, ꝙ nō infligebat ibi eis aliquod malū, erantq; semp in continua spe vitæ æternę: iō cū veniret Samuel ad Saulem, nō poterat priuari aliqua requie: qa nullā hēbat in lymbo sctōrū: & hoc, accipiendo requiē ꝓ aliqua delectatione. Si aūt accipiat requies ꝓ cessatione ab angustijs verum est, ꝙ erāt ibi in requie, qa nullū malū ibi patiebantur, nec vnq̄ passuri erant: istud tñ habebat anima Samuelis, dum veniret ad Saulem. ſ. quia in aduentu illo, nihil passa est. Sed adhuc dato, ꝙ esset anima Samuelis in vita ęterna, non priuarētur aliqua requie, veniēdo ad Saulem: quia quocūq; iret, videret Deū præsentē, qui vbiq; est, & ibi frueretur eo. Sic enim dicit Beda de angelis bonis super Lucam: & habetur per magistrum 37. di. 1. lib. ſ. Angeli quocunque mittant, intra Deum currunt: iō sicut, si Deū hērēt pñtē, fruerent illo semper cum semp intra illū sint:

Universidad de Deusto
Biblioteca

quocunq; mittantur, semper illo fruũtur: alioquin iniustum videretur, ꝙ Angeli, cum veniunt ad nos agendo ministerio salutis nostræ, ꝓp bonum opus, ꝙ agunt, priuarentur felicitate sua per aliquod tps. De animabus autem bonorum, idem iudicium est, ꝙ de Angelis bonis: ideo ẽt si mittantur aliqñ ad viuentes, non priuantur fruitione diuinæ essentiæ. De malis autem econtrario dicitur. s. ꝙ ꝗꝗ aliqñ exeant de loco inferni: tamen semper habent secum pœnas inferni: sic .n. dicitur de Dæmonibus, ꝙ Dæmones quocunq; eant infernum suum secum portant: patet ergo de Samuele, ꝙ nõ priuata fuerit anima sua aliqua requie, dum ad Saulem venit. *Et ait Saul: coarctor nimis.* Quia vidit Saul, ꝙ increpabat eũ Samuel, pro inuocatione, excusat se dicens: coarctor nimis, ideſt, sum in magna angustia: iõ non putes, ꝙ vocauerim te sine causa. *Si quidem Philisthiim pugnant aduersum me.* i. disposuerunt aciem ad pugnandum: non .n. pugnabant actualiter, cum ipse esset in Endor cum pythonissa: nec ẽt pugnare cæperant: quia tñ dispositis aciebus prope erat, ꝙ pugnarent, dixit, ꝙ pugnabãt: & dixit aduersum me, quasi tota pugna, quę fiebat contra Israel, esset contra eum: & hoc, quia ipse erat rex, & quidquid fiebat contra regnum, fiebat ꝫ ipsum. *Et Deus recessit à me.* Hic dat causam magis in speciali, quare inquietauerit Samuelem, vt susciare tur. s. ꝙa Deus recesserat ab eo, ꝙ d. ꝗꝗ Philisthini pugnarent contra eum: si Deus non recessisset ab illo, potuisset habere rñsum ꝓp sacerdotes, & prophetas, & non coactus fuisset inquietare ipsum ꝓp pythonissam: quia tñ Deus recesserat ab ipso, & nolebat ei respondere per sacerdotes, nec per prophetas, nec somnia: coactus fuit inquietare ipsum ꝓp pythonissã.

Dupliciter recedit Deus ab homine. Quæstio XXXV.

QVAERET aliquis, quid erat, ꝙ Deus recessit à Saule. Dicendum, ꝙ Deus non põt localiter ad aliquem accedere, cum vbiq; totus, & semper sit, vt patet dist 37. primi. Accipitur tñ accedere, & recedere à Deo, tropicè. s. quantum ad gratiam, vt, si homo est in peccato, Deus longè est ab illo: quia nõ habitat in eo per gratiam. Secundo mõ recedit Deus ab homine, subtrahendo auxilium suum. s. qñ ꝓmittit hominem cadere ĩ calamitates: & dato, ꝙ homo clamet ad Deum, dissimulat se audire, & non subuenit, sic patet Psal. 118. s. Longè à peccatoribus salus. Vtroq; horum modorum Deus recesserat à Saule. De primo patet, quia olim fuerat innocens: nam qñ constitutus est rex, nõ erat in toto Israel vir melior illo, vt patet supra cap. 9. intantum, ꝙ erat sicut puer vnius anni, purus à crimine, sic dicitur supra ca. 13. s. Filius vnius anni erat Saul, cũ regnare cæpisset. i. ita erat mundus, sicut puer vnius anni: postea aũt commiserat facinora multa, ideo Deus ab eo recesserat per gratiam: sed de isto recessu nõ loquitur hic Saul; quia non est sensibilis ab homine. Erat secundus recessus, quo Deus recedit ab homine, permittendo illum in calamitatibus, & non exaudiendo, cum clamauerit: hoc aũt erat in Saule: quia à principio erat in eo spiritus Domini: nam insiluit in eum, & mutatus est in virum alterum, supra c. 10 nunc aũt è contrario, torquebat eum spũs nequam, supra ca. 16. & 18. & 19. Item Deus à principio dederat Sauli spũm fortitudinis, vt nullum timeret, ꝗꝗ insurgerent contra eum multi, sic accipitur supra c. 11. vbi in principio regni Saulis, rari obediebant ei in Israel: & tñ venientibus viris iabes Galaad ad nunciandum mala, quæ faciebat rex Ammõ misit intrepidè ad omnes Israelitas, vt venirent ad bellum: & hoc fecit, quia dicitur ibi, ꝙ insiluit spũs Domini in Saul, cũ audisset verba hęc. s. spũs fortitudinis: nunc aũt è contrario timebat, quia cum Philisthini ordinassent aciem contra eum, timuit nimis, vt patet supra in litera: recesserat etiam Deus ab eo, quia subtrahebat ei remedia ordinaria, quæ conferebat alijs hominibus. s. ꝙ quicunque in Israel vellet consulere Deum ꝓp sacerdotes, vel prophetas, responsum habebat: nunc autem Saul non habebat responsum aliquod, ꝙa Deus illud subtrahebat, ergo recesserat ab eo.

Quomodo Saul cognouerat Deum recessisse ab eo. Quæstio XXXVI.

QVAERETVR vlterius, qũo sciebat Saul, ꝙ Deus recesserat ab eo. Dicendũ, ꝙ nõ sciebat ex nunc, sed ex aliquo tpe, ante hoc: nam supra cap. 18. dicitur, ꝙ timuit Saul Dauid, eoꝙ esset Deus cũ eo, & à se recessisset: cognoscebat aũt hoc: quia eum accipiatur hic esse Deum cum aliquo. i. prosperari actus illius, põt apparere, qñ Deus sit cum homine, vel quando recesserit ab eo: Saul .n. videbat, ꝙ Dauid prosperabatur in omnibus actibus suis: & ꝗꝗ vellet nocere ei non poterat: & omnes actus sui è cõtrario peruertebant: cognouit, ꝙ Deus esset cũ Dauid, & recessisset à se: sic accipitur Gen. 39. cap. cum dicitur de Ioseph: Fuitque Dominus cum eo, & erat vir in cunctis prosperè agens, habitauitque in domo Domini sui, qui optimè nouerat Dominum esse cum eo, & omnia, quæ gereret, ab eo dirigi in manibus eius: & sic ex hoc solum sciebat Deum esse cũ illo, quia prosperabantur omnia facta eius. Hẽbat quoq; alia indicia, quia cũ Samuel prædixisset ei, ꝙ regnũ scindendum erat de manu sua, inuasit eum spũs nequam, vt patet supra c. 15. iuncto 16. Sciebat ẽt hoc; quia nunc euenerat ei timor terribilis, qualis nunq; ei euenerat: prius aũt in omnibus periculis erat confidens, quia datus fuerat ei spũs fortitudinis, quando assumpsit regnum, & mansit in eo, quamdiu bonus fuit: ita vt nulla aduersa formidaret: nunc aũt erat timidus: ideo apparebat, ꝙ spũs fortitudinis recesserat ab illo, qui erat spũs Dei. Item patet, quia Deus solebat respondere Sauli, quandocunq; eum inquireret, nũc autem respondere noluit per aliquem de modis cõsuetis: quod ad nullum de Israelitis fiebat: ideo videtur, ꝙ Deus eum magis deseruerat, q̃ cęteros Israelitas: tam euidentissima signa igitur erant, ꝙ non poterat Saul dubitare se à Deo derelictum: quod ipse ostendit per ea, quæ sequuntur in litera. *Et audire me noluit.* i. quia recessit à me, noluit exaudire, respondendo in eo, in quo dubitabam. *Nec in manu prophetarum, nec in somnia,* ideſt, noluit Deus respondere mihi, quanquam consuluissem eum per prophetas, & consuluissem per somnia: & non solum per hæc, sed etiam nec per sacerdotes, cum dicatur supra, ꝙ Deus noluit respõdere ei per sacerdotes: dicitur autem: in manu prophetarum, ideſt, per prophetas: ꝙa responsio non potest fieri per manum, cum manus non ſit organum interpretatiuum, sed lingua: sed quia manus est organum organorum, accommodatum ad seruiendum omni organo, quidquid ab homine fit, etiam si pertineat solum ad opus intellectus, dicitur fieri per manus alicuius: & sic dicimus de quocunque negocio: istud negocium expedietur per manus vestras, ideſt, per vos: quia fortè non est illud tale, quod per manum expediatur, sed per rationem, & verba: sic accipitur Num. cap. 9. ꝙ Deus iubebat aliquid Israelitis per manum Moysi, ideſt, per Moysen, quia præceptum non exprimebatur per manum, sed per os.

Quare

Quare Saul non dixit se consuluisse Dominum per sacerdotes. Quæstio XXXVII.

QVAERET aliquis, cum Saul consuluerit Dominum per somnia prophetas, & sacerdotes, vt patet supra, cur non dixit hic de sacerdotibus. s. ꝙ Deus noluerat exaudire ipsum ꝓp sacerdotes, sed solum dixit ꝓp somnia, & prophetas? Aliqui rñdent, ꝙ Saul subticuit de sacerdotibus ꝓp verecundiam, ꝙa sciebat, ꝙ iõ Deus non responderet ei ꝓp sacerdotes, quia ipse occiderat sacerdotes, supra cap. 22. ne ergo confunde retur ista confitendo, noluit dicere de sacerdotibus: & hoc tenent Hebræi. Sed hoc non stat: non est .n. verisimile, ꝙ Saul subticuisset de sacerdotibus, quia modus præcipuus, quo Israelitæ consulebant Dominum erat per sacerdotes: iõ nõ subticuisset hunc, cum expressisset eum, qui erat minimus. s. per somnia. Item non stat, quia Samuel increpuit Saulem, cur inquietauerat eũ, vt suscitaret, & Saul excusauit se, dicens: coarctor nimis, siquidem Philisthini pugnant aduersum me, & Dominus recessit à me: quasi innuẽs, ꝙ ex eo, ꝙ Dominus recessit à Saule, & noluit respondere ei, coactus fuit vocare eum, vt suscitaretur: si tñ Saul nondum inquisiuisset à sacerdotibus, vel nõ dixisset Samueli, cur nõ consului Dominũ per sacerdotes? & sic non esset sufficiens excusatio, dicendo solum de prophetis, & somnijs. Dicendum igitur, ꝙ Saul dixit Samueli, ꝙ Deus noluit ei respondere ꝓp prophetas, nec ꝓp sacerdotes, nec ꝓp somnia: litera tñ solum expressit hic de prophetis, & somnijs; eoꝙ satis putauit intelligi per hæc, ꝙ dixisset de sacerdotibus: præsertim, quia conditio sacræ scripturæ est, ꝙ quando aliquid debet narrare bis, vel pluries, solum semel illud perfectè enarrat: in alijs autem vicibus truncatè, & imperfectè. Vel cum idem sæpe refertur, in nulla vice referatur plenè: sed in qualibet vice aliquid ponat, ꝙ in alijs non habetur: & sic ex omnibus narrationibus completis ciusdem rei habeatur vna completa narratio. *Vocaui ergo te,* ideſt, feci te vocari per pythonissam: putabat enim Saul, ꝙ ex viribus artis magicę compulsus fuisset Samuel venire: ideo dicit: vocaui te, quasi ipse fuerit tota causa, & sufficiens aduẽtus Samuelis. *Vt ostẽderes mihi quid faciam.* s. quomodo prævalere possim ꝫ Philisthinos. *Et ait Samuel: quid me interrogas?* Hic rursus increpat Samuel Saulem, ꝙ non debuisset eum interrogare. *Cum Dominus recesserit à te,* ideſt, dato, ꝙ videres, ꝙ Deus non respondebat tibi per prophetas, nec per somnia, nec per sacerdotes, non debuisses à me inquirere, cum Dominus recesserit à te, q. d. ex hoc, ꝙ Dominus recessit à te, tu debuisses imaginari, ꝙ non deberes interrogare: quia qui interrogat, petit de re dubia: cum autem diffinitus fuerit euentus rei, nemo inquirit: sed tu sciebas, ꝙ Deus te deseruerat, & ex hoc non poterat tibi euenire aliquid, ni si malum: ideo frustra erat, ꝙ inquireres: præsertim, cum ego iam tibi viuens denunciassem mala, quæ ventura erãt: & ob hoc repetiuit hic Samuel verbũ suum, ꝙ olim dixerat. s. Faciet enim tibi Dominus, sicut locutus est in manu mea, & scindet regnum de manu tua. *Et transferit ad æmulum tuum.* i. cũ Deus iam te deseruerit totaliter, quasi non esses, & trãsferit ad æmulum tuum. s. ad Dauid: ideo credere deberes, ꝙ iam tibi Deus nihil prosperum faceret: & vocatur Dauid æmulus Saulis. i. competitor: quia ambo cõperebant super regno Israel: Saul quidem, tanquam possidens. Dauid autem, tanquam à Deo nouiter vnctus. Dicitur autem æmulus ab æmulando. i. amando, vel inuidendo, quia qui sunt competitores, eãdẽ rem cupiunt, & sibi inuicem inuident, & sicut nos competitores vocamus, in quacunq; re sunt aliqui habentes ius ad idem: ita scriptura æmulos vocat: sic patet supra c. 1. de Anna, & Phenenna. s. Dominus autem concluserat vuluam Annę: affligebatq; eam: æmula eius. s. Phenenna: vocantur aũt ambę æmulæ, ideſt, competitrices: ꝙa in eadem re simile ius habebant. s. ambæ erant vxores eiusdem viri: sic etiam dicitur supra cap. 2. ad Heli summum sacerdotem. s. Videbis æmulum tuum in templo, in vniuersis prosperis Israel, ideſt, competitorem: quod fuit impletum, quando Dauid instituit duos summos sacerdotes: vnũ de domo Ithamar. s. Abiathar de stirpe Heli summi sacerdotis, & alium de domo Eleazari. s. Sadoch, vt patet 1. Paralip cap. 24. & tunc erant ambo competitores in eadem re. s. in eodem summo sacerdotio, quod vnicum erat, & postea ablatus est Abiathar, ne esset summus sacerdos, & mansit Sadoch, vt patet infra 3. lib. cap. 2. In Hebræo habetur. *Archa.* Vbi nos habemus æmulum, & significat contra te. s. Dominus recessit à te, & est contra te: litera autem nostra expressius posuit ad æmulum: quia æmuli sibi inuicem contrariãtur. *Faciet enim tibi Dominus, sicut locutus est in manu mea,* ideſt, faciet sine dubio de te id quod ego prædixi tibi aliàs, & est id, quod sequitur: istud autem dixit Samuel Sauli supra cap. 15. quando venit Saul de terra Amalec: & dicitur in manu mea, ideſt, per me, quia locutio non fit per manum, sed per os. *Et scindet regnum de manu tua.* Metaphora est: quia regnum non est aliquid, quod scindatur de manu: sed est sensus: Dominus tollet regnum à te. s. de posteritate tua: nam ipse Saul, quamdiu vixit, semp fuit rex. *Et dabit illud proximo tuo Dauid,* ideſt, dabitur regnum Dauid: vocatur autem proximus, quia quilibet de Israelitis erat proximus Saulis: vel dicit proximus, ideſt, æmulus, siue competitor: sic etiam dicitur supra cap. 15. s. Scidit Dominus regnum Israel à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te. Hic autem expressit Deus per Samuelem nomen illius, ad quem transibat regnum. s. Dauid. & non, supra cap. 15. Ratio est, quia si Samuel dixisset tunc de Dauid, occidisset illũ: nam & ipsum Samuelem occisurus erat Saul, si sciuisset, ꝙ ibat ad vngendum eũ: ideo Deus dedit ei modum celandi hoc, supra capit. 16. Alia ratio fuit, quia Samuel, quanquam tunc sciret, ꝙ aliquem Deus assumpturus erat in regem, reprobato Saule, tamen nesciebat quem: quod patet: quia nondum miserat Deus eum ad vngẽdũ, quem assumpturus erat, & quando misit, nesciebat, quis de filijs Isai vngendus esset in regem, supra cap. 16. nũc autem sciebat Samuel, quia iam vnxerat Dauid, & non erat aliquod periculum, si nominaretur: quia iam non poterat cum Saul persequi, cum sequenti die moriturus esset, vt patet infra in litera: ideo nominauit eum. *Quia non obedisti voci Domini,* scilicet, ideo auferetur regnum tuũ, quia non obedisti Deo. *Nec fecisti iram furoris eius in Amalec,* ideſt, non executus fuisti iram Dei in Amalec: ira Dei vocatur, quæ ab eo infligitur, quia licèt in Deo nulla ira sit, cum illos, à quibus punimur iratos nobis credamus, & à Deo sæpe puniamur, credimus nobis eum iratũ: vnde illam punitionem inflictam vocamus iram furoris sui, ideſt, illatam à furore, qui significatur esse in eo: de hoc habetur, supra c. 15. vbi Deus iussit Sauli, ꝙ demoliretur vniuersa, quę erant Amalec: ipse autem versus est ad prædam, & seruauit viuũ regem, & pecora. *Idcirco quod pateris, fecit tibi Dominus hodie.* i. ꝓp ista pœnã, fecit tibi Deus id, quod hodie pateris. i. malum, ꝙ hodie habes. s. ipse posuit te in hac angustia, in qua es hodie, de qua effugere non poteris: & quanquam nondum paterer, Saul malum, quod habiturus

Emulus quid dicatur, & vñ.

Alph. Tost. super 1. Regum.

turus erat.s.q occideretur, & priuaretur posteritas sua regno: quia tamen propinquum erat, videbatur factum esse, & Deus dicebatur iam illud fecisse: & ob hoc supra vbi litera nostra dicit: faciet tibi Dominus, sicut locutus est: in Hebræo dicitur: Fecit, quasi iam factum fuisset. *Et dabit Dominus etiam Israel tecum in manus Philisthim.* i. nō solum tu peribis, propter peccata tua: sed etiam Israel tradetur in manus Philisthinorum. s. quia multi de Israelitis corruerunt vulnerati in monte Gelboe: & Philisthini diripuerunt omnia, quæ erant in castris, vt patet inf. c. vltimo.

An Saul occisus cum filijs fuerit propter peccatum, quod hic nominatur. Quæst. XXXVIII.

Arguitur primo.

QVAERET aliquis, an Saul occisus fuerit cum filijs suis propter peccatum, quod hic nominatur: & an solum propter istud, s. quia non fecit iram furoris Dei in Amalech. Aliquis dicet, q non fuit occisus pp istud pctm̃, quia ipse egerat alia maiora: sicut q occiderit sacerdotes Domini sine causa, & deleuerit vrbem Nobe vsq; ad pecora, supra c. 22. & persecutus fuit toties Dauid tam impiè: cū Dauid misereretur eius, nolens illum occidere, supra capi. 24. & 26. magis ergo occisus est pp illa, quàm pp peccatum Amalec. Item patet, quia 1. Paralip. c. 10. dicitur, q Saul pythonissam consuluit, nec sperauit in Domino, pp quod interfecit eū, & transtulit regnū eius ad Dauid. Item videtur, q nō fuerit occisus pp hoc peccatum Amalec solū, quia mors est pœna vltima, quæ delinquenti infligitur, sed Saul peccauerat multipliciter, prætereq; in Amalec: ergo non solū occisus est pp illud: alioquin diceretur, q quantū ad alia pctā, nullā pœnam hūit. Rūdendum est, q cū loc⁹ ab auctoritate affirmatiuè semp ualeat, qn auctoritas solida est: & hic dicatur, q Saul non fecit iram Dei in Amalec, & idcirco patiebatur, quæ habebat: necesse est dici, q pp istud pctm̃ occisus fuerit: qa tū locus ab auctoritate negatiuè nō valet, nō sequit̃, q q̃ solum expresserit hic scriptura pctm̃ Amalec, q pp illud solū occisus fuerit: potuit .n. occidi ex alijs causis. Pro quo sciendum, q illa litera superior. s. qa non obedisti voci Domini, nec fecisti iram furoris eius in Amalec, potest dupliciter exponi. Vno modo, q per totam literam significetur totum peccatum. s. non obediuit Saul voci Domini: & hoc exponit immediatè. s. quia non fecit iram furoris eius in Amalec: & tunc sunt istæ duæ particulæ tanq̃ exponens, & expositum. Secundo modo potest accipi, q intelligantur duo peccata: quia cū dr̃, q non obediuit Saul voci Domini, intelligetur peccatum, q egit non expectādo Samuelem in tempore præfixo: sed offerēdo holocausta, antequàm ipse veniret in Galgala: de hoc supra cap. 13. cum dicitur: Stultè egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi, q si non fecisses iam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum, sed nequaquam vltra regnum tuum cōsurget: & satis videtur, q intelligatur hic istud peccatum: quia sicut pro peccato contra Amalec, fuit priuatus regno Saul, cum dicatur supra capit. 15. Scidit Dominus regnum Israel à te hodie, & tradidit illud proximo tuo: ita pro peccato, de non expectando per septem dies, diffinitū est de Saule, q regnum suum perdent, cum dicatur. Nequaquam regnum tuum vltra consurget, quæsiuit sibi Dominus virum iuxta cor suū, & præcepit ei, vt esset dux super populum suum: & hoc mō ponunt̃ hic duo pctā, pp quę venerint ista mala Sauli. s. quia non expectauit Samuelē septem diebus in Galgala, de quo supra ca. 10. & 13.

Secundo.

Tertio.

Saul occisus fuit, q pter peccatum, qđ fecit non occidendo Amalech principaliter.

F & quia non fecit iram Dei in Amalec: quis tū hoū sensuū reneri debeat, in hac litera non satis apparet. Sed videtur dicendū, q hic solū intelligatur de pctō in Amalec: quia 1. Paralip. ca. 10. repetitur cā mortis Saulis, quæ habetur hic, & dicitur. Mortuus est Saul pp iniquitates suas: eoq; præuaricatus sit mādatum Domini, q præceperat, & non custodierit illud: vbi solum ponitur violatio mandati Dei, quasi vnū fuerit illud, & speciale: & tūc necesse est intelligi de peccato Amalec. Cum aūt dubitatur, an pp istud pctm̃ solum euenerint ei ista mala, quæ habentur hic, vel ēt pp alia simul. Dicendū, q non satis patet: quia cū pctm̃, q hic exprimitur, sit cā sufficiens ad hoc, q infligantur omnes istæ pœnę Sauli: satis stat, q propter istud solum inflicta fuerint. Et si obijciatur, q multa alia peccata fecit Saul, propter quæ debebat puniri: ergo non solum pro his mortuus est. Dici potest, q quanquam fecerit alia, tamen mors nō inflicta fuit pro illis, sed inflicta est alia pœna post hanc vitam, i. in purgatorio, vel inferno: si autem velimus aliter dicere: dicemus, q quanquam ista duo, vel vnū peccatum describantur hic, tanquam causa mortis Saulis: tamē omnia alia fuerūt causa simul mortis eius: nec obstat, q scriptura non posuerit illa, dum tamē ratio hoc conuincat: quia locus ab auctoritate negatiuè non tenet. Sed dicetur; quid ergo verum est de his duobus? Dicendum videtur, q Saul non solum mortuus fuit propter peccatū Amalec, de quo hic solum videtur fieri mentio, sed etiam pro alijs: nam saltem necesse est, q ponamus, q istæ pœnæ partim euenerint propter inobedientiam Saulis, cū noluit expectare per septem dies, iuxta placitum Samuelis: nam supra capi. 14. dicitur. Pro hoc nequaquam regnum tuum vltra consurget, quęsiuit Dominus virum iuxta cor suū, & præcepit ei, vt esset dux super populum suum, fuit etiam causa huius pœnæ peccatum contra Amalec, vt patet supra c. 15. quia ibi dr̃, q scidit Dominus regnum Israel de manu Saulis: sed adhuc non solum propter hæc peccata venerūt istæ pœnæ Sauli: sed etiam propter multa alia. s. quia consuluit pythonissam, & nō sperauit in Domino, & propter multa alia, quæ egit. sic patet 1. Paralip. c. 10. s. Mortuus est Saul pp iniqtates suas, eoq; præuaricaturus est mandatum Domini: & sic nominant ibi iniquitates generaliter: quasi pp omnes suas iniquitates mortuus fuerit. Item dicit ibidem. Sed insuper ēt pythonissam consuluit, nec sperauit in Domino, pp quod interfecit eum, & transtulit regnū eius ad Dauid: sicut ergo specialiter additur ibi peccatū de consultatione pythonissæ, tanquam causa mortis Saulis, super ea, quæ habentur hic: ita ēt de quolibet alio pctō dici pōt, q pp illud mortuus fuerit. Ad rōnes in contrariū rndendum. Ad primam cum dr̃, q Saul egit alia maiora: ergo pp illa, & non pp hoc occisus est. Dicendum, q tenet consequentia: nam cum scriptura hic dicat, q pp hoc peccatū occisus est, necesse est intelligi, q propter istud fuerit occisus, q autem alia peccata prætiterint causam mortis suæ, non est inconueniens, quanquam de illis non exprimatur: & licet diceretur, q illa non prętiterūt causam morti Saulis; non erat inconueniens, quia non ex hoc remanebant impunita, cum posset Saul puniri pro illis in futuro seculo. Ad secundam rationem, cum dicitur, q fuit occisus, quia pythonissam consuluit. Dicendum, quòd nullum est: quia istud fuit vna de causis non tamen tollitur, quin propter alia peccata occisus fuerit: maximè cum scriptura ponat illa, tanquam causas mortis Saulis. Ad tertiam, cum dicitur, quòd nō solum fuit occisus Saul propter hoc peccatū, sed etiam propter multa alia.

Ad rōnes in princ. Ad primā

Ad secundam.

Ad tertiā.

Dicen-

Dicendū, q est hic duplex modus dicendi, vno modo dici pōt, q propter istud solum, quod hic ponit̃, occisus fuerit, & propter ea, quæ alibi nominantur causæ mortis suæ, & priuationis regni, vt patet supra c. 13. & 1. Paral. 10. pro alijs autem peccatis non fuit punitus hic, sed in futuro puniendus restabat. Alio modo dici potest, & verius, sicut supra asseruimus. s. q mortuus fuerit Saul pro omnibus peccatis suis: quanquam non exprimantur omnia, tanquam causæ mortis, & tunc concedendum est argumentum, & consequens.

Scriptura licèt simul non narret omnes causas mortis Saulis: tamen ex diuersis locis colliguntur omnes causæ. Quæstio XXXIX.

QVAERETVR vlterius, cum Saul non solum fuerit occisus pp peccata, quæ habentur hic, sed etiam pp quædam alia, quare scriptura solum nominauit ista? Rūderi pōt, q cū scriptura aliquid sæpe narratura est, nulla vice illud plenè narrat: sed ex omnibus vicibus colligitur vna plena narratio: ita erat de causa priuationis regni Saulis, & mortis, quia describitur supra cap. 13. & 15. & hic. & 1. Paralip. c. 10. iō in nullo loco horum voluit scriptura plenè narrare, sed ex omnibus colligit̃ vna narratio. Istum modum sæpe tenet scriptura, vt declaratum est Exo. c. 12. Aliter potest dici, q Saul egit facinora multa, per quæ meruit regni priuationem, & mortem, & aliquid vltra omnia hæc: scriptura tamen voluit ponere solum illa peccata, quibus mortem meruit, & priuationem regni: reliqua autem, q pp quæ meruit vlteriores pœnas, quia vindicta illorum non erat hic, sed in futuro seculo, non fuerunt expressa. Fuerunt enim quinque, vel sex peccata manifesta Saulis, de quibus scriptura agit. Primū, quia non expectauit septem diebus Samuelem, supra ca. 13. Secundum, quia non fecit furorem Dòmini in Amalec, supra cap. 15. Tertium fuit tota persecutio Dauid, à principio vsque ad finem: quę non fuit vni cum peccatum, sed multa: cùm sæpe per seipsum, & sæpe per alios conatus fuerit ipsum occidere, vt patet supra c. 18. vsque huc. in hoc autem toties peccauit Saul, quoties cogitauit de occidendo Dauid, & quoties ad hoc operam dedit p se, vel p alios. Quartum peccatum fuit: quia occidit sacerdotes, & deleuit vrbem eorum Nobe, vsque ad pecora, supra cap. 22. Quintum peccatum fuit, quia consuluit pythonissam: de quo nimis culpatur, 1. Paral. cap. 10. Sextū peccatum fuit occisio Gabaonitarum, de quo seq. li. c. 21. per hęc autem omnia merebatur Saul plusquā mortem, & priuationem regni: ideo quia duo istorū prima fuerunt promeritoria mortis suæ, ēt si nulla alia euenissent, de his duobus tactum est hic: alia. n. non erant promeritoria mortis, sed aliarum pœnarū pręter mortem: & post illam: vnde pro quibusdā illorum data fuit pœna post mortem Saulis. s. p pctō Gabaonitarū, q erat vltimū: nam occidit Saul multos illorū. Deus aūt misit famē sup terrā, & dixit se non placandū, quousq; satisfieret Gabaonitis, p malo, q passi fuerunt à Saule: p quo petentibus eis, Dauid suspendit septē viros residuos de stirpe Saulis, vt patet seq. li. c 21. Si tū sufficiēter punitus fuisset Saul p oībus peccatis suis moriendo, non fuisset inflicta alia pœna posteritati eius, p peccatis suis: qa Dns non iudicat bis in idipsum. i. non punit bis, p eodē pctō, vt patet Naum. ca. 1. non fuerat ergo punitū illud in morte Saulis: & qa quasi sufficiens pœna erat priuatio regni, & mors Saulis, p duobus primis peccatis, posuit illa scriptura solū, tanq̃ cās, subticēdo de alijs.

Populus p rege, & rex p populo sæpe punitur.

subditorum: & tamen verius punitur pro peccatis F
suis, scilicet, quia ipse negligit id, ad quod tenetur,
de hoc patet Exech. cap. 3. vbi dicitur, quòd qui pec-
cat perit, & qui positus est, vt speculator peccat, non
corrigendo, & sanguis pereuntis requiritur de ma-
nu illius: similiter quoque peccata regis sunt pecca-
ta populi, quia licèt populus non sit positus iudex re
gis: tamen habet maiorem potestatem super regē,
quàm rex super populum: rex enim per seipsum so-
lum nō potest exequi aliqua grauia, sed exequitur,
obedientibus sibi subditis: sed nullo modo debent
obedire ei in illicitis: ideo quando obedierint pec-
cant, & peccatum regis efficitur iam peccatum po-
puli. Interdum etiam quædam parua pars populi
obedit regi, vel prælato ad faciendum malum, quod G
ipse iubet, quia per illam partem sufficienter exequi
tur, quod vult: tunc alia pars peccat, quia licèt non
obediat, tamen debet resistere obedientibus, ne obe
diant, & regi ne faciat: si autem non resistant, vtriq;
peccant. s. obedientes, & non resistentes, sed inequa-
liter. Alio modo peccatum regis est peccatum po-
puli, vt si rex per seipsum faciat aliquod malum, ad
quod exequendum nihil seruis suis iubere debet: vt-
potè, q̄ sit Hæreticus, vel Idolatra, aut in quocunq;
vitio grauissimo: si illud sit notorium, tenentur sub
diti sui resistere ei, ne illud faciat, quanquam modus
resistendi non est semper idem, sed secundum diuer
sa peccata est varius. Sic autem nunc dicendum est
de Saule, & de populo Israel, q̄ Israelitæ puniti fue- H
rūt pro peccato Saulis: sed istud peccatum erat etiā
peccatum populi, quia in quibusdam peccatis popu
lus ei fauebat, in alijs autem non resistebat: sicut fuit
peccatum in Amalec, cum Deus iussisset, q̄ Saul de-
leret omnia, quæ erant Amalec, tam ipse, quàm po-
pulus peccauerunt concupiscendo prædam: nam
manifestum est, q̄ ipse solus non egisset hoc: immo
ipse ret orsit totam culpam in populum, dicēs supra
capi. 15. Pepercit populus melioribus ouibus, & ar-
mentis, vt immolarētur Domino Deo tuo, reliqua
verò occidimus. Populus quoque pro magna parte
assensit Sauli in alijs peccatis. s. persequendo Dauid,
cum irent cum eo tria millia virorum, supra ca. 24.
& 26. vel saltem non repugnauerunt ei in omnibus I
peccatis, cum euidenter pateret iniustitia, & potuis-
set populus compescere regem: quia tamen ista pec
cata erant directè Saulis, & non populi: Deus non de
dit magnam punitionem super Israel, quia non pe-
rierūt multi de Israelitis, sicut in alijs bellis: sed qua-
si in principio belli fugerunt omnes, & quibusdam
eorum occisis, mansit Saul cum filijs suis, vt colligi-
tur infra cap. vltimo: & ipsi perierunt. *Cras autem tu, & filij tui mecum eritis*, ideſt, cras moriemini tu, & filij
tui, & eritis mecū, ideſt, eritis mortui. sicut ego sum:
& hoc verum est, quia tres filij Saulis, qui erāt in bel-
lo cum ipso, mortui fuerunt, vt patet infra c. vltim.
solus autem Isbosēth, qui nō exiuit in bellum, vixit,
& ille postea regnauit: dicitur autem cras, q̄a sequen K
ti die mortui sunt: nam ista dicta sunt Sauli per no-
ctem. s. quia ipse venit ad mulierem pythonissam p
noctem, vt patet supra in litera: & fuit facta consul-
tatio per noctem, deinde recessit eadem nocte: nam
dicitur. Et ambulauerunt per totam noctem illam,
sequenti autem die, vel fortè in ipsa nocte peruenit
Saul in castra, & die sequenti initum est bellum, &
fugiēte Israel mortuus est Saul cum filijs suis: Aug.
autem aliter exponit istam literam. s. cras tu, & filij
tui mecum eritis. s. in parte mea, in requie sanctorū
in sinu Abrahæ: nam ibi erat Samuel, qui vir iustus
erat: & ob hoc arguit Aug. q̄ nō fuerit Samuel iste,
qui locutus est, sed Dæmon, quia aliàs non dixisset,
q̄ futurus esset Saul in parte sua, cū esset vir iniquus:
de hoc habetur 18. de Ciuitate Dei, & ī Decretis, 26.
q. 5. cap. nec mirum. Sed non conuenit expositio: q̄a
solum volebat hic Samuel indicare mortem Saulis,
& filiorum eius: de loco autem, in quo mansuri erāt
post mortem, non multum attinebat: ideo non pro
cedit ratio sua. Item quia dato, q̄ Saul diceretur ven
turus in partem Samuelis non erat magnum incon
ueniens: saltem secundum multorum positionem,
qui dicūt Saulem saluatum fuisse, sic enim exponit
Ra. Dauid Kimhi. s. mecum eritis. s. in parte sanctō-
rum: dicit enim, q̄ saluatus est Saul, quia cum sciret
se moriturum, tamen voluit ire ad bellum, non for-
midans mortem. Item quia confessus fuit delictum
suum. s. quia Deus non exaudiebat eum per sacerdo
tes, nec prophetas, nec somnia, in quo profitebatur
se meruisse hæc: de hoc tamen quid verum sit, infra
cap. vltimo declarabitur. *Sed, & castra Israel tradet Dominus in manu Phylisthin tecum*, ideſt, non solum tu peri
bis, sed etiam Israelitæ tecum, non quidem, q̄ perie
rint omnes, qui erant in castris, sed dicuntur tradita
castra, inquantum præualuerunt Philisthin contra
Israel, & occidentes aliquos ipsorum, reliquos fuge
re compulerunt, diripuerunt que spolia fugentium
occisorum: nec solum hoc, sed etiā Israelitæ, q̄ erāt
prope terram Philisthinorum, deseruerūt ciuitates
suas, & fugientes iuerunt ad alia loca: Philisthini au-
tem venientes, habitauerunt in illis, vt patet. ī. c. vlt.

Verba Samuelis ad Saulem, quòd cras moriturus esset, quomodo dicta sunt. *Quæstio XXXXI.*

QVAERET aliquis, quomodo stant ista verba
prophetæ. s. Cras tu, & filij tui mecum eritis:
nam poterant ista esse falsa, vtpote, si Saul nollet ire
in bellum, nam tunc non occideretur à Philisthinis
sequenti die. Aliquis respondebit, q̄ ista verba intel
ligebantur conditionaliter: Cras tu, & filij tui mecū
eritis. s. si ad bellum ire volueris: ideo quanquam nō
iret Saul ad bellum, non essent falsa: iuit autem, ideo
completa sunt. Sed hoc non stat, quia ista verba non
dicta sunt conditionaliter, sed absolutè. Aliquis ta-
men dicet, q̄ sunt intelligenda conditionaliter, q̄q̄
non exprimatur conditio, sicut intelligūtur omnes
aliæ prophetiæ comminatorię, vel promissorię. Sed
non stat, quia in prophetijs intelligitur conditio. s. si
res manserit in eodem statu, siue in bono, siue in ma
lo, vt patet Iere. ca. 18. vbi Deus promittit bona ali-
cui genti, & si illa peccet, subito Deus facit contra-
rium: comminatur quoque mala alicui genti, & si il
la pœniteat, subito Deus conuertit in bonū. In Sau-
le autem non erat sic: quia istæ pœnæ denunciabant
futuræ pro peccatis præteritis, de quibus Saul non
dolebat: ideo implenda erat prophetia, cum maneret idem status: præsertim quia dato, q̄ Saul doleret
de præteritis, cū tamen tanta essent facinora, Deus
non remitteret ei pœnam, sed culpam. Dicendū igit,
q̄ ista prophetia sine conditione accipienda est, &
continet veritatem necessariam. s. q̄ necesse erat, q̄
Saul, & filij sui morerentur sequenti die. Cū aūt dr,
q̄ Saul poterat hoc declinare, non eūdo ad bellum:
dicendū, q̄ verū est, q̄ ipse poterat velle non ire ad
bellū: Deus tamen ita inclinauerat voluntatem eius
ad eūdum ad bellū, q̄ nullo modo declinaturus erat
ad contrarium: ideo voluntas Saulis indeflexibilis
erat: & sic necessariò impleretur id, quod dicebat Sa
muel. Nec tamen per hoc tollebatur libertas arbi-
trij Saulis, quia sic est in sanctis, in vita æterna, quia
voluntates eorum sunt determinatæ ad vnam par-
tem contradictionis, q̄ impossibile est, q̄ aliā velint.

hoc

hoc tamen non tollit libertatem eorum, quia pu- A
rior libertas arbitrij est in vita æterna, q̄ hic, quod
prouenit ex hoc, q̄a volūtas naturaliter determina-
tur ad bonum, quod est obiectum suum: & sicut de
qualibet alia potentia impossibile est, quòd transcē-
dat obiectum suum, vt q̄ visus videat saporem, vel
auditus audiat colorem, ita de voluntate impossibi
le est, q̄ velit malum, si cognouerit illud, quia exce-
dit obiectum suum: ideo si intellectus noster nunq̄
erraret iudicando, nunquam voluntas eligeret ma-
lum, & si aliquando reduceretur intellectus noster
ad talem statum, ita, vt impossibile esset eum errare
circa ea, quæ cognoscit, impossibile erit volūtatem
nostram aliquod malum velle: & tamen per hoc nō
fit aliqua mutatio in voluntate, sed solum in intelle B
ctu. In vita autem æterna Deus illuminat intellectū
cuiuslibet ibi existentis lumine clarissimo: ita, quòd
impossibile sit eum errare in iudicando: ideo impos
sibile est eum post hoc peccare, vel male velle: & ita
est confirmatio, per quam nihil detrahitur voluntā-
ti de libertate, cum nihil in ea mutetur: sed solum
in intellectu ponitur quædam perfectio. Ita autem
poterat hic facere Deus de Saule. s. q̄ moueret intel
lectum suum ad intelligēdum, q̄ ire in bellum erat
bonum, & non ire illùc erat pessimum: data autem
hac intellectione, necesse erat, quòd Saul vellet ire
in bellum: quia dato contradictorio, sequeretur, q̄
intelligeret pessimum esse non ire in bellum, & ta-
men vellet non ire: & hoc est, q̄ voluntas velit ma-
lum cognitum, & sub ratione mali, quod est impos-
sibile: ideo necesse erat, q̄ vellet illùc ire: nec tamen
propter hoc tollebatur liberum arbitrium, quia nul
lus cogebat voluntatem suam: & istud factum est. s.
q̄ Deus fecerit, q̄ Saul intelligeret, bonum esse ire
in bellum. Aliter dici potest, q̄ ista prophetia erat ne
cessaria: quia dato, q̄ Saul nollet ire in bellum, com-
pelleretur. s. quia ēt si ipse vellet fugere, Deus immit
teret Philisthinos sequenti die per terram Israel, &
venientes ad locum, in quo esset Saul, occiderent eū
bellādo: sic. n. facit Deus de homine, quod vult, sicut
fuit supra ca 23. de Saule: nā ipse volebat capere Da-
uid, & iam capturus erat: misit autem subito Deus
nuncium de aduentu Philisthinorū, & coactus fuit D
desistere à persecutione Dauid. *Statimque Saul.* Hic po
nitur quartum. s. Saulis debilitatio, vel desperatio:
nam auditis tantis malis, viribus destitutus est. *Cecidit porrectus in terram*, ideſt, statim, vt audiuit verba Sa-
muelis supra posita, cecidit in terram: non. n. valuit
se sustinere, & cecidit porrectus, ideſt, extentus. s. to-
to corpore: in quo significatur magnitudo casus. s.
quia non inclinauit caput solum, vel aliqualiter p-
cubuit, sed toto corpore in terra prostratus est. s. q̄a
in nulla parte corporis manserant vires ex duobus
causis sequentibus. In Hebræo dicitur. *Pleno statu*, vbi
nos dicimus, porrectus. s. q̄ cecidit Saul in toto sta-
tu, ideſt, in toto corpore prostratus: quia non solum
cecidit inclinans se super manum, vel genua, quia E
hoc accidit illis, qui habent aliquas vires ad sustentā
dum se: in Saule autem omnes vires defecerāt, ideo
pleno statu cecidit, q̄ litera nostra significat, dicens:
porrectus, ideſt, extentus totus per terram secundū
longitudinem corporis sui. Sciendum autem, quòd
Saul à principio, cum venit Samuel, inclinauit se ad
terram, & adorauit, vt patet supra: postea autem sur
rexit, & stabat recto corpore quando loquebatur
ei Samuel, cùm autem finiuit Samuel verba, cor-
ruit Saul in terram toto corpore: & non potuis-
set sic corruere, nisi erectus esset. *Exstimuerat enim verba Samuelis*, ista est vna causa, quare corruit:
concepit enim tantum timorem, quantum nun-
quam habuit: & hoc, quia prænunciabatur sibi vlti-
mum terribilium, scilicet, mors sua, & filiorum, &
deletio castrorum. Secundò, quia ista verba videban
tur ei ineuitabilia: nam si alius vir dixisset ea, q̄ fuis-
set paruæ auctoritatis, non credidisset Saul plenè:
ideo non tantum timuisset: nunc autem cum dixe-
rit illa Samuel, non dubitauit, quia nunquam reper
tum est mendacium in verbis Samuelis, vt patet su-
pra cap. 3. & omnia, quæ dicebat, absque ambiguita-
te veniebant, supra cap. 9. *Et robur non erat in eo*. Ista est
secunda causa, quare corruit, scilicet, quia non habe
bat robur ad se sustentandum: nam etiam si nimis
timuisset, non corruisset tam grauiter pleno statu, si
habuisset vllas vires. *Quia non comederat panem tota illa die*, ideſt, quia nihil comederat. Nomine panis intelli
gitur hic quidquid manducari potest, sicut patet su-
pra cap. 14. vbi nomine panis, intelligitur mel: nam
dicitur: Maledictus, qui manducauerit panem vsq;
ad vesperum, & Ionathas comedens modicum mel
lis, incidit in maledictionem: q̄ etiam patet, quia da
to, quòd Saul non comedisset panem die illa, si ta-
men comedisset carnes, vel aliqua alia nutritiua, pos
set habere vires, sed nihil comederat: dicitur autem
tota die illa, quia iam erat nox quando ista fiebant,
& quando venit Saul ad pythonissam, vt patet su-
pra: fortè autem recesserat in aurora, vel per noctē
de castris, &, vt non cognosceretur, non declinaue-
rat ad aliqua loca ad sumendum cibum, & sic ipse,
nec viri sui, non comederant die illa. *Ingressa est itaque mulier ad Saul*. s. nunc erat Saul prostratus in terram, C
& recesserat Samuel, qui respondebat ei: pythonis-
sa autem non fuerat præsens quando respondebat
Samuel: sed immediatè, vt ille venit, & sciuit eum
Saul esse præsentem, recessit pythonissa: quia nole-
bat Saul, quòd aliquis audiret quid erat, quod loque
batur ei Samuel: decedente autem Samuele, ingressa
fuit ad locum, in quo erat Saul. *Conturbatus enim erat valde*, ideſt, in magna turbatione erat, ita vt penè es-
set extra se, & non maneret ei mens, nec robur, iace-
batque extentus in terram, sicut prius. Quod patet,
quia mulier orauit ipsum nimis, & serui sui, vt co-
mederet, & postea dicitur: Tandem audita voce eo-
rum, surrexit de terra, & sedit super lectum: ergo in
terra erat nunc, quando introiuit mulier. *Dixitque ad eum*: Hic ponitur magna vrbanitas pythonissæ,
quæ orauit Saulem nimis, & satis pulchrè, quòd su-
meret cibum, & vnicum vitulum pascualem, quem
habebat, occidit ad parandum ei cibos: vnde de lau-
de eius dicit Iosephus 6. Antiquitatum in fine. Iustū
est laudare mulieris largitatem, quæ licèt eius cau-
sa, regis fuisset compulsa exercere prauitatem, dum
aduenisset domum eius, quem nunquam viderat
prius: non habuit memoriam mali vituperando
eum, qui eius prohibuerat disciplinam, nec aduer-
sata peregrinum, cum quo consuetudinem nequa-
quam habuerat: sed cōdoluit, & consolata est, dum
cum cognouisset regem, & quod ei solum in pau-
pertate fuerat, hoc libenter, hilariterque confere-
bat: non munus aliquod ab ipso expectans, quem
proximè moriturum agnouerat. *Ecce obediui ancilla tua voci tuę*, ideſt, ego, quæ sum ancilla tua obediui ti-
bi, vocando Samuelem, quem iussisti vocari. *Et po-sui animam meam in manu mea*, ideſt, posui me in peri-
culo mortis, scilicet, inuocando Samuelem: quia
per hoc merebar mortem, sciens, quòd si cogni-
tum esset apud aliquos, occiderer: & tamen propter
te non curaui de periculo: debes ergo tu assentire
mihi parua petenti. *Et audiui sermones tuos, quos locu-tus es ad me*, scilicet, sermones de inuocando Samue-
lem: & est repetito superioris sententiæ. *Nunc igitur*

audi, & tu vocem ancillæ tuæ. i. ideo iustum est, ꝙ nunc tu audias vocem ancillæ tuæ. s. faciendo id, quod ego oro. *Et ponam ante te bucellam panis.* i. ponam modicum de cibo, vt comedas, antequam recedas. Fuit locuta humiliter mulier, diminuendo res suas: quia non erat ipsa positura bucellam panis coram Saule, sed posuit abundantissimas epulas. s. quia occidit vnum vitulum pascualem, quem solum habebat, vt patet infra. *Vt comedens conualescas.* i. nimis es nunc destitutus viribus, comede ergo, & conualesces. *Vt possis iter facere.* i. vt possis ambulare, redeundo in castra: sciebat enim mulier, ꝙ Saul volebat redire in castra, & tamen non potuisset iter agere, nisi comedisset: ideo compulit eum comedere. In Hebræo habetur. *Quando iter feceris.* s. vt conualescas, quando feceris iter, qđ ad idē redit: sed aptius posuit litera nostra, quia Saul non debebat conualescere, quando ageret iter, sed ad agendum iter. *Qui renuit, & ait: non comedam.* i. non volebat Saul comedere, & hoc præ magnitudine tristitię, & desperatione, quia iam desperabat de salute sua post verba Samuelis.

An Saul peccasset, si non comedisset, & permisisset se mori fame. Quæst. XLII.

QVAERET aliquis, an Saul peccasset, si noluisset comedere, sed permitteret se mori fame, cum sequenti die occidendus esset à Philisthinis. Aliquis dicet, ꝙ non peccaret: quia cibus est ad continuandam, & extendendam vitam: Saul tamen, dato ꝙ comederet, non poterat viuere, nisi vsque ad sequentem diem, quia tunc occidendus erat: & hoc ipse cognoscebat certissimè, cum dixisset Samuel: iō superfluum erat, ꝙ comederet. Respondendum est, ꝙ peccasset Saul, si noluisset comedere: quia sic ipse se occideret: spontaneus tamen occisor suijpsius nimis culpabilis est: ideo non licebat ei, se fame occidere. Cum autem obiicitur, ꝙ etiam si comederet, sequenti die moriturus erat, concedendum est. Sed dicendum, ꝙ quanquam aliquis sciat, se occidendum esse ab aliquo certissimè, morte durissima: nō debet seipsū, occidere, vt acerbos euadat dolores: ꝙ. n. aliꝰ occidat ipsum, ad eū nō ꝑtinet: qa ipse nihil peccat: si autem ipse seipsum occidat, tota culpa ipsius est, cum ipse agat quidquid fit. Saul igitur nihil peccabat, ꝙ occideretur à Philisthinis: peccaret autem, si seipsum occideret: ideo peccaret, si non comedisset, cū certissimè ex hoc moreretur. *Coegerunt autem eum serui sui, & mulier.* i. quanquā rennueret comedere: tamen serui sui compulerunt, ꝙ comederet. Non fuit autem ista compulsio simpliciter, sed compulsio ꝑ magnas preces. s. ꝙ tantum orauerunt, & iniecerūt manus in eum, modo supplicantis, ꝙ induxerūt eū, vt comederet. Quod patet, quia dicitur immediatè in litera: & tandem audita voce eorum, surrexit de terra: ergo non coactus egit, sed quia voluit exaudire preces. Simile habetur Lucæ ca. vlt. cùm dicitur de duobus discipulis: Et coegerūt illum, dicētes, mane nobiscum: illi tamen non coegerunt Christū simpliciter, sed precibus eum tenuerunt. *Et tandem audita voce eorum.* i. ad vltimum Saul audiuit voces seruorū suorum, & pythonissæ. s. quia illi orabant, vt sumeret cibū, & sic fecit. *Surrexit de terra, & sedit super lectum.* Erat enim prostratus in terram, quando loquebatur ei mulier, & serui sui, nolens aliquid agere, sed iacere in terra, præ desperatione, & angustia: persuasus autem, & confortatus vocibus eorum, surrexit de terra, & sedit super lectum, quia debilitatus erat, vt ibi maneret, dum mulier parabat cibos. *Mulier autem illa habebat vitulum pascualem in domo.* i. habebat vnū vitulū pinguem, vel pascualem. i. quem pascebat in domo: quia ibi dabat cibos illi, nec egrediebatur in agros, vt pinguior esset. *Et festinauit, & occidit eum.* i. cum festinatione magna occidit illum, & parauit. Hoc erat propter duo. Primò, quia Saul erat nimis debilitatus, cū non comedisset tota die illa, vt patet supra: ideo voluit cito parare cibos, ne magis debilitaretur. Secundò fecit hoc, quia Saul volebat recedere velociter, vt rediret in castra: nam tota illa nocte ambulauerunt, vt patet infra, ideo volebat cito expedire, ne tæderet Saulem magnæ moræ. *Tollensque farinam miscuit eam.* i. mulier illa, non habebat tunc panes ꝑ Saule, & seruis eius: ideo cito miscuit farinam aqua, & confecit inde panes. *Et coxit azyma.* i. fecit panes azymos. i. non posuit mulier illa, fermentum in massa, ne cogeretur expectare magno spatio, quousque panes fermentati, apti essent ad coquendum: sed formauit eos de massa, nō fermentata, vt mox formati, coqui possent, & non cogeretur expectare Saul. *Et posuit ante Saul, & seruos eius.* i. carnes vituli paratas, & panes azymos posuit ante Saulem, & seruos suos, vt comederent. *Qui cum comedissent.* s. cum velocitate: qa suspirabant ad ambulandum. *Surrexerunt.* s. à mensa de domo mulieris: nam non dormierunt tota nocte illa. *Et ambulauerūt per totam noctem illam.* s. venerunt ad mulierem per noctem, & vocatus fuit Samuel ꝑ noctem: Saul quoque, & viri sui comederūt, in quibus oībus transiuit aliqua pars noctis; deinde ꝑ totā noctē sequētē ambulauerūt, vt venirēt cito ī castra.

Quare ambulauit Saul tota nocte non expectans diem. Quæstio XLIII.

QVAERET aliquis, quare Saul, & viri sui ambulauerunt tota nocte, & non expectauerunt ad sequentem diem. Dicendum, ꝙ hoc fecit Saul, vt lateret factum suum eos, qui erant in castris: sicut. n. quando exiuit de castris, mutauit habitum, vt non cognosceretur, & vt non putaretur ipse recedere, & assumpsit solum duos viros secum, vt patet supra ita & nunc in reditu, voluit, ꝙ non cognosceretur, qñ introibat in castra: melius autem hoc per noctē facere poterat, q̄ per diem: ideo ambulauit tota nocte, vt per noctē ingrederet in castra: hoc tenet Magr in Historia scolastica. Fecit ēt istud, vt nō cognosceret in itinere: nam præcedenti die, quando venit ad mulierem in Endor, non comedit tota die, vt patet supra in litera, & hoc videtur factum, vt nō declinaret ad aliquem locum, ne ibi cognosceretur: nunc autē per noctem, à nullo videretur: ideo voluit ambulare in nocte. Aliter dici pōt, ꝙ hoc fecit, ne Philisthini irruerent in castra, ipso absente: nam cùm recessit de castris, locauerant iam Philisthini castra, & putauit, ꝙ vellent Philisthini immediatè pugnare: si autem Saul ibi non esset, Israelitæ non auderent instruere aciem, & timerent, tanquam non habentes Dominum: & quia prope erat, vt Philisthini bellum committerent, voluit per totam illam noctē ambulare, ne si sequenti die recederet de Andor, vbi erat Pythonissa: prius Philisthini inirent bellū, & dispergeretur Israel, quàm veniret Saul in castra. Aliter dici potest, ꝙ hoc faciebat Saul, quia instigabatur à Deo: volebat enim Deus, ꝙ Saul periret in bello, sequenti die, sicut dixerat Samuel. s. Cras tu, & filij tui mecum eritis: & quia si expectasset Saul, vsque ad auroram, vt recederet de Endor, vbi erat Pythonissa, prius fugerent Israelitæ de acie, q̄ accederet Saul ad castra, & non moreretur in bello: Deus instigauit ipsum, vt illa nocte tota ambularet, ad veniendum in castra.

Quare

Quare serui Saulis permiserunt eum venire in castra. Quæstio XLIIII.

QVAERETVR vlterius, quare serui Saulis, & mulier permiserunt eum venire in castra, cum Samuel prædixisset, ꝙ moriturus erat Saul sequenti die. Responderi potest, ꝙ serui Saulis, & mulier non cognouerunt, quid Samuel dixerit Sauli: quod appareret, quia quando loquebatur Samuel Sauli, & cecidit in terram Saul, non erat Pythonissa præsens: sed dicitur, ꝙ ingressa est ad eum postea, vt patet supra, ergo ipsa non audierat. De seruis autem Saulis verisimilius est, ꝙ non audierint, quia si Saul nolebat, ꝙ pythonissa, quæ susciterauerat Samuelem, esset ꝑsens, quādo ipse quæreret à Samuele: quātominus vellet seruos suos esse præsentes, qui nihil ad hoc pertinebant? Sed obijcietur, ꝙ mulier, & serui Saulis cognouerunt, quid dictum fuit Sauli: quia ipsi inuenerunt eum iacentem, totum extentum per terram, & erexerunt eum, & precibus coegerunt, vt comederet, ergo sciebant eum esse in maxima amaritudine. Dicendum est, ꝙ serui Saulis, & mulier inuenientes ipsum in terra, cognouerunt aliquod responsum durum ei fuisse factum, propter quod erat in angustia: ne scierunt tamen, quid illuc esset: ipse verò reuelare noluit, ne suos faceret desperare, quia sic facilius fugerent à facie Philisthinorum: ideo non curauerunt suadere ei, ne iret in castra, quia si ipse non iret, periret populus: ideo nullum malum accidere poterat maius, quàm absentia sua de castris, nisi ipse certissimè moriturus esset: & quia hoc non cognouerunt, non dissuaserunt ei ire. Aliter dici potest, ꝙ serui Saulis, non putauerunt eum corruisse in terrā, propter aliquod malum responsum, sed ex apparitione facta: quia istæ visiones surgentium, solebant esse terribiles, vnde non suspicati sunt aliquod malum, ꝑꝑ quod deberent dissuadere Sauli ire in castra.

An Saul peccauit eundo in castra, cùm sciret se ibi moriturum. Quæstio XLV.

QVAERET aliquis, an Saul peccauit eundo in castra, cum sciret se ibi moriturum. Aliquis dicet, ꝙ sic: quia sicut, ꝙ quis seipsum occidat est grue peccatum: ita ꝙ morti certissimè, se exponat, peccatum est: sed Saul sciebat certissimè, ꝙ moriturus esset sequenti die in castris: ergo eundo illuc, peccabat. Respondendum, ꝙ non peccauit: quia cum qs agit, ꝙ est ex officio suo, ea intentione, qua debet, non peccat: Saul autem erat rex, & ex conditione status sui incumbebat ei, ꝙ ipse ageret bella pro Israelitis, exponendo se contra hostes: nunc autē Philisthini bellum instaurauerant contra Israel: ergo nō peccabat Saul eundo illuc: quia ideo ibat, vt populus non periret. Cum autem obijcitur, ꝙ exponebat se morti certissimæ: & ex hoc peccabat. Dicendum, ꝙ non peccauit, quia exponere se morti est, quando quis potest esse extra periculum mortis, & cōstituit se in periculo: de Saule verò non erat sic, quia dictū fuerat sibi: Cras tu, & filij tui mecum eritis: ex quo ipse putabat, ꝙ necesse erat sic fieri, cùm Samuel nō posset mentiri: ideo dato, ꝙ vellet fugere, eundo in aliū locū, putabat se non posse euadere mortem, qa illuc mitteret Deus Philisthinos, qui occiderent eū, cùm verbum Domini non possit permutari: quia igitur vbicūque esset, moriendus erat, voluit potius mori gloriosè in bello, quàm ignominiosam mortē suscipere, fugiendo. Aliter dici potest, ꝙ verum est, quòd qui se exponit morti peccat, si non sit talis actus, in quo ex officio suo, vel ex ꝓfessione, se morti exponere cogatur: quia tunc, non peccat, sed magis poterit mereri: sicut est in confessione fidei: quia si persecutores Ecclesiæ quærāt ab aliquibus, an sint Christiani, & ipsi subticendo possint euadere: si autē respondeant se esse Christianos, occidentur: si subticeant, ita ꝙ persecutores intelligant eos esse infideles, peccant, & tenentur potius se tradere morti certissimæ, confitentes se esse Christianos: Ita in Saule erat: quia sicut competit Christiano, ex professione fidei, non negare Christum, directè, vel indirectè, loquendo, vel tacendo, etiam si mori oporteat: ita cōpetebat Sauli, quia rex erat, non negare auxiliū subditis suis, qui in acie constituti erant, etiam si se periclitaturum cognosceret.

An tenebatur Saul ire in castris quamuis sciret se moriturum. Quæst. XLVI.

QVAERETVR vlterius, an Saul tenebatur venire in castra populi, cognita morte sua. Aliqs dicet, ꝙ non: quia quanquam Saul non peccaret, eūdo in castra, sciens se occidendum, tamen non tenebatur ire illuc. In contrarium videtur, ꝙ teneretur: quia Sauli competebat ex officio, & dignitate, pugnare pro Israel: & quia nunc casus se offerebat, cōgregatis Philisthinis, tenebatur ire ad pugnam: quāq̄ cognosceret se moriturū in illa: nam Saul erat rex: sunt autem reges patres, & pastores populi, sicut ait Homerus in Iliade: & Arist. Ethicorum li. 8. pastor tamen, qui bonus est, dato casu, debet ponere animā suam, pro ouibus suis, vt patet Io. c. 10. & si viderit lupum venientem, & fugiat, non est pastor, sed mercenarius, eo. ca. ergo Saul, qui pastor erat, tenebatur se ponere ad mortem pro Israelitis. Item negligentia prælati, vel Domini, per quam subditi pereunt, est peccatum mortiferū in eis, cùm Deus dicat, Ezech. ca. 3. ꝙ sanguinem illorum, qui pereunt requiret de manu sua: Saul autem erat Dominus Israelitarum, & per absentiam eius, perirent castra: ergo peccaret, si non iret illuc. Sed aliquis obijciet, ꝙ etiam si Saul non iret in castra, semper castra peritura erant, quia Samuel dixerat: Cras tu, & filij tui mecum eritis, sed & castra Israel tradet Dominus in manus Philisthin, vt patet supra: ergo nihil proficiebat, ꝙ iret in castra Saul: & consequenter, si non iret illuc, non peccaret. Respondendum, ꝙ quanquam castra tradenda erāt in manus Philisthijm, præsente Saule: tamen facilius traderentur, si ipse non iret in castra: nam si ipse iret, traderentur castra pugnando: quia Israelitæ haberēt aliqualiter animum pugnandi, præsente rege, & nō nocerent eis nimis Philisthijm. Si autem Saul absens esset, illi concepto timore, non auderent pugnare, & perirēt plurimi: tenebatur ergo Saul ire in castra, ne ipso absente, multi perirent. Aliter dici potest, ꝙ dato, ꝙ Saul sciret, ꝙ ipso ꝑsente in castris, plures morituri erant, quàm ipso absente: adhuc tenebaī ire in castra: quia illi, qui morerentur, eo absente, perirent culpa eius. s. quia non habebant rectorē: qui aūt morerenī eo pñte, non perirent culpa eius: sed Deus volebat illos tradere in manus Philisthinorū, ideo ire tenebatur ī castra, ne peccaret: quia ipse aspicere debebat ad id, quod directè pertinebat ad ipsum, potius, q̄ ad bonum, vel malum, qđ veniret ꝑ accidens.

An Saul desperauerit eundo in castra. Quæst. XLVII.

QVAERETVR vlterius, an Saul desperauerit, eundo in castra Israel. Aliquis dicet, ꝙ sic, qa quando aliqui exponunt se ad mortē, si laudabiliter hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc agunt, quanquam pericula durissima sint, tamē putant aliquo modo possibile esse, ꝙ euadant, & sic sunt confidentes, & bonę spei, quod pertinet ad fortitudinem: Saul autem non expectabat aliquo modo se posse euadere, cùm denunciasset ei Samuel, ꝙ cras ipse, & filij sui morituri essent: ideo desperabat, eundo ad bellum. Dicendum, ꝙ Saul non desperabat, sed potius agebat laudabiliter. Sed considerandum est ad sciendum quomodo aliquis dicitur desperare: nam ille propriè desperat, qui non agit pro seruanda vita quanta (salua honestate) agere potest: hoc autem dupliciter accidere potest. s. quia, aut quādo aliquis scit, ꝙ necesse est ipsum mori, aut quando dubitat, vel scit, ꝙ non est necesse. Si enim aliquis putet non esse necessarium, ꝙ moriatur, & conseruata honestate, possit viuere, & exponat se certissimæ morti, desperat: quia nō agit quantum agere potest pro conseruanda vita, salua honestate: & hoc non pertinet ad Saulem, cùm ipse sciret necesse esse ipsum mori. Si autem mors necessaria sit, stat dupliciter: ga aut aliquis mori debet, quia est in potestate alicuius, contra quem resistere non potest, quia iam deprehensus est: vel scit mortem necessariam, quia pugnaturus est contra aliquos, & tamen denunciatum est sibi certissimè, ꝙ moriturus sit pugnādo. Primo modo nō potest accipi spes, nec desperatio, sicut supra. quia ibi nihil habet, quid faciat pro defendenda vita, cùm ex hypothesi constet, ꝙ ipse iam nihil possit agere ad euadendum mortem, sed penitus sit in potestate alterius. Accipitur ibi spes, & desperatio proportionalirer, scilicet, respectu vitę futurę. s. ꝙ sicut, qui agit quantum potest pro conseruanda vita, ista, salua virtute, & honestate, dicitur sperans, vel confidens. & qui non agit hæc, dicitur desperans: ita qui constitutus est in articulo mortis, & non curat agere, quantum potuerit pro vita æterna acquirenda, vel putat impossibile esse eam acquiri, desperat. Qui autem dolet de commissis, & credit posse habere vitam æternam, agitque quantum in se est, videt sperans. Ad hanc partem non pertinet Saul, quia ḡḡ sciret mortē suam esse necessariā, non erat in potestate alterius, ita ꝙ nihil posset agere pro conseruanda vita. Si aūt sciat aliquis mortē necessariā, ita ꝙ reuelatū sit sibi, ꝙ certissimè moriturus est in bello, dr̄ esse confidens, vel sperans, si fortiter pugnat, quātū valet, pro defendenda vita, ḡḡ sciat mortē esse necessariā. Si aūt, cognito mortē esse necessariam, permittat se occidi, nihil pugnans, aut seipsum occidat, dr̄ desperare. Nunc aūt non potest dici de Saule, ꝙ desperabat: quia qñ ibat in bellum, ibat animo fortiter pugnandi contra Philisthinos: & sic postea pugnauit, quousq; totum pondus belli versum est super eum, & incubuit super gladium, & mortuus est, vt patet inf. c. vlt An tunc desperauerit, declarabitur inf. vlt. c. nunc tñ qñ ibat in castra Israel, non desperabat, ga ibat aīo defendendi se, & pugnādi quantū posset. An vero Saul laudabilis fuerit, eundo in bello, cùm sciuerit se ibi occidendum, declarabitur inf. cap. vlt.

Quo aliquis dicit desperare

CAPITVLVM. XXIX.

CONGREGATA sunt ergo Philisthijm vniuersa agmina in Aphec, sed & Israel castrametatus est super fontem, qui erat in Iezrael. Et satrapæ quidē Philisthijm incedebant in centurijs, & millibus.

Scriptus est in superioribus quidā belli apparatus: hic describitur ipsius Dauid de castris Philisthinorū recessus. Et diuidit in duo, quia primò ponitur Dauid recessus: secūdo ex recessu suo quidam emergēs casus, sequenti. c. Prima in duas. primò rex Achis pp Dauid à Philisthinis reprehenditur: secundò Dauid, de castris Philisthinorum in Siceleg mittitur, ibi. *Vocauit ergo Achis.*

An ordo sit continuus. Quæst. I.

QVAERET aliquis circa primum: an ea, quæ habentur hic, sint continuata ad præcedentia, vel sit ordo mutatus, & an fuerint facta ista immediatè post præcedentia, vel magno tempore post. Respondendum, ꝙ hic non est mutatio ordinis: quia in principio cap. præceden dicebatur, quomodo Philisthini præparabant se contra Israel: hic autem dicit, quomodo iam congregati conuenerant in castra, & miserūt Dauid de castris in Siceleg: & sic necesse est, ꝙ fuerit prius, quod habetur prec. c. quàm quod habetur hic, saltem prima pars eius. Cum autem dicitur, an intercederit aliquantum tempus inter ista. Dicendum, ꝙ non potuit esse tempus aliquorum dierum, saltem inter id, quod habetur in fine præcedentis c. & ea, quæ habentur hic: nam post ea, quæ habentur præcedenti cap. fuit bellum sequenti die, & mortuus est Saul: quia dicitur præcedenti c. Cras tu, & filij tui mecum eritis: necesse est igitur, ꝙ inter ea, quæ habentur hic, & præcedenti c. in fine, nihil interciderat. Vel si aliqui dies interciderunt, Dicendum, ꝙ prius fuerunt ea, quæ habentur præcedenti cap. in fine, quàm hic: quia ibi dicitur: Cras tu, & filij tui mecum eritis: necesse est igitur, ꝙ illud fuerit solum vna die ante bellum: & sic tenēdum est, ꝙ prius missus fuit Dauid de castris Philisthinorum, quàm Saul consuleret pythonissam: quia tamen ista quasi simul facta sunt, non curauit multum scriptura de ordine eorum: precipuè, quia impossibile est, obseruare ordinem naturalē in omnibus narrationibus, alioquin tota pulchritudo narranda peribit, & totū negocium, quod narratur, in mille minutias diuidetur, cum natura rerum multas simul res geri patiat: multas autem simul narrari est impossibile: ideo introducta fuit anticipatio, & recapitulatio in narrandis rebus, quæ necessaria est, & etiam multum pdest. *Congregata sunt ergo Philisthijm vniuersa agmina in Aphec.* Idest, omnes Philisthini dispositi per agmina sua, venerunt in vrbem Aphec: non est autem sensus, ꝙ extra vrbem castrametati fuerunt: sed prope illam: dicitur autem aliquis in loco, qui in territorio illius est: sic patet Iosue cap. 5. vbi litera nostra dicit, ꝙ apparuit angelus Iosue existenti in agro Iericho: & litera Hebraica diceret, existenti in Iericho: in quo innuit, quod idem est, in Iericho, quod in agro Iericho. Sciendum autem, ꝙ Aphec erat quædam ciuitas in sorte Iudæ, & est circa Hebron, vt Iosue, ca. 15. & ibi vocatur Aphec: sed non differt, quia secundū modum Hebraicum, aliquando adduntur aliquæ literæ in fine dictionis, & aliquando subtrahuntur: sicut patet in isto nomine Gessuri: quia aliquando vocatur Gessūri, & aliquando Gessūr, & aliquando Phalti, & aliquando Phaltiel, vt declaratum est sup. cap. 27. Ista ciuitas est vna de ciuitatibus regalibus, de quibus habetur Iosue c. 12. in ipsa enim erat vnus de regibus, quos occidit Iosue. Sciendum etiam, ꝙ iterum Israelitæ inierunt bellum contra Philisthinos, & castrametati sunt Philisthini apud istam vrbem tempore Heli sacerdotis, quando rapta fuit arca in bello, vt patet supra cap. 4. *Sed & Israel castrametatus est super fontem, qui erat in Iezrahel.* i. Israelitæ posuerunt castra, apud quendam fontem magnum, qui erat in vrbe Iezrahel, idest, apud Iezrahel: est enim Iezrahel quædam ciuitas in sorte Iudæ, & est apud Maon, & Carmelum, & Zipheos, vt patet Iosue cap. 15. de hac autē ciuitate accepit Dauid vxorem vnā, nomine Achinoam, ideo vocabatur Iezrahelites, vt patet supra ca. 25. & 27. & sequenti cap.

An sit verum, quòd Philisthini castrametati sint in Aphec. Quæst. II.

QVAERET aliquis, quomodo dicatur hic, ꝙ Philisthini castrametati sunt in Aphec, & Israelitæ super fontem Iezrahel, cùm præcedenti ca. dicatur, ꝙ castrametati sunt Philisthini in Sunam, & Israelitæ in monte Gelboe. Aliquis respondebit, ꝙ ista loca sunt penitus idem: habent tamen plura nomina, sicut est de multis locis scripturæ, vt de Ierusalem, & Hebron. Sed hoc nō stat: quia Aphec est ciuitas in sorte Iudæ: Sunam autem, in qua præcedenti capit. dicebatur congregatos Philisthinos, erat in sorte Issachar. Ideo dicendum, ꝙ diuersa sunt loca. Sed aliquis adhuc dicet, ꝙ sint eadem loca: quia præceden. cap. dicitur, ꝙ Israelitæ castrametati sunt in monte Gelboe, bellum tamen fuit ibi, vt patet infra cap. vltimo, s. & fugerunt viri Israel ante faciem Philisthijm, & ceciderunt interfecti in monte Gelboe: ergo non mouerunt castra Israelitæ de loco ipso. Aliquis posset respondere, ꝙ tempore belli non castrametabantur Israelitæ in monte Gelboe, sed fugiendo persecuti sunt eos Philisthini, & occiderunt multos in monte Gelboe. Sed hoc non stat: quia sequen: lib. cap. 1. dixit ille iuuenis, qui narrabat mortem Saulis: Casu veni in montem Gelboe, & Saul incumbebat super hastam suam: porro currus, & equites appropinquabant ei: Saul tamen non fugit, sed firmiter mansit in loco belli, cùm dicatur infra cap. vlt. ꝙ Israelitæ fugerunt, & totum pondus prælij versum est in Saul ipse tamen mortuus est in mōte Gelboe: sic etiam patet in planctu Dauid, sequēti lib. c. 1. s. Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniant super vos: quia ibi abiectus est clypeus fortium: ergo ibi factum est bellum, & consequenter erant ibi castra Israel. Oportet ergo dicere vnum de duobus, s. vel, ꝙ primo castrametati sunt Israelitæ super fontem Iezrahel, de quo hic, & postea in mōte Gelboe, de quo præcedenti cap. & sic sit mutatio ordinis: vel ꝙ sit idem locus mons Gelboe, & Fons Iezrahel. Respondendum est, ꝙ non est idem de Israelitis, & de Philisthinis: nam de castris Philisthinorum necesse est dici, ꝙ mutata fuerint, cum alius locus sit Sunā, de quo præced. c. & alius Aphec, de quo hic. In quo sciendum, ꝙ Philisthini mox, vt congregauerunt agmina in terra sua, venerunt ad pugnandum cōtra Israel, & castrametati sunt in diuersis locis successiuè, vt magis accederēt ad castra Israelitarum: & hoc secundum diuersas profectiones: prius autem castrametati sunt in Sunam, de quo habetur præced. c. quā in Aphec, de quo habetur hic: quia quando castrametati sunt in Sunam, nondum congregati fuerant omnes Philisthini: cum dicatur, præced. ca. Congregati sunt Philisthini, & castrametati sunt in Sunam. Cum autem castrametati sunt in Aphec, erant congregati omnes Philisthini, vt patet hic. s. Congregata sunt Philisthijm vniuersa agmina in Aphec. Fuerunt ergo castrametati in Aphec, postquam castrametati sunt in Sunam: sed adhuc non mansernnt in loco isto, sed postea iuerunt in Iezrahel, vt patet inf. in literra. s. Philisthijm autem ascenderunt in Iezrahel: ergo mutabant castrametationes. De Israelitis autem dicendum est, ꝙ à principio castrametati sūt in mōte Gelboe, præced. c. & deinde cū fuerūt apud fontē Iezrahel, de quo hic, erāt in mōte Gelboe, cū ibi factū fuerit bellū, vt s. declaratū est. Erāt tñ mōtes Gelboe magni, & intra illos poterāt castrametari in diuersis locis, & sic fortè fecerunt: qa primo castrametati sunt in quadam parte eorū, de qua præce. cap. deinde venerunt ad aliam partem. s. ad fontem Iezrahel, qui erat intra montē, & ibi factum est bellum: nam Philisthini postea ascenderunt ad loca castrorum Israelitarum in Iezrahel, vt patet infra in litera: & ibi factum est id, quod accidit de Saule: & sic non sunt penitus eadem castra, quæ habentur præcedenti capit. & hic.

Aphec an sit terra Israelitarum, vel Philisthinorum. Quæstio III.

QVAERETVR vlterius, an quando Philisthini castrametabantur in Aphec, castrametarentē in terra sua, vel in terra Israelitarum. Aliquis dicet, ꝙ manifestum est, ꝙ in terra Israel, cùm Aphec sit ciuitas in sorte Iudæ, vt patet Iosue 15. cap. Sed ista ratio nō stat: quia tota terra Philisthinorum erat pars terræ Israel, & Deus iussit illam diuidi per sortes, & promisit se traditurum Israelitis, vt patet Iosu. c. 13. maxima quoque pars terræ Philisthinorum, immo ferè tota terra illa cecidit in sorte Iudæ, vt patet Ios. cap. 15. & ibi est declaratum: quanquam ergo Aphec esset in sorte Iudæ, poterat esse, ꝙ possideretur à Philisthinis, sicut Accaron, & Azotus, & Gaza, quæ ponuntur in sorte Iudæ, Iosue cap. 15. Et tamen istæ ciuitates possidebantur à Philisthinis: & sic Philisthini castrametantes in Aphec, castrametarentur in terra sua, & non in terra Israel: quia hic non vocamus terram Israel omnem illam, quæ pertinebat ad Israelitas de iure: sed eam solum, quam actualiter possidebant. Dicendum tamen, ꝙ Philisthini castrametabātur nunc in terra Israel, & non in sua: quod patet, quia ipsi erant inuasores Israelitarum: ideo oportebat, ꝙ venirent ad terram Israel, alioquin non inuaderent illos, si manerent intra terram suam. Item patet, quia primò castrametati sunt Philisthini in Sunam, quàm in Aphec, vt declaratum est: & tamen quando erant in Sunam, erant in terra Israel: quod patet, quia de Sunam erat adolescentula illa, quæ ducta fuit ad Dauid, vt cubaret in sinu eius, & calefaceret eum in senectute, infr. 3. li. c. 1. si tamen fuisset Sunam de terra Philisthinorum, nō adducta fuisset inde aliqua puella, vt esset vxor Dauid. Item patet, quia infra 4. lib. cap. 4. Dicitur de Eliseo, ꝙ transiuit quadam die per Sunam, & susceptus est ibi in hospitium à quodam viro, cuius filium postea suscitauit: si tamen esset in terra Philisthinorum non egisset illud Eliseus, præcipuè, quia apparet ibidem hospites Elisei fuisse Hebræos: quando ergo Philisthini castrametati sunt in Sunam, erant in terra Israel: & à fortiori cum essent Aphec: quia prius venerunt in Sunam quàm Aphec. Item patet, quia in isto loco erant Philisthini, quando Dauid missus est de castris: & tamen infra in litera dicitur: Surrexit Dauid, & viri eius, vt reuerterentur ad terram Philisthijm: Philisthijm autem ascenderunt in Iezrahel: ergo nō erāt Philisthini in terra sua, quando erant in Aphec, sed in terra Israel; alioquin non diceretur: Dauid reuersus est inde in terram Philisthijm. *Et satrapæ quidem Philisthijm incedebant in centurijs, & millibus.* i. principes Philisthinorum incedebant cum turmis suis ordinatis, per centurios, & millenarios, est enim centuria con-

congregatio centum virorum, & qui præsunt talibus congregationibus, vocantur centuriones: qui autem præsunt millibus, vocantur tribuni, vel ciliarchi: sic autem erat dispositus totus exercitus Philisthinorum. s. distributus per cēturiones, & tribunos: isti enim erant modi vsitati ducum illius temporis: & sic dixit Samuel ad Israelitas, quando petebant regem, quòd rex eorum tolleret filios ipsorum, & constitueret illos sibi tribunos, & centuriones, vt patet supra capit. 8.

Satrapæ Philisthinorum qui erant.
Quæst. LIII.

QVAERET aliquis, qui erant isti satrapæ Philisthinorum. Aliqui putabunt, ꝙ omnes duces exercitus, tam tribuni, quàm centuriones vocentur hic satrapæ: sed falsum est, quia solum erant quinq; satrapæ Philisthinorum: sed manifestum est, ꝙ hic erant plures, quàm viginti principes satraparum: nā dicitur, ꝙ incedebant in millibus: ergo ad minus essent duo millia virorū in castris Philisthijm: in duobus enim millibus sunt viginti duo principes. s. duo millenari, siue tribuni: & viginti centuriones constituit sub duobus tribunis. Dicendum igitur, ꝙ satrapæ Philisthinorū, non erant tribuni, nec cēturiones: sed quilibet satraparum erat princeps multorū tribunorum, & centurionum: & dicitur, ꝙ incedebant satrapę in centurijs, & millibus. i. quilibet de satrapis habebat secum suos millenarios, & centuriones: in quo innuitur, ꝙ sicut erant quinque satrapæ Philisthinorum, ita erant dispositæ quinque acies, & in qualibet erant multi centuriones, & tribuni constituti sub satrapa illius acici. Hoc patet, quia immediatè dicitur: Dauid autem, & viri eius erant in nouissimo agmine cum Achis, s. ꝙ Achis, qui erat vnus de satrapis Philisthinorum, tenebat vltimam aciem, & in ea erat Dauid cum viris suis: incedebat autem quilibet de satrapis in centurijs, & millibus. i. cū centurijs, & millibus, quæ erant sub ipso in sua acie. In quo sciendum, ꝙ in terra Philisthijm erant quinque ciuitates præcipuæ, quę vocantur capita prouinciarum, vel metropoles: nam ab eis nominantur quinque prouinciæ terræ Philisthinorum: principes autem istarum ciuitatum cum prouincijs suis vocobātur satrapæ, vel reges, sicut Achis vocatur rex Geth, vt patet supra ca. 21. & 28. erat tamen solum Dominus vrbis Geth cum prouincia sua: & quia si isti vocentur reges, erunt paruuli, vocantur reguli, & non reges, vt patet Iosue cap. 13. vbi dicitur, ꝙ tota terra Philisthinorum diuiditur in quinque regulos. Vocātur etiam isti quinque, satrapæ, ideſt, principes potētes: quia satrapa dicitur quasi satis potens, & sic vocantur supra cap. 5. & 6. & hic. Isti autem satrapæ, cū non essent sub ordinati. s. quia vnus non erat Dominus alterius, congregabant singulariter gentes terrę suæ, & quilibet de eis, quos ducebat de terra sua, faciebat vnum exercitum, vel aciem: & sic erant quinque acies Philisthinorum, secūdū numerum satrapa rum, in quarum qualibet erant multi centuriones, & tribuni. *Dauid autem, & viri eius.* s. sexcenti, qui cum illo erant: omnes enim duxit ad bellum, nec reliquit aliquem in vrbe Siceleg: ideo Amalecitæ, qui irruerūt in vrbem, absente Dauid, non inuenerūt aliquē, qui resisteret eis: sed solum erant fœminæ, vt patet sequenti ca. vnde in præda solum dicitur, ꝙ ferebāt fœminas, & filios, ac filias eorum, de nullo autem viro fit mentio. *Erant in nouissimo agmine cum Achis.* i. erāt in vltima acie: dicitur autem in nouissimo, quia tota gens Philisthinorum erat distincta per quinque acies, secundum numerum quinque satraparum: & vltima acies erat regis Achis, qui erat satrapa vrbis Geth: cum illo autem erat Dauid, quia in terra eius morabatur, sub illius præsidio, & ipse dedit ei vnam ciuitatem. s. Siceleg supra 27. cap. ideo dixerat Achis ad Dauid: Sito quoniam mecum egredieris in castris tu, & viri tui, præceden. c. *Dixerunt principes Philisthijm.* scilicet ad regem Achis, increpando eum, cur haberet secum Dauid in castris. *Quid sibi volunt Hebręi isti?* ideſt, ad quid sunt isti Hebræi hic? quasi dicant, non sunt hic conuenienter: quia poterunt fieri nobis aduersarij, quando præliari cęperimus, vt patet infr. in litera. In Hebræo dicitur. *Qui sunt isti Hebræi.* i. de qua terra sunt, vel quomodo sunt hic? & ad idem redit, quod litera nostra. Dicet aliquis: quomodo alij Philisthini sciebant Dauid, & viros suos esse Hebræos? Respondendum, ꝙ fortè cognouerunt eos habitu, qui erat diuersus Israelitis, & Philisthinis: nam debebant Israelitæ portare fimbrias, per quatuor angulos palliorum, vt patet Num. cap. 15. Philisthini autem non portabant aliquid horum. Vel potest dici, ꝙ cognoscebant eos per locutionem, quia distincta erat locutio Hebręorum, & Philisthinorum: vel fortè cognoscebant, quia iam sæpe viderant eos in terra illa, cum stetisset ibi Dauid quatuor mensibus, vt patet supra cap. 27. & non interrogauerunt principes Philisthinorum de istis Hebræis, quid ibi agerēt, quasi ignorarent: sed, vt haberent locum reprehendi regem Achis. *Et ait Achis ad principes Philisthijm.* Isti principes erant satrapæ, qui conuenerunt ad Achis, redarguentes eum propter Dauid: ipse autem allegauit coram eis rationabilem causam, cur esset ibi Dauid cum Hebræis. *Nunquid ignoratis Dauid.* ideſt, nunquid non cognoscitis Dauid. q. d. non deberetis ignorare Dauid, quia iam multis diebus mecum est, & aduentus suus ad me fuit notorius, & pro causa notoria: hoc dicebat Achis ad suadendum, ne principes excluderēt Dauid de castris, & quia si Dauid esset cum Achis, fuisset aliquid nouum, & suspectum in terra Philisthinorum, & nollent principes recipere Dauid in castris: allegauit Achis, ꝙ nō erat nouum Dauid esse in terra illa, admirans de illis, ꝙ non cognoscerent eum: & ex hoc excludebat suspitionem contra Dauid, vel saltem minuebat eam. *Qui fuit seruus Saul regis Israel.* ideſt, Dauid fuit seruus Saulis, qui Saul erat rex Israel, & Dauid erat de terra illa: ideo erat seruus eius. i. subditus, vel vasallus: dicitur autem, qui fuit, ad significandum causam aduētus Dauid. q. d. olim fuit seruus Saulis, quando manebat in pace cum illo: postea autem Saul persecutus fuit eum ad mortem iniustissimè, & ipse recedens de terra illius, desijt esse seruus eius, & nunc est seruus meus: sic enim dixerat supra cap. 27. Achis. s. Multa mala operatus est contra populum suum Israel: erit igitur mihi seruus sempiternus. *Et est apud me multis diebus, vel annis.* ideſt, mansit in terra mea multis diebus. vel multis annis, & in toto hoc tempore nunq̄ reperi contra eum aliquid malum: iō non debet aliqua suspitio haberi de illo. In Hebræo habetur. *Et est apud me išto diebus, vel išto annis.* quod non patitur latinitas, sed Hebraica improprietas sic loquitur, qđ ad idem redit, quod litera nostra.

Regula quando sacra scriptura ponit duos numeros, scilicet, maiorem, & minorem, quid credendum.
Quæstio V.

QVAERET aliquis, quomodo Achis dixit, ꝙ Dauid fuerat cum eo multis diebus, vel annis, quia supra cap. 27. dicitur, ꝙ tempus quo mansit Dauid

Dauid in terra Philisthinorum, fuit quatuor mensium. Aliquis dicet, ꝙ quando ponuntur duo numeri inæquales in scriptura, semper credendum est maiori numero, eo ꝙ scriptura sacra in nulla parte sui mentiri potest: si ergo ponit magnum numerum, necesse est tot fuisse, quot ipsa asserit, & non sequitur ex hoc, ꝙ in positione parui numeri fuerit mendacium, quia non ponitur cùm præcisione: & verum est, vbi sunt mille, ꝙ sunt centum: si tamē nos assentiamus minori numero, & negemus maiorem, negabimus aliquid, quod est in sacra scriptura: & istud est inconueniens: sic autem est hic, ꝙ supra capit. 27. ponuntur quatuor menses, & hic ponuntur anni ali qui, saltem duo: ideo assentiendū est huic numero, qui maior est. Sed dicendum, ꝙ ista regula est vera, quando vterque numerus. s. maior, & minor ponuntur à sacra scriptura: ita ꝙ ipsa asserat illos numeros à seipsa: si tamen vnus asseratur ab ipsa, & alius referatur dictus ab aliquo, non oportet assentire maiori, si est ille, qui refertur, dictus ab alio: nam non cogimur credere verum esse aliquid de his, quæ scriptura refert, dicta esse ab alijs: sed de his, quæ refert à seipsa: iste tamen numerus multorum dierum, vel annorum non ponitur à scriptura sacra, sed à rege Achis: ideo non obligamur ei magis credere, quàm numero habito supra c. 27. immo nullo modo obligamur ei assentire plusquam dicto alicuius personę priuatæ, de qua nulla mentio fiat in scriptura. Dicēdum igitur, ꝙ solum mansit Dauid in terra regis Achis quatuor mensibus, vt patet supra cap. 27. vbi ponitur numerus quasi cum præcisione. s. fuit autē numerus dierum, quibus habitauit Dauid in regione Philisthinorum quatuor mensium. s. non fuit plus: quia si fuisset saltem vnus annus, deponeretur ille annus, & non quatuor menses: ergo videtur, ꝙ non peruenerunt dies illi, saltem ad quinque menses, tā secundum literram nostram, quàm secundum literam Hebraicam. Cum autē dixit hic Achis: & fuit apud me multis diebus, vel annis. Aliquis poterit dicere, quod satis stat in eo, quod habetur supra ca. 27. quia locutus est disiunctiuè, ad quod sufficit alteram partem esse veram: vera est autem prima pars. s. & est apud me multis diebus, quia in quatuor mēsibus multi dies sunt: Sed istud puerile est dictum: non enim sic loqueretur Achis coram principibus Philisthinorum: quia hoc modo altera pars propositionis careret sensu, vt si aliquis diceret: ego fui ibi per vnam horam, vel per decem millia annorum: propositio enim vera est, sed est ridicula. Dicendum ergo, ꝙ quanquam Achis locutus fuit disiunctiuè, & non voluerit asserere vtranque partem. s. ꝙ Dauid fuerat apud eum multis diebus, & annis. s. ꝙ in illis multis diebus continebantur aliqui anni, & in hoc mentitus est, saltem habuit intētionem mentiendi: nam volebat tollere omnem suspitionem à Dauid, & quia non poterat, nisi assereret eum mansisse apud se multo tempore, dixit ꝙ mansit aliquot annis. *Et non inueni in eo quicquam.* i. nunquam inueni in eo aliqd mali, vel fraudis: si tamen venisset in terram istam cum intentione nocendi, iam aliquando comperta fuisset fraus sua: ideo non est quicquam præsumendum contra eum: verum dicebat in hoc Achis: quia Dauid nūquam fecerat aliquid contra Achis, quod ipse inueniret: fecit tamen multa, quę si cognouisset Achis, inuenisset fraudem, vt, ꝙ Dauid pugnaret cōtra Amalecitas, Gessuri, & Gerzi, & diceret se pugnare contra Israel vt patet supra cap. 27. Sed illa latuerūt regem Achis. *Ex die, qua transfugit ad me, vsque ad diē hanc.* s. in toto tempore, nūquam apparuit aliqua iniquitas eius: & dicitur: Ex die, qua transfugit: ad significandum, quomodo Dauid venerit ad Achis, quia venit, vt transfugus de terra Israel, cùm fugeret à facie Saulis. *Irati sunt autem aduersus eū principes Philisthijm.* ideſt, quatuor satrapæ reliqui, qui loquebantur ista ad Achis irati sunt contra eum, quasi irrationabiliter ageret, ducendo secum Dauid in castra, quia poterat ibi nocere Philisthinis, vt patet infra. *Et dixerunt ei.* Istud fuit per modum sententiæ, & obediuit eis Achis: nam quatuor satrapę simul erant maiores rege Achis: ideo quanquam doleret de recessu Dauid: tamen permisit, vt obediret satrapis. *Reuertatur vir.* scilicet, Dauid, & non sit in castris. De alijs Hebræis non locuti sunt: quia si Dauid reuerteretur, cùm illi essent serui sui, reuerterentur cum eo. *Et sedeat in loco, in quo constituisti eum.* ideſt, maneat in vrbe, quam dedisti ei, scilicet, in Siceleg supra cap. 17.

Quare satrapæ consenserunt, quòd Dauid rediret in terram Philisthijm. *Quæst. VI.*

QVAERET aliquis, cùm satrapæ Philisthinorum habuerint Dauid, vt suspectū, & ob hoc noluerunt, vt maneret cum eis in bello: quomodo voluerunt, ꝙ rediret in terram Philisthijm, quia ibi poterat nocere nimis, agendo cędes, & prædas: tum propter repulsam, quia indignaretur, ꝙ Philisthini habuissent eum suspectum: tum quia habebat opportunitatem magnam ad hoc faciēdum, cùm Philisthini essent in terra Israel in bello, & manerēt oppida vacua, sicut fuit Siceleg, ad quā venientes Amalecitæ, nullum virum inuenerūt, sed solas fœminas, & paruulos, sequen. ca. Respondendum, ꝙ Philisthini habebant suspitionem contra Dauid, ꝙ vellet in bello nocere eis, & hoc, quia habebat ibi magnā opportunitatem ad faciendum, cum esset inter ipsos Philisthinos in extremo agmine. Item, quia per hoc poterat nimis sibi placare Saulem, vt ipsi dixerunt, scilicet. Quomodo enim placare aliter potest Dominum suum nisi in capitibus nostris? vt patet infra: in terra autem Philisthinorum, quanquam aliquid ageret Dauid contra Philisthinos, non posset tantū placare Saulem, sicut si in bello adiuuaret eum contra Philisthinos. Item quia, si in bello Dauid aliquid vellet agere contra Philisthinos turbaret omnia castra Philisthinorū, cùm percutere r eos à tergo ex insperato: & sic fortè propter illum compellerentur fugere Philisthini, & vincerētJsraelitæ: quod erat maximum malum Philisthinis. In terra autem Philisthinorum, quanquam aliquid ageret Dauid, nō posset nocere: ideo voluerunt potius, ꝙ rediret in terra Philisthinorum, quàm ꝙ maneret in castris. Item quia non putabant Philisthini, ꝙ Dauid haberet opportunitatem ad nocendum terræ ipsorum, quia erant loca murata, & manserant ibi viri bellatores, qui ea defenderent. Dauid autem habebat secum paucos viros. s. sexcentos: ideo non poterat aliquem locum munitum obsidione capere Cùm autē obijcitur, ꝙ manserant oppida vacua viris, sicut fuit in Siceleg. Dicendum, ꝙ non fuit sic in alijs locis Philisthinorum. Ratio diuersitatis est, quia Siceleg erat ciuitas Dauid, quam dederat ei rex Achis: ideo habitabant ibi soli viri Dauid, & vxores eorum. Cùm autem nunciuit Dauid in bellum cum Achis, iuerunt cum eo omnes viri sui quia Achis dixerat. Scito quoniam mecum egredieris in castra tu, & viri tui: & sic non mansit aliquis in Siceleg de viris Dauid, sed solæ fœminæ. De alijs autem locis Philisthinorum non egrediebantur omnes viri bellatores, ideo manebant multi, qui possent defendere vrbes. Item dato, ꝙ Philisthini aliquid suspicarentur contra

tra Dauid, ſi rediret in terram eorum: quia tamē magis ſuſpicabantur manente ipſo in caſtris, voluerunt potius remittere ipſum in terram ſuam: quia neceſſe erat, q̄ tenerent eum ſecum in caſtris, vel mitterent ad terram eorum, vel expellerent à ſe, vt iret in terram Iſrael: hoc autem vltimum erat eis periculoſum, quia efficeretur Dauid illis hoſtis ferociſſimus: ideo tempore belli non expediebat, q̄ remitterent ipſum in terram ſuam: & ſic oportuit, q̄ iuberent ei redire in Siceleg, vbi prius erat: quanquam ſuſpecta eſſet reuerſio eius illuc, ipſis manentibus in caſtris.

Et non deſcendet nobiſcum in prælium. i. non eat nobiſcum ad pugnandum. Ex hoc apparet, q̄ quando Dauid miſſus fuit de caſtris, nondum erant Philiſthini in loco, in quo pugnaturi erāt contra Iſrael: quia aliàs non eſſent deſcenſuri ad bellum, ſed ibi bellarēt, vbi erant: hoc etiam apparet, quia infra in litera dicitur, q̄ reuerſus eſt Dauid in terram Philiſthiim, & Philiſthini aſcenderunt in Iezrahel: & ſic non manſerūt in caſtris, in quibus tunc erant: dicitur etiam: & non deſcendat nobiſcum in prælium: in quo, deſcendere, accipitur largè, non magis pro deſcendere, quàm pro aſcendere: quia potius dicitur e contrario infra in litera. ſ. Philiſthiim aſcenderunt in Iezrahel: ergo non deſcendebant in bellum, ſed aſcendebant: accipitur tamen largè deſcendere in bellum. i. ire in bellum, ſic patet ſequenti capit. ſ. Aequa enim pars erat deſcendentis ad prælium, & remanentis ad ſarcinas: ſic etiam dicebatur Dauid à viris ſuis, q̄ non deſceret in bellum cum eis. *Ne fiat nobis aduerſarius, cùm præliari cœperimus.* i. ſi manet nobiſcum, poterit conuerti contra nos, quando cœperimus præliari, adiuuando Saulē: & ſic turbabit oīa noſtra caſtra. *Quomodo enim placare poteſt Dominum ſuum, niſi in capitibus noſtris?* q. d. non poteſt ipſe conuenienter placare Dominū ſuum ſaulem, niſi ſcindendo capita noſtra, vel agendo quicquid potuerit contra nos. Iſta enim erat rationabilis præſumptio: putabant quippe Philiſthini q̄ cum Dauid eſſet transfugus de terra Iſrael, p̄p̄ ītā Saulis, q̄ deſideraret eum placare, vt rediret in gratiam eius: & quia poterat eum conuenienter placare pugnando nunc contra Philiſthinos, veriſimile erat, q̄ pugnaret contra illos, & noceret quantū poſſet. *Nonne iſte eſt Dauid, cui cantabant in choris?* i. ad cuius honorem fœminæ cantabant ducendo choros: hoc allegauerūt ſatrapæ Philiſthinorum cōtra Achis ad fortificandum præſumptionem: ſ. q̄ non erat veriſimile, q̄ Dauid vellet manere ſemper in terra Philiſthinorum, vt ſeruus Achis: ſed magis deſideraret redire in terram Iſrael, cū ibi eſſet vir honoratiſſimus, ſicut rex, immo pluſquam rex: quod probant ex carmine fœminarum, q̄ tribuerunt Dauid decē millia, & Sauli regi mille ſolum: non poterat tamē cōuenienter redire in terram ſuam, niſi nunc adiuuaret contribules ſuos pugnans contra Philiſthinos.

Deus autem mouit iſtos ſatrapas ad hoc ſuſpicādū: quia ſic facturus erat Dauid, & occiſurus plurimos, ſi manſiſſet in caſtris, vt declaratum eſt præcedent. c. *Percuſſit Saul in millibus ſuis, & Dauid in decem millibus ſuis*: Iſta litera habetur aliter ſupra capit. 18. vbi mulieres cantauerunt. ſ. Percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia. Poteſt tamen exponi dupliciter: vno modo ſecundum corticem literæ. ſ. percuſſit Saul in millibus ſuis. i. percuſſit aciem Philiſthinorum in millib⁹ ſuis. i. cum millibus ſuis. ſ. q̄ habebat Saul ſecum mile, & cum illis percuſſit Philiſthinos, & Dauid p̄cuſſit in decem millibus viris, quos habebat ſecum, ita q̄ accipiatur, in, pro cum: ſic patet Gen. cap. 32. ſ. In baculo meo tranſiui Iordanem. i. cum baculo: ſed non ſtat iſte ſenſus, quia Dauid non habebat plures viros ſecum in bello, q̄ Saul. Vnde dicēdum, q̄ ſi Philiſthini iſto modo intelligebant, loquebantur ex inuidia, ſcilicet, vt diminuerent probitatem Dauid, attribuentes victorias ſuas multitudini virorum, & non virtuti ſuę. Sed hoc non eſt veriſimile: quia Philiſthini referebant ſe hic ad cantum mulierum, cùm dicatur hic: Nonne iſte eſt Dauid, cui cantabant in choros? ſed fœminæ dixerunt, q̄ Dauid percuſſerat decem milia, & Saul mille: ergo iſtum eūdem ſenſum faciebant Philiſthini: & intelligitur, percuſſit Saul mille, & vocantur iſti mille ſui, quia ipſe illos p̄cuſſit: & Dauid percuſſit in decem millibus ſuis. i. p̄cuſſit decem millia, & vocantur ſua, quia ipſe illa percuſſit, & non alius, intelligendo, vt declaratum eſt, ſupra cap. 18. & iſto modo dixerunt etiam alij Philiſthini, quando ſtetit Dauid prima vice coram rege Achis. ſ. Nunquid iſte eſt Dauid rex terræ, cui cantabant per choros dicentes: Percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia? ſupra cap. 21.

Vocauit ergo Achis Dauid. Hic ponitur ſecundum, in quo Dauid de caſtris mittitur: non enim erat Dauid præſens regi Achis, quando ſatrapę Philiſthinorum loquebantur ei iſta: conſentiens autem Achis verbis ſatraparum, non quidem quaſi ipſe propter verba illorum aliquid præſumere inciperet contra Dauid, quod prius non præſumebat, ſed vt non offenderet eos, aſſenſit verbis ſuis: vocauitque Dauid ad ſe, vt mitteret eum de caſtris in Siceleg. *Et ait ei: viuit Dominus.* Modus iurandi, & eſt communis ferè apud omnes gentes, & ſic non ſolum Iſraelitæ, ſed etiam Philiſtini ſic iurabant: differebat tamen, quia non omnes iurabant per eundem Deum, ſed quilibet p̄ Deū ſuum. Sic enim quando Laban, & Iacob inierunt fędus in monte Galaad, iurauit Iacob per Deum patris ſui Iſaac: Labaan autem iurauit per Deum Nachor, & ambo imprecati ſunt maledictionem ſuper ſe à dijs ſuis, ſi violarent fędus, vt patet Gen. cap. 31. Achis autem incepit hic iurare ad excuſandum ſe coram Dauid: nam ſi nunc mitteret Dauid de caſtris, videbatur fieri propter præſumptionem: Dauid autem habebat in hoc ius quærelæ, quia cùm in tanto tempore nihil in eo inuentum fuerit iniquitatis, iniuſta erat nunc contra eum ſuſpitio: ideo Achis excuſat ſe, dicens: q̄ nihil ſuſpicatur cōtra eum, nec fit iſtud propter ſuſpitionem, ſed vt non offendant principes Philiſthinorum. *Quia bonus, & rectus es in conſpectu meo.* ideſt, iuro per Deum, q̄ ego de te nihil ſuſpicor, ga in omnibus videris mihi bonus, & rectus, ſcilicet, non inuenio in te aliquid mali. *Et exitus tuus, & introitus tuus mecum eſt in caſtris.* i. tu intras mecum in caſtra, & exis: in hoc probat Achis id, quod intendit. ſ. q̄ non ſuſpicabatur aliquid de Dauid: quia ſi ſuſpicaretur, non tantum confideret ei: confidebat enim nimis, quia introitus, & exitus Achis ī caſtris erat cum Dauid, ideſt, quocunque ibat Achis, ibat Dauid cum illo: eſt enim modus loquendi, q̄ per introitum, & exitum ſignificatur tota cōmunicatio: ſic accipitur Num. 27. capit. vbi Moyſes petiuit poſt mortem ſuam principem ſuper Iſraelitas, qui ingrederetur, & egrederetur ante eos. i. qui dirigeret eos in omnibus: ſic etiam habetur ſupra 18. ſ. Omnis autem Iſrael, & Iuda diligebat Dauid: ipſe enim ingrediebatur, & egrediebatur ante eos. i. præcedebat eos in omnibus: ad ſignandum ergo maximam confidentiam, quam habebat Achis in Dauid, & magnā communicationem ad ipſum, dixit. Introitus tuus, & exitus mecum eſt in caſtris. *Et non inueni in te quicquā mali, ex die, qua veniſti ad me vſque in diem hanc.* Ex hoc Achis innuit, q̄ nihil ſuſpicetur contra Dauid, eo q̄ non habeat aliquam cauſam ſuſpicandi: & eſt iſte mo-

modus ſuadendi artificioſus ad captandam fidem. ſ. quando aliquis allegat contra ſe ea, quæ hoſtis allegare deberet contra ipſum, & per hoc faciliter creditur ſic loquenti, ſed interdum magnæ fraudes latent. *Sed & ſatrapis non places.* i. quanquam in conſpectu meo bonus ſis, tamen non in conſpectu ſatraparum: ideo, vt non offendas ipſos, recede hinc. In Hebræo habetur. *Sed coram ſatrapis non es bonus.* i. non iudicant te eſſe bonū, & placidum ſibi, ſed ſuſpectum: ſic etiam vbi ſupra litera noſtra dicit: Quomodo placare poterit Dominum ſuum, niſi in capitibus noſtris? dicitur in Hebræo. *Niſi in capitibus virorum ipſorum.* Et viri iſti ſunt Philiſthini, de quibus intelligebant ſatrapæ. *Reuertere ergo*, ſcilicet, in vrbem Siceleg, in qua manebas: nam ibi vxores ſuas habebat, & viri. ſui etiam. *Et vade in pace.* ſcilicet, vade ſecurus in locum tuum, q̄ d. licet ſatrapę Philiſthinorum habeāt te ſuſpectum ad manendum hic: tamen non volūt nocere tibi in aliqno, ideo ſecurus ibis per viam, & non offendes oculos ſatraparum Philiſthiim. i. & recedendo de caſtris, non offendes oculos eorum, ſi autem maneres hic, offenderes illos. *Dixitque Dauid ad Achis.* Hic incipit Dauid conqueri, q̄ mittatur de caſtris propter præſumptionem, cùm iniuſtiſſimum ſit contra eum aliquid præſumi.

Quare conqueſtus eſt Dauid, quòd mitteretur de caſtris.
Quæſtio VII.

QVAERET aliquis, quare Dauid conqueritur hic, q̄ mittatur de caſtris, cùm iam Achis reſpondiſſet ei ſufficienter, excuſando ſe, q̄ ipſe non ſuſpicaretur aliquid contra eum. Reſpondendum, q̄ Dauid fecit hoc ad demonſtrandum innocentiā ſuam: quia ſi ipſe non conqueſtus fuiſſet de præſumptione habita contra ipſum, tacitè confiteretur, q̄ ipſe talis erat, de quo iuſtè ſuſpitio haberi poſſet: vt ergo excluderet à ſe omnem ſuſpitionem, conqueſtus eſt, licet ſciret ſibi rationabiliter reſponſum eſſe: iſte enim eſt modus illorum, qui rei ſunt criminis: nam ſi accuſantur, vel objiciatur eis crimen, & non probetur: magis conqueruntur, quàm ſi nullo modo ad eos pertineret: & quia Dauid erat hic reus, cū ipſe egiſſet multa, propter quæ Achis deberet ſuſpicari contra ipſum, & illa non patebant, conqueſtus eſt grauiter, q̄ contra ipſum iniuſta haberetur ſuſpitio. Aliter dici poteſt, q̄ conqueſtus eſt, eo q̄ doluit, q̄ mitteretur de caſtris, quia ipſe vellet manſiſſe in caſtris ad pugnandum contra Philiſthinos: quod valde deſiderabat, vt adiuuaret Iſraelitas: & quia cadebat ab intentione ſua, cum mitteretur de caſtris, doluit, & conqueſtus eſt ex ira. *Quid feci?* ideſt, quid ego feci contra te, vel cōtra aliquem de principibus Philiſthinorum, vt ſuſpicari debeas contra me? *Et quid inueniſti in me ſeruo tuo, à die, qua fui in conſpectu tuo, vſque ad diem hanc,* ideſt, à die, qua cępi eſſe in cōſpectu tuo: ideſt, in terra tua, fugiendo de terra Iſrael, nihil inueniſti in me, propter quod nūc aliquod malum ſuſpicari debeas. *Vt non veniam, & pugnem contra inimicos Domini mei regis.* Ideſt, nihil inuentum eſt in me, propter quod haberi debeat ſuſpitio, q̄ ego faueam inimicis Domini mei regis, & non debeam ire ad pugnādum contra eos: hoc dicebat Dauid: quia quanquam ipſe multa fecerat, propter quæ ſuſpitio haberi deberet de ipſo, tamen ſciebat, q̄ nemo illa nouerat de Philiſthinis, ideo loquebatur confidenter, tanquam eſſet prorſus immunis à culpa. Sciendum etiam, quòd Dauid retorquet hic verba conqueſtionis ſuæ, in Achis ſolum: quia ipſe ſolus videbatur eum mittere de caſtris, cum diceret ei, q̄ recederet de caſtris: etiā quia dato, q̄ vellet Dauid conqueri de alijs, non poterat iuſtè: quia alij ſatrapæ non cognouerant fidelitatem Dauid per communicationem: ideo dato q̄ non confiderent ei pluſquam hoſti, non grauabāt ipſum: Achis autem cognouerat fidelitatem, ideo, q̄ ipſe ſuſpicaret ꝺ illū, & mitteret eū de caſtris, erat iniuſtū, & habebat ius querelæ ꝺ illū. *Reſpondens autē Achis locutus eſt ad Dauid.* i. q̄q̄ rex Achis ſufficienter reſpōdiſſet Dauid, ita, vt non indigeret alia rñſione: quia tñ Dauid iuſtè conquerebat, & Achis diligebat eum nimis, voluit replicare rñſionem ad placādum iram Dauid. *Scio, quia bonus es tu in oculis meis.* i. nō putes, q̄ recedis de caſtris p̄p̄ me, quia tu bonus es in oculis meis. i. iudico te bonū. i. ſine ſuſpitione, & etiā ſcio, q̄ bonus es. i. verè ſcio, q̄ tu ſis bonus, de quo nemo debeat ſuſpicari. In hoc aūt errabat Achis: quia q̄q̄ in oculis ſuis Dauid eſſet bonus, tñ ipſe neſciebat eū eſſe bonū: cum ſm veritatem, non eſſet bonus, q̄tum ad Philiſthinos: ſed talis, de quo debet haberi ſuſpitio: dixit tñ, ſcio, q̄ bonus es tu, quia putabat ſe hoc ſcire. *Sicut angelus Domini.* i. ita bonus es ſicut angelus Dñi: angeli. n. Dei totaliter boni ſunt, & nulli malū inferunt: ita tu bonus videris mihi: dixit autē de angelo Dñi, quia angelus ſignificat nunciū, nuncij aūt Dei ſunt boni in conſpectu eorum, ad quos mittuntur, quia bona eis nunciant: ita Dauid videbatur in cōſpectu Achis acceptus, ſicut ſi eſſet nūcius à Deo miſſus. Iſte modus loquendi frequentatur in ſcriptura: ſic enim dixit mulier thecuites ad Dauid: Sicut angelus Domini, ſic eſt Dominus meus rex ſequenti li. ca. 14. Sic etiam dixit Iacob ad Eſau. Sic vidi vultum tuum, quaſi viderem angelum Domini, Gen. c. 23.

Quomodo Achis nominauerit Angelum, cum eſſet gentilis.
Quæſtio VIII

QVAERET aliquis, qūo Achis nominauit angelum Dñi, quia gentilis erat, & Gentiles neſciebant Deū verū, nec cognoſcebant angelos eius. Rñdendum eſt, q̄ Achis non cognoſcebat Deū verum, ſicut nos cognoſcimus, vel ſicut Hebræi, cùm eſſet idolatra, & tñ ſm modum Gentilium poterat hoc dicere: hoc autem dupliciter, vel quantum ad modum philoſophorum, vel poetarū, vtriſq; enim fauebant Gentiles. De primo patet: nam philoſophi poſuerunt pluralitatem intelligentiarum ſeparatarum, quæ ſunt ſubſtantiæ purę ſpūales, & illæ mouebāt corpora cęleſtia, ſicut declarat Ariſt. 12. Metaph. oēs aūt hæ habebāt vnā primā, quæ erat perfectior oībus, p̄p̄ quā agebant quicquid agebant in mouendo corpora cęleſtia: ſic dicit Ariſt. eo. lib. ſ. q̄ prima intelligentia mouet in ratione amati, & deſiderati; omnes aūt aliæ intelligentiæ mouent, vt amans, & deſiderans: & quantum ad hoc, ſubſtantiæ ſpirituales ſeparatæ, propter primam, vocabuntur angeli, vel miniſtri primæ intelligentiæ, eo, q̄ operantur ad nutum illius, vel propter illam. Et ſic gentiles poterant vocare angelos Dei oēs intelligētias ſeparatas, præter primam. Modus aūt iſte magis adhuc patet ſecundum Platonem, qui clarius de angelis locutus eſt: ita fortè apud antiquos fuerunt aliqui philoſophi, qui ſimilia poſuerunt. Secundo modo dici poteſt ſecundum poetas, ſecundum quos facilius eſt poni angelos Dei: nam ſecūdū Ouidium, & alios poetas, Mercurius pōt vocari angelus Dei, quia angelus ſignificat nuncium, à poetis tamen Mercurius dicitur nuncius Deorū, p̄p̄ velocitatē motus: & Ouidius. 2. Metamor. fingit eum habere talaria in pedibus ad volādum, & ire ad omnia, q̄ę Iuppiter miſerit: Græci ergo poetæ Mercurium vocabant angelū

Deo-

deorum, cùm Angelus in græco idē sit, quod nuncius: Tēpore tamen Achis regis, iam erant aliquæ fictiones poeticę, secundum quas ista dicerentur. Aliter dici potest, ꝙ angelus non accipitur hic, sicut nos accipimus, pro substantia spirituali penitus incorporea, quæ ad nutum Dei seruit, sed accipit pro nuncio: quia in Hebræo idem nomē est pro nūcio, & pro angelo, & secundum hoc, quilibet homo potest vocari angelus, inquātum ad nūciandū aliquid mittitur: vocabitur aūt angelus Dei, si à Deo mittatur: & hoc modo prophetæ possunt vocari angeli Dei: quia à Deo mittuntur ad nunciandum aliquid populis; sic autem poterat accipere Achis. s. ꝙ cum Deus sit summum bonum, nuncij Dei, siue homines sint, siue spiritus, ad quoscunq; venerint, nūciabunt magnum bonum, & lætabuntur illi, ad quos venerint isti nuncij: & sicut lætitia ista est magna, propter magnum bonum nunciatum à nūcijs Dei: ita Achis nimis gaudebat in præsentia Dauid.

Angelus ꝙ nuncio accipitur.

De quo Deo locutus sit Achis, dicendo Dauid esse bonum, sicut est Angelus Dei. *Quæstio IX.*

QVAERETVR vlterius, cùm dixerit Achis sicut angelus Dei, de quo Deo intelligebat: qa licet Deus idem sit, tamen nō accipiunt omnes eundem in Deum. Dicet ergo aliquis, quòd Achis loquebatur hic de Deo suo, quem colebat: Philisthini enim pro maiori parte colebant Deum Dagon, de quo supra cap. 5. & istum haberet Achis in Deum. Sed de isto dicendum, quòd non intelligebatur, qa Dagon erat imago quædam: & quanquam Gentiles propter ruditatem illius seculi attribuerent ei deitatem, tamen non dicebant illum habere angelos, vel ministros aliquos, cùm scirent eum nunquam loqui. Sed dicendum est, ꝙ accepit Achis Deū, sicut oēs hoīes ab antiquo acceperunt: nā iste terminus, Deus, vel alius sibi æquiualens, in quocunque idiomate significat illud bonum, quo nihil melius excogitari potest: & sic oēs homines intellexerunt aliqđ bonum summum esse super omnia bona, & illud habere maximam efficaciam inferendo singulis rebus bonum, vel malum, & licet secundum ritus diuersorum populorum, varij Dij colerentur, nō putabant quenlibet illorū esse summum bonū, cùm impossibile sit esse plura summa bona. Item quia faciebant istos Deos inæquales, & ponebant vnū tanquam patrem, & pincipium aliorū: sic. n. noīat Homerus, & refert Arist. 3. de anima: nominans patrē Deorum, & virorum, qui fingit intellectum, & voluntatem in homine: aliquando quoque idem populus habebat multos Deos, & quendam eorum faciebant cæteris excellentiorem: sic. n. apud Gentiles, secundum modum poetarum Iupiter principiū Deorum, & pater omniporens dictus est: quicquid ergo esset, Gentiles, ꝙꝙ rudes, existimabant quoddā bonum supremum, à quo alia contraherent quandam virtutem: & hūc vocabant ꝑprijssimè Deum, tamē illum non cognoscebāt. Et propter hoc apud Athenienses, qui sapientiores erāt alijs hominibus, cùm omnibus Dijs constituerentur aræ, constituta est Deo ignoto, & titulus eius erat. Hæc est ara Dei ignoti. Paulus verò Apostolus, uidens ea, quæ prædicabant Athenienses de illo Deo ignoto, dixit, ꝙ ille erat verus Deus, quem ipse annunciabat, vt patet Act. 17. ca Et sic Gentiles, quando nominabant Deum, si non exprimerent nomen illius, intelligebatur de Deo, qui erat summum bonum, licet esset ab eis incognitus: & de hoc locutus fuit hic Achis, nam cum iste sit summum bonum, poterit præstare nobis maiora bona, quàm quilibet alius de Dijs, vel hominibus: ideo nuncij illius maxima bona annūciabunt ei, ad quem venerint: vnde de eis maximè gaudendum erit, & sic gaudebat Achis ex præsentia Dauid. *Sed principes Philisthijm dixerunt: Non ascendet nobiscum in prælium*, ideſt, quāquam tu videaris bonus in oculis meis, sicut angelus Domini, quia tñ principes Philisthinorum, ideſt, satrapæ dixerunt: non ascendet nobiscum in prælium: ergo cogor mittere te de castris. Hic autem accipitur ē contrario, q̄ supra: quia supra dicebatur ab istis principibus: reuertatur vir, & sedeat in loco suo, & non descēdat nobiscum in prælium: ex quo patet, ꝙ ista verba, ascēdere, & descendere, non accipiuntur propriè, sed indifferenter pro ire. *Igitur consurge mane.* Istud dictum fuit in vespere, quando non erat tempus recedendi de castris: ideo iussit Achis, ꝙ surgeret de mane Dauid ad recedendum. *Tu, & filij tui.* s. sexcenti viri. In Hebræo habetur. *Tu, & serui Domini tui.* i. sērui Saulis. Et exponit Ra. Da. Kimhi serui Domini tui. s. Saulis. i. quos hodie Saul, qui prius erat Dominus eorū, persequitur. Vel posset accipi serui Domini tui. i. serui mei, qui sum Dominus tuus: sic enim habet̄ seq. lib. c. 20. cùm dixit Dauid ad Abisai: Num magis afflicturus es nos Seba, quàm Absalom? tolle ergo seruos Domini tui. i. seruos meos, qui sum Dñs tuus: Achis tamen solum dixit de sexcentis viris, quos habebat Dauid, qui erant serui Dauid: litera tamen Hebraica, quanquam verum dicat, impropriè loquitur: ideo litera nostra solùm dixit, serui tui. *Qui uenerunt tecum.* s. de vrbe Siceleg ad bellum: vel qui venerunt tecum de terra Israel ad manendum in terra mea. *Et cum de nocte surrexeritis, & cęperit diluceſcere, pergite.* i. surgetis de nocte, & incipietis pergere, quando illuxerit dies. s. per noctem parabitis vos ad recedendum, ne postea moremini per diem, parando vos, & videamini hic à Philisthinis, sed incipite pergere in aurora, vt nemo vos videat recedētes. *Surrexit itaque Dauid de nocte, ipse, & viri eius.* Cum enim videret Dauid, ꝙ non poterat manere in castris ad pugnandū contra voluntatem satraparū, voluit promptè obedire regi Achis, & surrexit per noctem, tam ipse, q̄ viri sui ad parandum se ad viam. *Vt proficiſcerētur mane.* i. vt essent parati ad recedendum, quādo veniret aurora, quia per noctem non poterant conuenienter recedere. *Et reuerterentur ad terram Philisthiim.* i. de castris redire debebant in terram Philisthijm, & hoc quia castra erant extra terram Philisthinorū, in terra Israel. s. in Aphec, quæ erat ciuitas in sorte Iudæ: Dauid autem reuerti debebat in Siceleg, quę erat in terra Philisthinorum. *Philisthijm autem ascenderunt in Iezrahel.* i ea die, qua recessit Dauid de castris, vt veniret in Siceleg Philisthini ascenderunt in Iezrahel: est. n. Iezrahel ciuitas in sorte Iudę, vt patet Iosue cap. 15. Hoc autem potest intelligi dupliciter. Vno modo, quòd Philisthini mouerūt castra de Aphec, & venerunt ad castrametandum in Iezrahel, sicut mouerant castra de Sunam, de qua præcedenti cap. & castrametati fuerunt in Aphec, vt patet hic: Aliter potest intelligi, ꝙ Philisthini nō venerūt in Iezrahel ad castrametandum, sed ad pugnandum: eo ꝙ castra Israelitarum erant super fontem, vt patet supra in litera: & Philisthini voluerunt inuadere illos, & istud videtur verius.

Oēs confessi sunt vnū Deū summum bonum.

Quare non consensit Deus, quòd Dauid maneret in castris Philisthinorum. *Quæstio X.*

QVAERET aliquis, cur Deus non consensit, ꝙ maneret Dauid in castris Philisthinorum, sed

sed mouit corda satraparū, vt mitterēt eū. Nicolaus dicit, ꝙ hoc fuit ꝑp tria. Primò, vt ipse nō occideret aliquos de Israelitis, qui erant viri boni, & contribules sui, & tñ si ipse fuisset in acie, fortè occidisset illos. Secūdò, vt afferret prædā de manibus Amalecitarū: ipsi. n. abstulerant vxores eius, & virorum suorum, & filios, & quicquid hēbant, vt patet seq. c si aūt Dauid māsisset in castris, nullus fuisset, qui eriperet prędā de manu Amalecitarū. Tertiò, vt Dauid diuidendo prædam, q̄ acceperat ex Amalecitis, acquireret sibi multos amicos, qui fauerent ei in acquisitione regni: de hoc seq. c. Sed dicendu est, ꝙ positio Nicolai non agit ad propositum nostrū, quia ipse præsupponit, ꝙ Dauid, si mansisset in castris Philisthinorū, pugnauisset contra Israelitas: contrarium tñ declauimus præce. c. ideo ratio prima ab ipso allegata nō est à nobis tenenda. Tertia ratio quoque de diuisione prædæ non multū agit. Ratio aūt secunda est cōuenienter assignata; quia Deus nolebat, ꝙ vxores Dauid, & virorum suorum, & filij perirent: si tñ Dauid mansisset in castris Philisthinorum perijssent, quia Amalecitæ ducerent illas in terram suam, & venderent alijs gentibus, vel occiderēt. Potissima ratio huius erat, quia si mansisset Dauid in castris Philisthinorum, pugnaturus erat contra eos, vt declaratum est præced. capit. & tunc fortè ꝑp eius auxilium vincerent Israelitæ, & fugarentur Philisthini, & non occiderēt Saul, nec filij sui, & consequenter Dauid non esset rex: Deus tñ diffinierat, ꝙ sequenti die moreretur Saul, & filij sui, præce. c. & volebat, ꝙ immediatè Dauid esset rex: iō noluit, ꝙ maneret Dauid ī castris ne per eum ista impedirentur, quominus fierent.

CAPITVLVM XXX.

CVNQVE venissent Dauid, & viri eius in Siceleg die tertia, Amalecitę impetum fecerant ex parte australi in Siceleg, & percussērant Siceleg, & succenderant eam igni.

Descriptus est in præcedentibus Dauid de castris Philisthinorum recessus: hic subiungitur ex recessu eius indicens casus. s. liberatio prædę de manu Amalecitarū: Et diuidit̄ in quatuor partes, quia primò ponit Dñi consultatio, & Siceleg prędatio: secundò hostiū persecutio: tertiò prædæ liberatio: quartò ipsius prędę diuisio. Secunda ibi. (Abijt ergo Dauid.) Tertia ibi. (Qui cum duxissēt eum.) Quarta ibi. (Respondensque vnus vir.

An ordo consequens sit, & ista immediatè facta sint post prædicta. *Quæst. I.*

QVAERET aliquis, an ista, quę habentur hic fuerint dicta, & facta immediatè post præcedēdentia, & an sit ordo immediatus, vel continuatus. Respondendum est, ꝙ ista quasi simul fuerunt facta cum eis, quæ habentur præcedenti. c. & sequenti: nā prius, q̄ veniret Dauid in Siceleg, Amalecitæ succēderāt vrbem, dū ipse esset in castris cum rege Achis: tamen hoc videtur factum, postquam ipse recessit de castris, vt veniret in Siceleg: nam tribus diebus moratus est, priusquam veniret, vt patet in litera, cùm dicatur, ꝙ venit die tertio, & interim Amalecitæ rapuerunt, & succenderunt vrbem: quod patet, quia immediatè, vt fecerunt hoc, fugerunt, & Dauid postquam venit, persecutus fuit illos, & inuenit extra Siceleg puerum in agro, qui dixit ei vbi erant Amalecitę, qui succenderant Siceleg: & tamen ille puer relictus fuerat per tres dies, antequam eum inueniret Dauid, vt patet infra in litera, cùm dicat, ꝙ nō comederat, nec biberat tribus diebus: & etiam dixit: Dereliquit me Dominus meus, quia ægrotare cæpi nudiustertius: ergo iam erant. 4. dies, quo vrbs Siceleg inuasa fuerat ab Amalecitis, & succensa: & tamen Dauid recesserat de castris Philisthinorum ꝑp tres dies, antequā veniret in Siceleg, & iste erat dies quartus, vel fortè quintus, quando inuenit puerum: ergo die illa, qua recessit Dauid de castris Philisthinorum ad veniēdum in Siceleg, factum fuit hoc, qđ habetur hic. *Cunque venisset Dauid, & viri eius in Siceleg*, scilicet: recedentes de castris Philisthinorum, sic. n. dixerant satrapę Philisthinorum, scilicet: reuertatur vir, & sedeat in loco, in quo constituisti eum, & fuit Dauid reuersus in Siceleg, quia ibi erant vxores suę, & virorum suorū, & omnia bona sua. *Die tertio.* ideſt, tribus dieb. morati sunt in itinere, veniēdo de castris in Siceleg, & hoc quia distabat inde satis Siceleg. *Amalecitæ impetum fecerant ex parte australi in Siceleg.* i. reperit, ꝙ Amalecitæ inuaserant vrbem, dum ipse erat in castris, & diripuerant omnia, & quia nemo erat in vrbe, qui defendere posset primo impetu introierunt in eam. Dicitur aūt ex parte australi, quod potest dupliciter intelligi. Vno modo, ꝙ posuerunt obsidionem per partem australem Siceleg vrbis, & introierunt per illam, eo ꝙ illa pars infirmior esset alijs partibus vrbis. Aliter potest intelligi, ꝙ fecerūt impetum de parte australi, ideſt, venerunt de parte australi, & fecerunt impetum in Siceleg: Hoc autem patet, quia terra Amalec est australis, respectu Siceleg: nam Amalecitæ habitabant extra terram Chanaan in deserto extēti per Arabicas solitudines vsq; ad desertum Sur, & Aegyptum, vt patet supra c. 15. Aegyptus tamen magis meridiana est, quàm terra Chanaan: ideo cū venirent Amalecitæ de terra sua, necesse est, vt venirent de parte australi, respectu vrbis Siceleg. *Et percussērunt Siceleg.* ideſt, destruxerunt eam. Non accipitur hic propriè percutere: quia ꝑcutere est gladio: Amalecitæ tamen neminem percusserunt, inuadendo Siceleg: eo quòd ibi nullus vir erat, qui resisteret: de fœminis autem, & paruulis neminem occiderunt, sed omnia duxerant captiua, sic patet infra in litera, scilicet. Eruit Dauid omnia, quæ tulerant Amalecitæ, & duas vxores suas, nec defuit quicquam, à paruo, vsque ad magnum, tam de filijs, quàm de filiabus, & de spolijs: ergo omnia manserunt illesa, & neminem occiderant Amalecitæ in vrbe Siceleg: sed dicit̄, ꝙ percusserunt Siceleg, ideſt, destruxerunt eam, succendentes illam.

Quare Amalecitæ inuaserunt Siceleg. *Quæstio II.*

QVAERET aliquis, quare Amalecitæ inuaserunt vrbem Siceleg.

Respondet Nicolaus, quòd hoc faciebant ꝑpter odium Israelitarum: quia Saul, & Israelitæ deleuerant progeniem ipsorum, & diripuerāt omnia, quæ erant in terra, supra capi. 15. Ideo ipsi semper erant hostes Israelitarum, & desiderabant eis nocere, & sic nunc inuaserunt terram Iudæ, vt patet infra in litera, scilicet. Siquidem nos erupimus ad australem partem Cerethi, & contra Iudam, ꝙ ad Meridiem Caleph.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed hoc nō ſtat: qa ſi ſolū egiſſent Amalecitę, vt nō F cerent Iſraelitis, inuaſiſſent terrā Iſrael, & nō Philiſthinorū: Siceleg tñ erat in terra Philiſthinorū. Ra. Da. Kimhi dicit, ꝙ hoc fecerūt ad vindictā eorū, quę intulerat eis Dauid. ſ. quę ſierūt, qs erat ille, qui ingetabat eos in terra ſua, & inuento, ꝙ ille egrederet de Siceleg, inuaſerunt vrbē illā. Et fortè aliqs habebit hoc, vt veriſimile: qa nullā de alijs vrbibus ſuccēderūt, ſed ſolū prædati ſunt: Siceleg aūt ſuccenderunt. Sed hoc non ſtat: qa ſi veniſſent Amalecitæ ſolū ad vindictā malorū, q̄ eis inferebat Dauid, inuaſiſſent ſolam vrbē Siceleg: ſed ipſi inuaſerūt terram Iudæ, & Philiſthinorū. Ideo dicendū eſt, ꝙ non veniebant ad expetendū vindictam: & qñ dr̄, ꝙ ſuccenſa fuit Siceleg, & nulla alia ciuitas. Dicendū, ꝙ hoc non fe- G cerunt Amalecitæ in vindictā, ſed qa non potuerūt ſuccendere alias vrbes: eo ꝙ ibi erant defenſores. licet prędati fuiſſent aliqua per agros, & loca non murata: in Siceleg aūt nullū inuenerunt, qui poſſet defendere vrbē: iō prædati ſunt oīa, q̄ ibi erant, & ſuccenderūt. Sed dicendū eſt, ꝙ iſti Amalecitæ venerāt ad prędandū: ſciebant. n. ꝙ nūc erant bella inter Iſraelitas, & Philiſthinos: iō rari relinquerent in oppidis: qa maior pars, & fortior iret ad bellū: & ſic hrent opportunitatē ad prædandū, & faciendū quicquid vellent, & non ibant potius in terrā Philiſthinorū, adīuadendū Siceleg, q̄ in terrā Iudæ: ſed in oībus ꝓpinquis fecerūt impetū: eſt. n. terra Philiſthinorū, & ſors Iudæ in latere terrę Chanaā, & eſt coniūcta ter- H ræ Amalecitarū: iō vt Amalecitæ ſecurius, & velocius prędarent, irruerūt ſolū in confinia terræ ſuę. ſ. in Siceleg, & in terrā Iudę: iō Dauid nō vocauit iſtos bellatores, tā q̄ veniētes ad pugnādū, vel ad expetēdū iniuriā: ſed vocauit latrūculos. ſ. qa veniebant ad p̄dādū, vt patet inf. in litera. *Et ſuccēderunt eam igni* i. poſtq̄ prędati ſunt quicquid erat in vrbe Siceleg, qđ ipſi ferre poterant, ſuccēderūt vrbē, vt cremaret cū reliqs ſpolijs. *Et captiuas duxerunt mulieres ex ea, à minimo vſq; ad magnū.* ſ. priusq̄ ſuccenderent vrbē, captiuauerūt mulieres, & oēs, qui ibi erant tam paruulos, q̄ magnos, ſcilicet, filios earum, quorum aliqui erant paruuli, & alij maiores, nemo tamen erat vir.

Quomodo in iſta vrbe non erat aliquis vir, qui reſiſteret.
Queſtio III.

QVAERET aliquis, qūo in iſta vrbe non erat aliquis vir, qui reſiſteret Amalecitis inuadētibus. Aliquis dicet, ꝙ erāt aliqui viri, licet rari, hoc patet, qa dr̄ hic, ꝙ duxerūt captiuos oēs, à minimo vſq; ad magnū: ergo erant ibi magni. Dicendū eſt, ꝙ nō erāt ibi aliqui viri, qui eſſent apti ad bellū: qđ patet, qa denominatio magis debet fieri à viris, q̄ à mulieribus, hic tñ dr̄, ꝙ duxerūt mulieres captiuas, nō nominādo viros: ergo vr̄, ꝙ nō erant ibi viri. Cū aūt dr̄ à minimo vſq; ad magnū, non intelligit, ꝙ duxerūt aliquos viros Iudæ: ſed ꝙ duxerūt mulieres inde mini K mas, & magnas, & filios earū minimos, & maiores: oēs tñ hi erant paruuli, ita ꝙ nemo veniſſet ad ætatē adultā. Vñ concedendū eſt, ꝙ nullus erat vir pugnator in vrbe Siceleg, hoc aūt accidit, quia vrbs illa tradita fuerat Dauid à rege Achis, iō ipſe ſolus habitabat ibi cū ſexcentis viris ſuis. Cū aūt Achis iturus eſſet ad bellū contra Iſrael, dixit ad Dauid: Scito qñ mecū hodie eris in caſtris tu, & viri tui, & tunc Dauid fecit, ꝙ oēs ſexcenti viri ſui irent cū ipſo, vnde nullus manſit in vrbe Siceleg, ſed ſolæ fęminæ. Aliquis aūt dicet, ꝙ multi habitabant in Siceleg, pręter viros Dauid, & tñ nullus manſerat nunc ibi: qa oēs iuerant cū Dauid in caſtra: & patet, quia dr̄ inf. Volebat. n populus eū lapidare. i. populus Siceleg volebat lapidare Dauid, quia oēs iuerant cum illo in caſtra, & nullus manſerat ad defenſionem vrbis. Dicēdū eſt, ꝙ iſte populus, qui volebat lapidare Dauid, erant ſexcenti viri ſui, & non erat aliquis alius de habitatoribus Siceleg: quod patet, quia immediatè dr̄, ꝙ iſti iuerunt ad perſequendum latrunculos: tñ ſoli ſexcenti ibant, vt patet inf. & illorū ducenti laſſi ſub ſtiterunt, & iuerūt cū eo quadringenti, ſi tamē eſſent alij habitatores vrbis Siceleg, q̄ veniſſēt cū Dauid de caſtris, oēs illi iuiſſent ad perſequendum latrūculos: ergo non erant alij habitatores. Itē patet, quia dato, ꝙ eſſent alij, tñ illi non veniſſent nunc cū Dauid de caſtris, quia Achis dixerat ad Dauid: Conſurge mane tu, & ſerui tui, qui venerunt tecum, præcedēti c. ergo iſti ſoli reuerſi ſunt de caſtris cū Dauid: iō populus, qui volebat lapidare Dauid, nō erant niſi iſti ſexcenti viri. *Et non interfecerunt quenquam.* i. noluerunt occidere aliquē de eis, quos cęperunt in vrbe Siceleg. Hoc autē fuit, quia oēs illæ erant fęminæ, & paruuli: videbaſ aūt indignū, ꝙ occiderent, cū non eſſent ad bellū, ſed duxerunt eos tanq̄ prędā: Etiā fecerūt hoc, quia Deus mouit Amalecitas ad non occidendū aliquē, vt nihil periret de pertinentibus ad Dauid. *Sed ſecū duxerunt.* ſ. vt haberent illos in ſeruos, vel venderent alijs gentibus, ſm legē bellorū: iō Dauid qñ inuenit Amalecitas, & pugnauit contra illos, habuit totā prędā, ita ꝙ, nihil deficeret de oībus, quę ꝓtinebant ad eū, & viros in Siceleg. *Et pergebant itmere ſuo.* ſ. ad redeundū in terrā ſuā, accepta magna pręda. Ex hoc apparet, ꝙ Amalecitæ prius inuaſerunt terrā Iudæ, & Caleb, & Cerethi, q̄ inuaderent Siceleg: nā ſi prius inuaſiſſent Siceleg, oporteret, ꝙ poſt illā, iuiſſent in alias vrbes: & tñ immediatè poſt eā, reuertebant itinere ſuo in terrā ſuam: ergo Siceleg fuit vltima, q̄ vaſtauerūt. *Cùm ergo veniſſet Dauid, & viri eius ad ciuitatem.* ſ. in die tertio, poſtq̄ receſſerūt de caſtris, & ſteterant iā per aliquot dies extra vrbē. ſ. quia à principio iuerūt, cū rege Achis in caſtra, & ibi manſerūt aliquot diebus: deinde tertio die peruenerūt in vrbē, poſt receſſum de caſtris: & hoc tpe medio Amalecitæ potuerūt inuadere oīa loca, quæ prædati ſunt, de quibus inf. in litera. *Et inueniſſent eā ſuccenſam igni.* i. iā exuſtam, quia Amalecitæ exuſſerant eam, vel fortè tūc ardebat, vt ſi durauit incendiū per duos, vel tres dies, vel plures: qđ ſatis veriſimile eſt, cùm nullus eſſet, qui extingueret ignē, & arderet tota ciuitas. *Et uxores ſuas, & filios ſuos, & filias ſuas ductas eſſe captiuas.* Ex hoc apparet, ꝙ non manebat in Siceleg aliquis vir pugnator, quando venerunt Amalecitæ: quia cum numeraī hic præda, ſolū ponuntur vxores, & filij, & filiæ: ſed per filios, & filias paruuli intelliguntur: alioquin ſi eſſent viri, computarentur in numero virorū, & non filiorum, & filiarum: etiam quia illi prius nominarentur, q̄ mulieres: ſed nominantur hic vxores prius, quia iſtæ erant maiores in pręda. *Et euauerunt Dauid, & populus, qui cum eo erat, voces ſuas.* ſ. plorauerūt durē, quia maximum malum inuenerant, ſcilicet, ꝙ filij, & vxores perijſſent, & omnia bona ipſorum, ciuitas quoque eſſet exuſta: ideo pietas, & dolor non potuerunt in eis lachrymas continere, quanquam eſſent viri fortes, quos lachrimari non decet. *Et plāxerunt donec in eis deficerent lachrymæ.* Deſit, tandiu planxerunt, quandiu potuerunt lachrymari: poſtea autē ſola amaritudo cordis reſtabat: ſed nullæ lachrymę erant, quę poſſent indicare dolorem, eo ꝙ per primū impetum tam amarè lachrymati ſunt, vt conſumeret tota materia conuertenda in lachrymis, & iā non poſſent clamare emittendo lachrymas: dum autem durauit ille impetus lachrymarū, deplāxerūt infor-

infortunium ſuū: poſtea vero cęperunt perquirere, A rent aliqui in vrbe, ſaltem propter vxores ſuas, quas an aliqua via reſtaret eis ad recuperandum aliquid de eis, quæ perierant. *Siquidem & duæ vxores Dauid captiuæ ductæ fuerant.* Iſtud ponitur ad ſignificandum dolorem Dauid: nam non ſolum vxores virorum ductæ fuerant captiuæ, ſed etiam duæ vxores Dauid: has enim ſolas nunc habebat, poſtea verò accepit alias, dum regnaret in Hebron, vt patet ſequenti lib. cap. 3. & 1. Paralipo. cap. 3. & non dicitur hic de filijs Dauid, eo ꝙ nullos habebat adhuc filios, ſed primi filij nati ſunt ei in Hebron poſt mortem Saulis, cùm iam regnaret in tribu iuda: nam primogenitus ſuus, & alij quinque filij in Hebron nati ſunt, ſequēti lib. cap. 3. & ſic non potuerunt Amalecitæ captiuare aliquos filios Dauid, ſed ſolas vxores. *Achinoam Iezrahelitis, & Abigail vxor Nabal Carmeli.* Iſta ſunt nomina duarum vxorū ſuarum. Vocatur prima Iezrahelites, quia erat de vrbe Iezrahel, vt patet ſupra ca. 25. Secunda vocatur vxor Nabal Carmeli, ideſt, quia fuerat vxor Nabal de Carmelo, & poſtea accepit eam in vxorem Dauid ſupra cap. 25 Sciendum autem, ꝙ, Carmeli, non eſt genitiuus primitiui, ſed poſſeſſiui, vel denominatiui. ſ. Carmelus, la, um, pro illo, qui eſt de monte Carmelo, & idem eſt Carmelus, quod Carmelitanus, vel Carmelita. *Et contriſtatus eſt Dauid valde.* ſ. tam pro vxoribus ſuis ablatis, quā pro vxoribus omnium virorum ſuorum. *Volebat enim eum populus lapidare.* i. illi viri, qui erant cum illo, volebant lapidare eum: hoc erat, quia Dauid duxerat omnes illos ſecū in caſtra, & non reliquerat aliquem ad cuſtodiam vrbis. *Quia amara erat anima vnius cuiuſque viri.* Iſta eſt ratio, quare volebant lapidare Dauid, quaſi dicat, cum Dauid eſſet vir bonus, nullo modo vellent viri ſui lapidare eum, cum parati eſſent mori pro ipſo, vbicunque ille vellet, ſed amaritudo cordis commouerat eos ad hoc volendum, quod aliàs non erant voluturi. ſ. quia anima cuiuslibet erat amara nimis, & cogebantur penè ex hoc egredi limites rationis. *Super filiabus, & filiis ſuis.* i. iſta amaritudo erat ſuper filios, & filias ablatos prędа: & dicitur ſolum de filijs, & filiabus, ſed etiam intelligendum eſt de vxoribus: nam non eſt dubium, quin pro illis amariſſimè torquerentur: ſcriptura tamen ſolum poſuit de filijs, & filiabus, quia ſubintelligebatur de vxoribus, cum ſupra, ſcilicet, dicatur, quod vxores, & filij, & filiæ ductę fuerant captiuæ. Ex hoc apparet, ꝙ illi viri, qui erant cum Dauid, quādo primò ad ipſum venerunt, duxerunt vxores ſuas, & filios, & quicquid habebāt ſecum: nam nihil poterat manere ſecurum eis, exiſtentibus cum Dauid, qui erat hoſtis Saulis. Cùm autem iuerūt in terram Philiſthinorum, duxerunt ſecum vxores, & filias, & quicquid habuerūt, & poſuerunt omnia in Siceleg.

An peccaſſent viri Dauid, ſi eum lapidaſſent.
Quæſtio IIII.

QVAERET aliquis, an peccauerunt viri Dauid, volendo lapidare ipſum. Reſpondendū eſt, ꝙ ſi lapidaſſent eum, peccauiſſent: quia Dauid nihil mali merebatur: nec ſtat, ꝙ ipſi obijcerent ei, ꝙ nullum relinquerat in vrbe defenſorem: nam hoc non egit ea intentione, vt malū paterent, qui manebāt in vrbe, nec ēt de negligētia culpandus eſt, ſcilicet, ꝙ debuiſſet prouidere, ne vrbs maneret incuſtodita: nam hoc non ſolum pertinebat ad eum, ſed etiam ad viros ſuos, & omnes putauerunt non eſſe neceſſariū, ꝙ aliquis maneret in vrbe, quia nō putabant, aliquid mali poſſe euenire, propter eorum abſentiam, alioquin ipſe Dauid voluiſſet, quòd manere ſecurum eis, exiſtentibus cum Dauid, qui erat hoſtis Saulis. Cùm autem iuerūt in terram Philiſthinorum, duxerunt ſecum vxores, & filias, & quicquid habuerūt, & poſuerunt omnia in Siceleg.

An peccaſſent viri Dauid, ſi eum lapidaſſent.
Quæſtio IIII.

QVAERET aliquis, an peccauerunt viri Dauid, volendo lapidare ipſum. Reſpondendū eſt, ꝙ ſi lapidaſſent eum, peccauiſſent: quia Dauid nihil mali merebatur: nec ſtat, ꝙ ipſi obijcerent ei, ꝙ nullum relinquerat in vrbe defenſorem: nam hoc non egit ea intentione, vt malū paterent, qui manebāt in vrbe, nec ēt de negligētia culpandus eſt, ſcilicet, ꝙ debuiſſet prouidere, ne vrbs maneret incuſtodita: nam hoc non ſolum pertinebat ad eum, ſed etiam ad viros ſuos, & omnes putauerunt non eſſe neceſſariū, ꝙ aliquis maneret in vrbe, quia nō putabant, aliquid mali poſſe euenire, propter eorum abſentiam, alioquin ipſe Dauid voluiſſet, quòd manere aliquid in vrbe, ſaltem propter vxores ſuas, quas ibi reilnquebat. Ideo non accidit iſtud malum propter defectum regiminis Dauid, & conſequenter non erat puniendus pro illo: præſertim quia videtur, quòd Dauid compulſus fuerit relinquere vrbē incuſtoditam, nam Achis iuſſit ei, quòd duceret ſecum viros, vt patet ſupra capi. 28: ſcilicet. Mecum egredieris in caſtra tu, & viri tui; fortè autem iuſſit de omnibus viris Dauid: ideo compulſus fuit Dauid ferre omnes viros ſecum in bellum, & ſic manſit ciuitas ſine cuſtode, vnde malum, quod inde ſecutū eſt, non eſt ei imputandum: quia ipſe fuit circa hoc inuoluntarius, cùm neceſſe eſſet obedire Achis, dū manebat in terra eius. Sed adhuc dato, quòd ex nē B gligentia Dauid, & propter grauem culpam eius perijſſent ea, quæ erant in vrbe Siceleg, non poterant licitè viri ſui lapidare eum, eo quòd ipſi non erant iudices ad imponendum pęnam pro delicto. Hoc dato, ſi peccatum eſt, quòd aliquid fiat peccatum eſt, quòd illud velimus: viri tamen Dauid volebāt eum lapidare, ergo peccabant. Dicendum eſt, quòd viri Dauid non peccauerunt, eo quòd ipſi non verè voluerunt eum lapidare: nam ſi voluiſſent, poterant, & feciſſent, quia Dauid erat vnicus, & ipſi erant ſexcenti, & erat inter illos: ideo voluntas eorum non fuit deliberata, quia poſt deliberationem immediatè ſequitur operatio, niſi ſit aliquid, impediens nos operari: viri tamen Dauid non habebant C aliquid, quod impediret eos ad lapidandum ipſum, & non lapidauerunt: ergo noluerunt lapidare ipſum; peccatum autem nunquam eſt mortale, niſi volūtate deliberata: ideo non erat peccatum in eis: Dicitur tamen, quòd volebant eum lapidare, ideſt, mouebantur ad hoc, ſcilicet, tanta erat amaritudo cordis cuiuslibet eorum, quòd illa mouebat eos ad id, quod erat iniuſtum: nunquam tamen ipſi deliberatè aſſenſerunt ipſis motibus: primi autem motus non ſunt in poteſtate noſtra: ideo licet ſecundum illos, aliquando ſit peccatum veniale, mortale tamen nunquam eſt: & ſic non peccauerunt mortaliter viri Dauid, volendo eum lapidare. *Confortatus eſt autem Dauid in Domino Deo ſuo.* Hic ponitur remeD dium ad recuperandum prædam, ſcilicet, quod Dauid confortatus eſt in Domino Deo ſuo, & tunc habuit ſpem de recuperanda præda, & conatus eſt id facere.

Quam confortationem habuit Dauid in Dominum.
Quæſtio V.

QVAERET aliquis, quæ confortatio fuit iſta, quam habuit Dauid in Dominum. Reſpondendum eſt, quòd fuit quidam inſtinctus, vel pulſatio facta in corde Dauid: quia Deus erexit cor Dauid ad bene ſperandum de ablatis rebus, & vt conaretur illas inquirere: erant enim res Dauid deſperatæ modo humano, ſcilicet, quia ipſe neſciebat, qui eſſent illi, qui diripuerant, & ſuccenderant vrbem, & an pauci, vel multi, & quomodo fugiſſent, vel de qua terra eſſent: ideo modo humano non videbatur ſupereſſe Dauid ſpes de recuperanda præda, & conſequenter nihil aggrederetur ad recuperandum: Deus autem mouit cor Dauid, erigendo illud in bonam ſpem: & vocatur iſta confortatio, quia quando cor noſtrum debile eſt, non audemus ſurgere ad ſperandas magnas res, nec ad aggrediendum illas, cùm aūt inceperimus ſperare aliquid magnū, cōfortatū eſt cor: & quia prius erat Dauid quaſi deſperās de recuperāda pda, nunc aūt cępit ſperare: & hoc, qa fuit ꝓ q̄dā pulſationē factā

in corde suo à Deo, dicitur confortatus esse Dauid F
in Deo suo. & ita confortatio vocatur, spiritus Domini, sic patet de Saule supra cap. 11. cùm audiuit planctum populi, propter viros Iabes Galaad, & nō obediebat ei totum regnum Israel: quia despiciebāt eum, supra cap. 10. ideo ipse modo humano desperare debuisset, q̄ totus populus congregaretur ad mandatum eius: dicitur tamen ibi, q̄ spiritus Domini insiluit in Saul, idest, factus est quidam motus in corde eius à Deo dirigendo illud ad sperandum magna. s. q̄ Israelitæ timerent eum, & obedirent sibi, & tunc iussit, q̄ omnes Israelitæ congregarentur, & sicut spiritus Dei insiluit in ipsum ad confortandū eum, ita insiluit in Israelitas, ad faciendum eos timere: vnde dicitur ibidem, q̄ inuasit timor Domini populum, & egressi sunt, quasi vnus vir: ita nunc G
factum est in Dauid, quia spiritus Domini directus est in eo, à die, qua vnctus est in regem, & postea, vt patet supra. cap. 16. & ille erat spiritus fortitudinis, ad audendum magna. Ille autem insiluit nunc in eum, & fecit ipsum sperare, posse habere prædam Amalecitarum. Vel dicitur, cōfortatus in Deo suo: quia non recurrit ad fortitudinem bellicam, sed ad Deum suum, consulens an posset recuperare prædam, vt patet immediatè. Sed primus sensus melior est, quia prius Dauid confortatus est, quàm consuleret Dominum: immo propter hoc consuluit Dominum, quia confortatus erat, & putabat se posse recuperare prædam: si autem de illa penitus desperasset, non consuluisset Dominum super ea. *Et ait ad Abiathar sacerdotem filium Achimelec.* Iste erat, per quē ipse solebat consulere Dominum, vt patet supra c. 22. Nam habebat secum ephod, in quo Deum consuleret: erat autem iste Abiathar semper cum Dauid: nam quocunque ille iret, siue ad bellum, siue ad alia loca, ibat cum illo: sic dixit Salomon ad Abiathar infra 3. lib. cap. 2. scilicet. Vir mortis es, sed hodie non te interficiam, quia portasti arcam Dei coram Dauid patre meo, & sustinuisti laborem in omnibus, in quibus sustinuit pater meus: sic enim dixerat Dauid ad Abiathar, quando venit ad ipsum, supra cap. 22. s. Mane mecum ne timeas, siquis quæsierit animam meam, quæret & animam tuam, mecumque seruaberis. Iste vocatur filius Achimelech, I
qui erat summus sacerdos in Nobe, quem interfecit Saul cum tota domo sua, soluſque Abiathar eua sit, supra capitu. 22. *Applica ad me ephod*, idest, da huc ephod, scilicet, ad consulendum Dominum, quia sine illo non respondebat Deus sacerdotibus: & vocatur hic ephod, non solum ephod, sed etiam rationale, & præcipuè ipsum rationale: quia ephod secundum se nihil agebat ad consulendum Dominum, sed rationale, nam in rationali erat doctrina, & veritas, vt patet Exod. cap. 28. & propter illam Deus respondebat: vnde supra c. 28. vbi litera nostra dicit, q̄ consuluit Saul Dñm, & non rndit ei per sacerdotes: in Hebræo dicitur: non rndit ei per vrin. i. per doctri K
nam, & veritatem: ergo p rationale, in quo ista erāt, fiebat rñsio, & non p ephod. Item patet, quia Exo. c. 28. dr: Portabit Aaron iudicium filiorū Israel in pectore suo. i id, per q̄ iudicatur de omnibus dubijs filiorū Israel: sed illud, q̄ erat in pectore, erat rōnale, & non ephod; quia ephod pendebat super scapulas, vt declaratum est eod. cap. ergo rationale pertinebat ad consultationem Dei, & non ephod. Hic autem vocatur ephod largè pro quadam veste facta ex ephod, & rationali colligatis, quia nunquam ab inuicem separari debebant, Exod. cap. 28. de hoc declaratum est, supra cap. 23.

An Dauid fuerit indutus ephod. Quæstio VI.

Prima op. Primo. Secundo. Tertio.

QVAERET aliquis, an Dauid fuerit hic indutus ephod, & an peccaret si indueretur. Aliquis dicet, q̄ indutus est, quia hic dixit. Applica ad me ephod: ergo ipse volebat indui. Item patet, qa dicit immediatè: Et applicauit Abiathar ephod ad Dauid; & sic non indutus est ipse, sed Dauid, ad quem applicauit ephod. Item patet, quia dicitur, Et cōsuluit Dauid Dñm: si igitur consultatio ad eum pertinebat, ita & ephod ipse indueret quia ista duo se cōsequebantur. In contrariū dicetur, q̄ non indutus est Dauid ephod, quia peccaret, cum esset vestis sacerdotalis, & ipse non esset de sacerdotibus. Rndendū est, q̄ Dauid non indutus ephod, sed Abiathar indutus fuit: ipse enim solebat consulere Dñm p Dauid: ipse aūt Dauid non auderet indui ephod: quia erat vestis sacerdotalis, & non solū sacerdotalis, sed ēt sacerdotis magni: ita, vt sacerdotibus minoribus nefas esset illa veste indui: Dauid aūt erat purè laicus, iō non licebat ei indui vestibus, ad exercendum aliquod officium sacerdotale, nec aliàs: immo contingere ipsas vestes erat illicitum popularibus. Dauid aūt si indutus fuisset vestibus sacerdotalib⁹ hic, fecisset hoc ad agendum aliquid, quod non poterat fieri sine vestibus illis, & illud esset sacerdotale: oēs tñ præsumentes accedere ad aliquod misterium sacerdotale, si non essent sacerdotes, puniebantur graiter: sic patet de ducentis quinquaginta viris, qui voluerunt offerre thymiama, & egressus est ignis à Dño, & cōbussit illos, vt patet Nu. c. 16. Rex quoque Ozias, qui alio noīe dr, Azarias, voluit offerre incē sum coram Dño, & Deus percussit eum lepra, vt patet infra 4. lib. c 15. & 2. Paral. c. 26. non minus, pcm erat Dauid hic, si indueret vestib⁹ sacerdotalib⁹: immo mai⁹, qa vsurpabat duo. s. vestes sacerdotales, & offm: Ozias aūt, & ducentū quinquaginta viri solū vsurpauerunt offm: ergo magis puniuisset Deus Dauid, quàm puniuit Oziam: sed non puniuit eū in aliquo: ergo vr, q̄ non peccauit. Sed aliquis dicet, q̄ & si Dauid indutus fuisset vestibus sacerdotalibus, & fecisset officium sacerdotale, non peccasset: qa fortè erat sacerdos, vel saltem poterat esse sacerdos, q̄ patet, quia filij sui erant sacerdotes. seq. lib cap. 8. s. Filij aūt Dauid sacerdotes erant: ergo Dauid poterat esse sacerdos, quia non erat maior prohibitio ad Dauid, quàm ad filios suos. Rndendū est, q̄ Dauid peccasset si indutus fuisset vestibus sacerdotalibus, quia non erat sacerdos, nec poterat esse: immo nō solum ipse nō erat sacerdos, sed etiam nullus de Tribu sua fuit vnquam sacerdos, sic patet ad Hebræos, capi. 7. cum loquitur Apostolus de Christo, qui erat de Tribu Iuda. s. In quo. n. hæc dicuntur: de alia Tribu est, de qua nullus Altari præsto fuit: manifestum est. n. q̄ ex Iuda ortus sit Dominus noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est: patet ēt hoc, qa Nu. c. 1. & 3. & ēt 8. & 18. Deus iussit, q̄ soli filij Aaron accederent ad sacerdotale ministeriū, & leuitæ ad alia minora ministeria: de reliquis aūt tribub⁹ nemo ministraret, alioquin occideretur: Dauid aūt erat de tribu Iuda: ergo nec ipse, nec filij sui erant sacerdotes. Cū aūt obijcit, q̄ filij Dauid erant sacerdotes. Rndēdū, q̄ accipitur ibi sacerdos. s. largè pro principe, sic patet 1. Paral. c. 18. vbi tota historia continetur quasi ad lram, quæ hr sequenti li. c. 8. & sicut ibi dr, q̄ filij Dauid erant sacerdotes, dr 1. Parali. ca. 18. Porro filij Dauid primi ad manū regis. i. erant principes primi sub rege: sic ēt secundum modum legum humanarum, principes seculares. & legislatores vocantur sacerdotes, pp sacras leges, quas dāt: sic patet ff. de iust. & Iu. leg. 1. Vocantur etiam interdum isti principes pon-

Sacerdos pro principe accipitur aliquando.

pontifices, vt patet in decretis. di. 10. ca. de capitulis, A
vbi imperatores vocantur pontifices, & tamen pontifex est nomen Episcoporum: apparet igitur, q̄ Dauid non erat sacerdos, nec poterat esse, ideo peccaret, si indutus fuisset vestibus sacris. Vnde dicendū, q̄ non fuit ipse indutus, sed Abiathar. Ad primam
Ad rōnes primę opinion. rationem incontrarium dicendum, q̄ cum Dauid
Ad primā dixit ad Abiathar: applica ad me ephod, non intellexit, q̄ applicaret ad ipsum, ad hoc, q̄ ipse indueretur, sed q̄ applicaret ad ipsum, idest, iuxta ipsum, scilicet, q̄ Abiathar consuleret Dominum iuxta Dauid, & ibi indueretur ephod. Vel dicitur: applica ad me, idest, ad vtilitatem meam: nam ista consulta
Ad secundam. tio pro Dauid fiebat. Ad secundam rationem dicē-
dum eodem modo. s. q̄ Abiathar applicauit ephod B
ad Dauid, non vt indueretur Dauid, sed vt indueret
Ad tertiā. Abiathar iuxta ipsum. Ad tertiam rationem dici
potest dupliciter. Vno modo, q̄ Dauid consuluit Dominum, non per se, sed per Abiathar, & quod qs agit per alium, dicitur agere per se ipsum. Alio modo, q̄ Dauid consuluit Dominum per se ipsum, s. q̄ præsente Abiathar induto veste sacra, Dauid propo fuit quæstionem, & hoc erat consulere Dominum: & cùm dicitur, q̄ ista duo se consequebantur. s. indui veste sacra, & consulere Dominum, Dicēdum, q̄ falsum est, nisi accipiatur consulere Dominum, idest, facere cęremonias ad hoc, q̄ Deus respōdeat: & istæ erant in hoc, q̄ sacerdos indueretur veste sacra, & q̄ forte faceret aliquas obsecrationes, vt De⁹ C
vellet respondere, & hoc faciebat solus sacerdos. *Et applicauit Abiathar ephod ad Dauid.* Idest, iuxta Dauid, s. q̄ ibi apud eum se induit ephod, & consuluit Dominum p Dauid: nam si Dauid indutus fuisset ephod, nō diceretur, q̄ Abiathar applicauit ad eum ephod, qa indui, & applicari multō sunt disparata: cū indui dicat habitū, & applicari dicat habitudinē loci. *Et consuluit Dauid Dominū dicens* s. consuluit p Abiathar, qa Abiathar locutus fuit, & non Dauid. Vel Dauid cōsuluit. i. pposuit qōnē, quia hoc non erat illicitū Dauid, & alijs popularibus. *Persequar latrunculos hos, & comprehendam eos, an non?* idest, nunquid debeo persequi latrunculos istos, vel non? & si persecutus fuero, nunquid comprehendam eos? In Hebræo dici- D
tur. *Persequar turbas istas.* Vocauit autem Dauid latrunculos, quia venerant ad prædam, & apparet, q̄ magis veniſſent ad prædam, quàm ad agendū bellū.

Quomodo Dauid voluit persequi latrunculos istos, & ad quid. Quæstio VII.

QVAERET aliquis, quando Dauid voluit persequi latrunculos istos, ad quid volebat persequi, nunquid ad excutiendum prædam vel ad vindictam. Aliquis dicet, q̄ ad excutiendum prædam, & vindictam simul, quia dicitur infra. Excuties prę
dam. Sciēdum est, q̄ ex illo nihil apparet, quia illud respondit Deus. s. q̄ posset Dauid comprehendere E
latrunculos, & excutere prædam: sed antequā Dauid consuleret Dominum, non apparet, an ipse intenderet excutere prædam, quia fortè nesciebat, an aliqua præda supereſſet, vel latrunculi omnia deua stassent. Respondendum est. q̄ cùm Dauid venit in vrbem Siceleg, nesciebat de latrunculis, an haberēt in prædam id, quod erat in vrbe, vel an destruxissent vastātes omnia, aut fortè incendio omnia perijssent: quia tamen ipse, & viri sui incedentes per vrbē, nō inuenerunt aliqua cadauera de tanta multitudine mulierum, & paruulorum, quæ ibi fuerat: putauit satis probabiliter, q̄ latrunculi nullum occidissent, sed omnes duxissent in prædam, ex quo ipse spem

habuit, q̄ etiam postea non occiderent eos, quos ibi ceperant: quia cùm ibi non occidissent aliquem capta vrbe, à fortiori non occiderent, postquam laborassent ducendo eos de vrbe, ideo putauit, q̄ adhuc præda supereſſet: de supellectilibus autem, & alijs rebus possessis non curauit nimis Dauid: de ipsis tamen fuit certior Dauid. q̄ latrunculi tulissent illa, si tamen aliqua incendio perijssent, non erat cura: iō ex hoc habuit spem posse recuperari prædam, cum non inueniſſet aliquem occisum de ilis, qui erant in vrbe, propter quod desiderauit persequi latrunculos, vt extorqueret prædam, & hoc fuit principale. De vindicta autem non curauit nimis Dauid, q̄quā desideraret eam, ideo fuit motus principaliter p
prædam. Vnde postquam acquisiuit illam, non curauit persequi reliquos de latrunculis, qui fugerant, vt patet infra in litera. *Dixit ei Dominus persequere.* i bonū est, q̄ persequaris. Vel legitur per modum imperij. s. q̄ Deus iussit Dauid, vt persequeretur latrunculos. *Absq; dubio enim comprehendes eos.* i. nō dubites de inuentione eorum, quia certissimè inuenies. *Et excuties prædam.* 1. & tolles prædam de manu eorum hoc erat præcipuum, quia q̄ Dauid inueniret latrunculos, nihil proficiebat, si non posset excutere prędam, sed esset labor inanis: potissimè si latrunculi prævaliturі essent contra ipsum: Deus autem vtrunque promisit. s. q̄ inueniret eos, & prevaleret contra illos, & sic excuteret prædam. i. violenter tolleret de manu eorum. Hoc modo Dauid confortatus, perrexit ad pugnandum contra latrūculos, & iam non dubitabat contra eos dimicare, etiam si essent millies millia, eo q̄ Deus dixerat, q̄ absque dubio excuteret prædam de manu ipsorum: & sic postea Dauid aggressus fuit eos confidenter: nam multi erant, cùm Dauid pugnauerit cōtra eos, & occiderit plurimos, durauitque percussio à vespere vsque in vesperam, & ad extremum fugerunt quadringenti viri super camelos, vt patet infra, & tamen viri Dauid, qui pugnabant, non erant nisi quadringenti, cum ducenti restitissent lassi ad torrentem. *Abijt ergo Dauid.* Hic ponitur secundum s. hostium persecutio: fuit enim Dauid persecutus latrunculos, quousq; inuenit eos. *Ipse, & sexcenti viri eius cum eo.* i. Dauid abijt, & sexcenti viri sui abierunt cum ipso.

Dauid huiuit secū plusquam sexcētos viros dū persecut⁹ fuit latrūculos.

Qui viri fuerunt cum Dauid ad persequendum latrunculos. Quæstio VIII.

QVAERET aliquis, an plures viri abierunt cū Dauid ad persequendum latrunculos. Aliquis dicet, q̄ non, quia hic solum ponuntur sexcenti viri euntes cum Dauid. Item quia postea dicitur, q̄ ad torrentem substiterunt lassi ducenti, & iuerunt cū Dauid alij quadringenti: ergo solum erant sexcenti viri, qui nunc egressi sunt cum ipso. In contrarium videtur, q̄ fuerint plures, quia nouem principes de tribu Manasse venerunt nunc ad Danid, quando redibat de castris Philisthinorum in Siceleg, & isti adiuuerunt eum in bello contra latrunculos, vt patet 1. Paralip c. 12. Respondendum est, q̄ plures fuerūt, quàm sexcenti illi viri, qui nunc egressi sunt de Siceleg cū Dauid ad persequendum latrunculos; nam Dauid habebat sexcentos viros qñ venit ad regem Achis, vt patet supra c. 27. & post hoc stetit quatuor mēsibus in terra Philisthinorū ante bellū Philisthinorū cum Saule: sed tunc cum reuerteretur Dauid de castris Philisthinorum in Siceleg, venerunt ad eū nouem principes de tribu manasse, & quilibet istorum haberet secum aliquos, & adiuuerunt isti Dauid contra latrunculos: ergo videtur, q̄ plures erāt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm sexcenti, qui iuerunt nunc cum Dauid contra latrunculos. Dicendū tamen ꝙ scriptura nominauit hic solum sexcentos viros, quia isti, q venerāt de Manasse pauci erant quanquam essent nouem principes, quia fortè quilibet istorum habebat secū paucos viros, ita vt non facerent notabilem numerum super sexcentos viros, quos habebat Dauid. Sed obijciet aliquis, ꝙ nunc erant cum Dauid plures, quàm tria millia virorum, quia antequam dicatur 1. Paralip cap. 12. de principibus Manasse, de quibus nūc diximus dicitur de principibus tribus Gad, qui venerunt ad Dauid, & illi erant vndecim, & minimus eorum erat princeps centum virorum maximus autem erat super mille: ergo haberet Dauid vltra tria millia virorum. Respondendum, ꝙ illi viri non erant cum Dauid, quando ipse iuit contra latrunculos, sed solum sexcenti viri sui cum principibus Manasse, qui ad eum confugerant, quando venit in Siceleg, & sic non videbantur esse vltra sexcentos viros: illi tamen nouem principes Gad an cōfugerunt ad Dauid ante mortem Saulis, vel post, & quomodo starent cum eo, tempore quo pugnauit contra latrunculos, declarabitur 1. Paralip c. 12.

Et venerunt vsque ad torrentem Besor. Iste est quidam torrens, qui occurrit euntibus de terra Philisthinorum versus terram Amalecitarum, & vsque ad istū torrentem accesserunt omnes viri Dauid, sed ibi remanserunt ducenti, qui non potuerunt iter agere. Vocatur iste torrens Besor, & aliqui dicunt Bosor, sed falsum est; quia Bosor est quædam ciuitas in terra duorum regum Amorrhæorum in sorte Ruben, vt patet Deutero. cap. 4 & Iosue 20 & 21. *Et lassi quidam substiterunt*, idest, apud torrentem illum substiterūt, idest manserunt aliqui de viris Dauid, qui non potuerunt præ lassitudine cum reliquis iter agere, & isti fuerunt ducenti, vt patet immediatè. Euenerat autem eis lassitudo propter duo. Primò, quia tertio die ante hoc recesserant de castris Philisthinorū, & venerant in Siceleg, vt pater supra, & forlè in his tribus diebus nullam, vel modicam requiem habuerant, & ob hoc indispositi erant, ad subeundum immediatè alios labores. Secundò erant lassi, quia cùm nunc recessisset Dauid cum viris suis de Siceleg, velociter gradiebantur, vt inuenire possent latrunculos, postquam venirent in terram suam, & ideo illi, qui debiliores erant non potuerunt consequi iter aliorum. In Hebræo dicitur hic. *Et qui manserunt, manserunt*. Sed ista sententia est nimis cōfusa, & Barbara, nec significat aliquid determinatè, ideo litera nostra posuit hoc manifestius dicens, quòd aliqui lassi substiterunt: habuit autem hoc ex litera Hebraica, quæ habetur infra vbi magis explanatur de istis, qui substiterunt: aliquando autem loquitur hoc modo litera Hebraica, sic patet supra c. 23. vbi litera nostra dicit: Egressi de Ceila huc, & illuc vagabantur incerti litera Hebraica dicit: Ambulauerunt, quo ambulauerunt: sed quia ista locutio est barbarica, litera nostra euitauit illam. *Persecutus est autem Dauid ipse, & quadringenti viri.* idest, quanquā aliqui substitissent lassi, tamen Dauid non desijt persequi latrunculos, sed ipse cū quadringentis viris residuis persecutus est illos.

Ducēti viri Dauid lassi, ꝓpter duo remā serūtapud torrētem Besor.

Dauid persecutus est latrunculos cum quadringenti viris, quia numerum eorum ignorabat: & propter promissionem Dei in qua confidebat.

Quæstio X.

QVAERET aliquis, cū tertia pars exercitus Dauid lassa restitisset, quomodo Dauid ausus est persequi latrunculos cum reliquis viris, & an in hoc stultè egerit, vel si non egisset, peccasset.

Respondendum, quòd Dauid ausus est persequi latrunculos cum quadringentis viris residuis: nam etiam modo humano non habebat Dauid aliquid, quare timere deberet persequi latrunculos cum quadringentis viris, quia nesciebat quot essent latrunculi; ideo quousque sciret eorum multitudinem, non agebat stultè persequendo illos, qualitercunque posset.

Sed adhuc dicendum, quòd dato, quòd Dauid sciret multitudinem latrunculorum, non debebat timere persequi illos cum quadringentis viris, immo etiam si solū haberet centū, vel quinquaginta viros: quia Deus dixerat ei, ꝙ persequeretur latrunculos, quia sine dubio excuteret prædam: de promissione autem Dei nemo dubitare debet; ideo etiam si mālissent soli decem viri cum Dauid, cum illis potuisset, & debuisset iustè persequi latrunculos: quia in multitudine gentis non est victoria belli, sed sicut est voluntas in celo, ita fit, vt patet supra 14. cap. & 2. Paralip. 25. cap. & 1. Macha. cap. 3. Immo dicendum est, quòd non solum Dauid non agebat stultè, persequendo latrunculos cum paucis viris, sed etiam si propter hoc desijsset persequi illos, peccasset, quia non confideret verbis Domini, cum Deus dixisset: Persequere, absque dubio enim compræhendes eos, & excuties prædam: ideo quanq̄ magna pars exercitus Dauid lassa substiti, non fuit ex hoc turbatus Dauid, nec dubitauit aliquatenus, an persequeretur latrunculos. *Substiterant enim ducenti quasi lassi*. Istud reddit rationem superioris, scilicet, quòd solum quadringenti iuerūt cum Dauid, quia ducenti viri de exercitu restiterūt lassi. *Et transire non poterant torrentem Besor.* Idest non ausi sunt transire torrentem præ lassitudine: & non intelligitur, quòd non potuerunt transire, tanquā impotentia esset quantum ad transitum, sed quantum ad agendum iter vltra torrentem: ideo quasi habita opportunitate ad manendum, dixerunt se vltra non posse transire, & manserunt. In Hebræo habetur. *Et non ausi fuerunt transire torrentem.* Non debet intelligi, quòd non ausi sunt propter timorem hostium, contra quos ibant, sed propter impotentiam deambulandi: timuerunt enim, quòd quanquam conarentur itinerare cum alijs vltra torrentem, quod nequaquam possent.

Et inuenerunt virum Aegyptium in agro. Iste vocatur puer non propter ætatem, sed propter seruitutem, vel subiectionem, & iste indicauit Dauid, vbi erant Amalecitæ: hunc autem inuenerunt viri Dauid in agro, quia illi discurrebant hinc, & inde, vt reperirent vestigia latrunculorum, & inuenerunt eum quasi mortuum propter famen, vt patet infra, *Et adduxerunt eum ad Dauid*. scilicet, vt indicare posset vbi essent latrunculi, quia putauerunt viri Dauid, quod ille cum esset in agro, vel esset vnus de latrunculis, vel saltem sciret qua transierant. *Dederuntque ei panem, vt comederet.* Subintelligendum est, quod viri Dauid inuenerunt illum Aegyptium quasi mortuum, & cum vellent ab illo aliquid quærere, non poterat respondere, quia exinanita fuerat tota virtus eius, propter diutinam famem, scilicet, trium dierum, vt pater infra. *Et biberet aquam.* Idest, dederunt ei aquam, vt biberet, vt illa eum refrigeraret à calore innaturali, qui sequebatur propter famen. *Sed, & fragmen massæ caricarum.* idest, etiā dederunt ei vnum frustum de massa caricarum. Est enim massa caricarum ad formam casei, & est facta de ficub⁹, & comedit sicut panis, & de hoc dr̄ s. c. 25. quod

quòd Abigail tulit ad Dauid ducentas massas caricarum, abundant enim in terra illa istæ massę, ꝓpter multitudinem ficuum, & viri Dauid ferebant de eis secum in itinere ad cibum. *Et duas ligaturas vuę passę.* idest, ēt dederūt ei duos racemos vuarū passarū, & vocantur ligaturę, quia ligantur ad hoc, ꝙ desiccentur, vel ꝙ postquam desiccatæ sunt, tenentur ligatæ in funiculis, vel aliàs: & istæ etiam ligaturæ vuarum sunt vsitatæ in terra Chanaam: vnde Abigail tulit ad Dauid centum ligaturas vuæ passæ, vt patet supra cap. 25. *Qui cùm comedisset, reuersus est spiritus eius.* s. antequam comederet, videbatur non habere spiritum, sed quasi mortuus, cùm autem comedit, dicitur reuersus, quia tūc visus est viuere. *Et refocillatus est.* Idest, recreatus, scilicet, quia vultus eius exhilaratus est, & color eius reuixit. *Non enim comederat panem, nec biberat aquam tribus diebus, & tribus noctibus.* Parum enim deerat, vt iste præ debilitate moreretur, cum tot diebus non comedisset, præsertim, quia languere cęperat in principio horum dierum, vt patet infra in litera. Quanquam per accidens ægritudo adiuuare poterat ad hoc, quòd tardius moreretur, vtpotè si ægritudo proueniebat ex repletione, & virtus digestiua erat impotens ad digerendum, quia tunc tardius moreretur præ fame, quàm si sanus esset, quando famescere inciperet. *Dixit itaque ei Dauid.* scilicet, postquam comedit, & bibit: nam ante hoc nō poterat respondere, quanquam interrogaretur. *Cuius es tu? vel vnde?* Istud erat principium quærendi, vt ordinatius posset Dauid peruenire ad inquirendum vbi erant latrunculi: & dixit, cuius es? ad sciendū an erat seruus alicuius Domini eorum, qui venerant ad prædandum: dixit etiam vnde es? idest, de qua terra? quia ex hoc posset cognoscere Dauid, quid ageret, an esset de latrunculis. *Et quò pergis?* Istud non est in Hebræo: quæsiuit tamen Dauid de hoc, quia per hoc certius scire poterat Dauid, an ille esset de latrunculis, & quid ageret. *Qui ait: puer Aegyptius ego sum.* Hic respondit ille inuenis ad omnia quæsita Dauid, & in omnibus verè locutus est: quia cùm esset in potestate Dauid, putauit, quòd si falsum loqueretur, & postea hoc deprehenderet Dauid, occideret eum: si autem verum loqueretur, quanquam ipse fuisset de latrunculis, qui diripuerant Siceleg, misereretur eius Dauid, tum quia ipse indicabat ei vbi erant alij latrūculi, tū quia seruus erat cuiusdā principis illorum latronū, & cogebatur agere, quod Dominus iubebat. Vnde nec dubitauit veritatem dicere Dauid, nec petiuit aliquam securitatem, scilicet, quòd occideret eum, sed solum petiuit, quòd non traderet eum in manus Domini sui, vt patet infra: dixit autem, quòd erat puer Aegyptius, idest, de terra Aegypti, quia satis verisimile erat, eo quòd terra Amalecitarum pertingit vsque ad terram Aegypti, vt patet supra cap. 15. & ob hoc multi de Aegyptijs viuebant in terra Amalec cum Amalecitis, & multi de Amalecitis morabantur in terra Aegypti. *Seruus viri Amalecitę.* Idest ego sum seruus cuiusdam viri de Amalec. Iste autem vir erat vnus de principibus illorum latronum, & venerat cum eo puer iste. *Dereliquit autem me Dominus meus.* scilicet, ipse cum alijs latrunculis recessit ferens prædam, & dereliquit me, quasi iam nolens me habere in famulatu suo, quia grauis ei videbar: & causa subditur, scilicet. *Quia ęgrotare cepi nudiustertius.* Idest, quia erā languidus, putauit iam inutilem, & noluit me portare, ne essem sibi onerosus, sed reliquit me, vt morerer. *Siquidem nos erupimus ad australem partem Ceretbi.* Hic narrat iste puer, quæ fecerunt latrunculi, & dicit, quòd eruperunt, idest, egressi sunt de regione sua, & venerunt ad prædandum ad australem partem Cerethi: dicitur hoc, quia isti latrunculi veniebant de terra Australi, respectu omnium istorum locorum: nam veniebant de terra Amalec, quæ Australis est ad terram Philisthinorum, & Iuda: & dicitur hic, ad Australem partem Cerethi, quia fortè primò inuaserunt terram illam, deinde reliquas sm ordinem, qui habetur hic: quòd patet, quia de Siceleg vltimò dicit, & illam vltimò inuaserunt: nam postquam succenderunt eam, pergebant itinere suo ad terram suam, vt patet supra in litera. Vocatur Cerethi secūdū Ra. Dauid Khimi, & Ra. Sa. tota terra Philisthinorum: sed non stat, quia tunc non poneretur postea specialiter de Siceleg, cùm esset Siceleg quidam locus in terra Philisthinorum. Sed dicendum, quòd Cerethi erat nomen alicuius vrbis, vel regionis paruæ. *Et contra Iudam.* Idest, versus terrā Iuda, scilicet, contra sortem tribus Iudæ: erant enim ista coniuncta, scilicet, terra Philisthinorum, & sors Iudæ. *Et ad meridiem Caleb.* Potest vocari sic aliqua terra in sorte Iudæ, eo quòd fuit in illa vir quidam famosus nomine Caleb, & illi data est quædam pars terræ Iudæ, scilicet, Hebron cum villulis suis, vt pater Iosue ca. 14 & 15. *Et Siceleg succendimus igni.* idest, inter ista omnia loca nullum magis læsimus, quàm vrbem Siceleg, quam exussimus. *Dixitque ei Dauid.* Iam cognoscebat quid factum esset, & quis illud fecisset, ideo volebat scire vbi erant illi, qui fecerant. *Potes me ducere ad cuneum istum?* idest, nunquid scies me ducere illuc, vbi sunt isti latrunculi? *Qui ait, iura mihi per Deum.* Hoc voluit puer Aegyptius à Dauid ad securitatem suam.

Petit puer inuentus à Dauid vt ipse iuraret per Deum summum per suum. Quæstio X.

QVAERET aliquis, per quem Deum petiuit hic puer iste à Dauid, quòd iuraret ei hæc.

Dicendum, quòd fortè dixit per Deum, non nominando specialiter aliquem Deum, & tunc intelligebat de Deo summo, de quo omnes homines ītelligunt, quòd sit id, quo nihil melius excogitari possit, sicut declaratum est præcedenti capitulo de rege Achis. Vel petiuit iste puer à Dauid, quòd iuraret ei per Deum suum, scilicet, per Deum Dauid: nam ista est conditio omnium petentium iuramentum ab alijs, quòd petant in dijs illorum, quia iuramentum inuentum est in confirmationem eorum, quæ dicuntur, vt propter reuerentiam eius, qui inducitur in testem, compleantur ea, quæ promittūtur: & quia nemo magis reueretur aliquem Deum, quàm illum, quem colit, non potest aliquis facere iuramentum efficacius, quàm per Deum suum. Sic Goliath, quando voluit imprecari mala super Dauid, imprecatus est in dijs suis, vt patet supra ca. 17. Itē patet, quia Dauid iurauit id, quod petiuit iste puer: sed Dauid non iuraret per nomē alicuius Dei, nisi per Deum Israel: quòd ergo per illum iurauerit, patet, qa nefas erat Israelitis iurare per deos Gētilium, & non solum iurare, sed etiam nominare illos, vt patet Exod. capit. 23. s. Omnia, quæ dixi vobis facite, & per nomen externorum Deorum non iurabitis, nec audietur ex ore vestro. *Quod non interficias me*, scilicet, postquam cognoueris à me ea, quæ vis: poterat suspicari puer, quòd Dauid nunc non occidebat eum, vt inueniret alios latrones, & postquam inuenisset, occideret eum. *Et non tradas me in manibus Domini mei*, scilicet, quia ille occidet me, etiam si tu non me occideris: quia prodidi eum cum alijs latrunculis.

Quomodo puer iste petijt à Dauid, vt non traderet ipsum manibus Domini sui, cum persequeretur illum, & alios latrunculos.
Quæst. XI.

QVAERET aliquis, quomodo iste puer Aegyptius petiuit, ꝙ hoc iuraret Dauid, quia nullo modo erat verisimile, quòd contrarium ageret: nã Dauid ibat, vt persequeretur Dominum illius pueri cum alijs latrunculis propter prædam Siceleg: quomodo ergo traderet seruum suum? Dicendum, ꝙ puer iste timuit, ꝙ cum Dauid inueniret latrunculos illos, non prealeret contra eos ad extorquendũ prædam, sed componeret cum eis aliquo modo, vt haberet totam prædam, vel partem de eo, quod ablatum fuerat de Siceleg, & in compositione veniret, ꝙ Dauid daret puerum illum Domino suo, & tunc timebat puer, ꝙ occideret eum Dominus suus, quia prodiderat eum cum alijs. Vel aliter puer iste nesciebat, ad quid ibat Dauid ad latrunculos, quia nihil significauerat Dauid puero de intentione sua, sed solum quæsiuit ab eo, quis erat, vel cuius: & nunc qñ dixit Dauid, an posset puer ducere Dauid ad cuneũ illum, nesciebat an vellet illuc ire Dauid, vt iungeretur illis latronibus ad prædandum etiam cum eis, vel ad alia fœdera pacis: & tunc satis verisimile erat, ꝙ Dauid traderet puerum Domino suo, & quia si traderetur ei, occidendus erat, volebat potius, quòd occideret eum Dauid, quàm ꝙ traderet Domino suo. *Et ducam te ad cuneum istum.* i. si iuras mihi hæc.

Puer sciebat locum latrunculorum, & ad illum duxit Dauid. *Quæst. XII.*

QVAERET aliquis, quomodo puer iste poterat ducere Dauid ad cuneum latronum, cum iam nudiustertius relictus fuisset ab eis, & nesciret vbi essent. Respondendum est, ꝙ fortè latrones illi modicum inde recesserant, & puer sciebat locũ, ad quẽ recedebant, sicut patet infra: quia quando Dauid ductus est à puero ad cuneum, inuenit latrunculos iacentes super faciem terræ in agro, & comedentes. Vel Dicendum, ꝙ puer cognoscebat gressus eorum, & quanquam nesciret tunc vbi essent, poterat illuc perducere Dauid per gressus. Vel fortè iste puer audierat à latrunculis antequam dimitterent eum de loco, ad quem ituri erant, & ad illum nunc duxit ipse Dauid. Vel quia iterum fortè latrunculi illi eruperant per terram illam, & habebant aliquem locũ, in quem conuenirent, in quo nunc putabat eos esse puer, & illuc duxit Dauid. *Et iurauit ei Dauid.* i. iurauit id, quod petierat puer.

Israelitæ cum quibusdam populis non poterant inire fœdera, & si iniuissent, non poterant seruare.
Quæstio XIII.

QVAERET aliquis, an Dauid tenebatur obseruare id, quod iurauerat puero. Aliquis dicet, non esse dubiũ in hoc: quia ꝙ iurãdum implendum est: sed hoc nõ obstante, est rõ dubij, ga quædam gentes erant, cum quibus Israelitæ nullo modo poterant componere fœdera, sed obligabantur ad occidendũ, sicut erat de Chananeis: sic etiam erat de Moabitis, & Amonitis, de quibus Deus dixerat: Non facies cũ eis pacẽ, nec quæres eis bona cunctis diebus vitæ tuæ in sempiternum, vt patet Deutero. c. 23. his ergo gẽtibus si iurarent Israelitæ de non occidendo illas, iuramentum non tenebat, quia erat contra legem Dei: ideo poterant venire contra illud, ac si non iurassent: sicut cum quis iurat aliquid, quod illicitum est, manifestè potest propria auctoritate contra illud venire; immo tenetur, quanquam peccauerit in iurando: si tamen aliquando Israelitæ facerent fœdera cum aliqua istarum gentium, cum qua illicitum erat componere amicitias, licèt non tenerent fœdera, tamen Israelitæ non poterant pugnare contra illam gentem, quousque denunciarent ei nullitatem fœderum: hoc autem non erat tanquam propter fœdera obligarentur ad aliquid, ad quod aliàs nõ erant obligati, sed propter naturalem æquitatem: nam priusquam ipsi componerent cum gentibus illis, habebant eos illæ gentes, tanquam hostes, & obseruabant se ab eis: inito autem fœdere, habebant eos tanquam amicos, & non obseruabant se ab eis: ideo si Israelitæ antequam denunciarent eis nullitatem fœderum, pugnarent contra illos, agerent per insidias, & fraudem: nam sub colore amicorum haberent se hostiliter, ideo tenebantur denunciare eis, non tenuisse fœdera, & tunc poterant contra illos pugnare, velut si nulla fœdera inita fuissent. De puero autem isto fortè sic esset, quia poterat esse de aliqua gente, cum qua non posset componere fœdera Dauid, & cogeretur eum occidere. Dicendum est, quòd Dauid tenebatur obseruare iuramentum præstitum isti puero: quia erat de tali gente, cum qua poterant Iudæi fœdera inire, scilicet, quia erat Aegyptius: Israelitæ aũt uon habebant hostilitatem contra Aegyptios, nec debebant habere, quia Deus iusserat, Deuteronom. capit. 23. Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus est, nec Aegyptium, quia aduena fuisti in terra eius: quæcunque ergo pacta inirentur inter illos seruanda erant, præsertim quia Dauid tenebatur de iure communi ad seruandum id, quod puer iste petebat sibi iurari, scilicet, quòd non redderet eum Domino suo, & dato, quòd non iurasset, seruasset illud Dauid: de hoc patet Deuteronom. capit. 23. scilicet. Non trades seruum Domino suo, qui ad te confugit, habitabit tecum in loco, qui ei placuerit, & in vna vrbium tuarum requiescet: & ob hoc, quia Dauid tenebatur ad istud obseruandum etiam sine iuramento, faciliter iurauit, quasi non inducens super se aliquam nouam obligationem, per istud iuramentum, nisi quantum ad vnam partem, scilicet, quòd non interficeret eum. *Qui cum duxisset eum.* Hic ponitur tertium huius cap. Puer duxit Dauid ad locum, in quo erant latrunculi. *Ecce illi discumbebant super faciem vniuersæ terræ,* ideſt, iacebant diffusi super totam terram comedentes in gaudio, & sic facilius potuit eos capere Dauid: & dicitur, super faciem vniuersæ terræ, quia isti multi erant, & erant diuersi per turmas, & collegia ad sumendum cibos, & sic repleuerant totam faciem agri.

Isti latrunculi non confugerunt ad loca munita, quia credebant esse securi. *Quæstio XIIII.*

QVAERET aliquis, quomodo isti latrunculi tamdiu expectauerant in agris, habentes prædam, & non confugerant in terram suam ad aliqua loca munita, vt ibi deponerent prædam. Dicendum, quòd isti latrunculi videbantur sibi esse securi propter duo. Primò, quia erant in terra sua. Secundò, quia multi erant. De primo patet: nam dum fuerunt in terra Philisthinorum, & Iudæ, de qua prædam acceperant, festinauerunt exire de terra, nunc autem erant in terra Amalec: ideo non timebant, quòd aliqui de Israelitis, vel de Philisthinis persequerentur eos in terram suam pro præda, & sic discumbebant sine timore. Secundum patet, scilicet,

licet, quòd essent multi, quia Dauid pugnauit, & peruasit eos à vespere vnius diei vsq; ad vesperam alterius, & tamen ad vltimum factę cædis, fugerunt quadringenti viri de eis, & sic magna turba esset: vnde propter multitudinem confidenter se habebant; primum tamen magis stat. *Comedentes, & bibentes,* i. discumbebant per agrum ad comedendum, & bibendum: non est sensus, quòd ibi discubuerint, quasi essent itinerantes, & à casu venissent in agrum illum, & ibi discumberent ad capiendum cibos, sed iam ibi manebant p aliquot dies: quod patet, quia puer ille, qui duxit Dauid ad locum illum, dimissus fuerat ab illis à nudiustertius, vt patet supra, si ergo illi itinerassent semper, non potuisset eos inuenire Dauid, sed manebant in agris gaudentes: quod significat littera sequens, scilicet. *Et quasi festum celebrantes diem.* In Hebræo non habetur quasi: isti autem celebrabãt festũ in abundantia ciborum, & potuum pro gaudio præde acceptæ. *Pro cuncta præda & spoliis, quæ acceperant de terra Philisthijm, & de terra Iuda.* i. acceperant prædam copiosam, quantam non expectabant de terra Philisthijm, & Iuda: eo ꝙ incolæ istarum terrarum iuerant ad bellum, & rari erant, qui possent eis resistere, pro quo magna lætitia fruebantur. *Et percussit eos Dauid.* i. occidit: & non dicitur hic: pugnauit contra illos, sed percussit: quia ista magis erat occisio quàm pugna, cũ latruuculi essent ebrij & crapulati, cùm egissent festum pro præda, & erãt quasi extra mentem, nec poterant pugnare, sed occidebat Dauid quot volebat. *A vespere vsq; ad vesperam diei alterius.* i. durauit ista occisio à vespere in vesperam. s. per vnum diem naturalem: hoc autem ga latrunculi illi erant diffusi per diuersas partes agri, & nunc occidebat aliquos hic, & nunc alios ibi, & sic per diuersa loca. *Et non euasit ex eis quisquam, nisi quadringenti viri adolescentes,* ideſt omnes occisi sunt præter istos: in quo significatur magna multitudo, cũ quadringenti viri ponantur quasi pro nihilo, respectu illius multitudinis: quia dicitur: Et nõ euasit quisquã, nisi quadringenti viri. *Qui ascenderant camelos, & fugerant.* Isti quadringenti adolescentes à principio belli fugerunt, ascendendo super camelos: alij autem, ꝙ relicti sunt, & non habuerunt in quo equitarent ad fugiendum, non potuerunt euadere manus Dauid. *Eruit ergo Dauid omnia, quæ tulerant Amalecitæ.* i. liberauit de manu ipsorum omnia, quæ prædati fuerant de vrbe Siceleg. *Et duas vxores suas eruit.* Fit mentio de istis duabus vxoribus: quia nihil aliud habebat Dauid in præda, quod ad eum specialiter pertineret, de quo multum doleret, cum nõdum habuisset filios. Alij autem viri sui habebant filios, & vxores. *Nec defuit quisquam à parvo vsq; ad magnum.* i. de omnibus, q̃ erant in vrbe Siceleg nullus defuit, tam de magnis quàm de paruis, eo quod Amalecitæ nullum interfecerant, sed omnes secum ducebant, vt patet sup. in littera. *Tam de filijs, quàm de filiabus.* i. etiam filij, & filiæ omnes ducti fuerunt, quos tulerant Amalecitæ: & intelligitur de filijs, & filiabus virorum Dauid: ga Dauid non habebat adhuc filios, vel filias: de vxoribus autem nihil dicitur, sed subintelligendum est, quòd etiam vxores virorum Dauid, quas tulerunt Amalecitæ, reduxerit Dauid, cum dicatur, quòd nihil defuit de præda & sup. dicitur, ꝙ Amalecitæ nullum occiderunt, sed omnes duxerunt captiuos: nõ curauit tamen scriptura exprimere vxores: quia planum est: quia etiam de illis intelligeretur: simile habetur sup. in littera. s. Amara erat aĩa vniuscuiusq; viri super filijs, & filiabus suis, & de vxoribus nihil dicitur: tamen manifestum est, ꝙ etiam pro vxoribus lugebant. *Et de spolijs.* i. etiam nihil defuit de spo-

Occisio magna latruncu. lorũ Amalecitarũ.

lijs, quæ acceperant de vrbe Siceleg: quia omnia secum habebant Amalecitæ, & nondum deposuerãt ea in aliquo loco: vnde cum Dauid expugnauerit Amalecitas, nihil potuit pdere de spolijs: vnde nec aliquid perdidit, nisi ea, quæ incendio perierunt in vrbe Siceleg, quam succenderant Amalecitæ: multa enim ibi manerent supellectilia, quæ ferre non possent Amalecitæ, & illa cremarentur. *Et qnæcunq; rapuerant omnia reduxit Dauid,* ideſt non solum quæ rapuerant de vrbe Siceleg, sed etiam quæ rapuerant de alijs locis, accepit Dauid, & secum tulit: ex quo nimis ditatus fuit, & misit munera multis ciuitatibus de terra Iudæ, vt patet inf. *Et tulit vniuersos greges, & armenta.* Amaleitę enim prædati fuerant multa pecora de terra illa, quæ diripuerant tam de gregibus, quàm in armẽtis, & omnia illa reduxit Dauid. Vocãtur greges congregationes minorum animalium, vt ouium, & caprarum, & porcorum: armenta autem dicuntur congregationes maiorum animalium, vt boum, æquorum, camelorum: intelliguntur etiam per hæc quæcunq; iumẽta & animalia, quæ prædati sunt Amalecitæ. *Et minauit ante faciem suam.* i. fecit præcedere illa animalia exercitum suum: minare enim ad pastores pertinet, qui animalia mouent quocunq; volunt: sic dicitur Exo. c. 3. Cunq; minasset Moyses gregem ad interiora deserti venit ad montem Dei: & Hebrardus dicit: Pastor oues baculo minat, lupus ore minat. *Dixerũtq;:* s. illi viri Dauid, qui minabant armẽta. *Hæc est præda Dauid.* Hoc dixerunt ad laudem victoriæ Dauid: sic enim fieri solebat in omnibus victoribus, quãdo dabatur eis triunphus. s. ꝙ præcederent aliqui canẽtes ante eos in laudem victoriæ, & inde dicit, triũphus, à tris quod est tres, & phonos, quod est sonus, quasi sonus trium, scilicet, quòd tres canebant, vel tripliciter canebatur ad laudem victoriæ.

An Dauid debuisset distribuere prædam dominis, à quibus ablata fuerat. *Quæstio XV.*

QVAERET aliquis, cùm tota ista præda, quã nunc acceperit Dauid de manu Amalecitarum, non esset de vrbe Siceleg, sed de multis alijs locis, an Dauid peccauerit, nõ reducendo prædam ad dominos suos, cum sciret ad se non pertinere totã. Aliquis respondebit, quòd Dauid non reduxit prædam ad dominos suos: quia nesciebat, qui essent Domini, cum illi latrones accepissent de multis locis. Sed hoc non stat: quia Dauid sciebat de quibus locis ablata fuisset præda: nam puer Aegyptius dixerat sibi illa loca. s. contra Cerethi, & Iudam, & terram Caleb, & Siceleg prædati fuerant, vt patet sup. ideo postquam Dauid accepisset partẽ prædę, quæ pertinebat ad vrbem Siceleg, debuisset mittere ad alia loca, in quibus Amalecitę prædati fuerant, vt homines illorum locorum venirent ad cognoscendum quid pertinebat ad eos: præsertim quia Dauid habebat secum puerum illum Aegyptium, cui iurauerat, ꝙ non occideret eum, nec traderet in manꝰ Domini sui, & ille iuerat cum Amalecitis, quando prędati sunt, & sciebat omnia loca, in quibus prędã egerant. Aliquis respondebit aliter. s. ꝙ Dauid restituerit prædam eis, à quibus ablata fuerat; quod patet: ga ista præda ablata fuerat de terra Iudæ, vt habetur supra, & Dauid misit de illa ciuitatibus Iudę, vt patet inf. Sed hoc non stat, sed potius viri Dauid diuiserunt inter se prædam: nam super hoc fuit cõtentio infra inter viros Dauid: quia quidam volebant, ꝙ ducenti viri, qui remanserant in torrẽte, nihil acciperent de præda, sed solum darẽtur eis vxo-

res,

res & filij: Dauid autem dixit, ꝙ æqua pars esset descendentis ad prælium, & remanentis ad sarcinas, & similiter diuiderent spolia: ergo videtur, ꝙ diuisa fuit præda. Cum autem dicitur, ꝙ Dauid misit istã prædam Dominis suis: dicendum, ꝙ nõ stat, nec valet quod habetur inf. l. ꝙ misit ad seniores Iuda: nã si misisset ad dominos suos, misisset ad omnia illa loca, de quibus prædati fuerãt Amalecitę: sed falsum est, quia Amalecitę prædati fuerunt de terra Philisthiim, & Iuda, vt patet sup. in litera. Dauid tamen solum misit partem præde ad viros Iuda. Item non misit istam partem prędę tanquam eis debitam, sed misit in munera: nam dicitur inf. Misit dona de prę da senioribus Iuda proximis suis. Item patet, quia nõ misit prædam istam ad loca, de quibus fuerat accepta, sed solum ad loca, in quibus Dauid moratus fuerat cum viris suis, & habebat ibi aliquos amicos, quos volebat lętificare per munera, vt patet infra in litera. Dicendum igitur, quòd Dauid cognoscebat de quibus locis ablata fuerat ista præda, tamen noluit eam restituere Dominis suis, sed diuisit inter viros suos, & hoc quia putauit se non esse obligatum ad reddendum eam prioribus Dominis. Aliquis dicet, quòd tenebatur: quia si aliquid ego reperio apud furem, vel accipio ab eo violenter, cogor reducere ad illum, cui res ablata est, alioquin ego dicar, fur. Respondendum, quòd non est sic de rebus ablatis per furtum à conciuibus, & de rebus ablatis ab hostibus: nam cum alicui res furtiuè, vel palam diripitur à latronibus, qui non sunt hostes, non desinit ille esse Dominus rei, quanquam desinat possidere; ideo ad quencunque res illa peruenerit, nunquam poterit esse verus Dominus illius, cum illa habeat alium Dominum, & non potest esse eadem res in solidum duorũ Dominorum: ideo sicut constito iudicialiter, quod aliqua res alicui furtiuè ablata est, iudex coget eam reduci ad illum, ita quicunque habuit penes se aliquam rem, quam sciat esse furtiuam, tenetur in foro conscientiæ reducere illam ad Dominum suum: in rebus autem ablatis ab hostibus secus est, quia aut illi, qui rapiunt, fouent iustum bellum, aut non: si fouent iustum bellum, omnia, quæ rapiũt, efficiuntur sua, & illi, quibus rapiuntur, desinunt esse Domini, & raptores possident res illas licitè, etiam in foro conscientiæ: & tunc si aliquis extorserit res istas pugnando, ab eo qui eas rapuit, non tenetur illas reducere ad Dominum priorem: eoꝙ illarum desinit esse Dominus, & qui rapuit esse ctus est verus Dominus: fortè hoc modo Amalecitæ se habebant contra Philisthinos, & contra Israel, scilicet, quòd fouebant iustum bellum contra illos: de Philisthinis non apparet, an contra illos iustè possent pugnare Amalecitæ: sed de Israelitis apparet hoc: quia Israelitæ inuaserunt terram Amalec, & penè deleuerãt totam progeniem Amalecitarum, & prædati sunt quicquid erat in terra illa, vt patet supra cap. 15. ideo quousque Israelitæ satisfacerent Amalecitis de iniuria illa, & damno, semper fouebant Amalecitæ iustum bellum contra Israel. Sed aliquis dicet, quod non stat, quia Israelitę pugnauerunt contra Amalecitas iussu Dei, & ex hoc erat iustum bellum, sed in bello iusto pugnans non infert iniuriam ei, contra quem pugnat, eoquòd vtitur iure suo: nemini tamen iniuriam facit, qui iure suo vtitur, & consequenter ille, qui patitur iustum bellum ab alio, non potest iterum mouere bellum contra eum, qui bellum intulit: quia iustè passus est: & sic esset de Amalecitis, cum iustum paterentur bellum ab Israelitis. Respondendum est, quòd Israelitæ iustum fecerunt bellum contra Amalecitas quantum ad seipsos, non tamen erat iustum quantum ad Amalecitas. Primum patet, quia Israelitæ non peccabant faciendo illud bellum, immo merebantur, cum exequerentur mandatum Dei, & tenebantur illud agere, quia Deus iubebat. Secundum patet, scilicet, quòd non esset bellum iustum quantum ad ipsos Amalecitas: quia ipsi non videbantur iustè pati, quia nunquam aliquid malum egerant contra Israelitas, nec secundum legem humanam erat iustum, quòd Israelitę pugnarent contra Amalecitas, sed solum secundum voluntatem Dei: nam isti Amalecitæ, qui nunc erant, nunquam peccauerant contra Israel, & iam ab illa pugna vsque ad tempus, quo pugnauit contra eos Saul, fluxerant ad minus quadringenti viginti anni. Quod patet: quia pugna ista fuit in Raphidim primo anno ab exitu de Aegypto, de qua Exod. cap. 17. nam nondum fluxerant duo menses ab exitu de Aegypto vsque ad bellum illud: quod patet, quia prius fuit illud bellum, quàm venirent Israelitæ in desertum Synai: quod apparet ex ordine literæ: nam de bello agitur Exo. cap. 17. & de aduentu in montem Sinai Exo. c. 19. & tamen in montem illum venerunt prima die mensis tertij illius anni, in quo exiuerunt, vt patet Exo. capit. 19. ergo nondum fluxerant duo menses, quando pugnauerunt Amalecitæ contra Israelitas in Raphidim ab exitu de Aegypto. Fuit autem bellum, quod fecerunt Israelitæ contra Amalec tempore Saulis, supra capit. 15. Saul autem regnauit viginti annis in Israel, vt declaratum est supra cap. 13. subtrahantur ergo isti viginti anni ad plus, & quadraginti anni, quibus regnauit Dauid post Saulem, infra 3. lib. capi. 2. & quatuor anni, quibus regnauerat Salomon, quando cępit ædificare templum de quadrigentis octaginta annis, qui fluxerant ab exitu de Aegypto vsque ad principium ædificationis templi, vt patet infra 3. lib. cap. 6. & manebunt quasi quadringẽtis viginti annis ab exitu de Aegypto, in quo pugnauerunt Amalecitę contra Israel, vsq; ad tempus, quo pugnauit Saul contra Amalecitas, in vindictam illius primæ pugnę. Cùm ergo in his. quadringentis viginti annis Amalecitæ nunquam nocuissent Israelitis, & trãsissent multæ generationes post illos, qui intulerant bellum in Raphidim: non potebant Israelitæ secundum legem humanam, vel secundum conscientiam mouere bellũ contra Amalecitas, contra quos pugnauit Saul, secundum legem, & rationem humanam, licèt Israelitæ faciendo illud propter mandatum Dei, non peccabant: manebat igitur Amalecitis contra Israelitas causa iusti belli, cum fuissent ab eis iustè lacessiti, & sic poterant nunc agere prædas de terra Iudæ, & de toto Israel, & consequenter efficerentur veri Domini rerum raptarum: vnde Dauid accipiẽs ab eis res, quas rapuerant, non tenebatur reducere illas ad Dominos suos priores, quia iam ibi desierãt esse Domini. In bellis autem iniustis dicendum est, quòd illi, qui rapiunt, non efficiuntur veri Domini: quia non habent ius ad rapiendum, ideo semper competit repetitio: si tamen aliquis postea per bellum extorqueat ab illis res, quas rapuerunt, non tenetur eas reducere ad priores Dominos. & istud verum est, si iste, qui rapit à raptore, iustum bellum fouet contra illum, & efficitur iste verus Dominus, licèt primus raptor non esset Dominus: sic patet in responsione Iephte ad regem Ammon: nam cum ille peteret loca quædam, quæ possidebant Israelitæ, & pertinuerãt quõdam ad Ammonitas, & Moabitas, dixit Iephtæ, ꝙ Israelitæ iustè possidebant, eoquòd non acceperant illa ab Ammonitis, & Moabitis, sed ab Amorræis, de

de hoc Iudi. capit. 11. Amorrhæi autem acceperant ea ab Ammonitis, & Moabitis, Num capit. 21. & sic patet, ꝙ ex hoc, ꝙ Israelitæ acceperunt à raptore, non tenebantur ad restitutionem faciendam Ammonitis, & putarent se teneri, si rapuissent ab eis: nec distinxit in hoc Iephte, an Amorrhæi fouissent iustum bellum contra Ammonitas, vel non: sed solũ ex eo, quòd acceperunt illa loca ab Amorrhæis, & non ab Ammonitis, putauerunt se non teneri ad restitutionem. Item patet simile de Abraham, quando iuit ad eruendum prædam, quam tulerant quatuor reges pugnantes contra terram Sodomorum. Nam tũc Abraham excussit totam prędam de manu quatuor regum, & sic rapiebat à raptore, & rex Sodomæ de cuius terra capta fuerat præda, petiuit in gratiam ab Abraham, vt daret ei solum animas, & cætera tolleret sibi; Abraham autem remisit sibi omnia, præter partes illas, quæ prouenerunt tribus ducibus, qui fuerunt cum eo ad bellum, vt patet Gen. 14. l. Non accipiam ex omnibus quæ tua sunt, ne dicas, ego ditaui Abraham, exceptis his, quæ comederunt iuuenes, & partibus virorum, qui venerunt mecum, Aner, & Esthol & Mambre; isti accipiẽt partes suas & sic Abraham noluit reducere totam prædam ad priores Dominos, quàm ipse tulit à raptoribus, sed diuisit eam inter viros, & dedit eis partes suas; partem autẽ quæ sibi proueniebat, donauit regi Sodomorum: si tamen non posset iustè possidere raptor ea, quæ rapit a raptore, quanquam primus raptor iniustum bellum fouerit, poterit iustè possidere res captas, & non tenebitur eas reducere ad priorem Dominum. Sed aliquis dicet, ꝙ hoc non potest stare: quia sicut primus raptor iniustè accepit, & iniustè detentat: ita secundus succedit in vitium, cùm accipiat rem ab illo, qui non potest eam iustè possidere: ergo iste secundus nunquam poterit effici iustus Dominus, sed tenebitur reducere rẽ ad priorem Dominum. Respondendum est, quòd non valet ista ratio: est enim hoc verum in eis, q̃ sucedũt iuri alieno, sicut in emptore, & hærede, & donatario, & similibus: quia isti succedunt iuri alieno, scilicet, quia non potest emptor plus iuris habere in re, quam venditor in eum transtulit. Idem in hærede legatario, & donatario: ideo si emptor scit, quòd vẽditor non erat verus Dominus rei, vel donator, vel ille, cui successit in hæreditate, vel legato: nõ potest iustè possidere id, quod accipit, sed tenetur reddere vero Domino, eo quòd iste succedit in vitiũ, & non potest effici verus Dominus; nisi forte præscriptio, vel vsucaptio eum iuuerit, cum omnes isti præsumantur habere bonam fidem: quia succedũt in rebus aliorum, & non fuerunt isti primi qui incepерunt iniustè possidere rem illam, quam habent: in raptore autem. l. qui bellando accipit rem raptã ab alio raptore secus est: quia iste nõ succedit iuri alieno, cùm iste nõ succedat in iure primi raptoris, sed constituit sibi nonum ius, cum pugnando iuste contra primum raptorem, possit accipere res illius: & sic quanquam illæ fuerint alicuius alterius, & primꝰ raptor iniustè eas teneret, secũdus iustè eas tenebit: secus autem si aliquis emerit à raptore in bello iniusto, vel donatum acceperit, vel per successionẽ vniuersalem, aut legatũ: quia sicut raptor in bello iniusto tenebatur ad restitutionem ablatarum rerum; ita emptor, donatarius, hæres & legatarius, & similes. Et si fortè isti scienter succedant in talibus rebus emendo, vel alias, morraliter peccant succedendo, & insuper tenentur ad restitutionem: si autem successerint ignoranter. l. nesciendo res peruenisse ex iniusto bello, non peccant succedendo, sed tenẽtur ad restitutionem quãdocunq; constiterit. Si aliquis emerit à secundo raptore, qui bellicè accepit à primo raptore res raptas, vel acceperit in donum, aut in hæreditatem, aut in legatum, iustè possidebit: qa secundus raptor transfert in istum totum ius suũ, sed ipse effectus erat verus Dominus; ideo iste succedit in vero dominio. Attendendum tamen valde, quia ad hoc, ꝙ ista procedant, requiritur ꝙ secũdus raptor fouerit iustum bellum cõtra primum raptorem, siue primus raptor fouerit bellum iustum, siue iniustum contra priorem Dominum: nam si secundus raptor iniustũ bellum fouet, ex hoc ipso nõ potest constitui verus Dominus, sed tenetur ad restitutionem: differenter tamen, quia si primus raptor fouet iustum bellum contra priorem Dominum, tenetur raptor restituere primo raptori, & nõ primo Domino. Si autem primus raptor fouit iniustũ bellum, tenetur secundus raptor restituere primo Domino, & non primo raptori: qui ergo emit à secundo raptore, vel est donatarius eius. aut hæres, vel legatarius, succedit in vitiũ ei: cùm ipse non foueat iustum bellum contra primum raptorem, ideo tenebitur ad restitutionem omniũ, quæ peruenerunt ad ipsum à secundo raptore. In calibus autem & auctoritatibus allegatis, in quibus secundus raptor iustè possidebat, intelligebatur, ꝙ ille fouisset iustum bellum contra primum raptorem: sic patet in allegatione Iepte Galarditis contra regem Ammon Iudi. cap. 11. quia ibi Israel fuit secundus raptor, & fouit iustum bellum contra Amorrhęos, cum Amorrhæi sine vlla causa pugnauissent contra Israel. e. ca. sic etiam in allegatione Abrahæ, Gen. cap. 14. fouit Abraham iustum bellum contra quatuor regesĩ defensionem, & liberationem cognati sui Loth habitantis in Sodomis: ideo isti potuerunt iustè possidere res ablatas à primis raptoribus: sic autem fuit hic de Dauid: nam ipse accepit ab Amalecitis prædam, quàm ferebant, & habuit iustam causam hoc faciẽdi. l. pro defensione sua, & suorum, cùm vxores suę, & virorum suorum captiuæ ducerentur ab Amalecitis: potuit ergo accipere ab eis totam prædam, & possidere illam iustè, nec cogebatur eam reducere ad priores dominos. & illi quoq; quibus Dauid donauit partem prędæ potuerunt iustè possidere illã, quia iusto succedebant titulo: cùm Dauid, q̃ erat verus Dñs, posset transferre in eos verum dominium.

An Amalecitę iustum bellum habebant contra viros de tribu Iuda, & totum Israel, & vrbem Siceleg.
Quæstio XVI.

QVAERETVR vlterius, cùm Dauid semper foueret iustum bellum contra istos latrunculos Amalacitas, siue ipsi fouerent iustum bellũ contra Israel, siue non: an habuerint iustum bellum cõtra viros de tribu Iuda, in quorum terra pugnauerunt, & contra Siceleg, quam succenderunt. Respõdendum est, quòd Amalecitæ iustum bellum habebant contra viros de tribu Iuda, & contra totum Israel, eo quòd Israelitæ fecerant pugnam iniustè contra Amalecitas, vt sup declaratum est, præcedẽti quæstione: habebant quoq; iustum bellum contra Dauid specialiter, & contra vrbem Siceleg: quia Dauid sæpe inuaserat terram eorum, sine causa agẽdo prædas, & cędes, vt patet sup. cap. 27. & ipse morabatur in Siceleg: ergo dato, quòd alij præter Dauid morarentur in Siceleg, Amalecitæ habebant iustam causam pugnandi contra illos, & succendendi vrbem Siceleg, quia ibi receptabatur Dauid, q̃ erat hostis eorum. De latrunculis tamen istis secus videtur:

tur: nam licèt aliqua terra habeat iustã causam belli contra aliam, propter aliquas iniurias, vel damna suscepta, non potest tamen quilibet de terra illa, auctoritate sua, bellum indicere alteri terræ, sed auctoritate publica debet hoc fieri: etiam non indicto bello inter vtranque terram, nullus de vna illarum potest prædas, vel cædes agere in aliam. In hoc autem errabant isti latrunculi: primò, quia non faciebant ipsi hoc auctoritate publica Amalecitarum, sed propria auctoritate irruerant in terram Israel, ad agendum prædas pro seipsis: ideo iniustum bellum fouebant. Item quia dato, ꝙ auctoritate omnium Amalecitarum hoc fecissent, debebant prius indicere bellum Israelitis, non tamen indixerunt, sed furtim irruerunt in terram corũ, in quo grauabant eos, agendo contra ius gentium, propter quod efficiebatur iniustum, quãquam aliàs habuissent iustam causam pugnandi: ideo Dauid nunc rapiens bona, quæ illi portabant, iustum bellum fouit contra ipsos, cũ ipsi iniustum bellum fouissent contra Israel. Sed adhuc aliquis dicet, ꝙ Dauid non potuit hic fouere iustum bellum contra Amalecitas: quia licèt illi iniustè pugnassent contra Israel, tamen iustè pugnabant contra Siceleg, quia licèt ad hoc, ꝙ pugnassent iustè contra Israelitas, debuissent indicere eis bellum, & agere auctoritate publica, tamen respectu Dauid, non requirebatur, ꝙ indiceretur ei bellum, quia iustũ erat, ꝙ patereturſicut egerat: sed ipse quandocunque pugnauit contra Amalecitas, & fecit prædas, nũquam indixit bellum Amalecitis, sed semper silẽter, & ex insidijs occidebat, & prædabatur: ideo Amalecitæ poterant similiter facere contra vrbem suam Siceleg: & in hoc iustum bellum fouebant, & consequẽter Dauid non poterat pro hoc mouere bellum cõtra illos iustè, quia illi vsi fuerant iure suo, & Dauid nondũ satisfecerat eis de malis inflictis terræ Amalecitarum. Respondendum est, quòd quanquam Amalecitæ nunc egissent bellum contra Siceleg, propter Dauid, non poterat Dauid ad vindictam iniurię mouere eis aliud bellum, quia illi iustè egerãt: poterat tamen ad defensionem rerum suarum pugnare contra quoscunq; Amalecitas, quia in defendendo se, & res suas, nullus gerit iniustum bellum, sed in mouendo guerram contra alium: nam cuicunq; iusta est defensio rerum suarum: Dauid autem sic faciebat hic, quia Amalecitæ tulerant vxores suas, & virorum suorum, & omnia, quę ipse habebat: ideo ad defensionem rerum illarum poterat mouere bellum contra Amalecitas, scilicet, accipiendo ab eis res illas, antequam peruenirent in terram suam: potissimè, quia præter hæc omnia, Dauid habebat iustam causam pugnandi contra quoscunque Amalecitas propter præceptum Domini, quod datum fuerat, Deuteronom. cap. 25. de quo declaratum est supra cap. 27. ideo quanquam Amalecitæ haberent iustam causam pugnandi contra ipsum, lege humana: habebat Dauid iustam causam mouendi quotcunque bella voluisset contra eos, lege diuina, & cõsequenter iustè possidebat omnia, quæ prędando ab eis abstulerat. *Venit autem Dauid ad ducentos viros, qui lassi substiterant.* Hic oritur discensio inter viros Dauid super diuisione prædæ, scilicet, an esset danda pars illis, qui non venerant ad pugnam, sed manserant in torrente: & dicitur qui lassi substiterãt, quia manserant præ lassitudine apud torrentem: isti non recesserunt inde, cum Dauid iuit ad persequendum latrunculos, ideo quando reuersus est, reperit eos ibi: non enim recesserant inde, quia Dauid iusserat, quòd ibi manerent vsque ad reditum suum, vt patet infra: etiam quia isti manserant ad custodiendas sarcinas aliorum virorum: & non poterant eas ferre inde soli, dato, quòd vellent redire in vrbem Siceleg. Item manserunt ibi non audentes vltra transire, nec redire citra, vt quando Dauid rediret, sciret vbi eos inuenturus esset. *Nec sequi poterant Dauid*, ideſt, isti, ideo manserant in torrente, quia non potuerũt ita velociter moueri, sicut Dauid, & alij viri, ꝙ ibant cum eo. *Et residere eos iusserat in torrentem Besor*, ideſt, Dauid iusserat illis viris, quòd manerent in torrentem, non euntes vltra, nec citra, vt quando ipse rediret de prælio contra latrunculos, sciret vbi eos reperturus esset. *Qui egressi sunt obuiam Dauid*, scilicet, isti quando viderunt Dauid venientem contra se citra torrentem, ad honorandum eum surrexerunt, & iuerunt illi obuiam. *Et populo, qui erat cum eo.* Hic vocatur populus quadringenti viri, qui erant cum Dauid, & quos solum tulerat in bellum contra latrunculos. *Accedens autem Dauid ad populum*, scilicet, ad ducentos viros, qui exibant ei obuiam. *Saluauit eos pacificè.* Ideſt protulit eis verba salutis, & pacis, sicut solent homines proferre ad eos, quos diligunt.

Respondensque vnus vir pessimus. Hic ponitur quartum huius cap. scilicet, prædæ diuisio quantum ad eos, qui iuerunt ad bellum de viris Dauid: Secundò, quantum ad amicos Dauid. Secunda ibi. *Venit ergo Dauid.* Circa primum dicitur. *Respondensque omnis vir pessimus*, scilicet, quia viderunt illi, qui erant cum Dauid, quòd loquebatur Dauid benignè ad viros, qui remanserant lassi apud torrentem, putauerunt, quòd vellet diuidere prædam cum illis: de hoc autem dolebant illi, qui iuerant cum Dauid, & exposuerant se periculis cum latrunculis: ideo quidam vir pessimus incepit præuenire verbis, dicens, quòd non deberet diuidi præda cum illis. In Hebræo habetur. *Respondens omnis vir pessimus.* Litera autem nostra noluit ponere, omnis vir: sed vnus: eoquòd putauit hoc dictum esse per improprietatem sermonis Hebraici, in quo aliquando ponitur vnus pro multis, & multi pro vno, vt patebit immediatè: & quia videbatur rationabilius, quòd hoc vnus vir dixisset, quàm multi, litera nostra dixit vnus vir: erat autem ille pessimus, & iniquus, ideſt, valde malus, quia ille magis inuidus erat, quàm ceteri, cum ipse solus doleret de hac benignitate, quã volebat exercere Dauid cum illis, qui manserant in torrente. *De viris, qui erant cum Dauid*, ideſt, de illis quadringentis, qui iuerant cum eo contra latrunculos; alij autem ducenti, quibus nunc loquebatur Dauid, non videbantur esse cum eo, eoquòd exiuerãt illi nunc obuiam. *Dixit, quia venerunt nobiscum.* In Hebræo habetur. *Quia non venerunt mecum.* Ex hoc apparet improprietas magna in sermone Hebraico: & hoc in duobus. Primò, quia in litera Hebraica, dicitur supra: respondens omnis vir pessimus: sed certum est, quòd omnes viri pessimi simul non dicerent mecum, sed nobiscum. Secundo est improprietas, quia dato, quòd esset ille vnus vir, non diceret, quia non venerunt mecum, sed nobiscum, alioquin faceret se ducem exercitus, quem omnes deberent comitari: debet ergo dici: nobiscũ, & non mecũ: & propter istas frequentissimas improprietates, litera nostra sæpe aliter dicit, quàm habetur in Hebræo quantum ad literam, & non quantum ad sententiam, quia optimum genus interpretandi est, transferre sensum ex sensu, & non verbum ex verbo, vt ait Hier. in libro de optimo genere interpretandi. *Non dabimus eis quicquam de præda, quam eruimus*, ideſt, quam extorsimus de manu latrunculorum: in hoc negabat iste partem duplicis prædæ manentibus in torrente, scilicet, quia non volebat dare illis partem de præda, quam latrunculi acceperãt de terra Iuda, & Philisthinorum. Secundò, quia nolebat dare partem de præda, quam acceperant de Siceleg: sed hoc erit nimis durum, quia licet non acciperent viri isti partem de præda, quam tulerant latrunculi de Iuda, & terra Philisthiim, tamen saltem habere debebant partem prædæ, quæ capta fuerat de vrbe Siceleg, quia ibi de bonis cuiuslibet istorum virorum aliquid captum fuerat. Quod autem sic intelligeret ille vir pessimus, patet, quia dixit: sed sufficit vnicuique vxor sua, & filij, quos cum acceperint, recedãt, ideſt, nihil accipiant de præda, nisi vxores suas, & filios: Dauid autem hoc noluit, sed diuisit prædam æqualiter. *Sed sufficiat vnicuique vxor sua, & filij*, ideſt, sufficiens debet esse vnicuique istorum virorum, quòd accipiat vxorem suam, & filios, quasi dicat, ꝙ nihil pugnauerint, & quòd accipiant vxores suas, & filios ablatos ab hostibus labore nostro satis eis esse debet. *Quos cum acceperint, recedant*, ideſt, cum dederimus eis filios, & vxores, nihil vltra petant recedentes ab omni iure prædæ. *Dixit autem Dauid: Non facietis sic fratres mei*, scilicet, non est bonum, quòd facia tis sicut dicitis: Dauid dissuadet hoc propter duo, scilicet, quia ei iniustum videbatur, & vt auferret scandalum. De primo patet, quia isti viri exposuerant se ad veniendum in pugnam contra latrunculos, & solum cessauerunt in medio itineris, quia fuerunt impotentes ad gradiendum: non ergo erat iustum priuari illos portione debita: quia egerant quantum in se fuit. De secundo patet, quia si Dauid non dedisset illis viris partem prædæ indignati fuissent, & mouissent litigium contra reliquos, vel recessissent ad Dauid, volebat autem Dauid benignè tractare omnes ad se confugientes, ideo noluit eos priuari portione sua: nec tamen locutus est dure contra virum iniquum, qui ista mouit, sed suadendo magis, quàm iubendo dixit. Non facietis sic fratres mei. *De his, quæ tradidit nobis Dominus*, quasi dicat, si nos viribus nostris, & iure nostro, ista accepissemus, poteramus nobis illa vendicare: Deus tamen ex benignitate sua nobis illa dedit, ergo etiam nos benignè nos habere debemus ad fratres, dando illis partem: dixit autem Dauid, quòd Deus ista tradiderat eis: quod duplicitèr fuit: Primò faciendo eos certos, quòd latrunculos comprehenderent, & excuterent prædam ab eis, vt patet supra: nam aliter desperabant viri Dauid se posse habere prædam, quia nesciebant quis prædatus fuisset vrbem, nec vbi essent latrunculi. Secundò dedit eis prædam: quia cum latrunculi essent multoplures, quàm ipsi, Deus dedit eis victoriam contra illos, vt percuterent ipsos, & excuterẽt prædam ab eis. *Et custodiuit nos*, scilicet, ne latrunculi prævalerent contra nos: nam ipsi multoplures erãt nobis, & prævaluissent contra nos, nisi Deus voluisset nos eripere ab eis. *Et dedit latrunculos, qui eruperant aduersus nos, in manus nostras*, ideſt, non solum eripuit nos Deus, ne prævalerent contra nos latrunculi, sed etiam tradidit illos in potestate nostra, quia omnes occidimus, præter quadringentos, qui fugerunt: & dicitur: qui eruperant aduersum nos, ideſt, aduersum res nostras, quia venerant ad prædandum vrbem Siceleg. *Nec audiet vos quisquam super sermone hoc*, ideſt, nullus audiat vos disputantes de hac re, quasi dicat: turpe est hoc, quod petitis: ideo nullus audiat vos loquentes de hac re, ne putet vos esse inuidos, & irrationabiles. *Aequa enim pars erit descendentis ad præliũ, & remanentis ad sarcinas.* Ista est sententia Dauid, scilicet: ego iudico, quòd æquales partes de præda accipiant illi, qui iuerunt ad bellum, & realiter pugnauerint, sicut illi, qui manserint ad custodiendas sarcinas bellatorum: nam vterque ad bellum vadit, & vtrunque opus necessarium est: vocantur autem sarcinæ illa, quæ ferunt secum bellatores ad necessitatem viæ, & illa manent vbi figuntur castra. Ad custodiam autem harum sarcinarum necessarij sunt aliqui viri, ne hostes ex insidijs latentes castra diripiant. *Et similiter diuident spolia*, ideſt, æqualiter, & accipitur hic similitudo pro quantitate.

Quare Dauid voluit prædam æqualiter diuidi inter euntes ad bellum, & manentes ad sarcinas, cum tamen non sic factum sit per Moysen mandato Dei.

Quæstio XVII.

QVAERET aliquis, quare hic dixit Dauid, ꝙ manentes ad sarcinas, & euntes ad bellum æqualiter diuiderent, cùm Num. cap. 31. aliter egerit Moyses ex mandato Dei, scilicet, quòd medietas prædę daretur omnibus manẽtibus in castris, & alia medietas euntibus ad bellum: euntes tamen ad bellum erant solum duodecim millia, vt patet eod. capitu. manentes autem in castris erant quasi sexcenta millia, vt patet ex numeratione eorum, quæ tũc facta est, Num. capitu. 26. ergo plus accipiebat vnus de euntibus ad bellum, quàm quinquaginta de manentibus in castris. Respondendum est, quòd non est simile: nam Num. 31. capit. fuit facta diuisio prædæ inter manentes in castris, & eũtes ad bellum magis ad tollendum scandalum, quàm ex rigore iuris. nam si euntes in bellum accepissent totam prædã, & nihil dedissent manentibus in castris, illi cum essent multoplures facerent seditionem, & violẽter extorquerent totam prædam euntibus ad bellum: ne ergo oriretur ista seditio, Deus iussit quòd darctur eis medietas prædę, quanquam in hoc plus percipiebat vnus de euntibus ad bellum, quàm quinquaginta de non euntibus: de rigore autem nihil illi percepturi erant: quia non iuerant ad bellum, nec manserunt ad sarcinas, sed steterunt in castris: isti autem, qui hic manserunt ad torrentem, de rigore habere debebant tantum, sicut quilibet de pugnantibus, eoquòd ipsi ad pugnam ibant cum cæteris, & postea ex mandato Dauid, manserunt ad custodiam sarcinarum, ad quas, custodiendas oportebat aliquos manere: sicut pugnare est actus bellicus, ita manere ad sarcinas officium bellatorum est, & consequenter debet dare manentibus pars æqua prædæ cum pugnantibus. Sed aliquis dicet, quòd istis ducentis viris non debuit dari pars æqua cum pugnatoribus, quia non manserunt propter sarcinas seruandas, sed quia lassi erant.

Respondendum est, quòd isti manserunt ad seruandas sarcinas, quia cum Dauid, & viri sui ferrent sarcinas, quas habendo pugnare non possent, sed oportebat, quod deponerent eas: & ad hoc, quòd non raperentur ab hostibus, custodiri debebant ab aliquibus viris, scilicet, ab istis, vel ab alijs: & accidit, quòd isti lassi essent, voluit potius deponere Dauid sarcinas apud istos viros, quàm apud alios, & consequenter debuerunt habere partem æqualem cum pugnantibus: nec in hoc fuit differentia, nisi quia si isti viri non fuissent lassi, non fuissent depositæ circa torrentem Besor, quia ibi contigit illos viros esse lassos: quanquam ergo præ lassitudine manserint, quia tamen manserunt ad exercendum officium bellicum, & aliàs mansuri essent, debuit eis dari pars æqua cum euntibus ad bellum. *Et factum est hoc ex illa die, & deinceps*, ideſt, hoc, quod nunc dixit Dauid habitum fuit in legem inter Israelitas ex die illa, & deinceps: quia postea semper iudicauerunt in di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

in diuisione prædæ secundum istam legem. In Hebræo dicitur. *Ex illa die, & in ante.* Idest, fuit lex ista, quę data fuit à Dauid ex die qua ipse dedit, & etiam fuit in ante, quàm dedisset Dauid, scilicet, quia fuit à tempore Abrahæ, qui vsus fuit illa in bello contra quatuor reges, Gen. 14. capi. & hoc voluit Hebræi, & Nicolaus.

Sed non stat, quia si ista lex fuisset data à tempore Abrahæ, vel saltem ex tunc, haberetur in consuetudinem, habita fuisset tanquam lex: quia consuetudo est lex scripta, vt patet in Decretis, distinct. 1. ca. consuetudo. præsertim quia ista erat consuetudo longi temporis, scilicet, ex tempore Abrahæ vsque ad Dauid, in quo transierant quasi octingenti anni. Consuetudo autem longi temporis, nisi sit contra legem, obligat sicut lex, vt patet in Decretis, distinct. 12. capit. diuturni mores: & si aliquid fiat contra istam consuetudinem inualidum est, & puniri debet à Iudice faciens distinct. 12. capit. consuetudo præcedens: si igitur fuisset ista consuetudo ex tempore Abrahę, non dubitassent nunc viri Dauid, an deberet dari pars æqualis manentibus ad sarcinas, sed dubitauerunt, ergo non erat consuetudo ista ex tempore Abrahæ.

Item, quia si ex illo tempore fuisset, non acciperet nunc firmitudinem, quia non poterat esse firmior, quàm, vt esset tam longæui temporis: sed dicitur hic, quòd factum est hoc ex die illa, quasi lex: ergo videtur, quòd prius non erat.

Item non stat quod allegant de Abraham, Gen. capitu. 14. Nam ibi solum dicitur, quòd Abraham remisit totam prædam regi Sodomorum ex gratia, quanquam deberetur sibi ex iure, præter partes trium virorum, scilicet, Abner, Mambre, & Eschol: nam isti acceperunt partes suas, sed isti non manserunt ad sarcinas, sicut isti viri Dauid, sed potius ex textu illo habetur contrarium, scilicet, quòd illi tres viri iuerunt cum Abraham ad bellum, quia dicitur: Non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt, exceptis his, quæ comederunt iuuenes, & partibus virorum, qui venerunt mecum, Abner, Mambre, & Eschol: ergo ex facto Abrahæ non poterat haberi aliqua consuetudo ad hoc, quòd manentibus ad sarcinas daretur pars æqualis cum euntibus ad bellum. Cum autem dicitur in Hebræo ex illa die, & in ante: dicendum, quòd accipitur, in ante, idest, in posterum, quia in sermone Hebraico multa impropria ponuntur. & ob hoc litera nostra dixit: ex die illa, & deinceps. *Constitutum, & præfinitum*, idest, hoc, quod fecit nunc Dauid de diuisione prædæ æqualiter inter manentes ad sarcinas & euntes ad bellum, fuit tanquam constitutio, & diffinitio inter Israelitas; & hoc propter duo. Primò, quia videbatur rationabilis introductio. Secundò propter auctoritatem Dauid, qui eam introducebat. *Et quasi lex in Israel*, idest, fuit quasi lex, non dicitur, quòd fuit lex, sed quasi, quia Israelitæ seruauerunt eam tanquam legem: Dauid tamen non posuit eam in legem, sed solum sententiauit sic inter viros suos, qui manserant ad sarcinas, & viros euntes ad bellum: sententia autem iudicis in causa priuatorum, si transit in rem iudicatam, constituit ius, quantum ad personas priuatas, sed non quantum ad alias.

Interdum tamen sententia in vna causa extenditur ad alias similes, & tunc sententia dicitur lex, quantum ad virtutem: & sic Aristot. posuit sententialia esse partem iuris positiui, vel legalis: dicens: Legale est, quod non haber vbique eandem sententiam, vt captiuos vita redimi, & sacrificare capram, & non duas oues; & sententialia sunt pars iuris legalis, vel positiui. Vocantur sententialia, idest, sententia iudicum: fiebat autem hoc potissimè apud antiquos, quia cum essent paucæ leges datæ de modo viuendi, id, quod in vna causa iudicabatur, transferebant ad alias: & sic sententię in causis priuatorum efficiebant ius publicum: & sic fuit hic, quia cum non esset lex posita de diuisione prædæ, habita fuit ista sententia inter partes, tanquam lex communis in toto Israel. *Vsque ad diem hanc*, idest, vsque ad tempus, quo scriptus fuit iste liber, siue per Isaiam, siue per Ieremiam: & patet ex hoc, quia non fuit scriptus per Dauid, quia non diceretur tunc, vsque ad diem hanc, in quo significatur magnum tempus intercidisse inter Dauid, & scripturam huius libri; nisi fortè dicatur, quòd Dauid scripsit istum librum, & non posuit istam particulam, & postea Esdras cum rescripsit totam legem combustam à Chaldæis, superaddidit particulam istam. *Venit ergo Dauid in Siceleg.* Hic ponitur diuisio prædæ facta inter viros non bellatores, scilicet, mittendo dona proximis suis, & dicitur, quòd venit in Siceleg, quia capta præda, redijt illuc, cum non haberet alium locum ad habitandum in tota terra Philisthinorum: & quanquam esset Siceleg exusta, tamen ibi mansit Dauid: quia fortè non erat tota exusta, sed solum aliquæ domus, cum Amalecitæ solum succendissent eam, & non expectassent, vt tota cremarentur: vnde quando venit nuncius de bello ad Dauid, nuncians mortuum esse Saulem, erat Dauid in Siceleg, sequen. lib. cap. 1.

Diuisio prædæ.

An Dauid, & sui obligarentur seruare præcepta omnia legis in Siceleg. *Quæstio XVIII.*

QVAERET aliquis, de mansione Dauid in Siceleg, scilicet, an Dauid, & viri sui obligarentur ad obseruandum omnia præcepta legis, quando erant in Siceleg, vel excusabantur à quibusdam, quia erant extra terram Israel. Aliquis dicet, quòd lex Mosaica non obligabat nisi solum in terra Israel, quia sicut est de iudicibus, q̃ nulli iudici extra territorium suum obeditur, nec ipse potest impune ius dicere extra territorium, ita leges obligabunt solum intra terminos prouinciarum, in quibus dantur: & hoc verum est, quia cum aliquis est in aliqua terra, obligatur viuere lege illius terræ, & cum iuerit ad aliam terram, in qua lex contraria est, debet viuere contrario modo: sic patet in Decretis distinct. 22 capit. illa autem vbi Ambrosius respondit Augustino, quòd cum esset Romæ ieiunaret in Sabbato, sicut fiebat Romæ, & cum esset Mediolani non ieiunaret in Sabbatho, & ad quancunque Ecclesiam iret, illius mores obseruaret: Dauid autem nunc non erat inter Israelitas, sed inter Philisthinos, ideo non teneretur lege Mosaica. Respondendum, quòd Dauid in terra Philisthinorum, & vbicunque esset in toto orbe, tenebatur lege Mosaica.

Quod autem obijcitur, quòd leges obligabant in territorijs suis: dicendum, quòd intelligitur de municipalibus, vel quasi municipalibus: secus autem de legibus generalibus, quæ obligant omnes homines vbicunque fuerint: ad municipales autem solum tenetur aliquis, dum fuerit in territorio, siue fuerit oriundus de municipio illo, siue non: lex autem Mosaica non erat municipalis, quia non fuit data in aliqua terra ad hoc, quòd solum in illa obligaret, quia tunc Israelitæ non fuissent obligati seruare legem Mosaicam in terra Chanaan, quia non fuit ibi data, sed in monte Sinai in solitudine Arabiæ,

Snia indicis in cã priuatorũ si trãsit in rem iudicatam, effi citur lex.

Dauid q̃uis esset i Siceleg, tñ obligabatur ad legem Mosaicã seruandam.

biæ, vt patet Exod. capitulo 19. obligabat tamen extra locum illum, in quo data fuit: immo magis è contrario, quia in loco illo, in quo data fuit non obligabat, nec obligauit in toto deserto, sed postea per quadraginta annos, vel plus, cepit obligare in terra Chanaan; ideo frequenter dicitur in legibus Moysi: cum ingressi fueritis terram Chanaan, facietis sic, vel sic, vt patet Leuit. capitulo 14. & Nume. 15. & Moyses declarauit, quòd in deserto nullus fuit obligatus seruare legem, sed quilibet faciebat, quod volebat, postea autem obligarentur in terra Chanaan, Deuteronom. capitulo 12. non ergo erat municipalis, & sic poterat obligare extra terram, in qua habitabant Iudæi.

Sed adhuc aliquis dicet, quod lex Mosaica erat municipalis: nam istam differentiam facimus inter legem nouam, & veterem, quia lex noua obligat omnem hominem cuiuscunque gentis, vel terræ fuerit. Nam Christus iussit Euangelium prædicari toti mundo, & obligauit omnes ad credendum, dicens, quòd si aliquis non crederet, condemnaretur Matth. 28 capit. & Marci 16. capitu. lex autem Mosaica solum obligabat Iudæos, quia illis solis data est, Exod. capitu. 19. vnde sæpe dicitur: Homo de filijs Israel, & cæt. vt patet Leuit. capitulo 17. & 20. in quo innuitur, quòd soli filij Israel obligabantur: & hoc, quia eis solis data est lex: sic dixit Dauid in laudem Iudæorum. Psalm. 148. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis, idest, nulli genti Deus voluit tantam gratiam facere, vt daret ei legem, & iudicia, sicut Israelitis dedit: ergo lex noua est generalis, & Mosaica municipalis.

Respondendum, quòd Mosaica non est municipalis, sed etiam specialis: non enim opponuntur generale, & municipale, sed generale, & speciale: lex nanque Euangelica est generalis per omnem modum, scilicet, respectu temporum, & locorum, & subditorum: nam omnem hominem, & in quocunque tempore postquam publicata est, & in omni loco obligat: lex autem Mosaica non erat generalis, quia non obligabat omnem hominem, sed solum Hebręos: nec in omni tempore, sed solum obligauit vsque ad Christum: habet autem solum de generalitate, quòd obliget in quocunque loco, scilicet, quia Hebræi vbicunque essent, ante Christi aduentum, obligabantur, licèt etiam hoc non sit generale, quia aliquæ leges Moysi obligabant in omni loco, & aliqua solum in terra Chanaan: non ergo vocabitur lex Mosaica municipalis, quia municipale dicitur à municipio, idest, loco, vel territorio, in quo obligat: lex autem Mosaica non obligabat in certo territorio, sed vbicunque essent Hebræi. Vocatur tamen specialis, respectu gentis, quia solam gentem Iudæorum obligabat. Sciendum tamen, quòd lex Mosaica non excedit totaliter legem municipalem, sed in aliquo excedit, & in aliquo excedit ab illa: nam lex municipalis obligat solum in municipio suo; ideo oriundi de illo municipio, cum fuerint extra illud, non obligantur ea: lex autem Mosaica obligabat Iudæos vbicunque essent, & in hoc excedit Mosaica municipalem. Rursus autem municipalis in municipio suo non solum obligat eos, qui oriundi sunt de municipio, sed etiam omnes extraneos cuiuscunque gentis, dum fuerint in municipio: & propter hoc, ratione contractus initi in aliquo loco, vel delicti commissi in eo, sortitur quis forum, & pertinet ad legem municipalem illius loci, quantum ad illum contractum, vel delictum: lex autem Mosaica non obligabat extraneos existętes in municipio: nam territorium, in quo posti-

ex Mosai a non est municipa s: licet sit pecialis, ũãgelica utem generalis.

ex Mosai a, & municipalis ño se ha nt ad in rem secundũ existens, & ffectum.

tissimè obseruanda erat lex Mosaica, erat terra Chanaan: & tamen Gentiles existętes ibi inter Iudæos, non tenebantur lege Mosaica, quia non peccabant, si non facerent secundum illam, & etiam Iudei non puniebant eos, licèt non obseruarent illam. Et hoc modo possumus respondere, si aliquis arguat dicęs: aut lex Mosaica erat generalis, aut municipalis: si generalis, ergo obligabat omnem hominem, si municipalis, ergo obligabat tam Iudæos, quàm Gentiles, quando essent in terra Chanaan. Dicendum, quòd prima pars est falsa, scilicet, quia nec erat generalis, nec municipalis, sed specialis; & sic non solum obligaretur Dauid obseruare illam, cum esset inter Iudæos, sed etiam, cum esset inter Philisthinos. Sed adhuc dicendum, quòd dato, quòd esset lex Mosaica municipalis, obligasset Dauid quando erat in Siceleg; quia si esset municipalis, non posset ei propriè dare municipium, nisi in territorio terræ Chanaan, cum sæpe dicatur in lege Moysi: Cum ingressi fueritis terram Chanaan, facietis sic, vel sic: Dauid tamen erat in terra Chanaan, quia vrbs Siceleg, & tota terra Philisthinorum erat pars terræ Chanaan, vt patet Iosue capitulo 13. & fuit Siceleg in sorte tribus Iudæ, Iosue capitulo 15. & postea in sorte Simeon, Iosue capitulo 19. ergo Dauid existens in Siceleg, erat in territorio, & tenebatur lege municipali, nec ex hoc dubitatur; sed solum erat dubium, an obligaretur ad omnes leges Mosaicas, vel excusaretur à quibusdam. Respondendum, quòd in legibus Moysi erant quædam, quæ concernebant certum locum, & istæ erant quasi municipales, & solum obseruari debebant in terra Chanaan in parte illa, in qua essent Israelitæ. Aliæ autem erant, quæ non concernebant locum, & istæ debebant obseruari vbicunque essent Hebræi. De primis patet, vt legibus sacrificiorum oblationum, primitiarum, & decimarum: nam istæ obseruabantur solum in terra Chanaan, in loco vbi erat sanctuarium, quia extra illud non poterant fieri sacrificia, nec oblationes, Deuteronom. capi. 12. obseruatio quoque phasę non poterat fieri nisi in loco sanctuarij: ideo illùc conueniebant omnes Iudæi, Deuteronom. capitu. 16. purificationes quoque multorum modorum, quæ fiebant in Iudæis, de quibus habetur Leui. cap. 11. 13. & 14. 22. & Num. capitulo 19. & in alijs locis, non debebant obseruari extra terram Chanaan, eoquòd istæ purificationes fiebant, ne homo accederet immundus ad sanctuarium, vt patet Leui. capitulo 15. sed extra terram Chanaan non erat sanctuarium: ideo non obligabātur Israelitæ ad istas purificationes. Aliæ autem erant leges non concernentes locum, sicut lex de circuncisione, & obseruatione Sabbati, & aliorum festorum, & similes: & ideo istæ obseruari debebant, vbicunque essent Iudæi. Sic autem dicendum de Dauid, quia non obligabatur ad aliquas cæremonias sacrificiorum, nec oblationum, dum erat in Siceleg, nec ad aliquas purificationes super mortuo, vel coitu, vel menstruata, vel leproso, aut viro fluente semine, & sic de omnibus alijs immundicijs, à quibus purificabantur Iudei in terra Chanaan: tenebatur tamen Dauid circuncidere paruulos suos in Siceleg, & obseruare omnia festa, tam Sabbatum, quàm alia, quantum ad vacationem à laboribus: tenebatur etiam obseruare azima tempore suo, & discernere cibos, scilicet, non comedere de illis animalibus, quę Deus vetuit, Leui. capitulo 12. & Deuteronom. 14. & sic generaliter de omnibus alijs præceptis, quæ non concernebant locum: hoc enim nũc obseruant Hebræi tenentes quædam præcepta legis, & alia non.

Dauid

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dauid non tenebatur obseruare phasę in Siceleg.
Quæstio XIX.

QVAERETVR vlterius, specialiter circa obseruationem phasę, an Dauid teneretur obseruare phasę, dum ipse erat ibi. Dicendum est, quòd ipse non poterat obseruare phasę manens in Siceleg, quia omnes Israelitæ debebant ire in locum sanctuarij, & ibi immolabant phasę, Deuteronom. cap. 16. Sed stat dubium, an Dauid, cum viris suis teneretur de Siceleg ascendere in locum sanctuarij tempore phasę, quia lex iubet, quòd ter in anno omnes masculi Hebræorū ascenderent in locum sanctuarij, in tribus festiuitatibus, & prima erat phasę, Exod. cap. 23. & 34. Item, quia iubetur Num. capit. 9. quòd illi, qui non possent facere phasę tempore suo, facerent postea die 14. mensis secundi: ergo saltem illo tempore tenebatur Dauid facere phasę.

Respondendum est, quòd non obligabatur Danid ascendere in locum sanctuarij in festiuitate phasę, dum manebat in Siceleg; nec obstat, quod habetur Exo. capi. 23. & 34. quia illud intelligitur de non impeditis rationabili impedimento: Dauid autem non solum habebat impedimentum rationabile, sed etiam necessarium, scilicet, quia si ascenderet in loco sanctuarij, Saul caperet eum, & occidisset ipsū, & viros suos; talis autem metus excusabat eum ab omni lege obseruanda. Nec etiam obstat, quod habetur, Num. capit. 9. quia illud intelligitur de impeditis propter immunditiam, vel longitudinem vię, scilicet, quia non poterant illo tempore celebrare phasę, cum non possent venire ad locum sanctuarij: Dauid autem non erat procul à loco sanctuarij, cum esset in Siceleg, quia ille locus erat in sorte Simeon, sed solum non veniebat propter timorem mortis: ideo sicut non obligabatur venire ad sanctuarium ad celebrandum phasę tempore suo, ita nec obligabatur in secundo mense: si tamen accidisset, ꝙ Dauid esset in Siceleg mense primo tēpore phasę, & deinde rediret in terram Israel ante annū quartum decimum, diē mensis secundi, post mortem Saulis, tenebatur in illo secundo mense celebrare phasę: nisi fortè accideret ipsum tunc fuisse immundum, quia tunc non debebat toto illo anno celebrare phasę: sic enim declaratum est Num. capi. 9. quòd propter impedimentum poterat differri phasę, de primo mense in secundum, de secundo nō poterat transferri in alia: ideo tunc impeditus non poterat toto anno celebrare phasę. *Et misit dona de præda.* Istud intelligendum est de parte illa, quæ ei peruenit: nam diuisa est præda inter omnes viros Dauid, & cuilibet assignata est sua portio: Dauid autem data est magna pars, eoquòd de iure militari ē, quòd principi detur maior pars, vt patet in Decretis distinct. 1. cap. Ius militare. vbi dicitur, quòd prędæ decisio, pro personarum laboribus, & qualitatibus iusta diuisio, & principis portio, sunt de iure militari, si tamen princeps non deberet habere portionem maiorem cęteris, non diceretur specialiter de portione principis: Dauid igitur habuit magnam partem, & de hac misit munera, quæ habentur in litera. Vel potest dici, quòd consensu omnium virorum Dauid data sunt dona de præda, antequam diuideretur, & postea residuum diuisum est, sed partes æquales, vt supra dicitur, scilicet, æqua pars erit descendentis ad prædam, & manentis ad sarcinas. *Senioribus Iuda proximis suis*, ideſt, data sunt ista dona, senioribus Iuda, qui erant proximi Dauid, ideſt, cognati. Vel vocantur proximi, quia benefecerant ei, vt colligitur infra in litera .s. quia Dauid, & viri sui manserant apud eos: & hoc modo accipit proximū Christus, Luc. c. 10. vbi dicitur de illo, qui in latrones incidit, quis fuerit proximus eius sacerdos, Leuita, vel Samaritanus: & concluditur, ꝙ Samaritanus: qa ille benefecit ei. *Dicens, accipite benedictionem.* Ideſt, accipite ista munera in benedictionē: accipit enim scriptura secundū modū loquendi Hebraicū, quodcunque munus pro benedictione, sic patet supra cap. 25. cum dixit quidam puer Abigail: Ecce misit Dauid nuncios de deserto, vt bn̄dicerent Domino nostro, i. vt peterent ab eo munus: nam petiuerāt ab eo aliquid ad cibū: & iterū e. c. dr̄: Qua, pp̄ suscipe bn̄dictionem hanc, quā attulit ancilla tua, ideſt, ista munera. *De præda hostiū Domini.* i. istā prædā accepimus de hostibus Dn̄i. s. de Amalecitis, ꝙ vocant̄ hic hostes Dn̄i.

An Deus hostem habet propriè. *Quæstio XX.*

QVAERET aliquis, quare Dauid vocauit Amalecitas hostes Dn̄i. Rn̄dendum, ꝙ Deus nō habet propriè hostes. quia ille, qui hostis alterius est, de siderat eū percutere, & conat quantū pōt, vt pereat: si ergo aliquis esset hostis Dei, cū volūtas Dei sit oīpotens, necesse esset, ꝙ ille periret: sed isti, qui vocant̄ hostes Dei, non peribant: ergo non erant hostes. Itē ad rōnem hostis requiritur odiū: Deus tamen neminem odit, vt patet Sap. ca. 11. s. Diligis. n. omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti: nec. n. odiens aliquid cōstituisti, aut fecisti. Quo aūt posset aliquid permanere, nisi tu voluisses? aut quod à te vocatum non esset, conseruaret? Sed dicendum est, ꝙ Amalecitæ vocātur hic hostes Dei, pp̄ tria. Primò, qa Deus promiserat, ꝙ qn̄cunq; Israelitæ obseruarent leges eius, promisit, ꝙ ipse esset hostis hostibus eorum, vt patet Exo. c. 24. s. Quod si audieris vocem eius, & feceris oīa, quę loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te: Dauid autem nunc seruabat mandata Domini, nec egerat vsq; nunc aliquid, qđ esset directè contra Deum: iō hostes eius vocabant̄ hostes Dei: sed Amalecitę erant nunc hostes Dauid: ergo vocari debebant hostes Dei: non quidem hostes, quasi Deus ad illos odium haberet, sed quia illis mala infligebat, velut si eos exosos haberet.

Secundò vocātur hostes Dei, quia Deus promiserat specialiter, quòd deleret gentem Amalecitarū, vt patet Exod. capitu. 17. scilicet dixit Dominus ad Moysen: scribe hoc in libro, & trade in auribus Iosue: delebo enim memoriam Amalec de sub cœlo: & iterum ibidem dicitur: Manus solius Domini, & bellum Dei erit contra Amalec à generatione in generationem. Et ob hoc Deus specialiter cōmendauit Hebræis, quòd delerent Amalecitas, Deuter. capitulo 25. & dixit ibi: Caue ne obliuiscaris: quod nunquam dixit contra aliam gentem, quasi specialiter haberet exosos Amalecitas, & essent hostes eius. Tertiò vocantur hostes Domini, quia Deus specialiter adiuuit Dauid cōtra illos, & hoc in duobus. Primò, denunciando ei certam victoriam de illis, vt patet supra. s. Dixit ei Dominus: persequere: absque dubio enim comprehendes eos, & excuties prædam. Secundò adiuuando eum actualiter ad prævalendū contra latrunculos, qui multo plures erant, quàm viri Dauid: sic dixit supra Dauid: Non facietis sic fratres mei de his, quæ tradidit nobis Dominus, & custodiuit nos, & dedit latrunculos, qui eruperant aduersum nos in manus nostras: Dauid quoque ad laudem Dei, vt innueret istā victoriam factam fuisse à Deo, dixit Amalecitas esse hostes Dei.

Cur

Cur Dauid de præda misit munera senioribus Iudæ.
Quæstio XXI.

QVAERET aliquis, quare Dauid misit ista munera de præda senioribus Iudæ. Respondendum, quòd hoc fecit propter tria Primò, quia erant cognati sui, & voluit eos lætificare impartiendo aliquid de præda sua: & hoc significat litera cum dicit: Misit dona senioribus Iuda proximis suis. Secundo fecit, vt acquireret sibi amicos, quia ipse erat in continua aduersitate, & indigebat amicorum fauore, tam ad subsidium in victu, quàm ad adiutorium in bello: voluit ergo muneribus multorum animos sibi conciliare, & hoc fecit in viris tribus Iudæ, quia cum illi essent cognati sui, credidit, quòd firmius seruarent fauorem suum, quàm alij. Tertio hoc egit, quia tenebatur istis viris ad multa, eoquòd tempore, quo erat profugus manebat apud eos, & sustentabatur de bonis illorum: ideo voluit nunc saltem in cognitionem beneficiorum receptorum mittere eis munuscula de præda, & ista fuit causa præcipua, & tangitur infra, scilicet. Et reliquis, qui erant in his locis, in quibus moratus fuerat Dauid, & viri eius, ideſt, illis misit munera apud quos manserat cum viris suis, quia illos solos expensis grauauerat.

An Dauid misit munera ad alios, quàm ad seniores de Tribu Iuda. *Quæstio XXII.*

QVAERETVR vlterius, an omnes illi, ad quos misit Dauid munera, essent de Tribu Iuda, vel essent aliqui alij de reliquis tribubus. Aliquis dicet, quòd solum erant de Tribu Iuda, cum litera dicat: Misit dona de præda senioribus Iuda. Item, quia dicit, proximis suis: manifestum tamen est, ꝙ soli de Tribu Iuda erant proximi, ideſt. cognati Dauid. Respondendum, ꝙ non solum misit Dauid munera ad senes de Tribu Iuda, sed etiam ad aliquos alios de tribubus alijs, quanquam plurimi istorum fuerunt de Tribu Iuda: quod patet, quia Dauid misit munera ad omnes ciuitates, quæ sunt in litera; tamen aliquæ harum non erant de Tribu Iuda, sicut Bethel: nam erat in Tribu Beniamin, vt patet Iosue cap. 18. Item satis verisimile est, quia sunt ibi aliæ ciuitates de alijs Tribubus, sicut Ramoth, quæ est in Tribu Gad, vt patet Deuteronom. ca. 4. & Iosue 20. & 21. etiam ponitur hic Aroer, & tamen illa est in terra duarum tribuum, & dimidiæ, & videtur pertinere ad Tribum Ruben: de hoc Iosue capi. 13. Item patet, quia infra dicitur, ꝙ misit Dauid munera illis viris, qui erant in locis, in quibus Dauid fuerat commoratus: verisimile tamen est, quòd cū Dauid erat profugus, mansisset in aliquibus locis sortis Beniamin, & in aliquibus locis sortis Gad, & Manasse, qa multi viri de istis tribubus conuenerunt ad Dauid, dum erat profugus à Saule, & primo venerunt viri de tribu Beniamin cum viris de tribu Iuda, quando Dauid erat in præsidio terræ Moab, vt patet 1 Paralipom. ca. 12. deinde venerunt nouem principes de Tribu Manasse cum reuerteretur Dauid de castris Philistinorum in Siceleg, & adiuuerunt eum contra latrunculos, & alio tempore venerūt vndecim principes de Tribu Gad, eod. cap. ideo verisimile est, ꝙ Dauid aliquando declinaret ad aliquas ciuitates illarum tribuum, saltem ad illas, de quibus erant viri sui, & ibi manens aliquo tempore, grauaret amicos expensis: ideo nunc mittebat eis munera, cum dicatur infra, ꝙ misit ad omnes illos, qui erant in locis, in quibus ipse fuerat commoratus. Ad primam

Alph. Tost. super 1. Regum.

rationem in contrarium dicendum, quòd non solum missa sunt dona senioribus Tribus Iudæ, sed et ad alias Tribus: nominauit tamen scriptura solam Tribum Iudæ, quia rari erant de alijs tribubus, ad quos misit munera. Ad secundam dicendum, quòd quanquam misit ad senes Iudæ, qui erant proximi sui, ideſt, cognati: tamen nō tollitur, quin etiam miserit ad alias tribus: dici etiam potest, quòd per proximos non solum intelliguntur cognati, sed etiam possent intelligi omnes Israelitæ: sic patet supra ca. 15. cum dixit Samuel ad Saulem: Scidit Dominus regnum Israel à te. & tradidit illud proximo tuo: ꝙ intelligitur de Dauid: & tamen ille non erat cognatus Saulis, cum non esset de eadem tribu: sic etiam patet supra cap. 28. s. Scindet regnum de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauid. Vel potest accipi proximus, pro illo qui benefacit, & sic vocātur proximi Dauid, qui benefaciebant ei: huic sensui consonat litera inferior, cum dicat, quòd Dauid misit munera viris, qui erant in illis locis, in quibus ipse habitauerat .s. quia isti viri prouiderant ei aliquando de expensis. *His, qui fuerant in Bethel*, ideſt, misit munera ad viros Bethel: est enim Bethel in sorte Beniamin, Iosue 16. cap. & est vna de ciuitatibus regalibus, quorum reges occiderunt Israelitæ, Iosue 12. cap. apud istam ciuitatem habitauit Abraham, & construxit ibi Altare, quando venit de Mesopotamia, vt patet Gen. 12. capit. *Et qui in Ramoth ad meridiem*, ideſt, etiam misit munera viris, qui habitabant in vrbe Ramoth ad partem meridianam: dicitur autem ad meridiē, qa ista ciuitas erat multū meridiana in terra Israel: est autem Ramoth in terra duorum regum Amorrhæorum in partem duarum tribuum, & dimidiæ in sorte Gad, vt patet Iosue capi. 20. & 21. & ista vocatur Ramoth Galaad, quia est apud montem Galaad: pro ista .n. ciuitate pugnabat Achab rex Israel contra Syros, quando occisus est, infra 3. lib. cap. 22. *Et qui in Gether*, ideſt, misit munera viris habitantibus in Gether: ista ciuitas est in sorte Iudæ, vt patet Iosue cap. 15. & fuit data postea sacerdotibus ad habitandum, vt patet Iosue cap. 21. & 1. Paralipom. ca. 6. & fuit ista vna de ciuitatibus regalibus regum, quos occiderunt Israelitæ, vt quidam ęstimant Iosue cap. 12. sed falsum est, quia ibi ponitur rex Gazer, & rex Gader, sed non rex Gether. *Et qui in Aroer*, ideſt, habitantibus in Aroer: est Aroer ciuitas extra terram Chanaā in extremitate terræ duorum regū Amorrhęorum, & ponitur semper tāquam terminus terræ duarum tribuum, & dimidiæ, vt patet Deutero. cap. 2. & 3 & cecidit in sortem Rubem, vt colligitur Iosue cap 13. *Et qui in Sephamoth*, ista ciuitas est de tribu Iuda, sed non describitur in catalogo ciuitatum sortis Iudæ, Iosue capi. 15. quia aliquæ ibi subticentur. *Et qui in Esthama*, ista est ciuitas in sorte Iudæ, & vocatur Isthemo, vt patet Iosue cap. 15. sed aliquando muratur litera: & fuit ista ciuitas data sacerdotibus postea ad habitandum, in numero quadraginta, & octo ciuitatum, Iosue capit. 21. & 1. Paralipom. 6. *Et qui in Rachal*, ideſt, ista est ciuitas in sorte Iudæ, sed non exprimitur, Iosue cap. 15. vbi est catalogus sortis Iudæ. *Et qui in vrbibus Ierameel*, ideſt, misit munera habitatoribus vrbium Ierameel: non est enim Ierameel vna ciuitas, sed est nomen patriæ, in qua sunt multæ vrbes, vt patet, quia dicitur: in vrbibus Ierameel: est autem Ierameel nomen patriæ, quæ appellatur Ierameel, supra cap. 27. quod patet, quia ibi ponuntur Ierameel, & Ceni simul; & ita ponuntur hic Ierameel, & Ceni: nec obstat, ꝙ hic vocetur Ierameel, & supra Ierameel: quia additio, vel subtractio literæ venit ex more Hebraico. Sic enim vocatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

supra cap. 27. Gessuri, & in sequenti. lib. cap. 2. & tñ F
eo. lib. c. 3. & 13. & 14. vocatur Gessur. Sic etiam sup.
c. 25. vocatur Phalti maritus Michol: & seq. lib. ca. 3.
vocatur Phalthiel. *Et qui in Rama*: i. misit munera habitatoribus Rama: ista litera est corrupta, vt cõmuniter in Biblijs nostris, sed debet dici in Herma: sic habetur in litera Hebraica, & in Biblijs correctis: ista ciuitas est in sorte Iudæ, Iosuæ c. 15. & est vna de ciuitatibus regalibus, Iosue ca. 12. *Et qui in vrbibus Ceni.* ideſt, habitatoribus vrbium Ceni misit munera: Ceni est nomen patriæ, & non vrbis: quod patet, quia appellantur hic vrbes Ceni, quasi multas contineat: vrbes autem Ceni, & Ierameelli sunt in tribu Iudæ, sed non nominantur Iosue. c. 15. Ierameelli, & Ceni, quia non sunt nomina vrbium, sed terarum. *Et* G
qui in lacu Asan. i. etiã misit munera habitatoribus in lacu Asan: est. n. lacus nomen loci, & hñt cõiter Bibliæ in lacu san', tanquam sit vna dictio: sed falsum est, & procedit ex errore librariorũ. *Et qui in Athach.* i. habitantibus in vrbe Athach: ista est etiam in sorte Iudæ, licet non exprimatur Iosue c. 15. vel fortè exprimitur sub alio nomine, qa multæ vrbes hñt multitudinem nominum, & aliqñ sub vno, & aliqñ sub alio exprimũtur. *Et qui in Hebron.* ista est ciuitas famosissima in sorte Iudæ, & vocatur alio nomine Caria tharbe. Iosue c. 14. & 21. vocatur etiam Mambre, vt patet Gen. c. 23. & 49. Ista ciuitas data fuit Caleb, & posteris suis, Iosue c. 14. & 15 & Iudi. c. 1. postea autẽ in diuisione ciuitatum, quę datę sunt leuitis, fuit ista H
data eis, & manserũt solum villulæ Hebron, & agri sui cũ toto territorio in possessione Caleb, vt patet Iosue c. 21. & 1. Parali. 6. Ad istam vrbem primo iuit Dauid post mortem Saulis, & ibi regnauit septẽ annis, & sex mensibus, seq. li. c 2. *Et reliquis, qui erant in his locis, in quibus commoratus fuerat Dauid, & viri eius.* i. non solum misit munera ad viros istarum vrbium, quæ hñr sup. sed etiam ad omnes viros, qui erant in alijs locis, in quibus ipse mãserat. s. tpe, quo erat pfugus. Ex quo patet, ꝙ misit Dauid ista munera ad reddẽdã vicẽ, scilicet, sicut receperat sustentationem, vel munera à viris istorum locorum, in quibus manserat; ita nunc volebat mittere illis munera, quando ipse abundabat propter spolia belli. I

CAPITVLVM XXXI.

PHILISTHIIM autem pugnabant aduersum Israel: & fugerunt viri Israel ante faciẽ Philisthiim, & ceciderunt interfecti in monte Gelboe. Irrueruntque Philisthiim in Saul, & in filios eius, & percusserunt Ionathan, & Aminadab, & Melchisue filios Saul, totumque põ
dus prælii versum est in Saul. K

Descriptus est in superioribus quidam apparatus bellicus, hic consequenter describitur belli exitus, s. mors Saulis, & filiorum eius. Et diuiditur in tres partes: primò ponitur Saulis occisio: secundò eius ab hostibus vituperatio: tertio honorabilis, & deuota tumulatio. Secũda ibi. (facta autem die altera.) Tertia ibi (quod cum audissent.

Cap. XXXI.

An ordo sit continuus. Quæst. I.

QVAERITVR circa primũ, an ista, quæ habentur hic, fuerunt facta prius, quàm præcedentia, & an sit ordo continuus.

Respondendũ est, ꝙ ea, quæ habentur hic, & præcedenti. ca. fuerunt facta simul, quia non intercidit inter vtrunque spatium duorum, vel trium dierũ: quod patet, quia Philisthijm pugnauerunt cõtra Israel, & die illa, qua pugnauerunt mortuus est Saul, quia non durauit bellum vno die: quod patet, quia Samuel dixit Sauli supra capit. 28. Cras tu, & filij tui mecum eritis: sed cum ista dicebantur, nondum inceptum fuerat bellum, quia erat Saul extra castra: ergo die, quo inceptum est, mortuus fuit Saul. s. sequẽti die: Dauid autem erat in castris Philisthinorũ antequam inciperetur bellum, & miserunt eum de castris satrapæ Philisthinorum sup. cap. 29. eadem autem die, qua recessit Dauid de castris, ascenderunt Philisthini in Iezrahel, eod. cap. sed castra Israelitarũ erant in Iezrahel, vt patet ibidem: ergo videt, ꝙ eadẽ die fuerit bellum, & mortuus fuerit Saul: vel saltem illa die ascenderunt in Iezrahel, & sequenti die factum est bellum, & perijt Saul: & sic videtur, ꝙ Saul mortuus fuerit, dum veniret Dauid de castris Philisthinorum in Siceleg: nam tribus diebus mansit in itinere, præcedenti cap. s. Cunque veniſſet Dauid, & viri eius in Siceleg die tertio. Huic autem satis concordat, quod infra habetur sequenti lib. ca. 1. s. ꝙ reuerso Dauid de cęde Amalecitarũ, dũ esset in Siceleg per duos dies, venit nuncius de castris Israel, referens mortẽ Saulis: & tamen ille moraretur in itinere tribus, vel quatuor diebus, sicut Dauid: ergo videtur, ꝙ Saul mortuus fuerat tribus, vel quatuor diebus añ aduentum nuncij: & consequenter fuit hoc ea die, qua Dauid venit in Siceleg, vel die præcedenti: & sic ea, quæ habentur hic, fuerunt simul facta cũ eis, quæ habentur pręcedenti ca & aliqua sunt hic, quæ fuerunt priora quibusdam, quæ hñr præceden. cap. & alia fuerunt hic, quæ sunt posteriora eis, quæ hñr præced c. Item non posset proprie assignari anticipatio, vel recapitulatio in his, vel aliquia præcessio, sed magis fuit simultas: scriptura tñ ponit vnum ante alterum: quia quanquam multa simul fiant, nõ pñt multa simul narrari. *Philisthijm autem pugnabant aduersus Israel.* s. quia ipsi fuerunt inuasores, & præualuerunt, ideo Israelitæ magis dicebantur sustinere pugnam, quàm pugnare. *Et fugerunt viri Israel ante faciem Philisthijm.* i. non potuerunt Israelitæ sustinere Philisthinos pugnantes, sed fugerunt: hoc autẽ erat, quia Deus dereliquerat eos, & incusserat illis timorem, ne possent resistere hostibus: nam disposuerat Deus tradere Saulem, & Israelitas in manus Philisthinorum pp peccata Saulis, & populi, ideo voluit potius adiuuare hostes, q̃ ipsos: de hoc sup. cap. 28. s. Cras autem tu, & filij tui mecum eritis, sed & castra Israel tradet Dñs in manus Philisthin tecum. Deus enim habebat hoc contra Hebræos, ꝙ qñ ipsi colebant eum, dabat eis victoriam contra omnes gẽtes, ita ꝙ pauci de eis præualerent contra multitudinẽ hostium, Leu. c. 26. s. Persequimini inimicos vestros, & corruent coram vobis, persequentur quinque de vestris centũ alienos, & centũ ex vobis decẽ millia: sic etiam patet Deut. c. 32. s. Vtinam saperent, & intelligerẽt, ac nouissima prouiderent, qũo persequebatur vnus mille, & duo fugarent decem millia. Si aũt Israelitæ conuerterentur ad idola, vel qualitercunque desererent legem eius, Deus ponebat pauorem in cordibus ipsorum, ita, vt pauciſſimis hostibus venientibus terga darent, Leui. c. 26. s. Et qui remanse-

manserint de vobis dabo pauorem in cordibus eo- A
rum in regionibus hostium, terrebit eos sonitus folij volantis, & ita fugient quasi gladium: cadent nullo per sequẽte, & corruent singuli sup fratres suos, quasi bella fugientes, nemo vestrum audebit inimicis resistere, & peribitis inter Gentes, & hostilis vos terra consumet.

An omnes Israelitæ fugientes fuerint interfecti. Quæstio II.

QVAERET aliquis, an omnes isti Israelitæ fugientes de bello mortui fuerint, vel aliq euaserint. Aliquis dicet, ꝙ omnes mortui sunt: qa dicitur hic: Et fugerunt viri Israel, & ceciderunt interfecti in mõte Gelboe: ergo videtur, quòd omnes, qui fugerunt, ceciderunt interfecti. Item patet: quia dicitur infra. Mortuus est ergo Saul, & tres filij eius, & armiger illius, & vniuersi viri eius in die illa pariter: ergo omnes viri qui erãt in exercitu Saulis mortui sunt. Respondendum est, ꝙ non mortui sunt omnes, qui fuerit in castris Saulis, immo pauci mortui fuerunt in comparatione ad tantam multitudinẽ, quanta erat in castris: nam dicitur sup. cap. 28. quòd congregauit Saul vniuersum Israel, & venit in Gelboe, ibi autem fuit pugna, & pater, cum multi fugerint de prælio, & euaserint: quia dicitur inf. in litera. Videntes autem viri Israel, qui erant trans Iordanem, quòd mortuus esset Saul, & filij eius, & quòd fugissent Israelitæ, reliquerunt ciuitates suas, & fugerunt: si tamen omnes, qui iuerunt ad bellum mortui fuissent, ibi non diceretur de quibusdam, ꝙ mortui sunt, & de alijs quòd fugerunt: ergo multi fugiẽdo euaserunt. Item patet: quia seque lib. cap. 1. Venit quidã vir de castris Israel, & tulit diadema Saulis ad Dauid, & dixit: Fugit populus de prælio, & multi corruentes ex populo mortui sunt: ergo aliqui mortui sunt, & aliqui euaserunt, & pauci mortui sunt in comparatione eorum, qui euaserunt.

Ad primã rationem. Ad primam rationem in contrarium dicendum, quòd cum dicitur: ceciderunt interfecti in monte Gelboe, non est intelligendum ꝙ omnes fugientes mortui fuerint, sed multi ex eis, sicut dicitur sequẽti lib. c 1. s. Fugit populus de prælio, & multi corruẽtes ex populo mortui sunt. D

Ad secundam. Ad secundam rationẽ cum dicitur, quòd mortuus est Saul, & filij eius, & vniuersi viri eius in die illa: dicẽdum quòd viri Saulis accipiuntur dupliciter: vno modo pro omnibus subditis Saulis, & sic omnes Israelitæ vocantur viri Saulis, vel serui eius. Secundo modo vocantur viri Saulis familiares eius, qui astabant ei semper ministrantes, & residebant in curia sua: isti autem specialiter pertinebant ad Saulem, & erãt de familia eius. Cum autem dicitur hic, quòd vniuersi viri Saulis mortui sunt in die illa pariter: intelligitur de viris suis secundo modo, scilicet de familiaribus: quia cum reliquus Israel fugeret, & viderent isti Saulem E
firmiter manentem in bello, erubuerunt fugere, relicto Domino in manibus hostium: ideo maluerunt gloriosam subire mortem defendendo Dominum suum in bello, quàm turpiter fugiendo, ignominiosam vitam adipsci. Reliqui autem de populo, qui non erant familiares Saulis, sed solum subditi, non diligebant nimis Saulem, nec erubescebant, deserto Domino, fugere pro conseruanda vita: ideo omnes fugerunt, & in fuga quidam corruerunt vulnerati, alij autem euaserunt: hoc patet primo Paralipo. capit. 10. vbi ponitur totum istud. cap. quasi ad litteram: & vbi dicitur hic, quòd mortuus est Saul & tres filij eius, & omnis domus illius pari-

ter cecidit: domus autem Saulis significat solam familiam suam: ergo soli familiares sui mortui sunt: de populo autem pauci viri ceciderunt in bello, sed aliqui corruerunt in fuga. *Et ceciderunt interfecti in monte Gelboe*, ideſt, de illis, qui fugiebant, corruerũt aliqui in monte Gelboe: quia aliqui fugiebant postquam vulnerati erant, & effluente multo sanguine, ipsi per se mortui cadebant: alij autem ante vulnera, timore hostium terga vertebant: & dicitur in monte Gelboe: quia ibi facta fuit pugna, & erant ibi castra Israelitarum, vt patet sup. capitul. 28. scilicet. Congregauit autem Saul vniuersum Israel, & venit in Gelboe. Sed aliquis obijciet, quòd bellum factũ fuerit extra montem Gelboe: quia sup. capit. 29. B
dicitur, quòd Israel castrametat' est super fontem, qui erat in Iezrahel. Dicendum, quòd bellum fuit in monte Gelboe: fons autem Iezrahel erat in mõte Gelboe: quia mons Gelboe est aliquid magnũ: ideo quando Dauid deplorat cędem huius belli, sequenti lib. ca. 1. dicit: Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniant super vos, nec sint agri primitiarũ: quia ibi abiectus est clypeus fortium. *Irruerunt q; Philisthijm in Saul, & filios eius*, ideſt, postquam fugit reliquus populus, Philisthini irruerunt super Saul, & filios suos, ideſt, congregauerunt se super eos, sicut patet in littera Hebraica. Intelligendum est enim, quòd hic erant acies ordinatæ de Israelitis, & Saul, & filij sui non erant in prima acie, sed aliqui alij de C
populo, ideo Philisthini primo pugnauerunt contra illos, quibus coactis fugere, congregati sunt omnes Philisthini contra Saulem, & filios suos: & non est putandum, quod solus Saul cum filijs suis maneret: quia etiam manserunt ibi omnes familiares Saulis, & super illos quoque irruerunt Philisthini, occiderunt que omnes, vt patet infra in litera, scilicet. Mortui sunt vniuersi viri eius in die illa pariter: fit tamen mentio de solo Saule & filijs suis: quia isti erant digniores. *Et percusserunt Ionatham, & Abinadab, & Melchisue filios Saul.* Hic ponuntur tres filij Sau lis solum, sicut ponuntur sup. 14. cap. fuerunt tamẽ quatuor, vt patet. 1. Para. c. 8. s. Ionathas, Melchisue Abinadab, & Isbosseth, vt patet sequen. lib. c. 2. & 3. iste quartus non fuit in bellum, ideo nõ perijt cum reliquis: non tamẽ cessauit ire, quasi esset ĩpotens ad pugnãdũ propter defectũ ętatis: nã quadraginta an norũ erat nũc, quando mortuus est Saul: quod patet: quia immediatè constitutus est in regem, mortuo patre suo: & tamen dicitur de ipso, ꝙ erat quadraginta annorum, quando cępit regnare, sequenti lib. ca 2. sed mansit in domo: quia fortè erat vir corde pauido, & ineptus ad bellum: quod patet ex actibus suis: quia nihil rege dignũ egit, dum vixit, vt pater sequen. lib. c. 2. vsq; ad quintum: vel forte mansit in domo ad disponendũ domũ, dũ pater, & fratres ibant in bellum. Sciendum aũt, ꝙ isti filij Saulis nõ nominantur semper eisdem nominibus: quia iste, q nominatur hic Abinadab, nominatur Iessui. sup. c. 14. Sciendum etiam, ꝙ littera nostra, vt communiter corrupta est ĩ isto noĩe, Aminadab: quia non debet scribi Aminadab, sed Abinadab, & sic habent blię correptę, & sic est ĩ Hebrẽo, & sic hĩ 1. Par. c. 10.

Mors filiorum Saul.

Quare noluit Saul dicere filijs suis, quæ sibi dixerat Samuel. Quæstio III.

QVAERET aliquis, cũ Saul audisset à Samuele, ꝙ filij eius morituri erãt in bello, cur nõ dixit eis, ꝙ recederent de bello, ne morerentˉ, cũ diligeret eos, maximè ipsum Ionathã, qui erat vir excellens. Respondendum est, quòd Saul noluit hoc dicere

Universidad de Deusto
Biblioteca

filijs suis propter multa. Primò, quia non putabat F in hoc proficere: nam cum Samuel dixisset ei, supra capitulo 28. Cras tu, & filij tui mecum eritis, putauit, quòd necesse erat, quòd tam ipse, quàm filij sui morerentur: ideo nullo modo poterant euadere hanc mortem: vnde sicut ipse iuit in bellum, ꝙꝙ prædictum esset ei, ꝙ moreretur, quia putabat, ꝙ ēt si fugeret ad quencunq; locū, necesse erat eum mori manibus Philisthinorū: ita de filijs suis futurū putauit, cū de omnibus idem annunciatū fuisset: melius ergo fuit, ꝙ viriliter in bello morerētur pugnādo pro Israel, quàm ignominiosè fugiendo, desideratam vitam conseruare non possent. Secundò hoc fecit: quia dato, ꝙ Saul sciret, ꝙ filij sui euadere possent si recederent de bello: quia tñ eis recedentibus, G timeret populus, & esset occasio, vt multi perirent, voluit potius, vt morerentur ipsi, ꝙ vt populo scandalū præstaret. Tertiò hoc noluit: quia Deus prædixerat, ꝙ certissimè ipse & filij sui morituri essent: si autem denunciaret eis, conarē eripere eos à morte, repugnando diuinæ ordinationi, timuit autem ꝙ in hoc Deū offenderet, iō noluit peccatis veteribus noua persuadere. Quartò hoc fecit, vt non incuteret timorem superfluum filijs suis, vt magis viriliter pugnarent: putauit. n. ꝙ dato, ꝙ eis dixisset, ꝙ morituri erant, non possent mortem effugere, cum Deus illam prænunciasset, & timerent magis, nec auderent viriliter pugnare, sicut pugnauerunt: etiā affligerētur nimis, cognita certissima morte: voluit H ergo Saul ne affligerentur dupliciter. s. moriendo, & mortem suam præcognoscendo: iō non reuelauit eis, ꝙ Deus dixerat: & sic cū semper haberent spē de victoria, vel saltem esset eis incerta sors, animosi⁹ pugnabant. Quintò fecit hoc: quia Deus inclinauit ipsum, vt sic faceret, dādo hoc ei in pœnam: nam sicut ꝙ ipse morerē erat ei prænunciatū, & tñ iuit in bellum, ꝙa Deus inclinauit cor eius ad hoc, faciēdo apparere ei iniquū, si nō iret ad bellū, ita fecit, ꝙ appareret ei iniquum reuelare hoc filijs suis, ne fortè fugerent de bello, vel agerent aliquid honestum. Sextò hoc egit, vt volunt Hebræi ad obediēdum Deo, & sponte suscipiendū pœnam pro peccatis suis: cognouerat. n. se grauiter peccasse contra Deū, & ꝙ I ob hoc Deus fecerat, ꝙ morerē ipse cū filijs suis: iō vt in hoc satisfaceret voluntati Dei, & mererē remissionem, voluit sponte subire pœnam, quā Deus ei prænunciauerat: & quia si ipse dixisset filijs suis, ꝙ fugerent de bello, vellet ꝑ hoc excludere quādā partem pœnę, quam Deus volebat ei infligere, nòn reuelauit filijs suis quicquam, consentiens, quòd omnes morerentur secundum Dei dispositionem.

An peccasset Saul, si conatus fuisset saluare filios, ne morerentur. Quæstio IIII.

QVAERETVR vltetius, an peccauisset Saul, si reuelasset filijs suis, ꝙ morituri erant, & ꝑ hoc K ipsi recederent de bello: vel ille suaderet eis, ꝙ recederent, ne morerentur. Aliquis dicet, ꝙ peccaret, ꝙa conaretur resistere voluntati Dei cognitæ, cui resistere pctm̄ est. Rndendū, ꝙ Saul non peccasset, qualitercūq; conatus fuisset liberare filios suos à morte, siue reuelando eis prophetiam Samuelis, siue suadēdo, vt recederent de bello. Et cum obijcitur, ꝙ peccaret repugnando voluntati Dei: dicēdum, ꝙ dato, ꝙ homo sciat voluntatem Dei, non tenetur conformare voluntatem suam volūtati eius, immo interdum si conformat, peccat mortaliter: sic enim dicit Augu. in Enchiridion, & Magister in primo di. 48. s. **pōt hō interdum mala volūtate ea, quæ Deus vult,** & pōt bona voluntate velle, contra id, quod Deus vult: tanquā si bonus filius patrem velit viuere, quē Deus bona voluntate vult mori: & rursus fieri pōt, vt hoc velit homo mala voluntate, ꝙ Deus vult bona: velut si malus filius velit mori patrem, hoc etiā Deus: non enim tenetur aliquis conformare voluntatem suam Deo in re volita, sed in radice volendi, & in fine. i. ꝙ hō velit ad bonum finem omnia, quę vult, & omnia ex charitate: sicut Deus vult, ꝙ volita vtriusq; conformentur nihil differt. sic aūt erat hic, ꝙ ꝙꝙ Deus vellet, ꝙ morerentur filij Saulis, non tenebatur ipse velle hoc, etiam Deo reuelante sibi, ꝙ hoc vellet: ideo si reuelasset illis dispositionē Dei, vt fugerent mortem, vel ad hoc persuaderet, nō peccaret, sed potius videretur mereri. Item patet, quia Saul si reuelaret hoc filijs suis, poterat proficere, ꝙa quāquam Deus dixisset, ꝙ morituri erant Cras, nesciretur hoc esse certum, quia poterat Deus illud dicere per commination em, & illa, quæ sic dicuntur, non eueniunt si homines conuertantur, vel caueāt illa: nec peccat q̄squam, si Deus dicat, ꝙ infliget alicui talem, vel talem pœnam, & ipse adhuc dubitet de illo: nam sic prophetæ, qui prænūciabant ista, dubitabāt, an Deus illa vellet complere: sic enim patet Iohel. c. 2. vbi Iohel prædixit multa mala futura Israelitis, & postea subiunxit: quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus, & relinquat post se benedictionem? & sic etiam fuit de Niniuitis, quibus prædicauerat Ionas subuertendā eorum ciuitatem post quadraginta dies, ipsi autem erant dubij de hoc, dicentes: Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus, & reuertatur à furore suo, & non peribimus? Ioſue c. 3. Potissimè, quia Deus dixit, ꝙ non eueniret omnia, quæ ipse prædiceret, sed interdū prēnunciaret alicui genti malum, & si illa conuerteretur, Deus non infligeret malum: & interdum prænunciaret bonum alicui genti, & si illa declinaret ad malum, ipse non impleret promissum suum, Ier. c. 18. ideo propter hoc, ꝙꝙ Deus multoties comminaretur aliqua mala ꝑ prophetas, ipsi consulebant postea populis, vt affligerēt se, & peterent à Deo misericordiam, & sic isti consulebant populis, contra voluntatem Dei: tamen in hoc non peccabant, sed potius merebātur: & Deus nimis gaudet, ꝙ aliquis se interponat ad orandum, vel inducendum populos, ne impleatur in eis volūtas Dei, de infligendo pœnam: sic patet Exechie. cap. 22. s. Et quæsiui de eis virum, qui interponeret sepē, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparē eam, & non inueni. Et effudi super eos indignationem meam, q.d. si inuenissem virum, qui oraret pro illis contra me, non deleuissem eos: sed quia nullus se voluit interponere contra me, deleui ipsos: & sic Iohel propheta, qui prædixerat Israelitis futura mala, consuluit eis, vt pœnitentiam agerent, & fortè Deus conuerteretur, vt patet Iohel. cap. 2. s. Sacrificium, & libamen Domino Deo nostro: canite tuba in Sion sanctificate ieiunium, &cæt. quasi dicat, sacrificate Deo, & ieiunate, & fortè non infliget mala, quæ prædixit: sic etiam fecerunt Niniuitę: nam audito verbo Ionæ, humiliauerunt se durissima pœnitentia, & clamauerunt ad Cœlum in fortitudine, & Deus misertus est super malo, quod de eis prædixerat, & non intulit, vt patet Ionæ capitu. 3. Deus quoque prædixerat Moysi, quòd non introiret in terram Chanaan, Numeri cap. 27. & 32. tamen ipse non desinebat orare ad Dominum, vt permitteret illum intrare, vt patet Deuteronom. capitulo 3. sic etiam fecit Dauid: nam fuerat ei reuelatum, quòd puer ille, qui natus fuerat sibi ex adulterio moreretur, & tamen humiliauit se ieiunio, & iacuit super

Non semper tenemur conformare voluntatē nostram diuinæ.

Mala sępiſsime nunciātur sub conditione vēturæ: iō orare semp debemus ne eueniant.

super terram per septem dies, quousq; mortuus est A puer, putās ꝙ adhuc posset Deus flecti ab ira sua: cū aūt sciuit puerum mortuum, ꝙa iam Deus non poterat flecti, surrexit de terra, & non ieiunauit: non obligabatur ergo Saul credere, ꝙ illa, quæ reuelauerat Samuel futura essent: iō licebat ei agere quantū posset ꝑ se, & filijs suis, vt liberarent à morte, potissime quia Sauli dictū fuit simpliciter, ꝙ moreren tur ipse, & filij sui, & non fuit addita alia certitudo: & tñ quanquā adderetur, vtpote, ꝙ propheta diceret, ꝙ Deus illa dicebat fm firmā prescientiā, & nequaquā moueret misericordia ad contrariū, non tenebatur ille, cui ista dicerentur credere, ꝙ sic euenturū esset: sed licebat ei inquirere q̄cunq; remedia, ne voluntas Dei impleret in eo: sic fuit de Samuel: B nam ipse p̄nunciauerat Sauli, sup. c. 15. Scidit Deus regnum Israel à te hodie, & tradidit illud proximo tuo: & postea dixit: Porro triumphator in Israel nō parcet, & pœnitudine non flectet. i. scias certissimè, ꝙ Deus super hoc nunq̄ mutabit voluntatē suā, ꝙꝙ pœniteas: ipse tñ Samuel non desijt orare post hoc pro Saule, vt patet e. ca. s. Veruntñ lugebat Samuel Saulem: ꝙa Dñm pœnitebat, ꝙ constituisset Saulem regē super Israel: à fortiori ergo liceret Sauli, pro se & filijs suis agere quantū posset, euitādo diuinā sententiā, ne implerē in eis: cùm Samuel non dixisset nunc ei, Porro triūphator in Israel non parcet sup. c. 28. sicut dixerat sup. ca. 15 & nunq̄ tenet desistere aliquis orare ꝺ voluntatē Dei cognitā, quoſq; Deꝰ C iubeat ei, ne oret, vel ne conetur eam elidere: tunc enim tenetur cessare propter præceptum Dei: quia omne præceptum eius obligat: sic fuit de Moyse, cui quanquam Deus dixisset, ꝙ nō intraret in terrā Chanaan, orabat incessanter, ꝙ permitteretur intrare, quousq; Deus sibi dixit: Sufficit tibi, nequaquam vltra loquaris de hac re ad me, Deutero. ca 3. & postea cessauit Moyses orare, quia iam peccasset, si orasset: sic etiam fuit de Samuele, qui orabat pro Saule, licet Deus spreuisset eum, & postea Deus dixit illi: Quousq; tu luges Saulem, cùm ego proiecerim eū, ne regnet super Israel sup. ca. 16. & tunc cessauit Samuel orare pro Saule: Deus tamen non dixit Sauli, ne ageret in hac parte contra voluntatem suam: D ergo poterat filijs suis reuelare mortē, vt recederēt de bello, vel qualitercunq; suadere, vt recederent.

An Saul peccauerit, non reuelando filijs suis mortem eorum. Quæstio V.

Arguitur quod sic. Primo.

QVAERETVR vlterius, an peccauit Saul, quia non reuelauit filijs suis mortem, ad hoc, vt ipsi euaderent illam: Et videtur ꝙ peccauerit: nā vt dicit Augustin. in Enchiridion: potest homo mala voluntate velle, quod Deus vult, & bona voluntate velle, contra id, quod Deus vult: & ponit exemplum de filio volente mortem patris, q̄ Deus vult: sed ita se habet pater ad filios, ꝙ tenetur diligere eo E rū salutem, ideo quanquam Deus vellet, ꝙ morian tur, nō tenetur ipse hoc velle, sed magis peccat, hoc volendo: quia cū quis vult aliquid mala voluntate, peccat: sed filius, si velit mortem patris, vult eā mala voluntate, vt vult Augu. ergo peccat: & sic teneretur Saul ad volendum, ꝙ filij sui non morerētur, Secundo. & consequenter ad reuelandum eis mortem. Item q̄n quis scit mala tractari aduersus alterum iniustè, tenet ei illa reuelare, vt effugiat ei, alioquin peccat: quia videtur esse fautor in crimine: Saul tñ sciebat de morte filiorum: ergo tenebatur reuelare eam illis, vt fugerent. Respondendū, ꝙ Saul nō peccauit non reuelando filijs mortem, sed magis meruit. In quo considerandum est, ꝙ hic erant duo. s. ꝙ Saul vellet filios suos mori, vel non: & ꝙ reuelaret eis mortem, vel non. Quantum ad primū, dicendū, ꝙ mors filiorum Saulis consideratur dupliciter. s. quia aut inquantum infligebatur filijs Saulis, qui erant personæ distinctæ ab eo: vel inquantum infligebat eis in pœnam Saulis. s. vt Saul doleret acerrimè de morte filiorū. Si primo modo, dicendum ꝙ Saul te nebatur nolle mortem filiorū, & dolere de illa nimis: non tamen sequitur, ꝙ debebat eam reuelare illis: quia aliquæ causę poterant subesse, propter quas putaret Saul esse iniquum, reuelare illam, & fuerūt sex, quæ in quadam quæstione sup. posita sunt. Qd aūt teneretur nolle mortem filiorum, & dolere de illa, patet: quia quanquam aliquis possit cōfirmare voluntatem suam volūtati Dei in volito, cū sci ꝙ vult infligere ei aliquā pœnam, & licèt nō teneatur eam conformare, tenetur tamen valde in cōformando: cū sponte susc ipere vult, quod Deus ei vult infligere: tñ quantum ad alium non debet homo cō formare voluntatem suam volūtati Dei in pœnarū inflictione: immo peccat, si cōformauerit. Ratio diuersitatis est: quia qñ Deus vult alicui inferre pœnas: si ipse vellet conformare volūtatē suam volūtati Dei, suscipiendo libenter pœnas, meret, & efficit ex hoc perfectus: si tamen Deus vult inferre alteri pœnas, & ego gaudeo ꝙ infligat ei, eo ꝙ Deus vult, pecco: quia per istum actum volendi non meretur proximus meus, nec efficitur perfectior, cū iste actꝰ non sit suus, sed meus: ego quoq; non mereor: ꝙa istas pœnas nolo pro me, sed pro illo: ideo peccat, ꝙ in malo proximi conformat voluntatem suam voluntati Dei: sed magis tenetur dolere: quia Deus sic facere vult: peccaret ergo Saul, si vellet ꝙ filij sui morerentur, sicut Deus volebat, inquantū ista erat pœna eorum, & non potius doleret de ipsis, præsertim, quia erant filij sui, & tenebatur magis condolere eis, quàm extraneis. Si autem accipiatur mors filiorum Saulis solum inquantum erat pœna Saulis. Dicendum, quòd Saul non obligabatur conformare voluntatem suam voluntati Dei: si tamen conformaret, mereretur, & sic poterat velle mortē filiorum Sed aliquis dicet, ꝙ Saul tenebatur conformare voluntatem suam voluntati Dei in morte filiorum inquantum illa erat pœna eius: ꝙa alioquin diceremus, ꝙ non tenetur homo ferre patienter pœnas à Deo inflictas: si aūt tenetur: ergo debet conformare voluntatem suam voluntati Dei in pœnis inflictis, cum istę à Deo sint: iuxta illud Amos, ca. 3. Si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit, q.d. non. & Eccl. c. 11. s. Bona, & mala, mors, & vita, paupertas, & honestas à Deo sunt. Respondendum, ꝙ quilibet tenetur ferre patienter pœnas à Deo inflictas: tñ non tenet conformare voluntatē suā volūtati Dei ī iflictione pœnarū. Est n. diuersitas: primò: quia conformatio voluntatis attendit quantū ad volitionē, & non quantū ad res, qñ volitę sunt: & sic anteq̄ Deus infligat alicui pœnas, & significat se velle infligere, stat, ꝙ ipse cōformet volūtatē suam, vel non conformet volūtati Dei: quia tunc est volitio contenta in terminis suis. s. ꝙ est volitio solū, & non executio. Cū aūt pœnę volitæ infligunt: iā non est volitio sola, sed magis est ipsa res volita: & tunc si homo velit pœnas illas, quas patitur, non conformat voluntatē suam voluntati Dei, sed volito Dei: ideo licèt non teneatur cōformare volūtatem suā voluntati diuinæ, tenet tamen conformare volūtatē suā rei volitę à Deo postq̄ res volita ī executione est. Aliter dici potest, & melius, ꝙ q patitur pœnas à Deo inflictas, non tenetur conformare volūtatē

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſuam voluntati Dei, nec rei volitæ poſtq̃ eſt in executione, ſed tenetur pati ea, quæ Deus infligit. Differt autem q̃ aliquis patienter toleret, & q̃ velit: nã patienter tolerare nihil aliud eſt, niſi q̃ patiens non murmuret propter inflictas pœnas; nec putet Deũ iniuſtum, nec habeat proximos exoſos: non tenetur tamen velle pœnas, quas patitur, alioquin nõ liceret ei orare, vt Deus auferret ei illas: ſi tamẽ aliquis non ſolum patienter tolerat, ſed etiam pœnas, quas tolerat, vult, peruenit ad ſupremũ gradũ perfectionis patientiæ: & ad hunc nemo tenetur, niſi Deus expreſſe iubeat ei. Dicendum igitur de Saule, q̃ ipſe non tenebatur conformare volũtatem ſuam voluntati Dei circa mortem ſuam, aut filiorũ ſuorũ.

Ad argu. ſecũdum. Ad ſecundũ de reuelatione mortis. ſ. an Saul deberet reuelare filijs mortem, vel non: Dicendum, q̃ non eſt ſicut de volẽdo mortem: quia nullo modo poterat Saul licitè velle mortem filiorum ſuorum, inquantum erat pœna ipſorum: poterat tamen nõ reuelare eis mortem, & licitè hoc ageret: nã quanq̃ poſſet reuelare, ſi voluiſſet, & non peccaret, vt prẽcedenti quæſtione declaratum eſt: tamen non obligabatur reuelare: quia aliquę cauſæ poterant eſſe, quę retraherent eũ à reuelãdo, vt pote, ſi putaret, quòd nullo modo euitaretur mors per reuelationem, & ſequeretur ex hoc ſcandalum, ſicut declaratum eſt ſupra in quadam quæſtione.

Quare Deus voluit quòd morerentur filij Saulis, cùm eſſent boni. *Quæſtio VI.*

QVAERETVR vlterius, quare Deus voluit, q̃ morerentur filij Saulis: quia erant viri boni, & præcipue Ionathas, qui tanta bona fecerat ꝓ Dauid, vt patet ſup. 18. 19 & 20. Reſpondendum eſt, q̃ iſti merebantur mortem, quanquam nobis non pateat cauſa: cùm ſcriptura non enarret peccata ipſorũ. Sed adhuc dicendum, q̃ cauſa præcipua mortis eorum fuit peccatũ Saulis: tantum enim fuit iſtud, vt non ſufficeret in pœnam mors Saulis, ſed etiam vellet Deus, q̃ morerentur filij ſui, & populus: ſic patet ſup. ca. 28. ſ. Dabit Dominus regnum tuũ proximo tuo: qa nõ obediſti voci Domini, nec feciſti irã furoris eius in Amalec: & poſtea ſequitur: Idcirco quod pateris, fecit tibi Deus hodie, cras autem tu, & filij tui mecum eritis, ſed & caſtra Iſrael tradet Dominus in manus Philiſthijm tecũ. i. propter te: patet etiam hoc: quia Deus fecit, q̃ morerentur tres filij Saulis ante eum ipſo vidente, vt de hoc doleret nimis, & poſtea ipſe mortuus eſt, vt patet in litera.

Peccatũ Saulis fuit cauſa mortis eiꝰ filiorum ſuorũ, & populi.

Quanquam autem fecerit hoc Deus propter peccata Saulis, tamen in hoc profecit Dauid: quia ſi nõ mortui fuiſſent tres filij Saulis, non potuiſſet Dauid regnare poſt mortem Saulis: quia illi cũ eſſent viri bellicoſi, præſtarent magnũ impedimentũ ei: præſertim quia ſi Ionathas viueret, Dauid nollet regnare, etiam ſi regnum ſibi cõcederetur; quia diligebat nimis Ionatham, & Ionathas diligebat eũ ſicut animam ſuam, vt patet ſup. c. 18. & 20. ſi tamen vellet Dauid regnare, præiudicaret iuribus Ionathæ: ideo omnino recuſaret ſuſcipere regnum: Deus autem volebat, q̃ regnaret Dauid poſt mortem Saulis immediatè: ideo occidit filios Saulis, qui poterant hoc impedire. Et quanquam non fuerit iſta cauſa motiua, fuit tamen aliqualis. *Totũq; pondus prælij verſum eſt in Saul.* ſ. mortuis filijs ſuis, grauatum eſt totũ præ lium ſuper Saulẽ: quia non erat iã aliquis ſuperſtes de Iſraelitis, niſi ipſe, & pauci de ſeruis ſuis cũ eo. *Conſecutiq; ſunt eum viri ſagittarij.* i. inuenerunt eũ, vt patet. 1. Paralipo. ca. 10. vel dicitur, conſecuti ſunt. i. attigerunt eum ſagittis; quia illud conſequimur, q̃d attingimus. *Et vulneratus eſt vehementer à ſagittarijs.* ſ. q̃ multæ ſagittæ infixæ fuerant ei, ita q̃ iam non poterat viuere: ſic dixit vir Amalecites, qui nũciabat de illo Dauid, ſcilicet. Sciebam enim, q̃ viuere non poterat, ſequenti lib. capit. 1.

An Saul laudabilis ſit: quia iuit ad bellum, quanquam ſciret ſe certiſſimè moriturum. *Quæſtio VII.*

QVAERET aliquis, an Saul laudabilis eſſet, quia iuit ad bellum, quanquam ſciret ſe certiſſimè moriturum. Aliquis dicet, q̃ non: qa Saul agebat iam illud ex deſperatione. Quod autem aliquis ex deſperatione pugnet, quãquam fortiter pugnet, non eſt laudabile, nec vocatur fortis: ſic patet per Ariſt. 3. Ethi. vbi ponit multas ſpecies fortitudinis, & dicit, q̃ aliqui ſunt fortes propter timorem: quia deſperant ſe poſſe viuere, niſi fortiter pugnauerint, & iſti non ſunt fortes. Allegat autem dictũ Homeri in Iliade introducentis Hectorem loquentem ad Troianos, ne fugerent de bello. ſ. Quem ego videro ſine bello fugere, faciam q̃ non ſit ſibi ſufficiens, fugere canes i. ego truncabo eũ, & tunc tantum timebant Troiani ducem ſuũ, ſicut hoſtes, & ob hoc cogebantur durè pugnare: ita erat de Saule: quia ipſe deſperabat ſe poſſe viuere, cũ prędixiſſet ei Deus, q̃ erat moriturus: ideo ex neceſſitate pugnabat, & nõ erat laudabilis. In contrarium dicitur, q̃ erat laudabilis nimis: nam Ioſephus 6. Antiquitatũ laudat eũ ſuper omnes viros fortes, dicens, q̃ non ſunt fortes illi, qui ſciunt ſe in bello ſuperaturos, ſi pugnãt, & non penitus fortes ſunt, qui de belli euentu dubitant: ſed fortiſſimi, qui ſciunt ſe morituros in bello, & pugnant. Magiſter quoq; in Hiſtoria ſcholaſtica laudat nimis Saulem de magnanimitate, q̃ auſꝰ fuerit ire in bellum, cognita morte ſua. Reſpondẽdum, q̃ Saul fuit laudabilis: ſed in hoc diſtinguẽdũ, quia aut Saul putabat ſe certiſſimè moriturũ in bello propter verba prophetiæ, ſi illuc iret, & ſi nõ iret, putabat ſe poſſe euadere; aut credebat, q̃ ſiue iret in bellũ, ſiue, non, neceſſe erat ſibi mori, & q̃ Philiſthini eũ caperent. Si primo modo. dicendũ, q̃ erat vir laudabiliſſimus ſup oẽs alios bellatores, in quocũq; genere fortitudinis: qa pro patria, & populo ſuo nõ recuſauit mortẽ ſubire certiſſimã: & iſto modo laudat eum Ioſephus, & Hiſtoria ſcolaſtica. Si ſecũdo modo, dicendũ, q̃ non erat Saul tã laudabilis, ſicut ille, qui ad bellũ vadit dubius de euẽtu belli: ipſe tñ non recuſat quancũq; tolerare ſortem, dũ tñ viriliter agat: ſed adhuc magna laus reſtat Sauli in hoc modo: quia cũ ſciret ſe certiſſimè moriturũ, mirũ eſt, qũ o nõ totus obſtupuit, ita vt fieret quaſi immobilis, & non poſſet mouere arma cõtra hoſtes: & verũ eſt, q̃ à principio ſic egit: nã cũ dictum fuit ſibi: Cras tu, & filij tui mecũ eritis, timore valido cõcuſſus eſt ita vt pleno ſtatu caderet in terrã, nec ide ſur rexit vſq; ad ſpatiũ magnũ, vt patet ſup. c. 28. ſ. Statimq; Saul cecidit porrectus in terrã, extimuerat. n. verba Samuelis: poſtea tñ redeunte aĩo virili, expoſuit ſe ferociter cõtra hoſtes, & pugnauit duriſſimè vſquequo vulneratꝰ nimis, morti propinquus fuit: quicũq; ergo duorũ modorũ dictorũ det, erit Saul ſatis laudabilis. *Dixitque Saul ad armigerum ſuum.* Ad iſtum locutus eſt: quia iſte erat coniunctus, & poterat facilius agere, quod Saul volebat, quàm alij. *Euagina gladium tuum, & percute me.* i. occide me. Dixit autẽ, euagina, quia quãquam armiger Saulis eſſet in bello, tamen non habebat euaginatum gladiũ, eo q̃ tunc non pugnabat gladio, ſed iaculis, vel alio genere

Laudãdus eſt Saul de fortitudine magna valde.

genere armaturæ, quod procul iacitur: quod patet, quia dixit Saul ad eum: Ne forte veniãt incircunciſi iſti, & interficiant me: ergo nondum erant Philiſthini apud Saulem, & armigerum ſuum, & ſic non poterat pugnare gladio, ſed alijs armis; ideo nondũ euaginauerat cum, ſed Saul petiuit illũ euaginari. *Ne fortè veniant incirunciſi iſti*, ideſt, Philiſthini, & interficiant me.

Quare Saul voluit occidi ab armigero ſuo, & non à Philiſthinis. *Quæſtio VIII.*

QVAERET aliquis, quare Saul voluit occidi ab armigero ſuo, & non à Philiſthinis. Reſpõdendum eſt, q̃ hoc fecit propter dedecus: quia putabat ſibi magnum dedecus eſſe occidi ab eis: & hoc propter duo. Primò, quia erant incircunciſi, & Iſraelitæ habebãt pro magno vitupeꝛio, quòd aliquis eſſet incircunciſus: vnde cum vellent maximã blaſphemiam dicere de Philiſthinis, vocabant eos incirunciſos: ſic patet, cum dixit Ionathas ad armigerũ ſuũ: Veni tranſeamus ad ſtationem incircunciſorũ horum ſup. cap. 14. parentes quoq; Samſonis dixerunt ei: Nunquid nõ eſt mulier in filiabus fratrum tuorum, & in omni populo tuo: quia vis accipere vxorem de Philiſthijm, qui incircunciſi ſunt? Iudi. cap. 14. i. turpe eſt, quòd accipias mulierem de filiabus incircunciſorum: ſic etiam dixit Dauid de Goliath: Quis eſt hic Philiſthæus incircunciſus, qui exprobrauit acies Dei viuentis? ſup. cap. 17. putauit igitur Saul dedecus eſſe, quòd occideretur ab eis, & voluit occidi ab armigero ſuo: ſic. n. fuit de rege Abimelech filio Gedeonis, quem vna mulier lapide, percuſſit in capite ad mortem, qui vocauit cito armigerum ſuum, & ait ad eum: Euagina cito gladiũ tuũ, & percute me, ne forte dicatur, quòd à fœmina interfectus ſum, Iudi. cap. 9. Secundò fecit hoc propter dedecus, quod ſibi infligerent Philiſthini: nam putauit, quòd ſi ipſi occiderent eum, antequam occiderent multipliciter ei illuderẽt, & per duros cruciatus eum cogerẽt interire: voluit ergo breui morte ab armigero ſuo, vitam finire: ſic patet ĩ litera. ſ. Ne fortè veniant incircunciſi iſti, & interficiãt me, illudentes mihi: & iſta fuit cauſa potior, quàm præcedens. *Et interficiant me.* Neſciebat Saul, an Philiſthini vellent eum interficere, vel captum ducere ĩ terram ſuam ad gloriam victoriæ: Dixit tamen, & interficiant me: quia putauit, quòd certiſſimè interficerent eum, cùm illa die Deus prædixiſſet eum moriturum cum filijs ſuis, & iam filij mortui eſſent. *Illudentes mihi.* i. faciant multas illuſiones mihi, anteq̃ occidant me, ſicut poſtea fecerunt, quando occiſus erat: nam caput ſuum miſerunt per totam terram Philiſthinorum, & ſuſpenderunt corpus eius in muro Bethſan, vt patet inf in litera: pati autem hæc ludibria, grauius erat Sauli, quàm mortem tolerare, cum ipſe eſſet rex, & turpiter deluderet ab hoſtibꝰ. *Et noluit armiger eius.* ſ. percutere Saulem, *fuerat. n. nimio timore perterritus.* i. non fecit: quia timebat nimis. ſ. timuit verba Saulis, vel timuit hoſtes? melius tamen intelligitur, quòd timuit verba Saulis, videns eũ veniſſe ad tantam calamitatem, q̃ peteret ab eo occidi: & dicitur, quòd timuit. ſ. quòd quando dixit iſta Saul irruit timor magnus in armigerum ſuum, & debilitatę fuerunt omnes vires eius, tantum, q̃ etiã ſi voluiſſet obedire Sauli occidendo eum, non poſſet. Aliàs. n. non poneretur hic iſtud, tanquam cauſa præcedentis dicti. ſ. q̃ armiger Saulis noluiſſet eũ occidere. *Arripuit autem Saul gladium ſuum, & irruit ſuper eum.* ſ. videns quòd armiger ſuus nolebat eum occidere, ipſe ſeipſum occidit, irruendo ſuper gladiũ. Dicit Hiſtoria ſcolaſtica, quòd ideo irruit ſuper gladium: quia debilitatus nimis erat, & non poterat ſe transfodere quãquam vellet, ſed incubuit ſuper gladium, vt ſic ſine ſuis viribus moraretur.

Mors Saulis.

An Saul peccauerit ſe occidendo. *Quæſtio IX.*

QVAERET aliquis, an peccauerit Saul occidẽdo ſeipſum. Videtur quòd ſic, quia cuilibet eſt illicitum occidere alterum: ergo à fortiori erit illicitum occidere ſeipſum, cũ magis debeat ſe quiſq; diligere, quàm alterum. Item patet, q̃ peccauerit, & perierit, quia dicitur 1. Paral. c. 10. q̃ Saul non ſperauit in Domino, propter quod interfecit eum: ergo videtur q̃ mortuus eſt ex deſperatione: ſed qui deſperat, peccat mortaliter: ergo Saul peccauit ſe occidendo. In contrarinm videtur, quòd non peccauerit: quia ſi peccaſſet ſe occidendo, perijſſet ęterna liter, tamen non perijt: quia dicitur ſup. ca. 28. Cras tu, & filij tui mecum eritis, & hoc dicebat Samuel, q̃ erat vir ſanctus, de quo manifeſtum eſt, quòd erat ĩ loco ſanctorum, & Saul illuc iuit: ergo non peccauit ſe occidendo. Item patet, quia quanquam regulariter ſit peccatum, quòd aliquis ſeipſum occidat, tamen interdum poteſt aliquis ſe occidere ſine peccato: ſic fuit de Samſone, qui ſeipſum occidit, Iudi. c. 16. tamen excuſatur ab omnibus ſanctis doctoribus: & dicitur, q̃ non peccauerit, vt ait Auguſt. 1. de Ciuit. Dei. Sic ergo eſſe poterat de Saule, q̃ nõ peccauerit. Reſpondendum, q̃ Saul peccauit ſe occidendo: quia nulli licèt hoc agere in ſe, quod non liceret in alterum: ſed non licèt alicui occidere alterum: ergo nec ſeipſum. Item quia non habuit Saul rationabilem cauſam ſe occidendi: nam ideo ſe occidit, vt non pateretur duros cruciatus ab hoſtibus, vel vt nõ illuderetur ab eis, vt patet ſ̃in litera. ſ. Percute me, ne veniant incircunciſi iſti, & interficiant me, illudentes mihi: ſicut igitur ſi Saul ſe occidiſſet, vt non pateretur maiores dolores ab hoſtibus, erat manifeſtè vituperabilis: quia hoc agebat ex puſillanimitate. ſ. vt non pateretur duriſſima; ita etiam, cũ ſe interficeret, ne illuderetur ei, erat puſillanim̃; qa ſicut ad magnitudinem cordis pertinet cõtemptorem eſſe periculorum: ita pertinet contemptorẽ eſſe dedecoris, & iniuriarum: qui autem ſe occidit, vt non vituperetur, eximpatientia hoc agit: ideo ſ̃m Ariſt. vituperabilis eſt, & Auguſti. reprehendit omnes huiuſmodi: primo de Ciuitate Dei. reprehendit enim Catonem, qui ſe occidit, ne incideret in manꝰ Iulij Cęſaris, & hoc quia erubeſcebat ſubijci poteſtati eius: reprehendit quoq; Lucretiam excellentiſſimam romanarum matronarum, q̃ cũ inuita adulteriũ perpetraſſet, vt non videretur conſenſiſſe, & ex hoc minueret̃ fama eius, ſeipſam gladio tranſfodit, cũ factũ ſuũ lamentabiliter explanaſſet: ſimile tñ eſt de Saule, & de Catone: ideo Saul quoq; peccauit, vt Cato. Aug. quoq; ẽt reprehendit ibi Saulẽ: ergo peccauit. Stoici tñ tenent, q̃ glorioſa mors eſt, q̃ quiſq; ſibi inferre poteſt. Secunda aũt huic, q̃ viriliter pati poteſt pro virture: & ſ̃m iſtos, non ſolũ nõ eſt peccatũ, q̃ aliquis ſe occidat in tali caſu, ſed etiã eſt laudabile, & virtutis opus. Iſti tamen nimis contra rationem, & contra legem Dei loquuntur: quia non ſolum in aliquo caſu hoc concedunt aliquibꝰ hominibus, ſed generaliter ĩ omnibus iſtud landãt. Iſta fuit prima ſententia Catonis, & conſequenter multorũ ſtoicorum. Rationabilius autem, & fidei conuenientius Ariſto. nr̃ locutus eſt dicens, hmõi viros eẽ puſillanimes, & vituperabiles: & ꝓp hoc ĩ 5.

Arguit q̃ ſic. primo Secundo In oppoſitum.

Saul peccauit ſe occidendo: quia nulli licet ſeipſum occidere.

Stoicorũ opin. refellitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hebræorum opinio.impugnatur.

Ethi. dicit, ꝙ iuſtè in legibus humanis pęnę infligũ- F
tur homini ſeipſum corrumpenti.i.occidẽti.ſ.quia priuat ſepulchro, vel infliguntur ei alia opprobria. Hebræi autem dicunt, ꝙ non peccauit Saul ſe occidendo:quia cum neceſſariò moriturus eſſet,melius fuit, quòd ipſe ſeipſum occideret, quàm ꝙ occideretur ab hoſtibus:hoc tenet Ra.Dauid Kimhi. Sed iſtud eſt valde irrationabiliter dictum; quia quanꝫ aliquis ineuitabiliter occidendus ſit ab hoſtibus, ꝙ patiatur mortẽ ab eis eſt glorioſum, & eſt opus fortitudinis.ſ.mori, aliquid agendo contra hoſtem: ꝙ autem aliquis ſeipſum occidat,non eſt pati, ſed agere in ſeipſum:& iſta actio illicita eſt:nec valet,quòd ex quomodo ſcit quis ſe occidẽdum, ꝙ melius eſt, ꝙ ſeipſum occidat, quàm alius eum occidat: quia G
hoc modo concluderemus infinita inconuenientia.ſ.ego ſcio de pecunia,quæ non bene cuſtoditur, ꝙ aliquis eam furabitur,& tamẽ propter hoc, non licèt mihi furari: ſed permittere ꝙ alius furetur, ſi non poſſum euitare.Sic etiam ingredientibus hoſtibus in aliquam vrbem,ſcio certiſſime de aliqua virgine ibi exiſtente,ꝙ deflorabitur: & tamẽ non licèt propter hoc mihi eam deflorare:& ſic applicabitur

Nico.opinio.improbatur.

ad omnia mala: quanquam ergo aliquis ſciat certiſſimè, ꝙ ab hoſtibus occidendus eſt, debet hoc pati, quando euadere non potuerit;ſeipſum tamen occidere illicitum eſt. Nicolaus autem videtur tenere, ꝙ Saul non peccauerit occidẽdo ſe:& ad hoc dicit, H
ꝙ ſi aliquis occidat ſeipſum, vt maiores cruciatus euadat,illicitum eſt, & puſillanimitas:ſi tamen ſeipſum occidat,ne aliàs moriendo, vel viuẽdo ſequatur iniuria Dei vel diminutio cultus eius,poterit eſſe,ꝙ non peccet, & ſic excuſat Augu. primo de Ciuitate Dei, aliquas ſacras virgines,quæ ſeipſas occiderunt,ne ſequam barbarorum libidinem paterent: De Saule autem dicit,ꝙ ſic fuit: quia ſi non occidiſſet ſeipſum, Philiſthini veniſſent, & occidiſſent eũ, illudentes multipliciter:& quia Saul erat rex, & iniuria ſua nõ erat priuata, ſed publica.ſ.totius regni, & conſequenter redũdabat in Deũ,voluit ſeipſum occidere,vt non illuderent ei Philiſthini ĩ offenſam Dei,& ob hoc non peccauit. Sed non ſtat iſta poſitio. Primo quantum ad id quod præſupponitur.ſ. I
ꝙ liceat alicui occidere ſeipſum, quando per mortem eius euitatur offenſa, quæ aliàs Deo inferenda erat.Dicendum eſt enim,ꝙ iſtud non tenet generaliter,immo regulariter eſt illicitum,ꝙ aliquis ſe occidat,ne eo viuente ſequatur aliqua offenſio Dei,vt ſiquis vellet deflorare virginem violenter, dato ꝙ ipſa non poſſet ſe defendere,non deberet ſe occidere,ne pateretur ſtuprum,ſed magis deberet inuolũtaria pati,& in hoc non peccaret,ſed potius mereretur. Sic.n.dixit beata Lucia ad præſidem, qui volebat eã facere duci in lupanar.ſ. Si me inuitam in lupanar deduci feceris, caſtitas mihi duplicabit ad coronam.i.magis merebor violenter ſuſtinendo,quã ſi non deflorarer.Nec etiam impedit ad hoc,ꝙ in de K
floratione hac ſequatur delectatio: quia ſi fœmina inuita patiatur illam,non minuitur meritum ex delectatione, cùm delectatio ſequatur ibi ex neceſſitate,ex natura rei,& non ex conſenſu fœminæ defloratæ:ideo Auguſtinus generaliter dicit eſſe illicitũ, primo de Ciuitate Dei, ꝙ aliqua mulier ſe occidat, ne patiatur ſtuprum. Dicit tamẽ de quibuſdam virginibus ſacris ſpecialiter,ꝙ ille ſe occiderunt,ne paterentur, & excuſantur: quia Deus ſpecialiter incitauit eas ad ſe occidendum. In alijs autem generalis regula eſt, ꝙ potius debent pati defloration em, ſi ſe defendere non poſſunt, quàm ꝙ ſe occidant: ſic ait Aug.primo de Ciuitate Dei.cap.27.& paret hoc magis extra de ſepul.c.ex parte parentum: vbi iubetur de quadam fœmina,quæ fugiens lapſa eſt in fluuium de põte, ne defloraretur àquodam, qui eam violenter tenere volebat: quòd non tradatur eccleſiaſticæ ſepulturæ, ſi ipſa volẽs ſe proiecit in fluuiũ, ne defloraretur:Si autem nolens ſe præcipitare,ſed intendens effugere manus illorum, qui eam perſequebantur,caſu lapſa eſt, conceditur ei eccleſiaſtica ſepultura:nemini tamẽ denegatur ſepultura eccleſiaſtica, niſi illis, qui in manifeſtis peccatis mortalibus mortui ſunt:ergo peccaſſet mortaliter illa puella,ſi ſe ſponte proiecciſſet in fluuium, ne defloraret. Nullus ergo ſe licitè occidere poteſt ex aliqua cauſa.Cùm autem obijcitur, ꝙ iſti huiuſmodi occidũt ſe,vt non diminuatur cultus Dei: minueretur autẽ ſi virgo ſacrata,quæ proponit perpetuo continere, defloraretur:ideo videt, ꝙ poſſit ſe occidere, ne defloraretur.Dicẽdum,ꝙ ſi poſſet fieri,ꝙ iſta mulier non defloraretur per ali quem actum, qui non inducit peccatum mortale,fieri deberet,& eſſet gratũ Deo. Occiſio tamen innocentis eſt maius peccatũ, quàm violatio virginis Deo dicatæ:Deus autẽ non vult vt aliquis faciat maiora peccata, vt euitet minora: poſſet autem facere id, quod videtur minus, vt euitet maius,vt ait Gregorius ĩ Moralibus:& habet in Decretis.diſ.13.cap.duo ſunt &.c.nerui teſticulorum. Sed puella iſta,quæ ſe occidit, ne defloraretur,occidit innocentem; quod peius eſt,quàm deflorare virginem:ideo potius pati debuit, ꝙ defloraretur inuita,quàm ꝙ ſponte ſe occideret. Si autem ipſa poſſet reſiſtere, tolerando mortem, ne defloraretur,hoc gratum erat Deo: quia tunc ipſa non occidit ſeipſam,ſed occidit,& ad hoc tenetur:quia pꝰ tius debet omnia mala pati ,'quàm malo cõſentire. Si tamen intelligit, ꝙ ſi ſe non occidat,capietur,& non occidetur,ſed deflorabitur:potius debet adhuc defloration em pati, quàm mortem ſibi infligere.

Cap.25. Ad rõnes Nicolai.

Cùm autem dicebat Nicolaus ſecundò, ꝙ Saul occiderat ſeipſum,ne illuderetur,& hoc quia ſequeba tur inde contumelia Dei.Dicendum,ꝙ non conſequebatur; quin potius Deus volebat inferre Sauli illam contumeliam, & maiorem propter culpã ſuã. Quod patet: quia ſequenti die abſciſum eſt caput eius,& portatum eſt per totam terram Philiſthinorum,vt patet inf. in litera:deinde affixum eſt in templo Dagon, vt patet.2.Paralipo.cap.10. Corpus aũt eius ſuſpenſum eſt in muro vrbis Bethſan, vt patet, inf.in litera: & hæc omnia Deus volebat fieri: ideo non erat contumelia Dei, ꝙ pateretur illuſionem Saul à Philiſthinis,& conſequenter non debebat ſe occidere,vt non pateretur hoc. Item Saul non ſe occidit,vt non diminueretur diuinus cultus,vel nõ inferretur dedecus per ſuam illuſionem: quia ipſe non poterat hoc euitare:nam dato, ꝙ ſe occideret, putaretur occiſus ab hoſtibus, & ꝙ hoſtes fecerant ei quodcunq; illuſiones voluerunt,ſicut poſtea fecerunt:ſed fecit hoc ex cauſa ſua,ſcilicet,quia videbat ſibi duriſſimum tolerare illuſiones,& hoc ex puſillanimitate:ideo potius voluit ſe occidere,quàm eludi:non ergo poteſt excuſari.

Ad primã rõnem in oppoſi.

Ad primam rationem in contrarium reſpondetur,qñ dr ſup.cap.28. Cras tu,& filij tui mecum eritis. Dicendum quòd non intelligitur quòd eſſent cum illo ideſt,manerent in loco,in quo ipſe erat:ſed quòd eſſent ſecum,ideſt,ꝙ eſſent mortui ſicut ipſe erat mortuus. Et quãquam Auguſtinus aliter expoſuerit hoc 18.de ciui. Dei & habet in decretis 26. quæſt. 5. tamen expoſitio ſua non tenet vt declaratum eſt ſup.cap 28.

Ad ſecundam.

Ad ſecundam rationem cum dicitur de Samſone, quòd ſeipſum occidit:& tamen excuſatur. Dicendum eſt ꝙ aliquis

aliquis caſus eſſe poteſt,in quo aliquis ſeipſum occi A
cidat: & non peccet, ſcilicet,ſi Deus inſpirauerit ei ꝙ ſe occidat:ſed aliàs nunquam licitè ſeipſum occidet pro aliqua cauſa. De Samſone autem dicẽdum eſt quòd Deus inſpirauerit ei quòd ſe occideret,vt occideret multos de Philiſthinis. Quod apparet Iudi.capit. 16.nam Philiſthini illudebant Samſoni in vituperium Dei Iſrael: ipſe autem ĩuocauit Deum vt reſtitueret ei fortitudinem: & reſtituit immediate: concutienſq; domum fecit eam corruere. Si tamen Deus non conſenſiſſet huic morti,non exaudiuiſſet ipſum orantem. Exaudiuit tamen quia illico reſtituit ei fortitudinem,ergo inſpirauit ei,quòd ſe occideret:& ſic iſte excuſabilis eſt,& omnes eum excuſant. Saul autem non eſt excuſabilis: præſertim B
quia Saul agebat ad occidendum ſeipſum ſolum,& non Philiſthinos.Samſon autem non faciebat,vt ſe occideret,ſed Philiſthinos,quanquã putabat ſe moriturum cum eis:poterat tamẽ eſſe aliquis caſus, vt ipſe non moreretur:ideo non erat ſimile in eo, & in Saule. Item quia Samſon occidit ſe,vt occideret hoſtes. Nam dixit moriatũr anima mea cùm Philiſthijm,Iudi.cap.16. Saul vero ſeipſum occidit,vt effugeret illuſionem. Laudabilior autem eſt cauſa Sãſonis:ideo non excuſatur Saul,ſed Samſon.

Ad ſecundam rationem. Ad tertiã.

An Saul damnatus fuerit æternaliter. Quæſtio X.

Argũ.1.

QVAERETVR vlterius,an Saul dãnatus fue- C
rit æternaliter. Aliquis dicet quòd ſic,nã Saul mortuus eſt propter iniquitates ſuas.1.Parali.c.10. ſed qui moritur in iniquitate, perit æternaliter: ergo condemnatus eſt Saul.Item Saul peccauit mortaliter ſe occidendo,vt præcedenti quæſtione declaratum eſt : ergo damnatus eſt, quia qui in peccato mortali decedit, ætetnaliter perit. In contrarium videtur: quia ſup.ca.28.dixit Samuel Sauli: Cras tu, & filij tui mecum eritis:ſed Samuel erat in loco ſanctorum:ergo illuc iuit Saul:quia Samuel non mentiretur. Reſpondendum eſt, quòd Hebræi tenent, quòd Saul ſaluatus eſt:& motiuũ ſuum eſt, quia dicunt quòd non peccauit ſeipſum occidendo, cum neceſſariò moriturus eſſet. Sic tenet Ra.Dauid Ki- D
mhi. Item dicunt,quòd Saul meruit ex hoc, quòd confeſſus eſt peccatum ſuũ coram Samuele, & erubuit,ideo Deus ſaluauit ipſum ex hoc. Sed iſta non ſtant:de primo patet:quia nimis irrationabile eſt, ꝙ liceat alicui ſe occidere,ſi ab alio occidẽdus eſt,ſicut declaratum fuit præcedenti quæſtione:vnde peccauit grauiter Saul ſe occidendo. Secundò non ſtat ſcilicet, quòd Saul meruerit confitendo peccatum ſuum coram Samuele; quia non apparet an iſtud dixerit,qa dolebat de peccato,vel quia neceſſe erat, quòd referret in fortunium ſuum,quòd euenerat ei ex peccato,vt Samuel reſponderet ei:& magis videtur,ꝙ fecerit propter hoc, quàm propter primum. Sed adhuc dato, ꝙ Saul meruiſſet confitendo peccatum,non ſequitur quòd ſaluatus eſt, quia meritum ſaluat,ſi poſt illud peccatũ non eueniat: Saul tñ peccauit hic ſe occidendo poſtq̃ meruerat:iõ oĩa merita fuerunt irrita ad ſalutem ſuã. Nicolaus aũt tenet cũ Hebræis, ꝙ ſaluatus fuerit ꝓp motiua Hebræorũ:ẽt quia cũ ſciret ſe moriturũ in bello, nõ recuſauit illũc ire, & cum ſciret filios ſuos morituros,non reuelauit eis,vt recederent à bello.Item dicit, quòd Saul à principio regni fuit valde bonus,quia nõ erat in Iſrael vir melior illo,vt patet ſupra capit. 9. ideo credẽdum eſt, quòd propter illam bonitatem Deus eum diſpoſuerat taliter,vt ſaluaretur.Hoc autem tenet ſub ambiguo dicens, quòd non recolit ſe inue-

Secũdo.

Opin.Nicolai refellitur.

Non doluit Saul de pcto.

niſſe determinationem contrariam. Sed non ſtat iſta poſitio:nam prima ratio non concludit: quia licet Saul venerit in bellum ſciens ſe moriturum, nõ apparet, an hoc fecerit propter Deum, vel propter timorem:& fortè dicetur, quòd magis egit propter timorem,quia cũ dixiſſet ei Samuel, quòd cras moreretur ipſe,& filij ſui,putauit impoſſibile eſſe,quòd mortem elideret:ſed, quòd ſiue iret ad bellum, ſiue non,vbicunque eſſet, occidendus erat: ideo voluit potius mori in bello, quàm alibi. Sed adhuc dato, quòd non egiſſet propter timorem,ſed volens conformare voluntatem ſuam voluntati diuinæ in volito, quod erat cuiuſdam perfectionis, non proderat, quia poſt iſtud meritum peccauerit ſe occidẽdo,ideo priora merita euacuata ſunt.Ad ſecundam rationem dicendum eodem modo, ſcilicet, ꝙ non patet,an meruerit, non reuelando filijs ſuis mortẽ: ſed dato, quòd meruerit, meritum extinctũ eſt per ſequens vitium. Ad tertium cum dicit, quòd non reperit determinationem aliquam in contrarium. Dicendum, quòd quanquam non legerit, vel non recolat ſe legiſſe, tamẽ determinatio Auguſtini eſt, quòd perierit æternaliter, vt patet 18. de Ciuit. Dei: & habetur in decretis 26.q 5.cap.nec mirum. Dicendum igitur, quòd Saul peccauit ſe occidendo, & æternaliter perijt.Sed aliquis dicet, quod circa hoc non erat dubitandum:nam cum conſtet, quòd peccauit ſe occidendo,conſtat,quòd mortuus eſt in peccato,& quòd æternaliter perijt. Dicendum, quod quanquam peccauerit ſe occidendo, tamen non ex hoc ſequitur,quod damnatus ſit; quia tamen multi peccant,& non pereunt æternaliter,eoꝙ non decedunt in ipſo peccato.Sed aliquis dicet,quod hoc nõ ſtat:quia iſtud tenet in peccatis illis, poſt quæ homo non decedit immediatè:nam poteſt dolere de his,& conſequenter ſaluabitur. In occiſione autem non erat ſic: qa in ipſomet actu occiſionis deceſſit Saul: ergo ſi peccabat ſe occidendo moriebatur. Dicendum,ꝙ ſatis ſtat, ꝙ Saul ſe occideret, & tamen non decederet in pcto, quia fortè non perijt immediatè, vt incubuit ſuper enſem,ſed aliquantulum ſuperuixit, & in illo modico poterat dolere, ꝙ ſibi manus iniecerat, & ſaluaretur: ſed adhuc dato, ꝙ mox,vt incubuit ſuper enſemmortuus eſſet,poterat ſaluari, quia neceſſe eſt dari tempus medium inter peccatũ Saulis & mortem ſuam.Nam peccatum ſuum ſolũ fuit volendo ſibi enſem incutere, & incipiendo incumbere ſuper eum: ꝙ aũt poſtea enſis perforaret viſcera eius,& ex hoc moreretur, nõ erat actio ſua, ſed paſſio:iõ non durabat tunc actus peccati: & ſic poterat eſſe,ꝙ tunc doleret,ꝙ ſibi enſem incuſſerat, & ſaluaretur:præſertim quia ſufficit motus contritionis,vel attritionis ad ſaluandum hominem, & fit in inſtanti:ideo nemo poteſt negare, quin Saul habuerit locum ad dolendum de peccato,& conſequẽter potuerit ſaluari.Dicendum tamen,ꝙ non eſt veriſimile,ꝙ dolnerit de peccato: quia cum ipſe incubuerit ſuper enſem,ille penetrauit mox omnia vitalia eius,& mortuus eſt: & ſic quanquam non ſit impoſſibile intercidere contritionem inter mortem, & peccatum:tamen non eſt veriſimile, ꝙ intercideꝛit,quia nihil fuit medium inter hæc, niſi intolerabilis dolor ſubitaneus,& mens attonita: ad hoc tamẽ, ꝙ aliquis doleat de peccato, oportet eſſe attentionem, & ꝙ mens conuertat ſe ſupra ſe: non eſt ergo veriſimile vllatenus, ꝙ Saul pęnituerit: & ſic perijt æternaliter.Iſta eſt ſententia Aug.18.de Ciui.Dei:& habetur in Decretis 26.q 5.c.nec mirum. cum dr.Et qũo homo Dei, qui cũ Abraham in refrigerio erat, diceret ad virũ peſtilẽtię,dignũ ardore gehẽnę.Cras

Universidad de Deusto
Biblioteca

mecum eris? & post hoc dicit: Sub habitu, & nomine Samuelis, Satanas contra legem se adorari permisit, & virum peccatis præsſum, cùm magna distãtia peccatorum, & iustorum sit, cum Samuele iustissimo futurum, mentitus est: verum potest dici, verum posse videri, si de Samuelis nomine taceatur: quia Saul cum Diabolo futurus erat. Ecce tam manifestẽ Aug. profitetur, q̃ Saul damnatus sit. Ad rationem in contrarium, cum dicitur: Cras tu, & filij tui mecum eritis, respondet Aug. vbi supra, q̃ non locutus fuit ista Samuel, sed Satanas, & iste mentit⁹ est, q̃ Saul futurus esset cum Samuele: quia Satanas mendax est, & pater mendacij, Ioã. cap. 8. Vel aliter dicit, q̃ Satanas verum dixit. s. q̃ Saul futurus erat cum eo, eo q̃ damnandus erat, & maneret in æternum cum Satana. Ista responsio sufficiens esset nobis in hac parte: sed non tenebimus eã propter duo. Primò: quia præsupponit, q̃ iste, q̃ locutus fuit Sauli, non fuit Samuel, sed satanas, quod est contra ea, q̃ declarauimus supra cap. 27. Secundò non est tenenda, quia Aug. solum intendit dicere de Saule, q̃ dãnatus sit: & tamen si dicatur, q̃ satanas ista dixit, & verum asseruit, non solum sequitur Saulem damnatum esse, sed etiam filios suos: sed hoc non est verisimile, maximè de Ionatha, qui erat vir bon⁹, & profecit nimis Dauid, exponendo se contra maliciam Saulis, vt patet supra. c. 18. vsq; ad 23. & nunc mortuus est in actu meritorio. s. pugnãdo pro terra sua. Ideo respondendum est aliter. s. q̃ non intelligatur ista auctoritas de mãsione post mortem in tali, vel tali loco; sed de ipsa morte. s. q̃ Saul, & filij sui essent cras cum Samuele. i. mortui, sicut ipse. Ad rationes pro parte nostra, quæ quanquam verũ concludãt, quia tamen non concludebant sufficienter, dicendum, cùm primò dicitur. 1. Paralipo. ca. 10. q̃ mortuus est Saul propter iniquitates suas; q̃ ex hoc non sequitur, q̃ perierit æternaliter: quia aliud est mori pro iniquitatibus, & aliud mori in iniquitatibus: si quis moritur secũdo modo, damnatur: si autem primo modo, non sequitur quòd damnatur: quia tũc mors infertur tanquam pœna peccatorum, & potest aliquis dolere de illis, & tamen propter hoc nõ aufertur pœna: ideo potest mori aliquis pro iniquitate sua, & non damnabitur: sic patet de omnibus, qui pro maleficijs præcepto iudicis occiduntur: nã omnes illi possunt saluari. Ad secundam rationem, cùm dicitur: peccauit occidendo se, ergo perijt æternaliter: dicendum, q̃ non sequitur, quia inter actũ malum, & mortem erat tempus mediũ, in quo poterat Saul dolere de peccato, & non periret. *Quod cum vidisset armiger eius.* Videlicet q̃ mortuus est Saul. s. Saul iusserat armigero suo, vt occideret eum, q̃ noluit: ideo putauit q̃ Saul nõ se occideret: cũ autem, vidit eum mortuum, extimuit nimis, & occidit se. *Irruit etiam ipse super gladium suum, & mortuus est cum eo.* i. cùm armiger videret mortuum Dominum suum, noluit superuiuere, sed sequi eum in mortem, & occidit se eodem genere mortis, scilicet irruendo super gladium suum.

Ad rõnẽ in principio.

Ad primã

Ad secundam.

An armiger Saulis seipsum occidens peccauit.
Quæstio XI.

QVAERET aliquis, an iste armiger peccauit se occidendo. Respondendum, q̃ sic: quia nulli licet occidere seipsum, nisi Deus eum ad hoc induxerit, iubendo, vel inspirando: de hoc autem non videtur, q̃ Deus ei iusserit, nec est verisimile: quia cũ occidere se ipsum sit peccatum, Deus nunquam alicui hoc iubebit, vel inspirabit, nisi sequatur magna

F vtilitas inde: sicut fuit in Samsone, qui moriens occidit multoplurẽs de Philisthinis, quàm viuens occiderat, vt patet Iudi. cap. 16. hic autem nõ secuta fuit aliqua vtilitas, ideo Deus non iussit, nec inspirauit isti, q̃ se occideret: hoc autem tenent conformiter omnes doctores, tam Catholici, quàm Hebræi: potissimè quia de Saule declaratum est, quod peccasset se occidẽdo, & tamẽ ille habebat aliqualem causam se occidendi, ne illuderetur à Philisthinis, cùm esset rex: iste autem nullam causam habebat, cum esset vir plebeius, ideo peccauit. Item quia iste egit ex desperatione. s. quia vidit mortuum Dominũ suũ, ideo cernens omnia bona sua perijsse, in quibus cõfidebat, noluit superuiuere: sic enim fuit de Anchise patre Aeneę, qui erat vnus de principibus Troianis G cognatus regis Priami: cernens autem Troiam gladio, & igne deletam, in qua cõfidebat, & in qua erat gloriatio sua, nolebat superuiuere, sed mori inter hostes, quanquam posset fugere: ideo cum Aeneas filius eius suaderet ei, vt fugeret in aliam regionem cum eo, & saluaretur, noluit dicens.

Absit, vt excisę possim superuiuere Troię. & sequitur.
Talia præstabat memoranS, Fixusq; manebat.

Vt ait Virgilius 2. Aeneidos. Item quia dicunt Hebræi, & Historia scholastica, & Nicolaus, q̃ iste armiger Saulis erat Doeg Idumæus: quod satis verisimile est: quia iste erat nimis familiaris ei: & dicitur sup. c. 22. q̃ erat primus inter seruos regis: sciens autem, q̃ mortuo Saule, regnaret Dauid, & ille affligeret eum durissime: quia Doeg fuerat sibi contrarius, & accusator eius apud Saulem, & criminator sacerdotum, propter quem perijt tota domus Achimelec, sup. cap. 22. voluit se occidere, vt leui morte durissimos, quos expectabat, effugeret cruciatus: sed illud illicitum est, sicut est sententia omnium doctorũ, & Augu. 1. de Ciuitate Dei. ca. 17. ideo peccauit iste se occidẽdo. *Mortuus est ergo Saul, & tres filij eius.* s. Saul mortuus est: quia seipsum occidit, filij autem eius mortui sunt ab hostibus, & prius mortui sunt filij Saulis, quàm ipse, vt patet supra in litera: ponitur tamen prius de Saule: quia dignior erat. *Et armiger eius.* Iste mortuus est post Saulem occidens se: quia vidit Saulem mortuum, supra in litera. *Et vniuersi viri eius.* I Non intelligitur istud de omnibus viris Saulis. i. de omnibus subditis: quia non perierunt in bello omnes, qui illuc iuerunt, sed maior pars fugiens saluata est, vt declaratum est in secunda quæstione huius cap. sed vocantur viri Saulis solum domestici sui, q̃ solum astabant ei, & erant de familia sua, & pars domus eius. Sic patet. 1. Paralipo. c 10. cùm dicitur: Interijt ergo Saul, & tres filij eius, & omnis domus illius pariter concidit: domus autem vocatur familia sua: & sic videtur, q̃ soli viri, qui erãt familiares Saulis, mortui sunt, reliqui verò Israelitę fugerunt. *In die illa pariter.* s. omnes isti mortui sunt in die vna. s. Saul, & filij sui, & armiger, & familiares: eo q̃ bellũ non durauit nisi illa die, fugatis illico Israelitis à facie Philisthinorum: sic enim dixerat Samuel Sauli: Cras tu & filij tui mecum eritis, vt patet sup. c. 28. & tamen quãdo ista dicta sunt, Saul nõ erat in castris, sed cum Pythonissa in ciuitate Endor, & consequẽter non erat inceptum bellũ: ergo die, qua cępit, finitũ est, & in illa perierunt omnes, de quibus dicit hic. Non tamẽ est intelligendũ vniuersaliter, q̃ oẽs familiares Saulis perierint: qa Abner erat præcip⁹ familiaris eius. s. princeps militię, & patruelis eius, sup. c. 14. & iste non perijt bello, quia sequenti lib. c. 2. dicitur quomodo ipse constituit Isbosęth filium suum in regem: sed dicitur, q̃ omnes perierũt, quia pauci manserunt: scriptura aũt ponit oẽs, pro multis,

Omnes q̃ multis scriptura ponit.

tis, vt patet Gen. capit. 41. scilicet omnes prouincię veniebant in Aegyptum vt emerent escas: & tamẽ certum est, quòd non veniebant omnes, sed aliquę. *Videntes autem viri Israel, qui erant trans vallem, & trans Iordanem.* Hic ponitur fuga Israelitarũ de locis suis: videntes enim, quòd perijsset in bello rex, & filij sui, & fugissent Israelitæ, dimiserunt ciuitates suas fugientes ad alia loca: isti autem erant, qui habitabãt apud terram Philisthinorum, quia putauerũt, quòd ibi non possent se defendere ab hostibus. Et dicitur: qui erant trãs vallẽ: istud intelligitur de quadã valle magna, quæ erat in terra Israel, quæ vocatur excellenter vallis, non expressò alio nomine, quia illa erat excellentior inter omnes valles terræ Israel: ista autem erat apud Iordanem: locus enim, per quẽ B defluit Iordanis est vallis quædam magna, quæ Hebraicè appellatur, Aulon: nunc autẽ ab incolis Gortus dicitur, in qua sunt vites famosissimæ, & arbores de quibus balsamus nascitur: nec est præciosius quidquam in tota terra Israel, vt ait Iosephus in libro de bello Iudaico, & Solinus impolystor capitulo de Iudæa: & habetur in libro de Situ terræ Sanctæ. Ista vallis erat nunc apud terrã Philisthinorũ, ideo habitatores eius fugierunt. Dicitur autem de habitantibus trans vallem, & trans Iordanem, & utrunque intelligitur de habitantibus in valle Iordanis: sed dicuntur habitantes trans vallẽ: i. apud Iordanem, in parte occidentali eius, & trans Iordanẽ dicuntur esse habitatores in parte eius: vtrique autẽ in eadẽ valle Iordanis sunt: sed dicitur de vtrisque, trans, scilicet, quia vtrique erant occidẽtales, respectu terræ Philisthinorum. 1. Paralip. capit 9. dicitur, quòd cùm vidissent viri Israel, qui habitabant in cãpestribus, & accipitur pro istis, vt patet ibi ex historia, quæ eadem est hic, & ibi. Dicuntur tamen esse in campestribus, idest, in terra non plana, quia quæcunque terra non plana vocatur, modo Hebraico, terra campestris: & sic propriè valles vocantur campestria: sic patet Iosue cap. 11. scilicet. Qui habitabant in montanis, & planicie, & campestribus: & sic distinguuntur ibi campestria, contra montes, & loca plana: ergo campestria sunt valles: & sic ad idem reddit vterque textus. *Quod fugissent viri Israelitæ, & quòd mortuus esset Saul, et filij eius,* scilicet, ista fuit eis causa timoris, & recessus de ciuitatibus suis.

Fuga Israelitarũ de locis suis.

Quare Israelitæ fugiunt de ciuitatibus suis.
Quæstio XII.

QAERET aliquis, quare fugerunt Israelitæ pp hoc de ciuitatibus suis. Respondendum, q̃ fuit propter duo: primum, quia putauerunt quòd non possent resistere Philisthinis, quia si totus Israel non potuit stare coram facie Philisthinorũ, & Saul & filij sui, qui conati sunt stare mortui sunt, quantominus ipsi possent resistere? ideo fugerunt de locis suis, ne Philisthini irruerent super illos pp E propinquitatẽ terræ, & occiderent eos. Secundum fuit, quia dato, quòd Israelitæ fugissent à facie Philisthinorum, si mansisset aliquis, qui defenderet istos Israelitas, resistendo iterum Philisthinis, non fugissent de locis suis, nullus tamen manebat: quod innuitur, cũ dicitur, q̃ mortuus esset Saul, & filij eius, ideo fugerunt. Sed obijcietur, q̃ non mortui fuerant omnes filij Saulis, cùm mansisset Isbosęth, qui postea factus est rex, sequenti lib. cap. 2. Dicendum, quòd Israelitæ non fecerunt mentionem de isto, quasi non esset, eo quòd erat vir pauidus corde, & ineptus ad bellum, vt resisteret hostibus: quod satis apparet sequenti lib. cap. 3. vsque ad quintum: ideo A nullam fiduciam habentes in eum, fugerunt de vrbibus suis. *Reliquerunt ciuitates suas, & fugerunt,* scilicet putantes q̃ Philisthini irruerent nunc super omnes vrbes finitimas: ipsi autem non possent defendere illas: istud tamen fuit ex conditione generali succumbentiũ in bello; quia illi efficiuntur tunc plus timentes, quàm oporteat: nam Philisthini finito illo bello, nullam vrbem Israelitarum inuaserunt: sed solum occupauerunt eas, quas inuenerunt vacuas: eo, q̃ nunc moti fuerant Philisthini à Deo pp Saulem, vt ille moreretur in bello: hoc ideo facto, Deus non mouit Philisthinos ad infestandũ Israelitas, & tunc ipsi non curauerũt plus eos persequi. *Venerunt q; Philisthijm, & habitauerunt ibi,* scilicet scientes, quòd B fugissent Israelitæ de vrbibus illis, occupauerũt eas, quia erat terra illa nimis fructifera, & desiderabilis. *Facta autem die altera.* Hic ponitur secundum huius. c. scilicet, Saulis vituperatio: quia post mortem suam turpiter à Philisthinis tractatus est, vt ipsi extollerẽt victoriam suam, & dicitur: facta die altera, scilicet die sequenti, post mortem Saulis, & filiorum suorum: nam die illa solum pugnauerunt Philisthijm, & non conuersi fuerunt ad spolia, sed die sequenti. *Venerunt Philisthijm, & spoliauerunt interfectos,* scilicet, q̃ iacebant in monte Gelboe, & acceperũt omnia spolia ipsorum. *Et inuenerunt Saul, & tres filios eius iacentes in monte Gelboe.* s. quia ibi iacebãt alij, cùm fuissent ibi factum bellum: erant autẽ simul Saul & filij sui, qa C in eadem acie erant, & coniuncti in eadem parte.

Philisthini quomodo cognouerunt Saulem, & filios suos mortuos. *Quæstio XIII.*

QVAERET aliquis, quomodo cognouerunt Philisthini Saulem, & tres filios eius. Aliquis dicet, quòd cognouerunt eos per insignia: sed tunc obijcietur, q̃ Saul non habebat tunc insignia, quia Amalecites vir, q̃ venit ad Dauid tulit diadema ei⁹, & armillã, quæ erant insignia regis, vt patet sequenti lib. cap. 1. Dicendum est, quod Philisthini poterant cognoscere Saul, & filios suos ex aspectu, quia sæpe venerant isti in bellum contra Philisthinos, & D ibi viderant eos Philisthini, & potissimè poterant eos videre, & cognoscere, quia verisimile est, q̃ viderent illos in terra Israel: nam pro ineunda pace, vel conuentu aliquarum rerum multoties Philisthini irent ad regem Israel, & Israelitæ ad reges Philisthinorum, & ibi possent Philisthini cognoscere Saulẽ; & filios suos. Aliter etiam dici potest, quòd cognosci poterant per insignia sua, quia fortè habebant alia insignia specialia, vel saltem per insignia generalia, scilicet per apparatum vestium, & fulgorem armorum, cæterarumque rerum: quia ista differrent in Saule, & filijs suis ab eis, quæ habebant populares. *Et præciderunt caput Saul.* Istud fuit ad ostendendum victoriam suam.

Quare præciderunt Philisthini caput Saulis, & non filiorum eius. *Quæstio XIIII.*

QVAERET aliquis, quare præciderunt caput Saulis, & non capita filiorum suorum. dicendum q̃ hoc fuit propter duo: primum fuit ad significãdum victoriam: erat enim Saul hostis Philisthinorum: putauerunt autem Philisthini se habere magnificam victoriam, cum occiderunt Saulem: ideo ad ostendendam victoriæ magnitudinem, miserunt caput Saulis per totam terram Philisthinorũ, vt omnes gauderent videntes caput hostis sui præcisum, & ex hoc magnificarent Deos suos, quasi dedissent

dissent eis illam victoriã: sic patet immediatè, scilicet. Miserunt in terram Philisthinorum per circuitum, vt annunciaretur in templo idolorum, & in populis. Postea etiam affixerunt caput istud in templo Dagon, vt patet 1. Paralipo. cap. 10. de filijs autẽ Saulis non curauerunt, quia visum est eis sufficiens solum præcidere caput Saulis ad portandũ per terram Philisthinorum, eo, quòd ille erat principalis hostis eorum, & princeps cęterorum hostium: ob hoc autem tulerunt arma Saulis, & posuerunt in tẽplo Astaroth, vt patet infra in litera: arma autem filiorum suorum in nullo templo posuerunt, sed rapuerunt sibi, sicut reliqua spolia: motiuum autem præcipuum Philisthinorum ad mittendũ caput Saulis per terram ipsorum fuit, quia consuetudo erat apud antiquos, quòd victores ducerent caput hostis sui præcipui per terram suam, ad significandam lætitiam: & sic fecit Dauid, quando Israelitæ præualuerunt contra Philisthinos, & ipse occidit Goliath: nam duxit caput eius coram Saule in Ierusalem, & ferebat per omnes ciuitates Israel, egrediebanturq; mulieres de vniuersis vrbibus cantantes, & choros ducentes in occursum Saul regis in tympanis lætitiæ, & in sistris, & dicebant: Percussit Saul mille, & Dauid decem millia: supra capit. 18. Nunc autem versa vice fecerunt Philisthini de capite Saulis: ipsi nanque sciebant quid Israelitæ egissent de capite Goliath: nam ipsi retulerunt, quomodo cãtabant mulieres coram Dauid: Percussit Saul mille, & c. supra capit. 21. & 29. Israelitæ autem duxerant caput Goliath per terram suam potius, quàm caput alicuius alterius Philisthini, eo quòd iste erat fortissimus Philisthinorum, supra capit. 17. & in eo erat tota spes illorum: vnde ipso occubente, omnes fugerunt, vt patet eod. capit. scilicet: Videntes autem Philisthijm, quòd mortuus esset fortissimus eorum, fugerunt. Secunda causa, propter quam amputatum est caput Saulis fuit, quia Deus voluit, quòd pateretur istam ignominiam: & quanquam mortui nihil sentiant de malis, quæ inferuntur hic corporibus eorum, tamen aliquo modo pertinet ad eos honor, vel dedecus, quæ inferuntur eis hic, non tamen tantum, vt honor hic exhibitus, vel prosperitas pronepotum alicuius mortui efficiant fœlicem eum, qui non est, vel dedecus hic inflictum mortuo, & infortunia pronepotum auferant felicitatẽ ei, qui felix est, vt declarat Aristot. 1. Ethicorum in capit. Pronepotum autem fortunas: pro eo tamen modico, quod pertinet ad defunctos de malis, quæ eis infliguntur hic, saltem secundum opinionem suo perstitum, voluit Deus Sauli inferre hoc dedecus, scilicet, quòd caput eius ferretur per totam terram Philisthinorum. Istud etiam existimant tanquã pœnam mortuorum omnes populares: vnde leges humanæ inferunt interdum homini pœnã post mortem: sic ait Aristo. 5 Ethicorũ, scilicet. Pœna adest seipsum corrumpenti, scilicet infligitur pœna secũdum legem homini occidenti se: ista autem est, q̃ sepulchro careat, vel quòd trahatur per terram cadauer eius, & similes pœnæ. Filij autem Saulis non pecauerant, vel saltem non tantum, sicut Saul: ideo non passus est, quòd inferretur eis istud dedecus sicut Sauli: quanquam passus est quasdam alias ignominias inferri, scilicet, quòd suspenderentur corpora eorum de muro Bethsan. vt patet in litera. *Et spoliauerunt eum armis*. Ista consecrata fuerunt postea in templo Astaroth, vt patet infra in litera, & 1. Paralipo. cap. 10. *Et miserunt in terram Philisthinorum per circuitum*, idest, per omnes ciuitates Philisthinorum, vt omnes viderent, & gauderent de victoria belli: istud non intelligitur de armis, sed de capite: sic fecerũt Israelitæ de capite Goliath, supra capit. 18. *Vt annunciaretur in templo idolorum, & in populis.* Idest, istud fuit, vt victoria Philisthinorum nunciaretur in omnibus populis terræ suæ, & in omnibus templis idolorum, & omnes gauderent.

Quare Philisthini voluerunt istam victoriam in templis idolorum annunciari. Quæst. XV.

QVAERET aliquis, quare Philisthini voluerunt annunciari istam victoriam in templis idolorum. Dicendum, quòd fuit ad laudem Deorum suorum, quia ipsi gaudebant de victoria, tanquam Dij sui contulissent eam, ideo honorabant eos propter illam: quod patet, quia in terra Philisthinorũ erant tres Dij præcipui, scilicet Astaroth, de quo infra dicitur: & Dagon, qui erat Deus Getheorum, in cuius templo posuerunt arcam Philisthini, quando acceperunt eam in bello, supra cap. 5. & Beelzebub Deus Acaronitarum, ad quem consulendum ibant aliqui de filijs Israel, vt patet infra 4. lib. capit. 1. nam illuc misit rex Ochozias. vt respõderet de ægritudine sua. eod. capit. His autem Dijs Philisthini attribuebant victoriam suam: nam in templo Astaroth posuerunt arma Saulis ad manendũ ibi semper, vt patet infra in litera: & quia Deus Dagon habebatur honorabilissimus inter Philisthinos, posuerunt in templo eius caput Saulis, vt patet 1. Paralip. capit. 10. Quòd autem esset honorabilissimus patet, quia Philisthini, cùm acceperunt arcã in bello, non posuerunt eam prius in templo alicuius Dei, quàm in templo Dagon, vt patet supra cap. 5. in templo autem Beelzebub non legitur, q̃ posuerint Philistijm aliqua spolia belli: sed credẽdum est, quòd posuerint aliqua localia. Erant autem in hoc Philisthini insipientes nimis, quia cum Dij sui essẽt lapidei, & lignei, non poterant adiuuare eos, potissimè quia Dagon, qui erat Deus opinatissimus inter Philisthinos, non potuit consistere coram arca Domini, sed corruit ad pedes eius, & cùm subleuassent eum ministri sui, corruit iterum coram arca, & abscissum est caput eius, & manus supra cap. 5. Erat tamen ista insania antiquissima, ideo quanquã ratio conuinceret illos, non esse Deos, nec aliquid habere virtutis, semper putabant Philisthini, quòd illi adiuuabant eos in bello, credebant tamen, q̃ Deus Israelitarum erat maior Dijs suis, & quòd non poterant Dij sui defendere eos à Deo Israel, si ille vellet percutere eos: sic patet supra capit. 4. s. Timuerunt que Philisthini, dicentes: Venit Deus in castra, & ingemuerunt dicentes. Vę nobis: non fuit enim tanta exultatio heri, & nudius tertius. Væ nobis: quis nos saluabit de manu Deorum sublimiũ istorum? hi sunt Dij, qui percusserunt Aegyptum omni plaga. *Et posuerunt arma eius in templo Astaroth*. Iste est vnus de Dijs excellentibus Philisthinorum, ideo ad honorandum eum, posuerunt in templo eius arma Saulis.

Posuerunt Philisthini arma in templo Astaroth, & non aliorum Deorum propter duo. Quæstio XVI.

QVAERET aliquis, quare posuerunt arma in templo Astaroth, & quare magis in templo Dei huius, quàm aliorum Deorũ Philisthinorum. Respondendum ad primum, quòd posuerunt ibi arma propter duo: primo ad honorem Dei istius, quia Philisthini putabant victoriã sibi collatã fuisse à Dijs

à Dijs suis, ideo volebant ponere in templis ipsorũ aliqua insignia victoriæ, vt quando illa viderentur, laudarentur Dij, quia dederant victoriam illam: sic enim Dauid fecit: nam occiso Goliath, posuit gladium eius in tabernaculo Domini, & conseruabatur ibi post Ephod, vt patet supra cap. 21. Et erat hoc ad laudem Dei Israel: semper enim apud Gentes obtinuit ista consuetudo, vt honorarentur Dij de victorijs ipsorum. Ad secundum dicendum, quòd posita fuerunt arma Saulis in tẽplo Astaroth, quia erat vnus de Dijs principalibus Philisthinorum. Si autem obijciatur, quare nõ posita fuerunt in templo alterius Dei: dicendum, quòd inter Philisthinos erãt tres Dij principales, scilicet Astaroth, Dagon, & Beelzebub: maior autem erat Dagon; ideo in templo eius positum fuit caput Saulis, ut patet 1. Paralipo. capit. 10. Secundus erat Astaroth, & in tẽplo eius posita fuerũt arma, vt patet hic: tertius erat Beelzebub, & in templo eius nihil legitur positum fuisse: sed credendum est, quòd fuerunt aliqua insignia virorum bellatorum posita in templo illius. *Corpus verò eius miserunt in muro Bethsan*. Suspenderũt in muro vrbis Bethsan: ista vrbs est in sorte Iudæ: fuerunt etiam posita corpora filiorum Saulis in eodem muro, vt patet infra, cùm dicitur, q̃ viri Iabes tulerunt cadauer Saulis, & filiorum eius de muro Bethsan: fuit autem ista suspensio facta ad dedecus Saulis, & ad gloriam victoriæ, & quia illi tres viri erant filij regis, illos solum suspenderunt non curantes de cadaueribus popularium. *Quod cum audissent habitatores Iabes Galaad*. Hic ponitur tertium, scilicet honorabilis, & deuota tumulatio, quam fecerunt viri Iabes Galaad de cadaueribus Saulis, & filiorum eius: fuerunt autem isti viri Iabes studiosi nimis circa Saulem, quia benefecerat eis Saul specialiter, scilicet ī principio regni Saulis venit Naas rex filiorum Ammon, volens occidere viros Iabes Galaad, vel saltem eruere eis oculos dextros, vt patet supra cap. 11. Saul autem liberauit eos tunc, ideo voluerunt ei reddere vicem pro hac misericordia: & vocatur Iabes Galaad, idest, Iabes ciuitas terræ Galaad, quæ pertinebat ad tribum Gad, in qua erãt viri fortissimi, vt dixit Moyses in benedictione sua, Deuter. 33. ca. *Quæcunque fecerunt Philisthini Saul*, idest, quomodo abscíderunt caput eius, & suspenderunt cadauera eius, & filiorum suorũ in muro Bethsan. *Surrexerunt omnes viri fortissimi*, scilicet, omnes viri pugnatores, qui erant in vrbe Iabes congregati sunt, & iuerunt in Bethsan ad portandũ inde cadauera Saulis & filiorum suorum. *Et ambulauerunt tota nocte illa*, scilicet, tota nocte, in qua recesserunt de Iabes: iuerunt enim isti viri per noctem ad vrbem Betsan, vt Philisthini nõ cognoscerent: nam si per diem iuissent, Philisthini auferrent cadauera de muro, & nõ possent viri Iabes illa tollere. *Et tulerunt cadauer Saulis, & cadauera filiorum eius de muro Bethsan*. Ibi enim suspensa erant omnia ista quatuor cadauera, quæ suspenderant Philisthini ad gloriam suam & ignominiam Israelitarum: ista ciuitas Bethsan postea vocata est Scitopolis, vt ait Iosephus 6. antiquitatum, & sæpe de hac fit mentio in lib. 1. Machabęorum.

Tres Dij principales Philisthinorũ.

Viri Iabes meruerunt valde, quia sepelierunt corpora Saulis, & filiorum. Quæstio XVII.

QVAERET aliquis, an viri Iabes in hoc meruerunt. Respondendum est, quòd magnũ meritum fuit ipsorum. Primò quia sepelierunt mortuos, quod meritorium est, & computatur vt vnum de operibus misericordiæ. Item quia Tobias inter omnia opera sua bona specialiter laudatur, quia sepeliebat mortuos, & propter hoc iubebatur auferri tota substantia sua, vt patet Tobiæ. capit. 1. & 2. isti autem sic fecerunt: ergo merebantur. Item quia isti egerunt, vt auferrent opprobriũ gentis suæ: nam Philisthini suspenderunt corpora istorum in muro Bethsan ad ignominiã gentis eorum: isti autem, vt auferrent dedecus Hebræorum sepelierunt illa cadauera: nimis tamen merentur illi, qui pro tota republica aliquid agunt, præcipuè ad tollendum ignominiam eius. Item opus meritorium est, quòd fit secundum virtutem, & quanto aliqua virtus laudabilior est, tanto est opus eius magis meritorium: viri tamen Iabes exposuerunt se hic ad mortem, introeundo in terrã Philisthinorum, vt inde auferrent cadauera Saulis, & filiorum suorum, quod est opus fortitudinis: est autem fortitudo de excellẽtissimis virtutibus, ideo isti nimis meruerũt: sic enim est de maxima laude Tobiæ, quia rex tulerat omnem substãtiam eius, & iusserat eum occidi, quia sepeliebat mortuos, vt patet Tobiæ. cap. 1. & tamen post hoc cum sciret quendam esse iugulatum in platea sepeliuit illum, exponens se ad mortem, introeundo in terrã hostilem, vt tollerent inde ista cadauera. *Veneruntque Iabes*, idest, redierunt in ciuitatem Iabes, scilicet postq̃ abstulerunt cadauera de muro Bethsan, redierunt in nocte illa in vrbem Iabes, vt ibi facerent exequias debitas regali funeri. *Et cõbusserunt ea ibi*, idest & combusserunt corpora istorum, nec sepelierunt ea integra: sic enim fiebat apud Gentiles, quia comburebantur corpora, & postea cineres relicti ex corporibus ponebantur in tumulis.

An corpora Saulis, & filiorum fuerint combusta, & quare. Quæst. XVIII.

QVAERET aliquis, an corpora Saulis, & filiorum suorum combusta fuerint. Aliquis dicet quòd non, quia ista sepulta fuerunt, vt patet 1. Paralipo. cap. 10 scilicet. Tulerunt cadauera Saul, & filiorum suorum, attuleruntque ea in Iabes, & sepelierunt subter quercum, quæ erat in Iabes: ergo nõ combusta fuerant, quia alioquin non maneret qd sepeliretur. Item patet, quia apud Hebræos consuetudo erat, vt cadauera sepelirentur, quanquam apud Gentiles cremarentur, vt patet de Sara vxore Abrahę, Gen. cap. 13. & de Abraham, Gen. cap. 25. & de Isaac, Gen. 35. cap. de Iacob, Lia & Rebecca, Gen. cap 49. sic etiam erat cõsuetudo tempore Saulis, & Dauid: nam nepotes, & filij quidam Saulis sepulti fuerunt, vt patet sequenti lib. cap. 21. videtur

Prima ratio ex aduerso.

Rõ secunda.

ergo

Universidad de Deusto
Biblioteca

ergo,quòd non fuit combustum cadauer Saulis,aut filiorum suorum, sed fuerunt sepulta. In contrarium videtur, quòd fuerint combusta,quia in litera dicitur, quòd combusserunt ea. Item patet, quia 2.Paralipo.cap.21.dicitur de rege Ioram: Mortuus est in infirmitate pessima,& non fecit populus secūdum morem combustionis exequias, sicut fecerat maioribus eius. Respondendum est, quòd inter Israelitas non erat idem modus, quantum ad cadauera omnium: nam cadauera popularium simpliciter sepeliebantur, & nihil comburebatur de eis, nec fiebant cęremoniæ combustionis aliarum rerū super illa: in cadaueribus autem regum, secus erat, qa ibi fiebant cęremonię combustionis, vt patet in allegata auctoritate 2. Paralipo.capit. 21. patet etiam Iere.capit. 34. vbi dicit Iere. ad Sedechiam regem. Hæc dicit Dominus: Non morieris in gladio,sed in pace morieris, & secundum combustiones patrum tuorum regum priorum,qui fuerunt ante te,sic cōburent te. Apparet ergo, quòd in regibus consuetudo erat, quòd fieret combustio. Sed in hoc est dubium, scilicet,an comburerentur ipsa cadauera, vel aliquid super cadauera. Quidā dicunt, ꝙ non comburebantur cadauera, sed aliquid super cadauera, vel super lectum,in quo erant cadauera,sic patet de rege Asa.2. Paralipo.capit. 16. cum dicitur: Posuerunt eum super lectum suum plenum aromatibus, & vnguentis meretricijs, quæ erant pigmentorum arte confecta, & combusserunt super eum ambitionem nimiam,idest, combusserunt multa aromata, & vnguenta,& non ipsum:& istud tenet Nicolaus. Alij dicunt,quòd cremabantur ipsa cadauera regū: sic patet Ierem.capit.34.scilicet.Secundum combustiones patrum tuorum regum priorum,qui fuerūt ante te,sic comburent te: ergo cadauera comburēda erant, & non solum aliquid super cadauera.

Cadauera popularium sepeliebātur, regum vero cōburebantur.

Respondendum est,quòd sicut inter Hebræos nō erat idem modus apud reges,& populares:quia pro popularibus nihil cremabatur, nec de cadaueribus, nec de alijs rebus,& in rebus fiebant aliquę combustiones: ita non erat idem modus in omnibus regibus,sed in quibusdam cremabantur solum aromata,& quædam alia super cadauera regum: sic intelligitur ꝙdr de rege Asa.2.Paralip c.16. sic etiam intelligitur eod.lib capit.21.cùm dicitur de rege Iorā, quòd non fecit ei populus exequias secundum morem combustionis, sicut fecerat maioribus eius. Ali quando autem cremabantur cadauera, scilicet carnes cadauerum, & relinquebantur ossa,vt sepelirētur, ossa autem nunquam cremabantur: & sic fuit hic in Saule, & filijs suis, quia carnes eorum crematæ sunt, & ossa fuerunt sepulta, vt patet hic in litera,scilicet. Et combusserunt ea ibi, & tulerunt ossa eorum, & sepelierunt ea ibi: primum refertur ad cadauera,quia dicitur hic: Et tulerunt cadauer Saul,& cadauera filiorum eius de muro Betsan,& combusserunt ea: ossa autem non fuerunt combusta, quia postea translata sunt de Iabes in Gabaa, vt patet sequenti lib.cap.11.scilicet. Et abijt Dauid, & tulit ossa Saul,& ossa Ionathæ filij eius à viris Iabes Galaad, qui furati fuerant ea de platea Bethsan:nō enim potest aliquis negare,quòd cadauera fuerint hic combusta,vt patet in litera. Dicit autem Ra. Dauid Kimhi,quòd hoc fiebat, ne carnes putrefierent:manebant autem ossa incombusta, quia illa non poterāt putrefieri. Ad rationem primam in cōtrarium dicendum,quòd non stat, quia quanquam comburerentur cadauera hic, adhuc manebat aliquid sepeliendum: nam poterat hoc fieri dupliciter: scilicet, quòd comburerentur carnes, & ossa: vel solæ carnes: si primo modo,manebant cineres sepeliēdi: sic fiebat apud Gentiles, quorū cadauera totaliter cremabantur, deinde sepeliebantur cineres: sic orauit Pyramus, quòd cineres sui, & Thisbes sepelirentur in sepulchro,vt ait Ouidius,& habetur 4. Metamor. in principio: si autem cremarentur solæ carnes,manebant ossa sepelienda: & sic factum est in cadaueribus Saulis,& filiorum suorum, vt supra declaratū est. Ad secundam rationem dicendum, quòd illa procedit de popularibus, in quibus non fiebant aliquæ cęremoniæ combustionis cadauerum, vel aliarū rerū: sed integra sepeliebātur:Saul autē erat rex, ideo in eo,& filijs suis aliter factum est. *Et tulerunt ossa eorum*,scilicet,non cremauerunt ea cum carnibus, sed ad sepeliendum seruauerunt. *Et sepelierunt ea ibi*, scilice, tin vrbe sua Iabes. *In nemore Iabes*.ſ. inter aliquas arbores. Aliter habetur 1.Paralip.c.10. scilicet attulerunt ea in Iabes,& sepelierunt subter querců, quę erat in Iabes: dicendum, quòd istud procedit propter æquiuocationem nominis Hebraici, quia nomen,quod habetur hic, in Hebræo significat indifferenter quodcunque lignum, vel significat multitudinem arborum, quod patet,quia Gen. 21.dicitur, quòd Abraham plantauit nemus in Bersabee, & ibi manifeste accipitur pro viridario,vel multitudine arborum. Et Deutero.no.cap.21. dicitur: Maledictus à Deo est,qui pendet in ligno,idest,furca:& tamen in Hebręo ponitur idem nomen vtrobique, & idem ponitur hic: ideo potuit accipi pro multitudine arborum: & sic accepit litera nostra hic, cùm dixit: In nemore Iabes: sicut accipitur Gen. capit. 21.vel potuit accipi pro vnica arbore, vel ligno: sicut habetur Deutero.cap.21. *Et sepelierunt subter quercum,quæ erat in Iabes*, est autem quercus vnica arbor. Potest autem dici, quòd illa quercus erat in Iabes, idest,intra vrbem Iabes: vel in Iabes,idest,in territorio,scilicet apud vrbem, sic accipitur Iosue capit. 5. vbi litera nostra dicit, quòd erat Iosue in vrbis Iericho territorio, vel agro, & litera Hebraica dicit, ꝙ erat Iosue in Iericho: & tamen manifestum est, ꝙ tunc non erat intra vrbem, vt patet ibidem: sed accipitur esse in Iericho, idest in territorio eius. *Et ieiunauerunt septem diebus*, idest, postquam sepelierunt cadauera istorum. Et erat istud ieiunium secundum morem Hebræorum, scilicet, quòd non comederent tota die aliquid vsque ad solis Occasum, & in his diebus abstinebant Iudæi ab omnibus delectationibus.

Ad primā rōnem in prin.

Ad secundam.

Quare viri Iabes,mortuo Saule, ieiunauerunt septem diebus. Quæst. XIX.

QVAERET aliquis, quare viri Iabes ieiunauerunt septem diebus,mortuo Saule. Rndendū est secundum quosdam, quòd hoc fecerūt propter contaminationem:in quo sciendum, quòd illi,qui ibant ad exequias alicuius mortui,vel tangebant cadauera eius, vel introibant in domum illius, vel tāgebant sepulchrū, aut ossa humana reperta in agro, erant immundi septem diebus, in quibus non accedebant ad communicationem aliorum hominum, vt patet Nume.capit. 19. viri autem Iabes tulerant cadauera Saulis,& filiorum eius de vrbe Betsan, & interfuerant exequijs: ideo omnes erant immundi per septem dies: & ob hoc dicunt, quòd debebant illis septem diebus ieiunare.Sed hoc non stat, quia Nume.capit.19.vbi ponitur lex de immundicia super mortuo, solum dicitur, quòd immundus lustraretur aqua lustrationis die tertio, & septimo, & in die septimo lauaret corpus suum, & vestes, manere-

retque immundus vsque ad solis Occasum, & tunc posset intrare in castra, & reciperetur ad communicationem aliorum hominum, & participationē sacrorum. Diebus autem septem præcedentibus, non poterat introire in castra,Num.capit.5. de ieiunio tamen nihil vnquam mādatur.Item patet hoc, quia quādo mortuus fuit Abner, Dauid iuit ad exequias sequens feretrum, plangebatque nimis,sequēti lib.cap.4. ex quo immundus erat super mortuo, & tamen non ieiunauit, nisi vna die eod.ca.ideo ꝓpter immunditiam contractam super mortuo, nō ieiunauerunt viri Iabes septem diebus. Aliqui dicunt,quòd ieiunauerūt propter planctum Saulis,& filiorum suorū,scilicet, quia tenebantur facere hoc propter reuerentiam regis.Sed non stat,quia Dauid etiam, & viri sui planxerunt Saulem,& filios suos planctu magno, sequenti lib.cap.1. ergo non ieiunauerunt, nisi vna die eod.cap.si tamen tenerētur, vel esset consuetudo,quòd ieiunarent diebus septem in morte regum, ieiunasset tot diebus Dauid. Dicendum est igitur,quòd viri Iabes fecerunt hoc ad impendendum honorem, & cōpassionem funeri Saulis,& hoc specialius egerunt,quàm omnes Israelitę: primò quia exposuerunt se morti, eundo in:vrbem Bethsan pro cadaueribus horum. Secundò, quia affixerunt se diebus septem ieiunio propter mortē Saulis,hoc autem fuit in signum gratitudinis: nam Saul liberauerat viros Iabes à morte, quando Naas rex Ammon oppugnabat eos,petieruntque ab illo inducias dierum septem, vt si non esset, qui liberaret eos in diebus illis, traderent se regi Ammon, ad hoc,quòd erueret oculos eorum dextros: Saul autē ante finem horum dierum triumphauit magnificè de Ammonitis,& liberauit viros Iabes: ideo in memoriam illorum septem dierum, ieiunauerunt septem diebus pro Saule,& filijs suis, & non ex præcepto,nec ex consuetudine: istud tenet Ra. Dauid Kimhi. Fuit autem istud opus supererogationis: vnde Dauid nimis laudat viros istos. De hoc,sequenti lib. cap.2.& Dauid,quanquam esset vir bonus,non ieiunauit, nisi die vno: quia etiam ad hoc non tenebatur, sed fecit ad ostendendam misericordiam,quam præstabat funeri Saulis.

Chronica breuis omnium regnorum mundi, quæ fuerunt à tempore Heli vsque ad obitum Saulis. Quæst. XX.

CHRONICA temporalium incidentium,ex fine libri Iudicum,& Ruth omissa fuerat,nunc autem eam denuo repetamus. euentus quosdā temporis huius, & historiam libri sub breuitate enarrantes: tempora enim huius primi libri in Heli sacerdote inchoant,& in morte Saulis finiunt. Fuit autē Heli sacerdos de filijs Ithamar,ad quos summum sacerdotium non pertinebat: fuit tamen Heli assūmptus propter probitatem in iudicem Israel, cū nondum essent reges,qui & iudicauit Israel quadraginta annis,vt patet supra cap.4.cunque esset velut Dominus totius populi, dicunt summum sacerdotiū sibi vsurpasse,quod ad domum Phinees filij Eleazar in æternum pertinebat ex pacto Dei, Num.cap.25. sic ait Vincentius in Speculo historiali.lib.3. Sed magis dicendum est, quòd iste erat vir bonus, & sacerdotes de domo Phinees erant tunc viri nequam:vnde propter huius bonitatem, & illorū nequitiam, Deus transtulit summum sacerdorium in Heli: sic colligitur supra cap.2.& promisit Deus illi, ꝙ in æternū essent sacerdotes de domo sua:cùm dicitur. Loquens locutus sum, vt domus tua, & domus patris tui ministraret in conspectu meo, vsque in sempiternum. Nunc autem dicit Dominus: Absit hoc à me: sed quicunque glorificabit me, glorificabo eum: & qui contemnunt me, erunt ignobiles. In quo prænunciatum est, quòd propter peccata filiorum suorum non maneret summum sacerdotiū in domo sua in æternum: sed mansit solum per quinque viros,scilicet in ipso, & in Phinees filio suo, & in Achitob filio Phinees,& ī Achimelech filio Achitob, iste occisus est à Saule cum octogintaquinque sacerdotibus, & ciuitas Nobe cum tota domo Heli tunc perijt,supra capit. 22. euasit autem Abiathar filius Achimelech,qui postea fuit summus sacerdos tempore Dauid, vt colligitur sequenti lib. capit.8. & 15. quē postea à sacerdotio amouit Salomon infra 3.lib.capit.2 & hoc,vt impleretur maledictio super domum Heli, eod. cap. postea autem nunquam fuerunt sacerdotes magni de domo Heli: fuit autē ipse primus,qui de domo Ithamar sacerdotio summo functus est,& Abiathar vltimus,vt ait Iosephus quinto antiquitatum. Aliqui putant istū Heli fuisse Eleazarum filium Aaron: & motiuum eorū est, quia Eleazarus fuit pater Phinees, Num. capit.25. ita etiam Heli fuit pater Phinees, supra cap. 1. & 2. Sed falsum est: quia Eleazarus fuit cōtemporaneus Iosue ante tempora iudicum:de cuius morte habetur Iosue, capit. vltimo: Heli vero fuit penultimus de iudicibus parum ante Saulem. Vixit autem Heli annis nonagintaocto,cunque esset senex,nec posset ministrare in summo sacerdotio, transtulit illum in filium suum Phinees: habebat enim duos, scilicet Ophni, & Phinees:qui ministrauit viuente patre,vt ait Iosephus 5.antiquitatum. Isti fuerunt viri pessimi,delinquentes in officio sacerdotali, & dormientes cum mulieribus, quæ excubabant in ostio tabernaculi,supra cap.2.quos Heli grandęuus verbis leuiter corripuit: ideo Deus iratus misit ad eum virum prophetam prænunciantem occasum domus eius, eod. capitu. Cępit autem sub temporibus huius Samuel filius Elcana, leuita de familia Caathitarum, qui in pueritia sua ministrabat coram Heli, supra c. 2. Iste anno duodecimo non completo, vt ait Iosephus.5.antiquitatum. prophetauit de euersione domus Heli,supra cap.3. Cunque esset Heli annorum nonagintaocto, Philisthini inierunt bellum contra Israel: Ductaq; est arca in castra: percussis verò, & fugatis Israelitis,arca à Philistinis capta est: quo audito, Heli corruens de sella sua, fractis ceruicibus, expirauit, supra capitulo quarto, in quo finitus est annus quadragesimus primus, quo ipse iudicauit Israel. Mortuo itaque Heli, Samuel propter vitæ probitatem, & excellentiā prophetiæ,a toto Israel in iudicem acceptus est, qui tanquam rex erat. In principio autem temporis huius fuit arca in terra Philisthinorum mensibus septem, percutiens Philisthinos plaga magna: quam postea cum muneribus retulerunt, supra capitulo quinto, & sexto. Iudicauit autem Samuel Israel annis viginti, in quibus consuetus erat quolibet anno discurrere per terram Israel,iudicabatque Israel in tribus locis,scilicet,Galgala,Bethel,& Maspha:deinde reuertebatur in Ramatha vrbem suam, quousque sequenti anno inciperet circundare totum Israel: & sic faciebat per singulos annos, supra capitulo septimo. Huius tempore Israelitæ coluerunt Dominum, nam ipse reduxit eos de cultu Baalim,& Astaroth,ad cultum Dei. Accidit autem tunc Philisthinos inire bellum contra Israel,congregatis Israelitis in Maspha ad sacrificium,orauit Samuel pro Israel Dominū, qui intonuit fragore magno de cęlo super Philisthinos, fugatique sunt à facie Israel, & reddiderunt

Cōtra aliquos crędētes Heli fuisse Eleazarū filium Aaaron.

Samuel electus iudex.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vrbes, quas abstulerant Israelitis, supra cap. 7. Hoc tempore manebat tẽplum Domini in vrbe Nobe, quia post mortem Heli translatum fuerat de Silo in Nobe: mansitque ibi toto tempore Samuelis. & regni Saulis ferè, vsquequo Saul occidit sacerdotes, & deleuit vrbem Nobe, supra capitu. 22. tunc enim translatum est tabernaculum in Gabaon: fuitque in Nobe quasi per quadraginta annos. Hoc tempore arca Domini non erat in sanctuario, sicut fuerat à principio, intra sancta sanctorum, quia ex quo capta est à Philisthinis tempore Heli, nunquam redijt ad tabernaculum vsque ad annum vndecimum regni Salomonis: quando ædificato templo, duxit eã de domo Dauid in templum, vt patet. 2. Paralipo. c. 1. & fuit istud tempus annorum quasi nonaginta- G duorum, quod patet, quia à morte Heli, vsque ad regnum Dauid computantur anni quadraginta, quos attribuit scriptura regno Saulis, vt patet Act. capit. 13. deinde Dauid regnauit annis quadraginta, infra 3. lib. capitulo 2. Salomon autem anno quarto regni sui cępit templum ędificare, quod septem annis finitum est. De hoc 3 Regum capitulo sexto, vsque ad nonũ, quibus coniunctis, colliguntur anni quasi nonaginta duo, quibus mansit arca extra sanctuarium: mansit autem toto tempore Samuelis, & Saulis in Cariathiarim, in domo Abinadab supra cap. 7 postea autem Dauid anno septimo, regni sui, quã do factus est simul rex super Israel, & Iudam, duxit H arcam de Cariathiarim in Ierusalem: quæ mãsit tribus mensibus in domo Obededom: deinde translata est in domum Dauid, sequenti lib. cap. 6. & 1. Paralipo. capit. 16. Fuit autem tempus, quo mansit arca in Cariathiarim, quasi quadraginta septem annorũ. s. toto tẽpore Samuelis, & Saulis, quod est annorum quadraginta & septem annis, vel quasi octo de regno Dauid: nam transtulit arcam Dauid de Cariathiarim in Ierusalem, quando cępit regnare sup totum Israel, vt patet sequenti lib. capit. 7. ante hoc autem regnauerat annis septem, & mensibus septẽ super Iudam sequenti lib. cap. 2. tempus autem, quo mansit arca in Ierusalem in domo Dauid extra sanctuarium, fuit annorum quasi 35 quod patet subtrahendo 47. præcedentes de 92. manebat anni 35. I

Senescente autem Samuele, cum non posset conuenienter discurrere per totum Israel, sicut consueuerat, instituit duos filios suos iudices Israel, qui iudicabant populum in Bersabea. Isti autem declinauerunt post auariciam, ideo modico tempore iudicauerunt. Venerunt autem Israelitæ ad Samuelem petentes regem, sicut cæteræ gentes, vt patet supra cap 8. Hic finiti sunt viginti anni, in quibus iudicauit Samuel Israel: ipse. n. fuit vltimus iudex Israel, vt patet supra capit. 12. Disposuerat autem Deus dare Israelitis reges. Quadam verò die, veniente Saule ad Samuelem, inquisituro pro asinabus, quę perierant de grege patris, vnxit eum Samuel in regem in secreto: postea autem publicè, per sortes electo rege in Malphat à toto populo, sorte inuẽtus est Saul supra capit. 10 Qui in principio regni sui, cùm non- K dum plenè obedirent ei Israelitæ, victoriam magnificam habuit de Ammonitis pugnantibus contra Iabes Galaad: ꝓpter quod renouata est vnctio eius, & concorditer totus populus vnxit eum in Galgala supra capitulo vndecimo. Regnauit autem annis 20. 18. quidem viuente Samuele, & duobus mortuo illo: quanquam scriptura computat annos quadraginta regni Saulis Act. capitulo decimotertio, quod fit: quia viginti anni, in quibus iudicauit Samuel, computantur cum annis Saulis, & fiunt quadraginta, Saul autem nouiter regnans, elegit sibi F de Israel tria millia virorum: quorum duo millia erant cum eo in Machmas, & in Bethel: mille autẽ cũ Ionatha in Gabaa, supra capitulo decimotertio. Eo tempore Philisthini dominabantur Israelitis, eratque magna turba eorum in terra Israel, quæ vocabatur statio Philisthinorum, & ista erat in Gabaa: Cogebat autem ista statio Philisthinorum Israelitas ad seruandum leges Philisthinorum, scilicet vt soluerent eis tributa certis temporibus, & vt non possent habere Israelitæ fabros ferrarios ad fabricandum arma, ne possent se erigere contra Philisthinos hanc stationem Philisthinorum percussit Ionathas, & tunc Israelitæ cęperunt rebellare Philisthinis supra capitulo decimotertio. Congregata est autem innumerabilis multitudo Philisthinorum curruũ, equitum, & peditum, vt delerent Israelitas, qui se absconderunt à facie eorum in cauernis terræ: tunc Ionathas, cùm esset quadam die cum patre suo, & haberet solum sexcentos viros, ascendit ad castra Philisthinorum cum solo armigero suo, percussitq; castra, supra capitulo decimoquarto. Post hoc autẽ Saul magnifica bella egit contra gentes multas, scilicet Moab, Ammon, & Edom, & reges Saba, & Philisthæos, & quocunque se verteret, superabat. Eo tẽpore misit Deus Saulem ad pugnandũ cõtra Amalec, cuius præceptis plenè non obediens, à Deo damnatus est, prænunciato sibi, quòd auferretur sibi regnum Israel de manu sua, supra capit. 15. Tunc vnctus fuit Dauid in regem secretè, & spiritus Domini recedens à Saule, transiuit ad Dauid. inuasitque Dæmon Saulem, qui torquebat eum frequenter: ad cuius releuationem Dauid vocatus est, vt citharizaret coram Saule, supra capitulo decimosexto. Post hoc aliquanto tempore, accidit bellum Philisthinorum contra Israelem, in quo Dauid occidit Goliath, supra capitulo decimoseptimo. Tunc Saul constituit Dauid principem virorum belli, & Ionathas iniuit fœdus cum illo, supra capit. 18. Eo tempore cùm ferret Dauid corã Saule caput Goliath in Ierusalem, cantauerunt mulieres, dicentes: Percussit Saul mille, &c. & tunc cępit Dauid odiosus esse Sauli, conatusq; est Saul semel cum lancea confodere, sed post ad velandam nequitiam suam, & vt posset facilius occidere Dauid, dedit ei Michol filiam suam in vxorem, supra capit. 18. Ex eo tempore cœpit Saul persequi Dauid prius occultè, deinde manifestè: quousque exclusit eum de terra Israel in terram Philisthinorum, vt patet supra eod. capit. 18. vsque ad 27. Fuit autem exitus Dauid de terra Israel, quatuor mensibus ante mortem Saulis: nam quatuor mensibus solum mansit Dauid in terram Philisthinorum, supra capit. 27. & tamen ibi manebat, quando mortuus est Saul, vt patet sequenti lib. capitulo primo. Dum autem fiebat persecutio Dauid, accidit mori Samuelem annis duobus ante mortem Saulis, de quo supra capit. 25. Postea autẽ congregatis Philisthinis in bellum contra Israel, & consulta Pythonissa, mortuus est Saul, & tres filij sui in eodem bello: fuit autem totum regnum Saulis annorum viginti, à quo inceperunt reges Israel: à Samuele autem cœperunt tempora prophetarũ nominatorum in scriptura.

Ionathas percussit magnam stationẽ Philisthinorũ Gabaa.

Quo tẽpore mortuus est Samuel.

De historia temporum. Tempora prophetarum, quando inceperunt. Quæst. XXI.

SCIENDVM autem, quòd annus primus, quo cępit iudicare Heli Israel, fuit annus 356. ab exitu de Aegypto: quod patet, demendo quadraginta annos temporis sui, & quadraginta annos regni Saulis, &

Dauid regnauit annis 40. Salomon 4. anno sui regni cœpit ædificare templum.

lis, & iudicaturæ Samuelis, & quadraginta annos regni Dauid: & quatuor annos regni Salomonis, qui fluxerunt de regno suo, quando cœpit ædificare templum, de annis 480. qui fluxerant ab exitu de Aegypto vsque ad principium ædificationis templi, vt patet infra tertio lib. capitulo sexto, manebunt anni 356. Erant autem tũc de ætate tertia anni 866 ab exordio quoque seculi, vsque tunc fluxerant anni duo millia 809. Cùm autem cępit regnare Saul erat annus 416. ab exitu de Aegypto, & de ætate tertia erat annus 926. ab exordio seculi fluxerant anni duo millia 869. hoc patet addendo 60. annos, qui fuerunt inter principium iudicaturæ Heli, & regni Saulis, quorum quadraginta pertinent ad Heli, & viginti ad Samuelem. Tempore autem He- B li filij Hectoris recuperauerunt Troiam, expulsis inde nepotibus Anthenoris. Tempore autem Saulis accidit quoddam bellum magnum, inter Israelitas, & Agarenos: nam filij Gad pugnauerunt contra Agarenos, siue Arabes, & præualuerunt cõtra eos, occupaueruntque magnam partem terræ eorum, & pecora, vt patet 1. Paralipo. capitu 5. Anno 15. regni Saulis, qui erat annus ab exitu de Aegypto. 431. & de ætate tertia, erat annus 941. & ab exordio seculi fluxerant anni duo millia 884. Cęperunt duo regna magna in terris, scilicet regnum Corinthiorum, & Lacedæmoniorum. Tũc autem apud Athe- C nienses regnabat rex 17. nomine Codrus: de hoc Eusebius in chronicis, & Vincentius. 3. lib. Speculi historialis. De Codro rege dicit Valerius lib. quinto tit. 4. de pietate erga parentes, & patriam Codrus rex Athenienſis, cùm ingenti hostium exercitu Attica regio debilitata, ferro, & igni vastaretur, diffidentia humani auxilij ad Apollinis Delphici oraculum confugit: & per legatos scisciatus est, quo nã modo tam graue illud bellum discuti posset. Respõdit Deus, ita finem ei fore, si ipse hostili manu occubuisset, quod quidem non solum in totis Atheniẽsium castris, sed etiam contrarijs percrebuit, eoque factum est, vt ediceretur, ne quis Codri corpus vulneraret: ideo postquã cognouit, depositis insignijs Imperij, familiarem cultum induit, ac pabulantiũ hostium globo sese obiecit, vnumque ex his falce percussum in cędem suam compulit: cuius interitu ne Athenæ occiderent, effectum est, de hoc meminit Virgilius in 6. Aeneidos, dicens: & iurgia Codri. Hoc tẽpore, vt quibusdam placet, Homerus poeta excellentissimus grẽcorum poetarum fuit, sed alij aliter sentiũt. Hoc tempore regnabat apud Italiam quartus rex Albanorum, nondum constituta vrbe Roma, & iste erat Syluius Aeneas filius Posthumi: nam primus horum regum, à quo Romanorum origo cępit, fuit Aeneas, de bello Troiano fugiens. Secundus rex fuit Ascanius filius Aeneę, & Creusæ, qui regnauit in Albania, ipse: enim vrbem illam condidit, vt ferunt. Tertius rex fuit Posthumus Aeneę, scilicet quidam filius eius, qui natus est E mortuo Aenea, & hic Posthumus vocabatur. Isti tres regnauerant in Italia, antequam Saul regnaret in Israel. Quartus rex Italorum, qui Latini dicti sunt, fuit Syluius Aeneas filius Posthumi: & iste regnare cępit regnante Saule, de hoc dicitur in Historia scholastica: In diebus illis apud Latinos quartus regnauit Siluius Aeneas, filius Posthumi. Alia tamen historia quartum ponit Syluium Latinum vterinum fratrem Posthumi, & quintum Syluium filium Aeneę. His temporibus Homerum fuisse, quidam dicunt, de quo magna dissonantia est apud veteres. Crites ponit eum ante descensum Hera- A clidarum in Peloponensium vrbem: Eristenes centesimo anno à captiuitate Troiæ: Aristaleus, & Philodorus, tempore emigrationis Ionicæ: Apolodorus Athenienſis, anno 344. post destructam Troiam. Alij autem tempore modico, antequam Olympiades inciperent. Alij autem ponunt Homerum ante tempora ista. Alij autem multo post, scilicet, sub Iosaphat rege Iudæ. Iste enim duos libros excellentissimos totius operis suis edidit, scilicet Iliadem, in qua de bello Troiano agitur, & Odisseam, quæ de laudibus, & gestis Vlyssis conscripta est: de hoc ait Valerius libro nono, capitulo de mortibus nõ vulgaribus. Homerus cùm in quadam insula quæstionem sibi à piscatoribus propositam soluere non valeret præ amaritudine cordis mortuus est. Anno decimoquinto regni Saulis, de quo supra dicebatur, cępit regnare apud Lacedæmonios, qui sunt in Græcia, & vocantur nũc Constantinopolitani, rex primus nomine Euristeus, & regnauit annis quadraginta duo. Post hunc verò regnauit Aegis, anno vno. Post quem tertius regnauit Scretatus annis triginta quinque. Quartus Labores annis triginta septem. Quintus Doustus, annis viginti nouem. Sextus Agesilaus, annis quadraginta duo. Septimus Archelaus, annis sexaginta. Octauus Theletus, annis quadraginta. Nonus Chalamones, & in hoc reges Lacedæmoniorum defecerunt, scilicet anno Azariæ regis quadra- Reges Co gesimo secũdo, qui & Ozias dictus est. Deinde tran- rinthiorũ. siuit genus Lacedęmoniorũ ad alterũ genus principatus. Anno prædicto decimoquinto. Saulis, cępit regnum Corinthiorum: quorum primus rex fuit Asetes, regnans annis 31. Secundus fuit Chiron regnans annis 37. Tertius Agelas, regnans annis triginta septem. Quartus Plinius, regnans annis 35. Quintus Battis, regnans annis 35. à quo reges Batti cognominati sunt, Sextus Agelas, regnans annis triginta. Septimus Endimius, regnans annis vigintiquinque. Octauus Aristomedes, regnans annis triginta septem. Nonus Agemon, regnans annis sexdecim. Decimus Alexander, regnans annis vigintiquinque. Vndecimus Thaleſtes, annis D duodecim, regnans: tunc Corinthiorum reges defecerunt, versaque est terra ad alterum genus principatus: & hoc fuit anno Azariæ regis Iudæ. 42. & sic regnum Corinthiorum, & Lacedæmoniorum totaliter æqualia fuerunt, quia ambo cęperunt anno quintodecimo regni Saulis, & ambo finita sunt anno 42. regis Oziæ: Et fuit duratio istorum regnorum, quasi 290. annis: quod patet computando tẽpora regum, vt scriptum est. De his Eusebius Cęsarienſis in chronicis. Anno, quo mortuus est Saul finita est tertia ętas seculi, habens annos. 840. & cępit ætas quarta in Dauid: de hoc Vincentius tertio libro speculi historialis. Eodem anno regnabat apud Lacedæmonios primus rex Euristeus, & apud Corinthios primus rex Aletes: Anno autem quinto regni vtriusque mortuus est Saul: quod patet, quia isti duo reges cæperunt regnare anno quintodecimo regni Saulis, vt dictum est: Saul autem solum viginti annis regnauit, vt ait Iosephus sexto antiquitatum.

Quo tpe Homerus fuit. Reges Alanorum. Reges Romanorũ

Quando cœperit regnũ Corinthiorũ & Lacedæmoniorũ. Nota de Codro.

GEESTA temporum sub Heli, Samuele, Saule, & calamitates, atque prosperitates sibi vicissim succedentes populi Iudaici, hic primus liber nobis descripsit

pſit: in cuius expoſitione literali tantum, vſque nunc pro viribus inſudauimus: Siquid autem ex ignorantia, quæ nobis connata eſt, aut ex multiloquio. *In quo iuxta Salomonem rarò peccatum deeſt*, deliquimus, habet benignus lector, quid miſericorditer ignoſcat, & charitatiuè corrigat. Æmulatoribus verò ſingulis opuſculis meis, ad Lacerandum, caninoque more, & iracundo corrodendum, viam omni modo præcluſam eſſe volo.

Hieronymus Polus excudebat.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T
V X Y Z. & Aa.

Omnes ſunt Quaterniones præter Aa, quæ ſunt Quinterniones.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca